










Pract. Erculani.




IOANNIS HERCVLANI

IN AVICENNAE QVARTI CANONIS FEN PRIMAM,

In qua de febribus agitur,

PERSPICVA, ATQVE OPTIMA EXPLICATIO, nunc diligentius, quàm antea vnquam recognita, ac mendis innumeris expurgata.

Huc accesſit Index, & capitum, & quæſtionum inſignium, rerumq; omnium, quæ toto opere continentur.



VENETIIS,

Ex officina Valgriſiana.

M D LX.

INDEX ET CAPITVM, ET QVAESTIONVM, ET OMNIVM, QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR.

A



B

C

D

E

F

H

V

Z

FINIS.

IOANNIS HERCVLANI
IN FEN PRIMAM QVARTI CANONIS AVICENNAE
OPTIMA EXPOSITIO

Quatuor continens Tractatus: quorum primus de Febre ephimerá, in quo continentur capitula XLIIII.

De diffinitione feb. & generibus febris.
Capitulum I.



Ebris est calor extraneus accensus in corde, et procedẽs ab eo mediantibus spiritu & sanguine per arterias, & venas in totũ corpus: & inflammatur in eo inflammatione, quæ nocet operationibus naturalibus: non sicut caliditas iræ, & laboris, cum non vltimatur: & impedit operationem, ita vt retineatur.

Expositurus primam quarti canonis Aui. omissis plurimis in librorum principijs inquiri solitis, quæ hoc in loco prosequi esset superfluum: accedam ad continuationẽ huius quarti libri ad præcedentes: diuisionem, & literę expositionẽ. Est enim satis ex dictis in principio primi canonis manifestum, ꝙ subiectum huius quarti canonis Aui. est corpus humanũ arte sanabile ẽm ægritudines particulares nulli mẽbro appropriatas. ad differentiã subiecti tertij cano. quod est corpus humanum sanabile ẽm ægritudines particulares membris organicis appropriatas. Patet secundo quanta sit huius quarti libri vtilitas, & maxime huius primæ Fen: quam sumus expositurí: cum per eã omnium febrium notitiam, & ipsarum ingenium curatiuum adipisci valeamus. quæ duo ꝓpter frequentem febrium euentũ, & ipsarum ingens periculum, sunt permaxime medico necessaria. Quapropter quisq; pro virili elaborare debet pro harum notitia capescenda: cum sit tantę rei doctrina paruo perstricta volumine: per quã facile paruo temporis decursu decus, vtilitatem, gloria, & amicorum copiã nobis polliceri valeamus. Continuatur autem hic liber ad præcedẽtes in hunc modum. Postquã Aui. determinauit in primo de rebus vniuersalibus scientiæ medicinalis: & in secũdo de virtutibus medicinarum simplicium: & in tertio de ægritudinibus particularibus singulis membris organicis appropriatis: placuit sibi in hoc quarto libro determinare de ægritudinibus particularibus nulli mẽbro appropriatis & de decoratione: postea in quinto determinaturus de medicinis cõpositis: qui dicitur Antidotarius. Pro quo notandum, ꝙ licet febres possint dici ægritudines cõmunes cõmunitate inhæsionis, & apostemata possint dici ægritudines cõmunes communitate continẽtiæ: quia continent tria genera morborũ simplicium. & soluta cõtinuitas possit dici ægritudo cõmunis: quia primo per se lædit vnitatem, quæ est natura communis tam simplicium, quàm compositorum, & dispositio venenosa possit dici ægritudo cõmunis communitate læsionis: quia lædit totum corpus: licet principalius vnum membrũ, quàm reliquum. & omnes istę possint dici cõmunes, quia nulli membro appropriatę, attamen omnes istæ ægritudines, de quibus agitur in quarto dicuntur particulares particularitate prædicationis: sunt enim tanquam species illorum generum, de quibus agitur in primo. & potissime in secunda Fen primi. vbi

Aegritudo communis multiplex.

agitur de ægritudine complexionali, compositionali, & vnitatis: quæ sunt genera ad omnes ægritudines considerata in hoc quarto.

Aegritudo cõmunis quo particularis dicat.

Diuiditur præsens liber iuxta ordinem Aui. in. 7. fen. In prima agitur de febribus. In secunda de crisi. In tertia de apostematibus. In quarta de solutione cõtinui. In quinta de algebra, siue de restauratione dislocationũ, & fracturarum ossium. In sexta de uenenis. In septima de decoratione. Partes facile patent. Prima fen diuiditur in quatuor tractatus. In primo agit de quibusdam vniuersalibus pertinentibus ad febrium notitiam, & de ephimeris. In secundo de febribus humoralibus. In tertio de hecticis. In quarto de pestilentialibus, & sibi homogeneis, de febribus apostematum, & febribus compositis. Partes facile patent.

Vniuersalia aũt quę præmittit de febribus sunt quatuor. Primũ est quidditas febris. Secundũ est diuisio eius in suas species: de quibus in primo capit. agit. Tertium est, quæ corpora sint ad febres paratiora, quod pertractat in secundo capitulo. Quartum quæ, & quot sint tempora febrium: de quibus agit in tertio & quarto capitulis. Primum autem capitulum, quod intitulatur de febre: cum duo maxime vniuersalia de febribus præmittantur, diuiditur in partes duas. In prima ponit diffinitionem febris. In secunda ibi. § Et sunt quidã hominum. § ponit diuisionem febris in suas species. prima iterum in duas. nam primo ponit diffinitionem. secundo declarat duas particulas in ea positas, ibi §Et inflãmatur§ De prima parte dicit, ꝙ Febris est calor, qui. s. est qualitas prima & non corpus calidum, extraneus. i. præter naturalis. & hæc est ꝓxima differẽtia febris. accensus in corde. s. in fieri quo ad ephimeras, & humorales: & in facto esse, quo ad hecticas. & per hãc particulam manifestatur primũ subiectum febris. & procedens ab eo. i. aptus procedere, uel de facto procedens deducto impedimento, sicut apparebit inferius in capitulo de liparia. Vgo tamen exponit &, idest vel, ut hæc diffinitio competat febribus membrorum particularium aliorum à corde: licet hæc nõ fuerit mens Aui. vt patet in capitulo de liparia. Mediãtibus spiritu, & sanguine. supplete & vaporibus. & per hãc particulam manifestantur delatores febrilis caloris. per venas & arterias supplete ꝑ neruos & reliquas corporis particulas: & per hanc particulam manifestantur viæ delationis febrilis caloris in corpus vniuersum: in totum corpus, per hanc particulam manifestatur totale & adæquatum subiectum febris: nam licet cor sit primum subiectum febris: totum tamen corpus est totale, & adæquatum subiectum eius.

Febris qualitas est.

Totale & adæquatũ subiectum febris.

Pro declaratione definitionis notandum primo, ꝙ febris penes Isidorum, & Cõciliatorem differentia. lxxxvii. dicitur à feruore: eo ꝙ per ipsam corpus ferueat: & græce dicitur pyros, à pyr quod est ignis: eo ꝙ per ipsam corpus igneatur, & febris, quæ hic describitur, nõ est species, sed est terminus connotatiuus: quapropter nõ vere essentialiter definiri potest, sed describi & declarari. Notandũ secundo, ꝙ calor non est genus, cum sit species specialissima: sed ponitur loco generis. est enim omnis febris calor: sed non econtra. & vt dictum fuit. febris est calor, qui est qualitas prima, non corpus calidum. sic enim esset substantia, & morbus in numero, cũ tamen octauo therape. cap. 1.

Febris quomodo definiatur.

Febrē qualitatē primā esse & non complexionē, pluribus rationib9 ostēditur.

sit accidens, & morbus in complexione: & est qualitas pri
ma: & non est complexio, quæ est qualitas secunda. Quod
probatur pluribus rationibus. Prima. quia calefactum
esse humorum, & calefactum esse spirituum, sunt causæ cō-
iunctæ febrium ephemerarum, & humoralium de intentio
ne omnium auctorum: & non sunt causæ coniunctæ com-
plexionis. ergo hmōi febres nō sunt complexiones. tenet
cōsequentia. & minor probatur: quia complexio est qua-
litas secūda causata immediate ex actione & passione qua
litatum contrariarum in elementis repertarum, quarum
partes ad tantam paruitatem reductæ sunt, vt minimum
vnius contangat, minimum alterius, prima primi. doctri-
na tertia cap. primo. ergo complexionis causa coniuncta
non est aliqua de suprascriptis. aliter eiusdem effectus es-
sent plures causæ coniunctæ: quod est impossibile. Se-
cunda si febris est complexio, sequitur ꝙ febre aucta, quæ
est calor formaliter, & siccitas virtualiter, deberet febri-
entis complexio effici cholerica: quod est falsum: cum fe
brientes si sint phlegmatici remaneant phlegmatici: & san
guinei sanguinei: & sic de cæteris. Præterea sequitur ꝙ in
febribus habētibus multos paroxismos multotiens homo
efficeretur cholericus, & multotiens phlegmaticus si cō-
plexio sua radicalis fuerit phlegmatica. Tertia sit sortes
cholericus, qui incipiat permutari ad phlegmaticum: &
pono dum permutatur ad phlegmaticum, incipiat febrire
febre augmastica: tunc si febris esset complexio, sequere-
tur ꝙ idem numero intenderetur in gradu caloris, seu ca-
liditatis & frigiditatis: probatur, quia feb. augmastica cō-

In cōplexionū mutatione ꝓportiones variari necesse est.

tinue intenditur in gradu caloris, sed febris est complexio
iuxta opinionem. ergo complexio sor. intenditur in gra-
du caloris & eadem complexio in frigidatur, quia sor. per
mutatur ad phlegmaticum. ergo idem calefit, & infrigi-
datur. Quarto suppono de intentione omnium, ꝙ com-
plexiones, quæ permutantur, magis permutantur per ci-
bos & potus, quàm per simplicem alterationem. hoc ma-
nifestum est, cum in permutatione complexionum opor-
teat proportiones dictorum variari: sed variantur magis
per cibos & potus quàm per simplicem alterationem, &
manifestum est, & tunc accipio sor. cholericum febrien-
tem febre augmastica, qui vtatur lactucis, & aliis notabi-
liter frigidis: tunc manifestum est ex supposito, quòd iste

An febris sit calor auctus, & superabundans.

infrigidatur: quia cibi & potus sunt magis infrigidantes,
quàm simplex alteratio febrilis: sed febris continue inten
ditur in gradu. ergo febris sua non est complexio eius,
quia eius complexio infrigidatur, & febris continue in-
tenditur in calore: relinquitur ergo quòd febris non sit
complexio: quod erat probandum.

Dubitatur vtrum febris sit calor superabundans. argui-
tur ꝙ nō. nam in principio febrium interpolatarum adest
frigus extremitatum: & in febre syncopali cū frigore ex-
tremitatum est pulsus paruus, tardus, & rarus. Item in
morientibus ex febribus colliquatiuis cum frigiditate ex-
tremorum est anhelitus frigidus: quæ omnia arguunt fri-

Marsilij opinio.

giditatem in corde, & membris. Quare concluditur ꝙ fe
bris nedum ꝙ non sit calor superabundans: sed non est ca-
lor. In oppositum est Auicenn. & reliqui & præcipue
Gal. octauo therape. ibi dicens. Est autem immoderatio
discrasiæ feb. in superabundantia caliditatis.

In hoc dubio sunt tres famosæ opiniones. Prima Mar-
sylii de sancta Sophia dicentis: ꝙ licet non omnis febris
sit calor superabundans quo ad tactnm, neq; respectu calo-
ris debiti tempore sanitatis, est tamen omnis feb. calor su-
perabundās respectu caloris naturalis in eodem subiecto
reperti. primam partem huius conclusionis probant argu-
menta adducta ante oppositum. secunda pars probatur:
quia in quolibet febriente est duplex calor: vnus natura-
lis: quia aliter nō viueret. alter præternaturalis: quia ali-
ter non febriret. nunc autem febris est totus calor in fe-
briente repertus, qui est compositus ex naturali, & præter
naturali tanquam ex duabus partibus intēsiuis. Et certum
est, ꝙ hic totus calor est intensior, quàm aliqua pars eius:
& sic est superabundās respectu caloris naturalis in eodem

Marsilij opinio refellitur.

subiecto existentis. sicut totum superabundat parti. & hāc
conclusionem dicit esse de intentione Auic. & reliquorū
præcipue Auer. tertio colliget dicentis, ꝙ feb. est calor
compositus ex naturali & extraneo.

Contra hanc opinionem arguitur quatuor mediis. Pri-
mum: quia penes Aui. prima quarti. tractatu tertio. feb.
hectica est facta complexio membro conueniens. si ergo
febris sit totus calor, ergo totus calor est factus membro
conueniens & naturalis: & ipse etiam calor totus est præ-
ternaturalis, quia aliter non esset feb. ergo feb. non est in-
tensior calore naturali. Item secunda primi. capitulo
de causis doloris dicit: ꝙ in hectica, complexio mala cor-
rumpit complexionē principalem, & facta est sicut princi-
palis. Præterea calor naturalis in febriente repertus nō
est per se læsiuus operationum. ergo non est febris, nec
pars eius. ergo feb. non componitur ex calore naturali, &
extraneo. Tertio sequitur ex positione, ꝙ non potest es
se feb. per solam caloris intēsionem. cōsequēs falsum. mul
tæ enim sunt ephemeræ per solam caloris intensionem. cō-
sequentia probatur. sit enim calor sortis naturalis vt qua-
tuor. addantur duo gradus à sole, tunc certum est ꝙ calor
vt quatuor est naturalis iuxta opinionem. ergo etiā calor
vt duo, qui est à quatuor usq; ad sex est naturalis: cum sit
minus intensus quàm calor ut quatuor, qui est naturalis.
ergo cum nulla sit præternaturalitas nisi per intensionē, se-
quitur ꝙ totus calor iste erit naturalis: & sic nō erit febris
aut saltem ex hoc argumēto conuincetur, ꝙ febris nō com
ponitur ex duplici calore. s. ex præexistenti naturali, & ad-
dito præternaturali, quod est fundamētum suæ positionis.
Quarto totus calor in febriēte repertus: & quælibet pars
eius fortius imprimit in tactum, & fortius dissoluit & de-
siccat quàm solus calor naturalis præexistēs. ergo totus ca
lor & quælibet pars eius est præternaturalis. Vltimo ca
lor non uariatus in gradu: sed factus acutus, propter sic-
citatem sibi coniunctam est febris: cum sibi competat dif-
finitio feb. & tamen non est compositus ex duplici calore.
s. naturali præexistenti & præternaturali addito, cum sit
illemet calor qui erat primo. ergo &c.

Gētilis opinio, feb. calor additus est feb. apud gentiles.

Secunda opinio est Gentilis de fulgineo in quæstione
sua: utrum feb. sit calor additus calori naturali. nam tenet
in summa ꝙ feb. est calor superadditus calori naturali: qui
calor superadditus est præternaturalis, aut per intensionē,
aut malam proprietatem: quia forte putredinalis, aut ue-
nenosus sicut in pestilētialibus. & isto modo saluat ꝙ feb.
est calor superabundans calori naturali: quia sibi superad-
ditus. ille. n. solus est feb. ſm hanc opinionem: cū solus sit
per se læsiuus operationū, & in moriente, cuius extrema
sunt frigida, & anhelitus frigidus: licet totus calor sit di-

Calores specie differentes.

minutus ad tactum, & in comparatione ad calorem sibi de
bitum: est tamen feb. calor superabundās. i. superadditus
calori suo naturali pauco, per quem uiuit, quia licet diffe-
rat spē à calore febrili secum coextenso: fit tamen ex illis
duobus spē differētibus una forma media. vr̄ dicit ꝙ oēs
duo calores habentes diuersas proprietates, spē differunt.
& dicit ꝙ proprietas illa est idem realis cum calore. & ꝙ
ex omnibus caloribus spē differentibus si coextendātur in
eodem subiecto potest resultari una forma cōplexionalis
media. s. complexio. & hoc maxime manifestatur in feb. he
ctica. & motus est ad dicendum hoc propter dictum Arist.
quinto Meta. ꝙ duo accidentia solo numero differētia nō
sunt in eodem subiecto adæquato: & propter dictum Gal.

Febris substātia ē in genere caloris præternaturā

primo de differentiis febrium. ꝙ febris est in genere calo-
ris præter naturam. unde uoluit ꝙ calor extraneus sit ge-
nus ad plures calores spē differētes. s. præternaturales. Pro
pterea dicit ꝙ feb. substātia est in genere caloris præter na
turā melius dicit & prædicationem essentialem facit. Sed
qui dicit ꝙ febris est calor naturalis mutatus in igneum fa
cit prædicationem denominatiuam.

Contra hanc opinionem procedunt argumēta adducta
contra opinionem Marsilii de calore hectici & de calore
non habente præternaturalitatem nisi merito intensionis.
& præter hęc sequitur ex dictis suis multas esse caliditates
specie differentes, quæ sunt qualitates primæ. & consequē
ter quòd nō tantū quatuor sunt qualitates primæ: nec tan
tum quatuor elemēta. Et si diceret huiusmodi caliditates
non esse primas qualitates, sequit̄ à simili, ꝙ caliditas pu-
trefa-

trefactiua & digestiua nō sunt primæ qualitates cōtra philosophum & Cōmē. 4. metheororū. Præterea sequitur ex dictis suis idem indiuiduum migrare de specie in speciē & quòd idem differat à seipso quæ implicant contradictionem. nam pono in corde sor. esse calorem putridum pendentem ab humore putrido: & quòd illo calore non mutato in gradu per inspirationem aeris venenosi fiat humor ille venenosus. & consequenter calor ab ipso proueniens ad cor. Et sequitur prima conclusio: quia calor ille primo habet proprietatem putredinalem. & sic est vnius speciei secundum exigentiam illius proprietatis: deinde cum acquirit proprietatem venenosam fit alterius speciei iuxta opinionem. Et ex eodem fundamento secunda conclusio facile deduci potest: quia habet duas proprietates speciei differentes.

Tres dicu(n)tur caloris modi. Licet vn⁹ sit in essentia.

Tertia opinio est Vgonis Senensis, quam reputo veritati conformiorem, qui præmittit aliqua notata quæ summatim referam. Primū quòd tres sunt modi caloris. vnus est calor elementalis: secundus naturalis: tertius cœlestis non quòd isti sint tres calores specie distincti: sed vnus & idem calor est elementalis, naturalis, & cœlestis. & hic est qualitas prima sicut calor existens in semine animalis. Dicitur autem elementalis pro quanto dirigitur à forma ignis, vel aeris, & agit opera elementalia: vt quia calefacit, subtiliat, disgregat, resistit infrigidantibus. & dicitur naturalis pro quanto dirigitur ab idolo paterno, & agit ad generationem fœtus & complementū dispositionum eius. & quòd hæc sit intentio Auer. 4. meteororum patet. Nam ipse vult ꝙ digestio fiat à solo calore naturali. postea vult ꝙ digestio, & generatio mixtorum, quæ est per digestionem fiat ab elemento ignis. vnde loquens de generatione mixtorum in primo capitu. dixit. & elementum, quod est generationis causa prima antecedēs operās in rebus compositis, est ignis. Et Auic. dixit ad hunc sensum prima primi. capitulo de elementis. ꝙ ignis ducit qualitates elemētorum de proprietate elementaria ad complexionalitatē: quod non est nisi per digestionem. & ideo calor ignis digerit. & sic sequitur quòd est naturalis. Similiter calor qui est in seminibus animalium dicitur cœlestis, pro quanto agit in vigore formarum supercælestium vt apparet septimo de generatione animalium. ergo idem calor existens qualitas prima est simul elementalis, naturalis & cœlestis.

Idē calor ē elemētalis, naturalis & cœlestis.

& secundum hāc similitudinem calor existens idem numero & qualitas prima potest dici naturalis præternaturalis digestiuus & putrefactiuus: secundū ꝙ agit diuersas operationes & à diversis coagentibus dirigitur. Notandum secundo calor actualis quantumcunque naturalis non absoluitur ab aliquo opere elementali agendi aut resistendi. nam infrigidat magis calidum, & resistit frigido corrumpenti. verumtamen quandoque magis quandoque minus agit elementaliter. Cū enim bene regulatur à forma mixti & agit in obiectum proportionatum: non ita eliquat & dissoluit, nisi forma dirigens ipsum intendat talem dissolutionem vel eliquationem, & multotiens non tam velociter calefacit, quando forma dirigens intendit determinatum modum calefaciendi. Tertio notandum ꝙ quandocumque aliquis calor agit magis elementaliter, quàm conueniat formæ mixti in quo est ille calor, dicitur esse minus naturalis, & magis igneus. hoc autem potest dupliciter contingere: aut quia calor ille nimis excrescit in gradu: aut multitudine formæ. i. in quantitate. & hoc modo calor ephemeræ pendentis a sole, exercitio, & similibus est minus igneus, & elementalis. secundo quando habet aliquod coagens ad huiusmodi operationes elementarias. sicut si caliditas esset coniuncta nimiæ siccitati, aut esset calor putredinalis directus ab humore, vel vapore putrēte, vel a veneno calido: & hoc modo in moriente ex febre colliquatiua, quantumcunq; calor in ipso repertus sit valde remissus in gradu, est tamen magis igneus, & elementalis quàm cōueniat illi: quia dirigitur ab humore, vel vapore putrido, uel uenenoso, uel quia coniunctus est nimię siccitati: & ita contingit in quacunque febre, quòd calor febrilis est magis igneus, quàm conueniat formæ illius hominis. in hecticis enim quia vel intensus in gradu saltem quo ad primam speciem, & forte secundam, aut quia coniunctus nimiæ siccitati, quo ad secundam, & tertiam speciem. in ephemeris autem est calor igneus propter excessum in gradu, aut multitudinem formæ, sed in putridis est calor igneus quia directus à uapore, aut humore putrido coagente, & in pestilentialibus à uaporibus uenenosis. Et ex his tandem concluditur, ꝙ omnis febr. est calor superabundans in igneitate: quia magis est factiuus operationum caloris ignei quàm cōueniat formæ hominis febrientis. Et ex his tandem etiam potest patere responsio ad argumenta probantia cōtrarium in principio quæstionis adducta.

Febris oīs est calor igneus.

Ad primum dicitur. ꝙ in principio interpolatarum, licet extrema nō febriant cum frigida sint: cor tamē febrit propter uapores putridos ad ipsum delatos. Vel aliter dicitur, ꝙ etiam extrema febriunt, quantumcunq; ad tactum sint frigida, & totus calor sit in ipsis diminutus in comparatione ad naturalem: quia calor ille delatus cum spiritibus, & uaporibus putridis ad membra, quamuis remissus, est magis igneus quàm cōueniat formæ, aut saltem quàm conueniat gradui caloris ita remisso. Et consequenter oportebit concedere in eadem parte adæquata esse simul morbum calidum & frigidū, & eos simul intendi posse non inquantum talis formæ, sed inquantum præternaturales. & hoc idem manifestius uerificatur in moriente ex febribus colliquatiuis.

Quomodo ī eadē parte adæquatus sit morb⁹ calidus & frigid⁹ simul.

Ad secundum de febre syncopali dicunt quidam ꝙ dum cor friget in principio paroxismi, & est pulsus paruus tardus & rarus: tunc nō est febr. & improprie dicitur principium feb. sed postea cum cor calefit, febrit. Vel dicendū sicut in præcedenti argumento ꝙ cor simul febrit, & patitur malam complexionem frigidam. Ad ultimum argumentum de moriente ex febribus colliquatiuis dicitur ꝙ febrit nō quidem per super abundantiā caloris in gradu neq; in multitudine formæ, sed per abundantiam in igneitate: & sic exponendum est dictum Gal. 8. therape. superius allegatum: immo in moriente calor cōtinue remittitur: licet continue efficiatur magis igneus modo superius dicto. & similiter est intelligendus sermo Gal. prima aphorismorum in cōmento illius. humidæ dietæ, cum dixit ꝙ febr. est calor naturalis mutatus in igneum .i. quia cum hoc quòd est partim naturalis, est factus magis igneus quàm cōueniat: quia cum sint duo gradus coextensi in eodem subiecto: & sunt eiusdem speciei, ex illis fit unus calor numero iuxta sententiā philosophi quinto meta. ꝙ duo accidentia solo numero differentia non sunt in eodem subiecto adæquato. & consequenter cōcedendum est ꝙ totus calor in febriente repertus, & quælibet pars eius est simul naturalis & præternaturalis & ignea, cum quælibet pars illius caloris agat simul opera naturalia & elementalia.

Calor febrientis ē simul naturalis ī naturalis & igneus.

Deinde cum dicit: extraneus id est præter naturalis. extraneus enim distinguitur contra proprium. proprius enim calor intendit perfectionem eius cuius est & operationem eius. extraneus enim corruptionē & imperfectionem. & per hanc differentiam differt febr. a calore naturali & proprio qui non est febr.

Extraneus calor.

Hic dubitat Gentilis an febr. sit calor extraneus extraneatione opposita sanitati, an uitæ. & non est dubiū quòd omnis febr. est calor extraneus extraneatione opposita sanitati: quia cū febre nō stat sanitas. sed etiā tenendū est ꝙ omnis feb. præcipue pendēs a putredine, aut venenositate est extranea extraneatione opposita vitæ. licet. n. plures febres sint salubres, ꝑpter defectū in gradu caloris, aut præternaturalitatis, & defectum ꝓportionis in comparatione ad virtutem illius, qui febrit: tamē ex natura sua inquantū feb. cum tali proprietate ex toto genere vitæ inimica ē, & nata occidere. cuius signū est: quia feb. quantūcunq; remissa, occideret illū ad cuius uirtutem habet proportionē maioris inęqualitatis: ut uerbi gratia senē in ultimo decrepitatis. est. n. necessariū uirtutē ex decursu ætatiuo remitti ad non gradum. quælibet autem feb. est certæ potentiæ ad lædendum & interficiendum. & sic dicimus de napello quòd ex natura sua est aptus interficere. causa autem ꝙ aliquando non interficit est defectus in quantitate, & multitudine formæ uenenosæ in comparatione ad sumentem.

Dubitatur utrum febr. sit calor additus calori naturali

vel ſit calor naturalis prius exiſtẽs nunc factus extraneus: vel ſit aggregatum ex vtroque. ſ. addito & præexiſtente. Arguitur primo quòd febr. ſit ſolum calor additus, quia ſolus ille calor debet dici febr. qui eſt præter naturam, ſed ſolus calor additus eſt præternaturam, cum præexiſtens ſit naturalis pendens à ſanguine & ſpiritibus naturaliter diſpoſitis. Secundo ſi loco caloris fuiſſet inducta frigiditas impediens operationes, ſola frigiditas eſſet morbus, & non calor præexiſtens neq; aggregatum ex calore præexiſtente & frigiditate inducta. ergo à ſimili ſolus calor inductus eſt febr. ſiue morbus. Tertio medicus intendit ſeruare calorem præexiſtentem, & corrumpit nouiter inductum. ergo ſolum inductus eſt morbus. tenet cõſequẽtia. & aſſumptum eſt manifeſtum. nam cholerico & phlegmatico æqualiter febrientibus frigidiora offeruntur phlegmatico quàm cholerico propter conſeruationem complexionis naturalis phlegmatici quæ fit à conſimilibus. Quarto remoto calore addito (exempli gratia) pendente a putredine remouetur febr. ſed remoto præexiſtenti non remouetur febr. immo vita. ergo ſolus calor additus eſt febr. Quinto ſimile eſt de morbo in complexione ſicut de morbo in compoſitione: ſed ſi quinq; digitis ſit additus ſextus digitus, ille ſextus digitus eſt morbus in numero, & non primi quinque neque aggregatum ex omnibus ſex. ergo ſimile erit de calore addito. Quod autem ſolus calor præexiſtens ſit febr. arguitur: quia ſolus calor fixus nõ variatus in gradu per independentiam poteſt fieri præternaturalis & lædere operationes. ergo ſolus eſt febr. tenet conſequentia ex diffinitione feb. & aſſumptum ſatis eſt manifeſtum. quia gradu caloris non variato poteſt corpus exiccari: & idem calor fieri acutior & magis igneus quàm conueniat. Item idem calor numero non variatus in gradu poteſt per aeris venenoſi inſpirationem fieri venenoſus. & certum eſt quòd ſibi competit diffinitio feb. Quod autem aggregatum ex vtroque calore ſit febr. oſtenditur quia tali aggregato competit diffinitio febr. Item accipiamus febres non lædentes niſi per intenſionem ſicut ſunt multæ ephemeræ. & ſi (exempli gratia) calor præexiſtens naturalis vt quatuor, & ſuperadditus à ſole vt quatuor: tunc aut calor præexiſtens eſt febr. aut ſuperadditus aut aggregatum. ſi dicatur primum. ergo etiam ſuperadditus erit febr. & a fortiori aggregatum ex vtroque ſi dicatur ſecundum. ergo a pari calor præexiſtẽs eſt febr. cum ſit æqualis. & ex caſu hic non eſt febr. neque læſio operationum niſi per intenſionem. ergo multo magis aggregatum erit febr. Præterea quocunque gradu remiſſo remittitur febr. & quibuſcunque quatuor gradibus ablatis aufertur febr. & remanet ſanitas. ergo quicunque gradus eſt febr. aut pars febris. Et ſimiliter quicunque gradus quantum eſt ex ſe eſt ſanitas aut pars ſanitatis, & quilibet quatuor gradus ſunt ſanitas tota. Præterea quicunque gradus vt toti coniunctus per ſe lædit operationes: & quicunque gradus vt toti coniunctus aliquo modo perficit operationes. ergo quicunque gradus aliquo modo eſt ſanitas & aliquo modo ægritudo. Sicut duobus trahentibus nauim: quorum nullus ſit per ſe ſufficiens nõ eſt aliqua pars tracta ab vno quæ non ſit tracta ab alio. Ex quo ſequitur quòd a quolibet eſt tota nauis tracta. Et ſimiliter in propoſito a quolibet gradu pendet omnis læſio & omnis perfectio operationum.

In hac quæſtione ſunt duæ famoſæ opiniones. vna eſt Gentilis de fulgineo quæ omnino eſt erronea: nec poteſt ſaluari, tenet tamen vniuerſaliter quòd febr. eſt ſolum calor ſuperadditus calori præexiſtenti. Pro hac opinione ſunt quinq; argumenta ſuperius adducta in principio quæſtionis. Verum G. volens fugere aliqua argumẽta & præcipue auctoritatem Ariſtote. quinto metaphyſ. dicentis quòd duo accidentia ſolo numero differentia non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto adæquato: dixit quòd duo calores, ſcilicet additus extraneus: & præexiſtens naturalis ſunt ſpecie differentes. Et ſimiliter quicunque calores habentes diuerſas proprietates ſpecie differẽtes ſpecie differũt: ſicut calor putredinalis & venenoſus. & ſic de alijs. Et dixit ſecundo quòd proprietas caloris ẽ idem realiter quod calor ille. Et tertio dixit quòd ex omnibus caloribus ſpecie differentibus ſi ſint in eodem ſubiecto adæquato poteſt reſultare vna forma media ſicut ex caliditate & frigiditate quæ ſatis euidenter ſunt reprobata in dubio præcedenti.

Sed contra hanc opinionem Gentil. dicentis quòd feb. ſit ſolum calor additus procedunt argumenta ante oppoſitum adducta: quorum aliqua probant febrem eſſe calorem præexiſtentem factum præternaturalem, aliqua vero probant febrem eſſe aggregatum ex calore addito & præexiſtente. Sed iterum adducuntur duæ demõſtrationes omnino illam opinionem reprobãtes. prima duo calores iam dicti, ſcilicet additus, & præexiſtens non abſoluuntur in actionibus ſuis. ergo quæcunq; læſio prouenit a calore addito prouenit etiam a calore præexiſtente. Ex quo ſequitur quòd ſi vnus eſt præter naturã, & alter. ſi vnus eſt morbus & alter: cum per læſionem operationum per ſe pendentem morbum arguamus. & probatur aſſumptum. & præſuppono ꝙ remiſſum non intendit intenſum. hoc aſſumptum eſt de mente omnium philoſophantium. Et tunc arguitur ſic. caliditas cordis febrientis calefacit præternaturaliter ſanguinem & ſpiritum: ſed non per caliditatem additam. ergo per præexiſtentem, aut aggregatum ex vtraque. quod non per additam arguitur. nam caliditas addita in corde febrientis eſt remiſſior quam vt quatuor: ſed caliditas ſanguinis & ſpiritus eſt ſupra quatuor, & ſupra gradum medium latitudinis. ergo ex ſuppoſito caliditas addita non intendit caliditatem ſanguinis & ſpiritus. Quod autem caliditas addita in corde ſit remiſſior quã vt quatuor manifeſtum eſt: quia cor naturaliter diſpoſitum habet caliditatem ſupra medium ponderale. ſi ergo caliditas addita eſſet intenſa vt quatuor: tunc cor eſſet ita calidum ſicut ignis, immo calidius igne. ergo dicendum eſt calefactionem ſanguinis, & ſpiritus & omnes ſimiles actiones præternaturales eſſe a toto calore in corde reperto.

Secunda demonſtratio. accipiamus corpus temperatũ habens in ſua naturali diſpoſitione quinq; gradus caloris, addatur a ſole vnus gradus vt ſit febriens, tunc ſi per approximationem infrigidantium remoueatur vnus gradus caloris de quinque præexiſtentibus remanẽte gradu caloris inducto a ſole hoc corpus erit curatũ & reductum ad ſuum proprium temperamentum. ergo gradus caloris inductus a ſole eſt ita naturalis ſicut aliquis ex quinque præexiſtentibus. tenet conſequentia. & probatur aſſumptum. nam accipiamus aliquod corpus temperatum primo ſimile, in quo corrumpatur vnus gradus caloris per aeris frigiditatem, vt corpus illud perdat proprium temperamentum. deinde pono quòd à ſole corrumpatur gradus frigiditatis inductæ & inducatur vnus gradus caloris: tunc hoc corpus redibit ad proprium temperamentum. ergo gradus caloris additus à ſole eſt ita naturalis ſicut præexiſtens deperditus in hoc caſu & in præcedenti. igitur non eſt dicendum quòd calor additus ſit magis febr. quàm calor præexiſtens, nec calor præexiſtẽs magis ſanitas quàm calor additus. Multa enim ſunt alia argumenta contra hanc opinionem, ſed vt breuitati indulgeam, his ero contentus.

Secunda opinio eſt Iacobi forl. Hugonis Senenſis, & quorundam modernorum. licet per quoſdam antiquos recitata, ſed non ſufficienter dilucidata. tenet hæc opinio quòd febr. ſit totus calor actualis in corpore, vel membro, ſecundum ſe totum in febriente repertus ad hunc intellectum, quòd totus ille calor eſt febr. & quælibet pars eius: ita vt omnis læſio operationum quæ prouenit à toto calore proueniat à quocunque gradu caloris, prout toti inexiſtit, & quòd toti, & cuilibet parti prout toti inexiſtit, competat diffinitio febr. ſimiliter totus calor & quælibet pars eius eſt vitæ conſeruatiua, & productiua operationum: quas habet corpus febriens, & non mirum. nam ex omnibus gradibus caloris in eodem ſubiecto repertis fit vnus calor totalis: neque illi gradus caloris differunt ſpecie, ſed ex ipſis fit vnus calor idem numero. Si tamen quæritur vtrum duo gradus caloris ſint idem numero, dicitur quòd non: quia vnus non eſt alter. Et ſi arguatur quòd materia ſit cauſa indiuiduationis quinto metaphy. ergo cum conueniant in materia

Calores differunt ſpecie apd̃ Gent. proprietas caloris idem realiter eſt qđ calor ipſe.

Materia vbi sit indiuiduationis causa.

materia sunt idem numero. respondetur quòd in habentibus materiam distinctam, materia est causa indiuiduationis. in non habentibus autem materiam, aut in communicantibus in eadem materia adæquate materia non est causa indiuiduationis: sed vnum differt ab alio numero per seipsum, quia hoc non est illud. Et ad auctoritatem philosophi quòd non est possibile duo accidentia solo numero differentia esse in eodem subiecto adæquato. dicitur ꝙ verum est ad hunc intellectum quòd ex omnibus his oportet quòd resultet vnum accidens numero. Aliter tamen dicendum esset secundum Thom. & Albertum magnum, quòd calor qui intenditur manet vnus & idem a principio vsque ad finem. & quòd gradus caloris est quidam modus & non calor. Et secundum Burleum esset dicendum, quòd in quocunque instanti producitur nouus calor secundum se totum. Prima tamen opinio est communior tenens quòd intensio fiat per additionem partis ad partem vtraq; remanente. Vnde secundum opinionem iam dictam est tenendum quòd si calori naturali præexistenti addatur vnus gradus caloris venenosi vel putridi, totus calor, & quilibet gradus eius efficitur putridus, vel venenosus. Si autem sit febr. per solam intensionem caloris sicut sunt ephemeræ, dicitur similiter quòd totus calor est febris & quælibet pars eius: nec est assignanda aliqua læsio operationum neque aliqua perfectio, quæ non pendeat à quocunque gradu.

His visis respondeamus ad argumenta Gentilis adducta in contrarium. Ad primum. cum dicitur solus ille calor debet dici febr. qui est præter naturam: sed solus calor additus est præter naturam. conceditur maior. & negatur minor, immo quilibet gradus caloris præexistentis efficitur præter naturam. Et si instetur, quia præexistens dependet à sanguine & spiritibus, sed superadditus depēdet à putredine, vel venenositate. Respondetur quòd quilibet gradus huius caloris, & totus iste calor pendet à sanguine, spiritibus, & a putredine.

Ad secundum cum arguitur si loco caloris fuisset inducta frigiditas &c. Respondetur quòd sola frigiditas inducta non est morbus: sed aggregatum ex frigiditate inducta & præexistente. Similiter dico quòd aggregatum ex calore inducto & calore præexistente est morbus. Ad tertiū respondetur quòd medicus intendit conseruare tantū calorem quantū est expediens pro sanitate. & si calor sit superfluus intendit aliquem gradū ipsius corrumpere siue corrumpat aliquem de præexistentibus siue de nouiter inductis modo redeat ad gradū illi indiuiduo conuenientē. Et si pendeat à putredine, vel venenositate intendit remouere illam, quia quicunque gradus caloris præexistentis, & nouiter inducti est similiter putridus, aut venenosus. si vero calor non superfluat, sed sit dependens indebite intendit remouere causam independentiæ conseruato calore in eadem graduali mensura. Quomodo autem cholerico & phlegmatico æqualiter febrientibus supra proprium temperamentum frigidiora offerenda sint phlegmatico & potentius frigida cholerico alibi sentietur. Ad quartum dicitur ꝙ quocunque gradu remoto siue de præexistentibus siue de nouiter inductis, ita vt remaneat gradualis mēsura & remoueatur causa putredinis remouetur febris. nam quicunque gradus, vt dictum est pendet à putredine etiam pendet a sanguine & spiritibus. Ad quintum negatur similitudo, quia ex illis sex digitis non constituitur vnum numero, sed ex omnibus gradibus caloris resultat vnus calor. & sic sufficienter soluta sunt argumenta pro opinione Galen. Deinde cum dicit. accensus in corde. per hanc particulam Auicenna nobis manifestat quod sit subiectum febr. & cum quibus circunstautijs, dicens quòd calor extraneus qui est febr. est accensus in corde. & pro vel procedens ab eo corde, vel calore cordis mediante spiritu, & sanguine per venas, & arterias in totum corpus. vnde non solum cor est subiectum febr. sed totum corpus, & quælibet eius pars, modo calor ille procedat a corde, dans intelligere quòd si calor existens in toto corpore, vel in aliqua parte eius procederet ab alio membro quàm a corde, calor ille quantumcunque extraneus

Febris subiectum.

non diceretur febr. exponitur autem & pro vel, quia si teneretur copulatiue diffinitio non competeret febri existenti in alijs partibus vltra cor, quia calor illarum non esset accensus in corde.

Hic solet dubitari vtrum cor sit primum subiectum febr. In quo dubio tenendæ sunt istæ conclusiones.

Prima conclusio. capiendo subiectum pro subiecto inhæsionis, & denominationis non cuiuslibet febr. cor est subiectum. probatur. nam alia membra habent febrem sibi inhærentem a qua denominantur febrire. talis autem febr. non est in corde, cum non sit possibile vnum accidēs esse in pluribus subiectis loco distinctis, nec etiam ab illa febr. aliorum membrorū cor denominatur febrire, vt manifestū est satis. Secunda conclusio. totum corpus est totale & adæquatum subiectum febr. ad hunc intellectum ꝙ nunquā est febr. nisi sit in toto corpore, aut in aliqua eius particula. Hāc conclusionem sensit Auer. tertio colliget. capitulo tertio dum dixit, ꝙ febr. est calor qui continet totum corpus. & parum post dicit. quòd diffinitio febr. continet ꝙ sit calor extraneus missus a corde in totum corpus & lædit omnes actiones & passiones eius. cui etiam sententiæ alludit Auicen. in præsenti diffinitione. Pro tertia conclusione præmittendum quòd cor esse primum subiectum febr. potest dupliciter intelligi. Vno modo quód feb. sit passio fluens a principijs essentialibus cordis, sicut dicimus quòd risibilitas est passio hominis. secundo modo quòd cor sit subiectum febr. licet alia membra non febriant nec februerint, & impossibile est aliquod aliud membrum febrire nisi cor febriat.

Quo sic præmisso sit hæc tertia conclusio. licet cor non sit primum subiectum febr. primo modo, est tamen primū subiectum febr. secundo modo. prima pars conclusionis probatur. quia aliter oporteret cor semper febrire, quod forte quis concederet actu, vel aptitudine, sed forte non est possibile febrem, quæ est per se cordis corruptiua fluere ex principijs essentialibus cordis per quæ cor est illud quod est. secunda pars patet de mente doctorum, & est diffinitio Aui. Est. n. febr. calor extraneus accensus in corde, aut calor extraneus procedens ab eo, scilicet calore cordis in totum corpus. quare constat necessario, quòd feb r aut est calor cordis, aut procedens à febre cordis. Hanc etiam sententiam Auicen. innuit in capitulo de febr. ephemera ex calore aeris. vbi dicit calefit aer, & peruenit ad cor & fit feb. deinde spargitur. hoc idem innuit Galen. primo de differentijs febrium. capitulo primo, vbi vult quòd distinctio febr. in prima genera sumatur per distinctionem subiectorum calefacti esse in corde existentium. & tertio colliget. capitulo tertio sit dicimus per hoc quòd subiectū propinquum istius caloris est cor.

Febriū distinctio in prima genera.

Contra quam determinationem oritur dubium a multis doctoribus longis ambagibus ventillatum. Nunquid si calor extraneus ab alio membro a corde toti communicetur sit dicendum febr. vtputa si ab epate apostemato, apostemate calido calor extraneus toti communicetur lædens operationes totius, quid prohibet talem calorem esse febrem a quocunque membro sit communicatus. & eo magis, quia quid nominis febr. sibi conuenit. Præterea quo nomine magis congruo deberet hic calor extraneus nuncupari.

In hac quæstione licet sint multæ opiniones clarissimorum doctorum sancti Antonij de parma, Dyni, Gale. Marsilij de Sancta Sophia, Vgonis Senensis, ne prolixus sim recitabo tantum opinionem Vgonis Senensis doctoris modernissimi, ac subtilissimi, deinde ponam opinionem quæ mihi videtur veritati conformior.

Dixit Vgo quòd causa quare caliditas extranea existens in corde, aut toti a corde communicata debet dici febr. non autem caliditas extranea epatis aut alterius membri, neque ab eo toti communicata debet dici febr. est, quia, siue calor ab extra veniat, vt ab aere, vel ab alio continente, siue ab intra non est possibile aliquod membrum totum calefacere caliditate actuali per se lædente operationes omnium partium, nisi ista totalis caliditas pendeat a corde. nam si ab extra veniat calor iuxta di-

Cur caliditas extranea cordis toti cōicata febris dicitur & nō hepatis seu cerebri, aut alterius mēbri.

cta istius necessario antequam communicetur toti accenditur in corde per spiritus qui ab aere, vel alio continente inflammantur. & si sit putredo vel apostema in cerebro, aut in epate propter magnam cõmunitatem mediante magna vena, aut mediantibus arteriis antequã hæc membra possint tanto gradu caloris totum calefacere, quòd operationes lædantur: inflammatur cor & cõmunicat caliditatem toti lædentem operationes. causa ergo eius est, quia impossibile est totum febrire, nõ febriente corde, & quia nomen febr. dicitur a feruore, & de feruore qui primo radicaliter est accensus in membro, quod est aptum totum inflammare. & sine cuius inflammatione non contingit totum inflammari modo dicto. ideo nomen febr. non dicitur nisi de calore extraneo cordis, aut ab ipso dependẽte.

Quod si dicatur epar naturaliter calidum potest totum reddere calidum corde existente frigido. ergo etiam epar præternaturaliter calidum potest totum inflammare, & facere ita calidum præter naturam, vt lædantur operationes sensibiliter sine præternaturali influxu cordis. negatur argumentum. cum epar calidum non possit totum reddere calidum secundum naturam nisi multo magis hic actualis calor pendeat a corde quàm ab epate dato quòd cor ab hepate non reddatur calidum, non tamen potest hepar, aut aliud membrum præternaturaliter totum calefacere nisi primo hic calor præternaturalis cordi communicetur, & deinde cor præternaturaliter calefactum totũ calefaciat. Accedit ad hoc quòd epar apostematum apostemate calido non mittit sanguinem calidum supra totum nisi paulatim, & ante istud inflammatur cor, & forte non est sanguis inflammatus calidior spiritu cordis, sed quia prohibetur spiritus euentari, ideo inflammatur, & postea inflammat totum.

Contra ex hac opinione simul cum fundamento suo sequitur quòd calor extraneus hepatis, & cerebri debet dici febr. quia cor præternaturaliter inflammatum non potest totum calefacere calore extraneo sensibiliter lædente operationes nisi ab eo primo calefiat hepar, & cerebrum calore extraneo, quæ calefacta communicabunt calorem extraneum residuo corporis mediãtibus spiritibus animalibus naturalibus, & sanguine, sicut in naturali dispositione communicãt calorem animalem, & naturalem toti mediantibus eisdem. ergo ex fundamento suo sequitur oppositum eius quod intendit, assumptum manifestum est propter magnam propinquitatem cordis ad membra illa, & latitudinem viarum inter cor & illa membra. Præterea dicit ipse quòd hepar naturaliter calidum potest facere totum corpus naturaliter calidum corde existente frigido, & tamẽ hepar præternaturaliter inflammatum non potest totum præternaturaliter inflammare nõ inflãmato corde.

Contra. talis potest esse proportio hepatis naturaliter frigidi præternaturaliter inflammati ad cor frigidum, qualis est hepatis naturaliter calidi ad idem cor frigidum, sed hepar naturaliter calidum non sufficit inflammare cor naturaliter frigidum. ergo etiam hepar naturaliter frigidum præternaturaliter inflammatum non sufficit inflammare idem cor frigidum, quare totum præternaturaliter inflammabitur ab hepate præternaturaliter calefacto, corde præternaturaliter non inflammato. assumptum probatur. ponendo quòd cor naturaliter frigidum habeat caliditatem, vt sex cum dimidio, hepar autem naturaliter calidum habeat caliditatem, vt quinque cum dimidio, semper enim cor naturaliter frigidum est calidius hepate naturaliter calido, sed hepar naturaliter frigidum habeat caliditatem vt quatuor cum dimidio, & acquirat vnum gradum caliditatis præternaturalis, ita vt habeat caliditatem, vt quinque cum dimidio. & sequitur veritas assumpti, quia quæcunque sunt æqualia se habent in æquali proportione ad tertium.

Ad primam rationem forte responderet, quòd licet cor præternaturaliter calefactum non possit totum præternaturaliter calefacere nisi prius calefaciat hepar, & cerebrũ. quæ calefacta postea communicabunt caliditatem præternaturalem toti, sicut econtra hepar, & cerebrum præternaturaliter calefacta non possunt totum præternaturaliter calefacere nisi prius calefaciant cor, quod calefactũ communicabit caliditatem toti, attamen inter ea multum interest, quia semper cor magis communicabit caliditatem toti, quàm hepar, & cerebrum cum sit calidius, certe si sic intelligit bene dicit, sed hæc opinio coincidit cum opinione Marsilij quam ipse recitat, vt apparebit statim.

Ego autem opinor opinionem Marsilij esse magis veram & conformem mentibus auctorum. Dicit enim causam in quæsito esse, scilicet quòd caliditas extranea hepatis, & per ipsum toti communicata non dicitur febris. sed caliditas extranea cordis, & per ipsum toti communicata solum dicitur febr. quia medici vocauerunt febrem caliditatem illius membri, quod maxime est aptum inflammari, & quod inflammatum est maxime aptum alia inflammare. & similiter vocauerunt febrem caliditatẽ ab eo alijs membris communicatam. solum autem cor est huiusmodi. hepar autem & cerebrum, licet possint inflammari, & inflammata communicare caliditatem toti. caliditas tamen sua est remissa in comparatione ad caliditatem cordis, cũ cor sit calidius, & magis aptum inflammari cæteris membris, & habens plus de multitudine caliditatis, & magis cõmunicatiuum caliditatis toti, quàm aliquod aliud membrum tam in naturali, quàm in præternaturali dispositione. Propterea omnes auctores in hoc conuenientes congrue dixerunt febrem dictam a feruore esse propriam passionem cordis, quod maxime feruet, & est aptum facere, vt alia ferueant, & non hepatis, neque alterius membri. sic enim sibi placuit, & non absque ratione. Vnde licet hepar possit inflammari, & inflammatum communicare toti caliditatem, vt duo in sor. æqualem caliditati communicatę a corde toti in platone, & in vtroque caliditas illa sensibiliter læderet operationes, & æqualiter, caliditas tamen platonis esset febr. & non caliditas sortis. sic enim placuit auctoribus propter causam assignatam. Et secundum hanc opinionem euitantur longæ ambages, & controuersiæ quas inutile esset multiplicare. vt bene sensit Auicen. prima quarti. primo capitulo. Ad argumentum autem in oppositum dicitur ꝙ caliditas illa toti communicata ab hepate vocabitur mala complexio calida totius pendens ab hepate, & non febre. licet vt bene sensit Vgo, raro contingat caliditatem extraneam toti ab hepate communicari sine cordis influxu. Concluditur itaq; quòd nulla caliditas dicitur feb. nisi caliditas extranea cordis, aut ab extranea caliditate eius pendens, & cum hoc sensibiliter lædẽs operationes. Opinio autem Gẽtilis de fulgineo est hæc: ꝙ illud debet esse subiectum primum feb. quæ per se lædit omnes operationes cuiuscunq; membri. vt est apud Auer. tertio colliget. capitulo tertio. quod est primum subiectũ caloris per se omnium operationum perfectiui, sed cor est huiusmodi, ergo cor erit primum subiectũ febr. tenet consequentia. & maior est manifesta, quia cuius temperies est sanitas, eius intemperies est ægritudo. & minor est de intentione omnium medicorum. calor enim cordis perfectiuus est omnium operationum. calor autem hepatis solum perficit operationes naturales, sicut calor cerebri solum animales. Contra hanc opinionem possent fieri multæ instantiæ, quas vt breuitati indulgeam in præsentiarum omittam.

Cur caliditas hepatis extranea toti cõmuuicata nõ dicitur febris.

Febris a feruore sic dicta.

Subiectũ primũ febris quale cõstituendum.

Quartum dubium vtrum febr. existens in corde procedat ab eo mediantibus spiritu, & sanguine per venas, & arterias in totum corpus. Arguitur quòd non. Accidens non migrat de subiecto in subiectum. igitur quæstio falsa pro parte affirmatiua. Secundo in omnibus febribus in quibus extrema frigent, sicut in principijs paroxismorũ, in febre liparia, in morientibus ex febre colliquatiua non procedit calor extraneus cordis in totum corpus. ergo &c. Et confirmatur ex sententia Auicen. in capitulo de liparia in qua secundum ipsum est impeditus transitus caloris ad extrema.

Tertio stat multa alia membra a corde fuisse præternaturaliter calida, antequã cor febriret. ergo postea corde febriente non procedet caliditas ab eo ad membra illa, cum iam vt pono in casu ante habuerint tantum calorem extraneum quantum cor taliter febriens possit sibi tribuere

tribuere. Et confirmatur, quia potest causa extrinseca totum corpus prius calefacere, & vltimo cor. simus in instanti in quo cor est primo febriẽs. & certum est quod in illo instanti feb. illa non procedit, sed forte incipit procedere, sicut si nunc primo cor sit febriens reliquis membris non calefactis præter naturaliter: pro tunc a corde febriente non procedit febr.

Quarto feb. hectica existens in membris non procedit a corde, quia est feb. facta a nullo procedens aut dependẽs speciali dependentia. sic enim essent fiens, & non facta, & quòd talis feb. hectica possit esse in membris manifestum est, quia aliquando facta est sicut naturalis secunda primi. & membra non sentiunt suum calorem. infra. tractatu tertio. Et confirmatur, quia febr. hectica esset humoralis, vel ephemera si penderet a corde per sanguinẽ & spiritũ.

Quinto sequitur omnem febrem existẽtem in membris esse ephemeram, vel sanguineam. nam feb. debet denominari secundum veritatem subiecti in quo fundatur calor a quo ipsa procedit. Cum ergo iuxta titulũ quæstionis omnis febr. membrorum procedat a calore sanguinis, & spirituum, omnis talis erit sanguinea, vel ephemera. assumptũ autem manifestum est, quia febres cordis distinguuntur penes distinctionẽ subiectorum in quibus fundatur calor a quo dependent iuxta doctrinam Auicenn. & Galen. ergo simile erit in febribus aliorum membrorum. Forte dicitur ꝙ febres aliorum membrorum a corde specificantur, & denominantur denominatione febr. existẽtis in corde.

Contra. ex hoc sequitur quòd aliqua caliditas facta esset febr. ephemera. Sequitur secundo. quòd aliqua caliditas fiens esset hectica. vtrunq; falsum. & primum probatur ponendo quòd cor febriat febre ephemera, & spiritu, & sanguine ab eo delatis foueatur mala complexio calida fixa in aliquo membro, tunc sequitur quòd caliditas illius membri, est febr. & non nisi ephemera, quia cor non febrit nisi febre ephemera. Pro secundo ponatur quod caliditas febrilis figatur in corde, antequam figatur in aliis membris, & per spiritum & sanguinem ponantur membra in calefieri lædente operationes. Et sequitur quod calor ille membrorum est febr. iuxta diffinitionem, & non nisi hectica, quia cor non febrit nisi hecticæ, & tamen calor membrorum est fiens vt ponitur in casu. Sexto possibile est febriente corde calefieri solum spiritum, aut solum sanguinem, sed solo spiritu calefacto defertur per solum spiritum. & similiter solo sanguine calefacto defertur per solum sanguinem. ergo non per spiritum, & sanguinem. patet assumptum, quia in ephemera spiritus sunt inflammati, & non sanguis, & in putrida est inflammatus humor, & non spiritus, immo in hectica est inflammata cordis substãtia, & nõ spiritus nec sanguis, nec alius humor. igitur a fortiori potest inflammari sanguis sine spiritu. & econtra.

Confirmatur. quia cum spiritus sit paratior calefieri, quàm sanguis, & magis aptus moueri, stabit quod spiritus deferantur ante sanguinẽ & calefiant membra. & sic pro aliquo tempore potest deferri, per solum spiritum.

Semptimo febr. potest procedere a corde in totũ corpus per vapores, & putridas fuligines, & simplicem alterationem. ergo non solum per sanguinem & spiritum. ergo diffinitio insufficiens.

Octauo potest procedere a corde in totum corpus, per neruos & reliquas corporis particulas. igitur &c.

Et confirmatur. quia venæ, & arteriæ non sunt extensæ per totum corpus. In oppositum est Auicen. in diffinitione febr. & Galen. in primo de differentiis febrium. & Auer. tertio colliget.

Pro decisione quæstionis notandum primo quod calorẽ a corde procedere in totum corpus potest dupliciter intelligi. Vno modo quod nouus calor actualis spargatur a corde im membra ad hoc vt febriant. secundo modo ꝙ calor extraneus existens in membris causetur a calore extraneo cordis sanguinis & spirituum, siue illud causari sit de nouo produci, siue sit solum conseruari. Primus modus videtur magis de intentione Auicenn. in capitulo de febre ephemera a caliditate aeris. nam dicit quod cor primo febri. postea defertur feb. ad alia membra, calefit enim aer eius, & peruenit ad cor & fit febr. deinde spargit &c.

Et in capitulo de liparia mouet quæstionẽ quomodo potest esse feb. & non procedat ex ea caliditas in totum corpus. Respondet quod in terminis, idest diffinitionibus harum dispositionum attenditur vna conditio, scilicet quod non sit quod prohibeat. potest ergo impediri delatio caloris sicut ipse exemplificat in textu ꝑpter aliquod ꝓhibẽs, aut quia non esset tempus sufficiens. ipse ergo per processum illum intelligit noui caloris sparsionem. Secundus aũt modus est magis amplus, & veritati conformis, & de mẽte doctorũ, nec Aui. contrarius, licet primũ magis specificauerit. seruabimus itaq; hunc secundũ modum in determinatione istius quæstionis. Secundo notandũ quòd omnia membra alia à corde sunt minus calida spi. itu & sanguine cordis in naturali dispositione. patet, quia inter alia membra a corde hepar est calidissimũ, quod tamen est minus calidum sanguine, prima primi.

Tertio notandum ꝙ cum duo vel plura calida approximantur alicui tertio, quod utroq; istorum sit minus calidũ se inuicem iuuant ad calefaciendum illum tertium, ita ꝙ nullũ illorũ agit caliditatẽ in tertium, quæ caliditas etiam nõ agatur ab alio tanquam à partiali agente, sicut cum duo homines trahunt nauim vterque tanquam partiale agens trahit totam nauim.

His ita notatis sit prima conclusio, licet nõ omnis febris existens in corde sit procedens ab eo mediantib. spiritu, & sanguine in totum corpus, omnis tamen febr. existens in corde deducto impedimẽto est apta procedere medianti bus spiritu, scilicet, & sanguine in totũ corpus. Ista conclusio quo ad vtranq; partẽ est de intentione Auic. in cap. de liparia, quæ est febris in qua interiora calent, & exteriora frigẽt, cuius est hic textus. Et habet aliquis vt dicat, quomodo erit febris, & non ꝓcedat in ea caliditas ex corde in totum corpus. Responsio itaq; ꝙ in terminis. i. diffinitionibus harũ rerum attenditur, vna conditio, vt non sit quod prohibeat, sicut diffinimus aquam frigidam, & humidam quando disposita est ſm naturam suam, & non fuerit quod prohibeat, & diffinimus graue quod est illud qđ tendit inferius, qñ dimissum fuerit cum natura sua, & in omnibus istis caliditas peruenit ad cor, & ꝓcedit in arterias, & spargitur, at vero accidit prohibitio illius in quibusdã locis, sicut accidit ei super quem ponuntur pruinæ. Et ex hac cõclusione sequuntur duo correlaria. Primũ, in omni cor de febriente est calor ex se sufficiens ad communicandum calorem febrilem toti corpori. Secundũ, ꝙ in liparia & febribus omnibus in quibus exteriora frigent, nõ est dicẽdum illa exteriora febrire. Contra, sequitur quòd syncopalis in qua exteriora frigent, & pulsus est paruus tardus, & rarus non est febris. Sequitur secundo ꝙ moriẽtes ex febribus colliquatis non febriunt. Sequitur tertio omnem morientẽ ex febre ante mortem fieri infebriẽtem, & in summa ꝙ nullũ membrum febrit nisi in eo calor sit in tensior calore sibi debito. Horum solutio ponetur in solutione argumentorũ factorum ante oppositum quæstionis.

Secunda cõclusio. omnis febris existens in alio membro a corde ꝓcedit ab eodem mediantib. spiritu, & sanguine. probatur, quandocunq; aliquod membrum aliud à corde, febris habet caliditatem prẹter naturam sufficientem lædere operationes pendentem à corde, vt patet ex quæstione præcedenti, sed talis caliditas si pendet a corde, pendet etiã a spiritu, & sanguine. igitur procedit a spiritu & sanguine. tenet consequentia. & minor probatur de tertio notato. si duo vel plura calida iuxta ponantur uni reliquis minus calido: illa duo vel plura se iuuant ad calefaciendũ minus calidum. sed in feb. cor, sanguis, & spiritus iuxta ponuntur aliis membris quę sunt ipsis minus calida. igitur cor, sanguis, & spiritus se iuuãt ad calefaciendũ illa membra, ita ꝙ nulla caliditas ducetur in membra illa, quæ non pendeat a quocunq; illorum, tanquã a partiali agente iuxta notatũ. Quod autẽ cor, sanguis, & spiritus sint calidiores aliis membris, patet ex secundo notato, quia sanguis minus calidus spiritu & corde est calidior hepate magis ca lido reliquis membris aliis a corde: prima primi. & hæc conclusio veritatẽ habet de sanguine, & spiritu existenti-

bus in venis & arteriis : ſicut de ſpiritu & ſanguine exiſtē-tibus in corde, ſimiliter de vaporibus in his partib. contē-tis. Ex hac concluſione ſequitur primo ꝙ ſi alicui membro communicaretur caliditas per ſimplicicem alterationem abſq; præſentia ſanguinis, aut ſpiritus in illo membro adhuc calor ille procederet a corde mediantib. ſpiritu & ſanguine, quia illis adiuuantibus agit cor caliditatem illam. Sequitur ſecundo. ꝙ licet in membris aliis à corde ſint febres more medicorum ſpecie vel genere differentes, non oportet illas à corde procedere per alios delatores, quam per ſanguinem, id eſt maſſam humoralem, ſpiritus, & vapores. illi enim ſimul cum corde agunt omnē caliditatem febrilem in membris repertam. Tertia concluſio. non oportet ad hoc vt dicamus aliquam febrem procedere a corde ipſam eſſe caliditatem quæ producitur, aut fuerit a corde producta. Iſta concluſio probatur. poteſt enim aliquod membrum prius eſſe calefactum caliditate per ſe ſenſibiliter lædente, quæ caliditas poſtea è corde febriente mediātibus ſpiritu & ſanguine conſeruabitur, & cum conſeruabitur dicetur feb. cum antea non eſſet febris. igitur concluſio vera. tenet conſequentia. & aſſumptum probatur ex primo notato.

Supereſt ut reſpondeamus ad argumenta facta in principio quæſtionis. Ad primū dicitur, quòd licet accidens non migret de ſubiecto in ſubiectum, poteſt tamen ſubiectum illius accidentis inducere ſimile accidēs in parte ſibi ꝓpinqua illius ſuſceptiua. Ad ſm ſunt duo modi reſpondendi, vnus vt exiſtimo magis conformis mentibus auctorum, & eſt quòd nullum membrum dicatur febrire niſi habeat caliditatem extraneam excedentem, & ſuperabundātem caliditati ſibi debitæ tempore ſanitatis. hæc in verum ſunt de intentione auctorū ſi nō volumus eorum dicta extorquere. Primo hoc manifeſte ſonat textus Auic. ſuperius allegatus in capitulo de liparia. & prima quarti. cap. primo, vbi declarās particulas in diffinitione poſitas dicit. Et inflammatur in eo, ſcilicet corde aut corpore inflammatione quæ nocet operationibus naturalibus, non ſicut eſt caliditas iræ aut laboris cum non vltimatur. Item iſte textus Gal. octauo therapeuticę ſuperius allegatus. & ſtatim inferius ponendus. & primo de differentiis febrium. & Auer. tertio colliget capitulo tertio. vbi difiniens febrem dicit ꝙ eſt aggregatū ex calore naturali & extraneo ſuperaddito. Hoc idem oſtendit quid nominis, febris dicta a feruore, & græce dictapyreos. Item pro hac parte ſunt rationes, quia aliter oporteret dicere quòd non omnis cura fit per contrarium formaliter, aut virtualiter, nam quando extrema ſunt frigida, ſicut in principijs paroxiſmorum in liparia, in ſyncopali, in morientibus calefaciendo extrema omnibus auxiliis cum his quæ ſunt formaliter, & virtualiter calida, ergo non febriunt. debet enim febris curari ꝑ

Febris per infrigidationē curatur. frigida iuxta doctrinā Gal. octauo therapeuticæ. Eſt aūt immoderatio diſcraſiæ febrium in ſuperabundantia caliditatis, via igitur quę in eucraſiam per infrigidationem erit. Præterea ſi feb. in caſibus iam dictis dēret curari, oporteret ꝙ ipſa remitteretur, & cum ipſa ſit calor oporteret calorem remitti. ſed conſequens eſt falſum, quia curantur ꝑ caloris intenſionem, & hæc argumenta procedunt contra Gale. dicentem quòd calor exiſtens in membris infrigidatis de quibus ſupra, eſt febr, propter malam à calore cordis extraneo dependentiam, quia in morientibus habentibus anhelitum frigidum, aut pulſum paruum, tardum, & rarū, ſi debet curari febr. oportet quòd curetur per caloris intēſionem, tam in corde, quàm in extremis, ergo nec in extremis nec in corde eſt feb. & ſm hanc opinionem concedendum eſt, ꝙ non ſolum in liparia extrema non febriunt: ſed neq; in principiis aliarū febrium, quando ſunt frigida. & quòd principiū ſyncopalis non eſt febris: & quòd morientes ex febribus colliquatiuis neceſſario ante mortem fiunt infebrientes: & quod non eſt poſsibile aliquē mori febrientem. Alia tamen opinio eſt doctorum dicentium quòd in liparia extrema febriunt, & ſimiliter in principio interpolatarum. Et quòd principium ſyncopalis eſt febris, & quòd habentes anhelitum frigidum, & extrema frigida ꝓpter febres colliquatiuas febriunt tam ſm cor, quàm ſm extrema. ille enim paruus color qui eſt tam in corde quàm in extremis: licet ſit in gradu diminutionis reſpectu caloris ſibi debiti: & etiam in multitudine formæ: tamen quia ſuperabundat in igneitate, & pręternaturalitate, propter quam ſuperabundantiam lædit operationes, dicitur febris. ut ſuperius dictum fuit in determinatione primę quæſtionis, & conſequenter iſti concedunt, quòd in eadem parte adæquata eſt febris, quę eſt mala complexio calida, & eſt mala complexio frigida: quę duo poſſunt intendi in præternaturalitatem, licet ſimul non poſsint calor & frigiditas in eadem parte adęquata eſſe. Et ad argumenta adducta pro alia opinione reſpondetur. Ad primum cum infertur quòd non omnis cura fieret per contrarium formaliter nec virtualiter. dicitur quòd qui approximant calida cum extrema ſunt frigida curant frigiditatem, & non febrem: niſi forte de per accidēs intenſo calore virtus fortificata expelleret humorē putridū, aut venenoſum, à quo dependet ille paucus calor igneus. intentio enim in caſibus in curatione febris nō eſt remittere calorem febrilem in calore, ſed igneitatem: quod fiet expellendo humorem putridum, aut venenoſum a quo dependet ille paucus calor igneus. In his autem febribus, in quibus calor febrilis eſt ſimul intēſus in gradu caloris & igneitatis, intentio eſt ſimul remittere calorē & igneitatem. Et ſimiliter ad ſm dicitur, quòd curare febres nō eſt ſemper remittere calorem: ſed bene eſt ſemper remittere igneitatem, quòd ſi in aliquo calore eſſet diminutus in gradu caloris & igneitatis: tunc non eſſet febris, nec mala complexio calida, ſed bene malus calor, qui eſt diminutus: ſicut calore aucto frigiditas pauca ſecum coextēſa nō dicitur mala complexio frigida, niſi forte penderet a re venonoſa: & eſſet magis elemētalis, & magis lædens operationes, quàm cōueniret tam remiſſo gradui frigiditatis. Aliqui tamen dicunt ꝙ in habentibus anhelitum frigidum, & in principio ſyncopalis cor febrit: & quòd ibi calor vſque ad mortem eſt intenſus in gradu caloris: ſed eſt diminutus in quantitate, ſiue in multitudine formæ. ideo aer expiratus infrigidatur: quia potentia rei inſequitur multitudinem formæ. Sed contra hanc opinionē eſſent inſtantię efficaces, quas proſequi eſſet inutile. dicta autem auctorū: priores dicentes omnem febrem eſſe calorem igneum: licet aliquādo ſit in gradu diminutionis. Et ſimiliter iſti poſteriores dicentes omnem febrem eſſe calorem intenſum ſupranaturalē: ſed aliquando diminutum in multitudinem formæ. Primi gloſant extorquendo dicta auctorum ad igneitatem: ſecundi gradus ad intenſionem abſq; multitudine formæ. tu vero dic vt libet. Ad tertium argumentum patet ex tertia cōcluſione quid ſit reſpondendum. illa enim caliditas exiſtēs in membris licet a corde non de nouo producatur: tamen a febre cordis conſeruatur. Et ad confirmationem admittitur caſus: licet ſit male veriſimilis: & dicitur quòd in primo eſſe febris cordis, quod eſt primum eſſe febr. aliorum membrorum, feb. aliorum membrorū a febris cordis conſeruatur: licet non de nouo producatur. ſed in alio caſu in quo ponitur nunc primo cor febrire: dicitur quòd febris cordis non procedit ad alia membra, neq; forte incipit ꝓcedere: ſed bene poſt hoc procedet. requiritur enim tempus ſufficiens ad proceſſum illum. Ad quartum de febre hectica exiſtente in membris: dicitur ꝙ eſt facta, & a nullo dependet ſpeciali dependentia: ſic enim eſſet fiens: generali tamen dependentia pendet a calore cordis, ſanguinis & ſpirituum. & hoc facit ipſam eſſe fientem: quia etiā abſq; hoc ipſa ex ſe eſſet apta conſeruari. ſed hæc generalis dependētia poſſet ipſam intendere & facere magis reſiſtentem cauſis ipſam corrumpētibus. Et ad confirmationem quid dicendum ſit videbitur ex ſolutione ſecundi argumenti. Ad quintum negatur ſequi omnem febrem eſſe ephemeram, aut ſanguineam: & concedo quod febres cordis ſpecificantur, & denominātur ſm diuerſitatē ſubiectorum: in quibus ſunt calefacta eſſe, a quibus pendent: nō tamen ſpecificantur, aut denominantur: ſecundū diuerſitates ſubiectorum, in quibus ſunt caliditatis fientes, a quibus pendent. tales autē ſunt ſanguis & ſpiritus: a quibus pendet omnis febris in membris generali dependentia: & dicitur

citur secundo, quòd febres aliorum membrorum a corde specificantur & denominantur secundum denominationē febrium, quæ sunt in corde: & consequenter concederentur illæ duæ conclusiones illatæ in argumento, & nō absq; ratione. Nam sicut caliditates existentes in membris denominantur febres propter febres cordis: ita propter easdem debēt denominari specialibus nominibus ipsarū. Et si instetur: quia tunc esset eodē febris fiens & facta: depēdens & independens. negatur consequentia. non enim omnis ephemera est fiens & dependens: neq; omnis hectica facta est independens. Ad sextum dicitur, quòd non est posibile cor febrire, quin sanguis & spiritus calefiant caliditate fiente, & non facta. Et ad confirmationem licet spiritus citius calefiat, quàm sanguis: & calefactus citius ad membra deferatur, quàm sanguis: non tamen est possibile corde febriente, quin ista sint calefacta: & sic ab ambobus simul pendebit quælibet febris aliorū membrorum quantumcunq; citius deferātur ad membra spiritus quàm sanguis. Ad septimum conceditur ad quod deducitur: sed p spiritus Auicen. dedit intelligere vapores & putridas fuligines: & quantumcunque per simplicem alterationem, membra aliter calefiant: illa tamen calefactio fit per sanguinem & spiritus. Ad octauum dicitur, quòd per uenas & arterias dedit intelligere neruos & cæteras particulas, per quas potest corpus calefieri: expresit tamen principaliora. Deinde cum dicit: Et inflāmatur in eo. In hac parte Auicen. exponit duas particulas in diffinitione positas. primo declarat qualiter febris est calor accēsus in corde. In secunda ibi. § Et impedit operationem § declarat qualiter febris est calor extraneus. De prima dicit ꝙ feb. quæ est calor accensus in corde taliter inflammatur in eo corde, vt per inflammationem noceat operationibus naturalibus, id est omnibus operationibus quæ insunt homini fm naturam, scilicet vitalibus, animalibus, & naturalibus. lædit enim febris iuxta doctrinam Auer. tertio colliget. capit. tertio omnes actiones & pasiones cuiuscunque membri. Et subdit quòd nō lædit ita remisse, sicut caliditas iræ, aut laboris, cum non vltimantur: quia cum caliditate iræ aut laboris non vltimata remanet homo in latitudine sanitatis: sed cum febre nō remanet in latitudine sanitatis: sed febris lædit hominem ita intense, sicut caliditas iræ & laboris cum vltimantur: illa enim caliditas vltimata lædit operatiōes hominis sensibiliter, sicut & febris. immo forte est febris. Pro qua particula notandum, ꝙ calorem sequentem iram, aut laborem vltimari, potest dupliciter inteligi. vno modo sicut dictum est: quia sensibiliter lædit operationes. secundo modo, quia figatur caliditas in aliqua nostri corporis particula, sicut in spiritibus, humoribus, aut membris. & vterq; modus est ad propositum. In secunda autem particula declarat ly extraneus. est enim febris calor ita extraneus, vt impediat operationē: ita vt retineatur: quæ particula potest tripliciter exponi. Primo vt operaratio retineatur .i. non sit omnino ablata: sed diminuta vel corrupta: nam cum ablatione omnium operationum non stat vita. licet cum ablatione alicuius vt visus, aut appetitus quandoque stet vita in febribus. operatio .n. læditur tripliciter, diminute, scilicet cum minuitur à mensura sibi conueniente: corrupte, quando nō conuenit alicui indiuiduo de specie humana naturaliter disposito: ablate, quando operatio omnino aufertur. Exemplū primi, sicut quando homo diminute appetit, & vno bolo satiatur: corrupte quando appeteret carbones, & res non conuenientes humanę speciei. ablate si nihil appeteret: nunc autē in febribus retinetur operatio: quia non omnes auferuntur: quia sic esset mors. Aliqua tamen potest totaliter auferri: vt dictum fuit. Secundo potest exponi ꝙ febris impedit operationem: ita vt homo retineatur, id est impediatur ab operationibus sibi conuenientibus, & solitis. Tertio exponitur a Gentile, ꝙ febris impedit operationem; ita vt ipsa febris retineatur, id est non sit dependens a causa primitiua. voluit enim de intentione Galeni primo de differentijs febrium, nullam posse esse in corpore humano sanitatem, aut ægritudinem omnino a causa primitiua dependentem. Exemplum, nam si Socr. habeat ma-

An sanitas & ægritudo sint a causa primitiua.

lam compositionem manus in digitis manus: vt verbi gratia, torturam, vt nō posit scribere, est æger. Si vero Plato haberet torturam in digitis factam a ligatura, vt non posset scribere esset sanus: quia impedimentum illud pendet omnino a causa primitiua absque læsione in aliqua natura membri sui. Eodem modo potest exemplificari de sanitate: nam siquis habet bonam compositionem manus, id est vt posit scribere est sanus. Si vero quis habens digitum paralyticum, vel tortum non posset scribere ex se: socius tamen ducendo digitos suos faceret ipsum scribere, nō esset sanus: quia operationes illæ penderent omnino a causa primitiua. Similiter oportet de febre dicere quòd non sit omnino dependens a causa primitiua: sed sit facta læsio: & caliditas sit fixa in aliqua corporis particula, scilicet in spiritibus, humoribus aut membris.

Contra. temperamentum cordis pendet ab aere respirato, & est sanitas. ergo sanitas pendet a causa primitiua. Secundo frustum lapidis positum in vesica est ægritudo in numero, & est causa primitiua: & oppilatio vrinæ est ægritudo immediate pendens ab eadem causa primitiua. ergo determinatio falsa. Ad primum respondetur quòd temperamētum cordis non omnino pendet ab aere respirato: sed a spiritibus, compositione, complexione, & vnitate. Ad secundū credo, quòd lapis positus in vesica oppilans viam vrinæ, sit ita morbus in numero: & oppilatio facta ab eo sit ita morbus in compositione: sicut si fieret a lapide ibidem nato. Credo itaq; addendum esse in diffinitione sanitatis & ægritudinis quòd sint independentes a causa primitiua ad placitum remouibili, quod non est in proposito. hæc tamen argumenta licet apparenter procedant contra opinionē Gentilis, Marsilii, & Iacobi de forliuio: non tamen procedunt contra opinionem quam sequor. Ego enim credo vna cum principe medicorum, secunda primi. primo capi quòd ægritudo est dispositio nō naturalis in corpore humano, ex qua in operatione essentialiter prouenit nocumentum prouentu primo. & est aut complexio non naturalis: aut compositio nō naturalis. Et ecōtra sanitas est dispositio naturalis in corpore humano, ex qua essentialiter perficiūtur operationes prouentu primo. & hæc est complexio naturalis, aut compositio naturalis: & sub compositione comprehenditur vnitas. Et similiter secunda primi. secundo cap. Sanitas est dispositio, per quam corpus hominis in sua complexione & compositione tale existit, vt ex eo operationes omnes proueniant incolumes: & ægritudo est dispositio hominis huic cōtraria. nec credo addendum esse in diffinitione sanitatis, aut ægritudinis quòd sint independētes a causa primitiua: sed sufficit ad esse ægritudinis quòd sit dispositio mala secundum aliquam corporis naturā per se sensibiliter læsiua operationum. Similiter ad esse sanitatis sufficit quòd sit dispositio bona secundū omnes corporis naturas per se operationum perfectiua siue hæ dispositiones pendeant a causa primitiua siue non. Deinde cum dicit.

Et sunt quidam hominum qui diuidunt febres in duas diuisiones primas, scilicet in febrem ægritudinem: & in febrem accidens: & ponunt febres apostematum de genere febris accidentis.

In hac parte determinat de febribus diuisiue: & diuiditur in tres. In prima ponit diuisionem vnam, quæ secundum aliquos, præcipue Rasim .16. continentis cap. 2. est principalis. In secunda parte ibi § Procedamus ergo § ponit aliam diuisionē febris, quę secundum communem medicorum opinionē est principalior. In tertia ibi. § Et diuiduntur febres. § ponit alias diuisiones minus principales. prima pars diuiditur in tres. In prima ponit diuisionem dictam de intentione Rasis. Secundo declarat intellectum diuisionis ibi. § Et intentio quidē. § In tertia parte ibi. § Et contradicenti quidem. § arguit contra hāc diuisionem. De prima parte dicit quòd sunt quidam hominum, scilicet Rasis, & sequentes eum: qui diuidunt febres in duas diuisiones primas, id est in duo membra, quæ dicūt esse prima. Putant enim hanc diuisionem febris esse principalem inter omnes, scilicet quòd febris diuiditur in febrem

brem accidens, & febrem ægritudinem. & ponunt febres apostematum de genere febrium accidentis,& febrem sequentem humorum putredinem,aut calefactum esse spirituum:& similes causas quæ non sunt ęgritudines de genere febrium ægritudinalium.

Et intentio quidem huius sermonis est,quòd febris ægritudinalis est illa inter quam & causam,quæ non est ægritudo,non est medium, sicut febris putredinis. Putredo enim est causa eius absq; medio: & nõ est putredo in seipsa ægritudo: immo est causa ægritudinis. Febris vero apostematis est accidens apostemati existens: dum est apostema sequens ipsum: & apostema est ægritudo in seipso.

In hac parte declarat huius diuisionis intellectũ dicẽs, quòd febris ægritudinalis secundum intentionem diuidẽtis,scilicet Rasis est feb. cuius causa immediata nõ est ægritudo: sicut febris sequens putredinem,causa est putredo: siue per putredinem intelligas calorem putredinalem:siue intelligas putridam fuliginem. putredo autẽ non est ægritudo, sed ægritudinis causa. febris autem accidens est,cuius causa immediata est ægritudo: sicut feb. sequens apostema: aut vlcus, aut oppillationem.

Et contradicenti quidem inest, vt dicat: quoniã si propterea quòd febris apostematis sequitur caliditatem eius: & sequitur ex dolore ipsius, est simile vt sit febris accidẽs: tunc oportet vt sit plurimum febrium ephemerarum accidens. Et si ipsa sequitur putredinem, quæ est in apostemate: tunc apostema non est causa eius prima, vnde est apostema: immo quantum ad putredinem, quæ est in ipso. Causa igitur eius, quæ est essentialis est putredo: & apostema non est causa eius nisi per accidens.

In hac parte pręsenti primo arguit contra diuisionem. In secunda parte ibi. §Verum occupatio.§ excusat se ab vlteriori argumentatione.prima in duas. nam in prima arguit contra dictam diuisionem secundũ vnum intellectũ. In secunda parte ibi § Et dicimus. § arguit contra eandem secundum alium intellectum. In prima parte arguit sic.febris sequens apostemata: aut sequitur calorem apostematis: aut dolorem: aut putredinem. Si sequatur dolorem, aut calorem,& ꝓpter hoc sit febris accidẽs, sequitur ephemeras secundum plurimum esse febres accidentia. Ille .n. secundum plurimum sequuntur dolorem, aut calorem, vt patet discurrenti: consequens est contra Rasim, & sequaces qui nolunt aliquam ephemeram esse feb. accidens, nisi ephemeram sequentem bubonem. Si uero febris sequatur putredinem: sequitur ꝙ putredo est causa essentialis: & immediata eius, & non apostema nisi quantum est ratione putredinis: quare apostema non erit causa febris,nisi de ꝑ accidens. Deinde cum dicit.

Et dicimus quòd si non significauerint per febrem accidens hoc. immo non intellexerunt per eam: nisi quòd ipsa sequitur apostema hoc: & inueniunt eam per intentionem apostematis. Similiter ergo est dispositio febrium putredinis per comparationem ad putredinem.

Arguit contra diuisionem secundum alium intellectum dicens, quòd si intellectus ponẽtium hanc diuisionem non fuerit suprascriptus, immo quòd febris dicatur accidens apostematis. quia per ipsum inueniunt apostemata, idest deueniũt in notitiam apostematis, similiter erit febris putredinis,quia per hanc deueniunt in notitiam putredinis. nam per febrem exacerbantem de tertio in tertium, aut de die in diem, aut de quarto in quartum veniunt in notitiam humoris putrentis.

Verum occupatio in huiusmodi contradictionibus est illud, quod non confert in scientia medicinæ aliquid: & facit medicum procedere ex arte sua ad inquisiones, quæ fortasse impediunt ipsum ab arte sua.

In hac parte excusat se ab vlteriori argumentatione cõtra hanc diuisionẽ dicens quòd occupari in huiusmodi cõtradictionibus nõ confert aliquid in medicina: immo magis impedit medicum quam iuuet, faciens eum procedere ad inquisitiones, quæ impediunt eum in arte sua. Hunc passum bene aduertant terentes omne tempus suum in his alterationibus,& quæstionibus Iacobi de forliuio,& Vgonis & Thomæ de garbo, qui tandẽ nesciunt ordinare vnũ clystere,& fine artis frustrãtur.Sunt enim istæ res a quibus in primis annis se debent expedire: postea ad finem artis intendentes,per quam medici vocati sunt.

Hic dubitatur.Vtrum diuisio supra posita sit conueniẽs. & videtur quòd sic: quia datur a Galeno septima particula aphoris. si febris non a cholera. hanc eandem vt supra ponit Rasis.16.&.17. continentis. necnon Auenzoar in Theisir. Item Auicen. in particula sequenti,& statim acceptabit eam. Respondet Dynus,& bene quòd febris dupliciter consideratur: aut in se, & sic est morbus: & non est diuidenda in febrem accidens, & febrem ægritudinem. Febris dupliciter cõsideratur. Alio modo consideratur in relatione ad cognitionem, & operationem medici: & hoc modo est conuenienter diuisa. per hoc enim quòd scimus febrem esse accidens scimus principaliter esse intendẽdum illi morbo a quo dependet. secus cum est morbus,& a morbo non dependet. Possumus etiam scire secundo, quòd non est acceptanda tanquã principalis: principalior enim est immediate sequens quã Auicen. positurus est: licet hæc diuisio sit vltimata,& maxime medico deseruiens: quam præ oculis medicus semper debet habere, ne incidat in errores, in quos plerique incidunt credentes febrem nõ ab alio morbo dependere: cum tamen frequentius decipiantur errore persæpe incorrigibili. nec Auicen. arguit contra eam, vt improbaret eam: quod patet ex modo loquendi suo cum dicit.Et contradicenti quidem inest vt dicat: quasi dicat aliquis posset sic arguere contra eum:ideo ad rationes Auicennæ respõdeamus. Ad primum cum dicitur, quòd febris aut sequitur dolorem, aut calorem apostematis: & propter hoc sit accidens: sequitur vt plurimum quòd ephemeræ sunt feb. accidentia. negatur consequentia. illæ enim non sequuntur dolorem nec calorem apostematis, nisi quæ fiunt a bubonibus. Ad aliud cum dicitur,si sequantur putredinem apostematis. ergo putredo est per se & immediata causa eius. non autem apostema. negatur consequentia. nam licet apostema non sit per se primo causa eius: est tamen per se secundo causa ipsius, cum producat febrem per partem ipsius, scilicet putredinem. Et ad argumenta sua penes aliud intellectum huius diuisionis cum arguitur quòd ita febris ducit in notitiam putredinis: sicut ducit in notitiam apostematis conceditur: sed est differẽtia:quia feb. putredinis ducit in notitiam putredinis: quę non est ægritudo:sed feb. apostematis ducit in notitiã apostematis,qđ est ægritudo. Credo tamen quòd propter euitare cauillationes,quòd esset tutius dicere, quòd febris accidens est, quæ pendet a morbo mediate,vel immediate: & hoc dico propter febrem sequentem oppillationẽ, quæ est accidẽs: cum tamen non possit sequi eam nisi mediate. illa autem febris quæ est morbus, est quæ sequitur non morbum. Deinde cum dicit.

Procedamus ergo secundum id quod consuetum est. Dicamus ergo propterea quòd febres apostematum, & oppilationum sunt febres accidentes,& aliæ febres sunt ægritudines, tunc conueniens est ut dicamus, quoniam propterea quòd omnia quæ sunt in corpore hominis sunt tria genera, scilicet membra continentia illud, quod est in eis de humiditatibus, spiritibus, quorum comparatio est comparatio parietum balnei. Et humiditas recondita, & eius comparatio est comparatio aquæ balnei. Et spiritus animalis, vitalis, & naturalis, & vapores effusi. Et comparatio eorum est comparatio aeris balnei. & aer balnei quando infrigidatur illud, quod est vicinum ei, non oportet vt ipse extinguatur. immo possibile est vt remaneat, & redeat, & calefaciat illud quod ei vicinum est. Similiter est vnum istorum trium generum, extra quod non inuenitur in homine genus corporeum.

Oĩa, q̃ sũt ĩ corpore sunt cõtẽta,cõtinẽtia, ac impetum facientia.

In

In hac parte Auicen positurus diuisionem, quam credit esse principalem. primo acceptat diuisionem superius positam, vt sequatur opinionem aliorum: & ponit fundamenta diuisionis sequentis. In secunda parte ibi. § Nam si accendatur. § ponit diuisionem illam. In tertia parte ibi. § Hæc ergo diuisio febris est. § dicit ipsam esse propinquã diuisioni, quæ datur per essentialia. De prima parte dicit in sententia: procedamus ergo secundum illud quod consuetũ est de hac diuisione suprascripta ab alijs, & dicamus sicut ipsi quòd feb. apostematum, & oppilationum, & supplete uos vlcerum, & aliorum membrorum sunt febres accidentia. quę autem sequuntur putredinem, calefactũ esse spirituum, & huiusmodi: quæ non sunt morbi, deinde dici feb. ægritudines. Postea Auicen. ponens fundamenta diuisionis sequentis. dicit quòd in humano corpore sunt tria genera corporea, scilicet membra quæ in se cõtinẽt humiditates & spiritus. Secundo humiditates ipsæ. Tertiũ est spiritus animales, vitales, & naturales, & uapores effusi, scilicet in membris corporis, qui vapores nondum receperunt formam spiritus: vel sunt spiritus corrupti, vel forte vapores a membris eleuati. nam vapores & putridæ fuligines sub humoribus eleuatæ ab humoribus continentur. hæc autem tria comparãtur ad tria corpora quæ in balneo sunt reperta. membra quidem ad parietes balnei. humores ad aquã balnei. spiritus & vapores effusi ad aerem balnei. aer balnei, quãdo infrigidatur illud quod ei est vicinum .s. parietes, & aqua balnei, nõ oportet ꝓpter hoc ut ipse aer extinguatur: immo possibile est vt calidus remaneat, vel de nouo calefiat, & calefactus calefaciat parietes, & aquã balnei: sicut est videre in balneis quæ calefiunt à fornace sibi proxima mediante ductu ferreo, per quem aer ignitus peruenit ad balneum. Similiter parietes balnei calidi possunt calefacere aquam balnei, & aerem: & aqua balnei calida potest calefacere parietes, & aerem balnei. Similiter potest accidere in humano corpore ꝓpter illa tria genera corporea vltra quæ non inuenitur aliquod corporeum.

Sed contra. Nam præter hæc tria genera corpora sunt in humano corpore elementa, aer inspiratus, aqua bibita, cibi, & similia. Dicendum quòd elementa sunt partes istorum trium iam dictorum. Sed Auic. intellexit in litera, quòd præter ista tria corporea concurrentia ad constitutionem corporis humani, non est aliquod genus corporeum, quod non sit pars alicuius istorum. nunc autem elementa sunt partes vniuscuiusq; istorum. aer autem inspiratus, & aqua bibita, & cibi bibiti non sunt partes constituẽtes corpus humanum. chilus autem, lac, & humiditates secundæ, stercora, & similia: sub humiditatibus comprehenduntur: capilli autem non sunt partes integrantes corpus humanum, idest necessarii ad constitutionem corporis humani. Deinde cum dicit.

Nam si accendatur febris in membris radicalibus accensione prima, sicut accenditur adustio: verbi gratia, vt in parietibus balnei: aut per follem ferrarij: aut per ollam coqui, tunc illud genus febrium nominatur febris hectica. Et si accenditur febris accensione prima in humoribus: deinde accendatur ex eis in membris, sicut accidit: vt effundatur aqua calida in balneo, & ignantur lateres eius causa eius, aut ius calidum in olla, & accendatur olla causa eius, tunc illud genus febrium nominatur febris humoris. Et si accenditur febris accensione sua prima in spiritibus, & uaporibus: deinde accendatur ex eis in membris & humoribus: sicut accidit vt perueniat ad balneum, aer ignis, qui accendatur in eo, & calefaciat aerem eius, & perueniat ad aquam, & parietes: tunc genus illud febris nominatur febris ephemera: quoniam est accensa in re subtili: quæ resoluitur cum uelocitate: & raro pertransit diem cum nocte sua: nisi conuertatur ad genus aliud febrium.

Hic Auic. ponit diuisionem quam intendit dicens. ꝙ si accendatur febris in membris radicalibus, quæ sunt omnia membra præter adipem & pinguedinem: licet membra spermatica maxime inter omnia vocentur radicalia, quia sunt tanquam radices, & fundamenta aliorum. Accensione prima, vt det exemplum hecticæ alijs febribus non complicatæ: tunc dicitur febris hectica, id est habitualis, vel quia iuxta Isidorum habitum corporis, & fixas corporis partes possideat quæ hectica dicitur, vel tenetur sicut adustio: calor enim hecticus magis conuenit cum calore adustiuo, quàm cum putrefactiuo, qui est calor febrium putridarũ: membra nanq; hectica aduruntur & exiccãtur, sed non putrent. humores autem facientes putridas putrent. Quæ autem sit differentia inter putrefactionem, & adustionem dicetur in principio tractatus secundi huius fen. declarat autem hoc exemplariter in parietibus balnei: follibus fabri, & in olla coci. Deinde notificans humoralem alijs nõ coniunctam, replicat quòd si accendatur febris accensione prima in humoribus: deinde in membris .s. cum ex aqua calida accenduntur parietes balnei, & ex brodio calido olla coci: tunc est febris humoralis. & dixit humoralis vt comprehenderet putridas, & non putridas. licet Galenus 9. terapeuticę 8. cap. ponat synochas sine putredine: quasi medias inter putredinem & ephemeram. Deinde hoc idem dicit de ephemera ostendens, quòd dicatur ephemera, quòd raro pertransit diem naturalem nisi conuertatur ad aliud genus febrium. Est enim calor accensus in spiritibus: qui facile aut resoluuntur, aut ad temperamentum ꝓprium reducuntur propter tenuitatẽ suę substantiæ. ephemera dicitur ab himera græce quod est dies latine. vnde ephemera febris diei. Et licet dicat Isaac quòd ephemera dicatur ab ephemeron pisce: cuius vita & periodus finitur in die naturali: credo potius quòd tam ephemera quam ephemeron dicantur ab ephemeris græce idem sonante quod opus diei.

Hæc ergo diuisio febrinm est per modum propinquum diuisioni euenienti per differentias.

Hic extollit hanc diuisionem dicens, quòd est propinqua diuisioni euenienti per differentias essentiales.

Super hac particula cadunt duo dubia. primo vtrum quælibet febris specificeter & denominetur s̃m subiectum calefacti esse in corde. Pro cuius decisione ponendæ sunt istæ duæ cõclusiones. Prima licet omnis febris cordis pendeat à calefacto esse alicuius subiecti existentis in corde: non tamen omnis febris aliarum partium dependet ab huiusmodi calefacto esse dependentia speciali. prima pars est de intentione Galeni primo de differentiis febrium. & ꝓbatur inductiue. ephemera nanq; cordis pendet à calefacto esse spiritus existẽtis in corde: hectica à calefacto esse substãtię cordis: & humoralis à calefacto esse humoris: vel uaporis existentis in corde. Secunda pars probatur, nam possibile est febrem fixam esse in aliquibus membris, sola febre fiente existente in corde vt puta ephemera. sed omnis talis febris fixa est independens dependentia speciali, igitur &c. Assumptum autem declaratum fuit in quæstione pręcedente. Secunda conclusio, omnis febris siue cordis, siue aliarum partium specificatur & denominatur secundũ aliquod subiectum calefacti esse existentis in corde. probatur, omnis feb. cordis specificatur & denominatur secundũ aliquod subiectũ calefacti esse existentis in corde: sed omnis febris aliarum partium specificatur & denominatur secundum exigentiã febris cordis. ergo omnis febris aliarum partium specificatur & denominatur secundũ aliquod subiectum calefacti esse in corde: tenet consequentia, & minor probatur inductiue: vt supra & est de intentione Galeni primo de differentijs febrium.

Contra determinationẽ instatur: ponamus quòd per caliditatem fientem in sanguine & spiritu, & in alijs partibus corporis producatur caliditas fiens in corde sensibiliter lædens operationes: tunc manifestum est quòd caliditas cordis est febris, quia sibi competit diffinitio febris: & tamen non pendet ab aliquo calefacto esse, cum nullum sit: ergo &c. Forte non admittitur casus. Contra per caliditatem fientem in sanguine & spiritu potest deferri caliditas a corde in totum corpus iuxta determinata: ergo cum cor sit cæteris membris inflammabilius poterit caliditas ad ipsum

ſum deferri mediãte caliditatę ſiente ſanguinis & ſpiritus. Ad hanc rationem dicitur admiſſo caſu quòd illa caliditas cordis: licet ſenſibiliter lædat operationes: tamen non eſt febris, nec ſibi competit diffinitio febris. non enim eſt calor accẽſus in facto eſſe in aliqua corporis particula, quod requiritur ad eſſe cuiuſcunq; febris, ſiue factę, ſiue fiẽtis in corde. Secunda ratio contra determinationem eſt: quia de intẽtione Hippocratis & Galeni in aphoriſmo illõ. In bubonibus omnes febres malæ exceptis ephemeris. ephemera in corde fit per ſolam cordis calefactionem abſq; eo quòd deferatur vapor putridus ad cor: quia ſic eſſet putrida, neq; apparet ibi aliquod calefactum eſſe. Reſpondetur ꝙ in corde eſt calefactum eſſe ſpirituum, qui ſpiritus erant primo in membro bubonato: & poſtea ſunt ad cor delati. ſpiritus enim læſi trahuntur ad cor vt fomentum inde recipiant. Tertio contra determinationem arguitur: quia ſequitur quòd omnis febris putrida eſſet continua concluſa: conſequens falſum, & probatur conſequentia: quia illa eſt febris continua concluſa, quæ pendet à pu. humorũ in corde exiſtentium. Ad hæc reſpondetur quòd ſi putrerent humores proprij ipſius cordis facerent continuam concluſam; ſed ſi vapor putridus aliunde ad cor deferatur poteſt facere febrem interpolatam, & continuam proportionalẽ ſecundum exigentiam humoris putrentis, aut extra venas, aut in venis à corde diſtantibus, qui vapor gerit vicem & ſapit naturã humoris à quo eleuatur. quapropter ipſo exiſtente in corde poſſumus dicere aliquod ſubiectum calefacti eſſe in ipſo corde à quo feb. cordis pendet ſpecificatur & denominatur. Quæ autem ſit differentia inter calefactũ eſſe & calefieri patuit ex quæſtione præcedenti.

Secundum dubium, vtrum diuiſio febris in ephemeras humorales & hæcticas fit per differentias eſſentiales. In qua quæſtione primo tenendum eſt quòd feb. cum ſit quid minus commune calore, qui eſt ſpecies ſpecialiſſima non poteſt diuidi per differẽtias eſſentiales quibus diuiduntur genera apud phyſicum & metaphyſicum. Dicendum ſecundo, quòd licet non habeat differentias eſſentiales, habet tamen ſpecies & differentias ſimiles eſſentialibus: de quibus phyſicus & medicus cõſiderant: ſicut enim illæ differentiæ eſſentiales ducunt phyſicum & metaphyſicum in cognitionem ſpecierum, & inuentionem diffinitionum, & tandem in finem ſuum qui eſt ſcire: ita iſtæ differentiæ & ſpecies, ſiue modi feb. ducunt medicum in finem ſuum: ita ut per has cognoſcat naturam febrium, cauſas, pronoſtica, & tandem curam. Nam ſi medicus ſcit quòd feb. eſt hectica, ſcit ipſam eſſe fixam ſubiecto denſo, & difficulter remouibilem: præcipue ſi ventum ſit ad ſecundam ſpeciem: ſcit etiam intentiones curatiuas eſſe infrigidationem, humectationem, & reſtaurationem. Si autẽ ſciuerit quòd ſit ephera: ſcitur ipſam eſſe breuis terminationis & curandam eſſe per infrigidationem, & humectationem abſq; euacuatione. Si autẽ ſciuerit quòd ſit humoralis, ſcit ipſam eſſe breuem, aut longam, mortalem, aut ſalubrem ſecundũ exigentiam humoris a quo pendet, & alias circunſtãtias: ſcit etiã in cura eius duplicem eſſe intẽtionem, vnam circa cauſam complendam per digeſtionem & euacuationem: alteram circa febrem complendam per infrigidationem, & humectationem. Eſt itaq; hęc diuiſio ꝓpinqua vel ſimilis, vt dicit Auic. diuiſioni euenienti per differentias eſſentiales ad intellectum dictum. Et ex determinatis manifeſtũ eſt quòd omnis febris eſt ephemera hectica vel humoralis. Contra. ponamus quòd ad eſſe febris & ſenſibilis læſionis operationum requirantur tres gradus caloris præternaturalis, in corde, ſit ſolum vnus gradus fixus: in ſubſtantia cordis addatur ſecundus à calefacto eſſe ſpirituum, & addatur tertius à calefacto eſſe humorum: tunc aggregatum ex his tribus gradibus eſt febris, & quilibet illorum trium per ſe non eſſet febris, ſed neutralitas. tunc arguitur ſic, hic totus calor eſt feb. & non eſt hectica, quia ſi hic totus eſſet hectica totus eſſet independens. conſequens contra caſum: neq; totus hic calor eſt ephemera, aut humoralis: quia ſic totus eſſet dependens dependentia ſpeciali: quod eſt contra caſum. Ad hoc dicitur quòd hic totus calor eſt febris hectica ephemera, & humoralis de copulato extremo, & non copulatiue, nec diuiſiue propter rationes dictas. Secundo arguitur, ponamus a membro putrefacto, ſcilicet à ſubſtãtia membri eleuati putridam fuliginem ad cor facere febrem in corde: tunc hæc eſt febris, & non ephemera: quia non dependet à calefacto eſſe ſpirituum: nec humoralis, quia non dependet à calefacto eſſe humorum: ſed ſolum à membri ſubſtantia, neq; eſt hectica: quia eſt depẽdens dependentia ſpeciali. Ad hoc dicitur quòd eſt humoralis & putrida pendens ab humiditate membri euaporante.

Contra. ponamus quòd aliqua pars cordis putrefiat, & faciat febrem: tunc hæc eſt hectica: quia fixa in corde: & eſt fixa & putrida. quia pendens à putredine. ergo aliqua erit hectica & putrida. dicitur quòd hoc eſt concedendũ. vt probat argumẽtum. Alia vero argumenta de ſpermate, vermibus, chilo, & ſimilibus humiditatibus putrentibus facile ſoluuntur: quia omnes iſtæ ſunt putridæ pendentes ab humiditatibus putridis.

Et diuiduntur febres alio modo: dicitur enim quòd de febribus ſunt febres acutæ, & de eis ſunt non acutæ & de eis ſunt chronicæ, & de eis ſunt non chronicæ. Et de eis ſunt nocturnæ, & de eis ſunt diurnæ, & de eis ſunt ſalubres recte, & de eis ſunt habentes accidentia horribilia. Et de eis ſunt dimittentes, & de eis ſunt inſeparabiles. Et de inſeparabilibus ſunt quædam quibus ſunt remiſſiones: & de eis ſunt quibus ſunt intenſiones. Et de eis ſunt quibus ſunt fortiores, & de eis ſunt ſimiles. Et de eis ſunt frigidæ habentes rigorem, aut horripilationẽ. Et de eis ſunt ſimplices, & de eis ſunt compoſitæ.

In hac parte ponit ſeptem diuiſiões minus principales. prima quòd aliquæ febres ſunt acutæ, & aliquæ non acutę: aliquæ chronicæ: febres autem acutę ſunt breuis terminationis & ſæuorũ accidentiũ: vt patet in commento aphoriſmi. Acutæ ægritudines in quatuor diebus terminantur. Ex quo infertur quòd licet ephemeræ in breui terminentur: tamen cum non ſint ſæuorum accidentium non dicuntur acutæ. acutæ aũt ad minimũ terminãtur in quatuor diebus, & uocantur peracutæ, ad maximum autem in .14. & vocantur acutæ abſolute. non acute autem abſolute dicũtur acutæ tropicæ, id eſt conuerſiuę: quia ex acutis abſolute ad chronicas conuertuntur. & iſtę terminantur à .14. vſque ad .40 incluſiue: chronicæ autem, id eſt temporales terminantur à .40. ſupra. Secunda diuiſio. febrium quędam ſunt nocturnæ, id eſt ſolum affligentes in nocte: aut ſaltem notabilibus in nocte quam in die. aliquæ dicuntur diurnæ ex cauſis contrarijs. Tertia diuiſio. quædã ſunt ſalubres recte, id eſt non cum accidentibus terrorẽ facientibus: quædam ſunt habentes accidentia horribilia, ſiue ad mortem terminentur, ſiue non. Quarta diuiſio, febres quædam ſunt dimmittentes .i. interpolatæ: quædam ſunt inſeparabiles, id eſt continuæ. Quinta diuiſio. febres cõtinuæ ſunt quadruplices: ſunt enim quædam habentes remiſſiones .i. quæ procedunt remittendo à prima ſua inuaſione uſque ad finem, & dicuntur peraugmaſticæ. Quędam ſunt habentes intenſiones .i. procedunt intendendo a ſua manifeſta inuaſione vſque ad finem: & dicuntur augmaſticæ. Quædam ſunt habentes exfortiationes, id eſt quæ aliquando intẽduntur, & quandoq; remittuntur: & iſtæ ſunt continuæ proportionales: quædã ſunt ſimiles, id eſt à ſua prima manifeſta inuaſione vſq; ad finem ęqualiter affligentes: & dicuntur homotenæ. Sexta diuiſio. quædam ſunt frigidæ, id eſt habẽtes rigorem frigus, aut horripilationẽ: quædam ſunt calidæ, id eſt ſine typo. Septima diuiſio. quædam ſunt ſimplices, vt tertiana, quartana, & quotidiana: quædam compoſitæ ſicut hemitritæus. Iſtæ autẽ diuiſiones dicuntur minus principales. quàm ſupraſcripta in hecticam, ephemeram, & humoralem: quia minus medico deſeruiunt ad cognitionem, pronoſticationem, & curam: ſicut poteſt patere ex dictis in ſolutione dubii immediate præcedentis.

Dubitatur hic à doctoribus utrũ febris ſit morbus compoſitus ex calido & ſicco: huius dubii ſolutio erit manifeſta ex dicendis. Et arguitur quòd ſic, ex intenſione Gal. in

An febris ſit morbus ex calido & ſicco compoſitus.

particula

particula prima aphorismorum in commento illius aphorismi. Humidæ dietæ &c. Dicit enim quòd febris est morbus calidus & siccus. Et confirmatur: quia ex aphorismo præallega. humidæ dietæ omnibus febricitantibus conferunt: ergo cum cura fiat per contrarium, sequitur quòd febris sit morbus siccus, & cum sit calidus vt manifestum est ex diffinitione, erit morbus compositus ex calido & sicco.

Quid autem sit dicendum de hoc dubio patet ex sententia Gal. nono therapeu. & primo de differentijs febrium, vbi dicit quòd febris est de essentia caloris, siue in genere caloris. Constat autem quod calor est forma vna simplex non includens siccitatem tanquam partem suam: neque in essentia sua. & in hoc omnes antiquæ diffinitiones conueniunt. Item secundo concedendum est quòd aliquis est febriens in quo non est siccitas præter naturam, probatur, nam aliquis potest habere humiditatē superfluam, si ergo febris in illo accendatur per tempus stabit febris antequā inducatur siccitas sensibiliter lędens operationes, immo forte per febrem ad temperamentum in passiuis reducetur: quare in isto febris non erit morbus calidus & siccus.

Febris essentialiter calor est.

Tertio dicendum est omnem febrem esse morbum præternaturaliter exiccatiuum. Est enim omnis febris caliditas ignea humani corporis exiccatiua. Ex quo infertur ꝙ omnis febris est morbus virtualiter siccus: licet non sit essentialiter siccitas: sed solū calor. & hoc voluit Gal. aphorismo allegato. Et similiter Hippocrates cum dicit humidas diætas omnibus febricitantibus conuenire actu .s. uel aptitudine. Et hæc sufficiant pro determinatione huius dubij omissis multis superfluis positis à doctoribus: quorum inquisitio magis conueniret philosopho naturali quàm medico.

De præparatis ad febres. Cap. II.

DIxerunt quidam quod corpora vehementius præparata ad febres sunt corpora calida & humida, & proprie cum humiditas est fortior caliditate: & isti quidem sunt fœtidi sudoris & urinæ & egestionis.

Hoc est secundum capitulum primi tractatus primæ fen quarti cano. in qua agitur de corporibus præparatis ad febres. sic enim dicit rubrica capituli. Habet hoc capitulū partes duas. In prima agitur de corporibus præparatis ad febres. In secunda ibi. § Et corpora frigida. § agitur de corporibus longinquioribus à febribus. Primam partem diuido in quatuor secundum quatuor gradus corporum præparatorum. In primo gradu ponuntur calida & humida. In secundo ibi. § Et corpora calida. § ponuntur corpora calida & sicca cholerica. In tertia ibi § Et sequūtur hæc ambo. § ponuntur corpora calida tantum, quæ æquantur in humiditate & siccitate. In quarta ibi. § Postea illa. § ponuntur humida tantum: quæ ęquantur in actiuis. De prima parte dicit quòd quidam dixerunt. & isti non fuerunt Rasis, neq; Gal. sicut male opinatus est Gentilis, cum isti dicant oppositū vt uidebitur. sed fuerunt alii qui nobis sunt ignoti. Dixerunt ergo illi quòd corpora paratiora ad febres sunt corpora calida & humida: & proprie quæ sunt magis lapsa ad humidum quā ad calidum. hæc .n. corpora sunt fœtidi sudoris & vrinæ & egestionis.

Et corpora calida & sicca iterum sunt præparata ad febres calidas: & incipiunt prius ephemeræ, deinde festināt ad putrædinem, & ad adustionem, & quandoque faciunt cadere in hecticam.

In secunda parte ait quòd iterum corpora calida & sicca sunt multum ad febres pręparata: sed secundum plurimum prius incipiunt in eis febres ephemeræ, deinde festinant ad putredinem, & adustionem, & ad febres putridas, & adustiuas, quæ febres iam dictæ quandoq; faciunt cadere in hecticam. Notandum pro declaratione partium ꝙ corpora calida & humida sunt ad febres parata & maxime putrida propter caliditatem actiue cōcurrentem & humiditatem disponentem ad putredinē: & proprie quādo humiditas superat calorē, ita vt obtundat, & suffocet ipsum. Contra plurimum minus putrescit pauco, quarto metheororum: ergo quantum humidum est maius, minus erit putrescibile. Dicendum quòd quantum humidū est maius, & bene à calore regulatum, minus putret quam paucum humidum æque bene regulatum: sicut apparet in aqua multa & huiusmodi humidis: quæ cum multa sunt minus putrēt, quàm pauca. sed in proposito humidum illud multum non est bene à calido regulatum, vnde multiplicantur superfluitates ad putredinem disponentes. Item humidum illud superfluum disponit ad putredinem oppilando, prohibendo euentationem, & calorem suffocando: quapropter sua caliditas efficitur extranea. Notandum secundo quòd huiusmodi corpora sunt fœtidi sudoris vrinæ & egestionis propter plurimas superfluitates acuitate participantes multiplicatas, in prima, secunda, & tertia digestione. quapropter fœtent sicut corpora hircorum octauo thera. Vtrum autē aliqua putredo stet cum latitudine suæ sanitatis non intendo ad præsens disputare. Credo tamen quòd non sit inconueniens quòd in huiusmodi corporibus cum latitudine suæ sanitatis stet aliqua leuis putrefactio: cuius signum est fœtor exeuntium. Quod autem dicat Auicen. 3. primi. quòd ars conseruatiua sanitatis facit securitatem de ꝓhibitione putrefactionis omnino, intelligitur in corporibus inculpate sanis. Notandum tertio quòd corpora calida & sicca sunt ad febres parata propter symboleitatē: cum febris sit calor formaliter, & siccitas virtualiter. In istis autem & fere in omnibus antecedunt febres ephemeræ propter spiritus inflammabilitatem, & subtilitatem. vult enim Gal. 1. de differentijs feb. 1. cap. quòd spiritus facilius quàm humores: & humores facilius quàm mēbra vt plurimum recipiāt calefactū esse, vbi dixit quòd omnis leptomeris subiecte facilius alteratur ꝑ achimera: & quia humores eorum sunt mordaces inflammabiles non multū amici naturæ facile putrefiunt, & aduruntur: & sic facilius transeunt ad feb. putri. & adustiuas: inter quas inferius in capitulo de causone ostendetur differentia. cadunt etiā faciliter in hecticas, cum corpora eorum sint calida & sicca, hecticæ proportionata: permutatio enim in genere proportionali est facilior.

Dubitatur vtrū corpora calida & humida sint ad febres cæteris paratiora, & videtur ꝙ sic, ex sententia Auicen. in capitulo præsenti auctoritate aliorum quos nō reprobat: quare sibi videtur consentire. In oppositū est Gal. octauo therap. decimo cap. quem sequitur Rasis .16. cōtinētis secundo capitulo. qui in primo gradu inter parata ad feb. ponunt corpora calida & sicca, in secūdo gradu calida & humida. Pro solutione dubii pręmittendū primo ꝙ aliquod corpus esse paratū ad feb. potest dupliciter intelligi, vno modo, quia facilius est aptum ad febres permutari, & ecōtra. illud est minus paratū ad febres qđ difficilius ad feb. ꝑmutatur. & cum difficultas actiōis iuxta communē opinionem habeat attēdi penes potentiā necessariā ad operationem, illud corpus erit magis paratū ad feb. qđ a minori cā potest ad feb. trāsmutari. & ecōtra, illud erit minus paratū qđ fortiorē exigit causam ad ipsum trāsmutandum ad feb. Secūdo modo potest intelligi aliqđ corpus esse præparatū ad feb. quādo aggregatū ex oībus præparationibus ad feb. est maius in ipso quàm in alio. præparatiōes aūt istę sunt .s. ꝑparatio ad hecticā, preparatio ad ephemerā, & præparatio ad humoralē. Præmittēdū secūdo ꝙ aliqđ corpus esse præparatum ad feb. pōt intelligi, aut ad feb. absolute, aut ad feb. facile cognoscibiles: dicimus. n. ꝙ putridæ facile cognoscūtur: sed ephimeræ & hecticę in suis principiis difficulter, vt inferius Auicen. vbi agit de ephimeris in particulari, & tractatu tertio, vbi agit de hecticis. Quibus ita præmissis sit hæc prima cōclusio. accipiēdo paratū primo modo, corpora cholerica sunt magis parata ad feb. quàm sanguinea, quàm & quæcunq; alia. probatur: nam corpora cholerica facilius trahūtur ephimeram quàm sanguinea: & tam cholerica quàm sanguinea facilius trahuntur ad ephemeram quàm ad quancunq; aliam febrē. ergo corpora cholerica sunt magis parata febrire quàm sanguinea. Secūda cōclusio accipiēdo paratū secūdo modo cholerica sunt magis parata ad feb. quàm sanguinea, & quæcūq; alia: ꝓbatur quia in cholerico est maior præparatio ad feb. ephemeras quàm in sanguineo, aut aliquo alio. & in ipso ē etiā maior

præparatio

præparatio ad hecticas, iuxta textum Auicen. & cum hoc est valde paratum ad feb. adustiuas & putridas, iuxta textum Auic. ergo absolute est magis paratum ad feb. quàm sanguineũ. Et hæ duæ cõclusiones sũt pro opinione Gal. & Rasis. Et ex istis infertur ꝙ corpora cholerica facilius febriunt quàm sanguinea. Tertia conclusio pro opinione Auic. corpora sanguinea sunt magis parata ad febres facile cognoscibiles .i. ad putrida, quàm corpora cholerica. Correlarium, corpora sanguinea frequentius febriunt pu. quàm cholerica. Hæc tamen tertia conclusio non habet demonstrationẽ sed persuasionẽ: quia in sanguineo simul concurrunt causæ agẽtes & patientes cõcurrentes ad putredinem, & cum hoc est in eis multa oppilatio prohibẽs euentationem, & plurimæ sunt superfluitates facile putrescibiles. Deinde cum dicit.

Et sequuntur ea ambo quæ æquantur in humiditate & siccitate, & dominatur caliditas, & ista sunt de genere eorum quibus incipit febris uaporis calidi, deinde permutatur ad febres humoris.

In hac tertia parte ponit tertiũ gradũ corporũ præparatorum ad febres, quæ sunt corpora calida tantum .i. lapsa à temperamẽto per calidum: & in passiuis temperata. & dicit ꝙ ista sunt minus parata quàm duo præcedẽtia, & magis parata quàm sequentia, & in ipsis incipiunt febres vaporis calidi .i. ephemeræ, quarum calefactum esse est in vapore calido, qui est spiritus. demum continuata actione caloris permutatur ad feb. humorales, incipiunt autẽ febres ephemeræ, quia habent spiritus multos, & valde calidos, & inflammabiles: hæc enim complexio ꝓportionata est multiplicationi spirituũ qui sunt magis calidi quàm humidi, sunt autẽ hæc corpora minus parata ad febres, & proprie putrida, quàm calida & humida, quia habent paucitatem superfluitatum, nec ita sunt parata oppilationi cum habeant minus de humiditate, quàm calida & humida, licet forte non sint minus parata febribus ephemeris. Sunt etiam minus parata ad feb. quàm corpora cholerica, quę ꝓpter vtranq; qualitatem sunt incendio parata, & ad febres ephemeras, hecticas, & humorales, & proprie cholericas tam putridas, quàm adustiuas.

Postea illa in quibus æquantur calor & frigus, & multiplicatur humiditas: & istis quidem febres putredinis accidunt secundum plurimum incipientes.

Ponit hic quartum gradum, & sunt humida tantũ temperamẽta in actiuis, & lapsa à temperamẽto per humidũ: & in istis incipiunt feb. putredinis propter humiditatẽ superfluam ad putredinẽ disponentẽ. Ista aũt corpora, licet forte sint magis parata ad putridas, quã calida tantũ, sunt tamen minus parata quàm illa ad hecticas, & ephemeras, quapropter absolute comparata triplici præparatiõe sunt absolute minus parata ad feb. quàm calida tantũ. Contra, hæc corpora sunt magis parata ad feb. quã calida & humida. igitur ordo malus, tenet consequẽtia, quia ex sententia Auic. corpora calida & humida sũt maxime parata ad feb. quãdo humiditas vincit caliditatẽ, sed in humido tantũ humiditas magis vincit caliditatẽ quã in calido & humido, cum humiditas in ambobus sit æqualis, & caliditas sit remissior in humido tantũ, quã in calido & humido. Dicẽdum ꝙ nõ solũ sufficit dominiũ humitatis supra caliditatẽ ad disponendũ corpus ad putredinẽ, sed requiritur etiam quòd sit caliditas notabilis potẽs promouere ad putredinẽ qđ non est in humido tantũ, sed bene in calido & humido. Et ꝙ hæc responsio sit vera manifestũ est. nam ex eodẽ argumẽto ꝓbaretur ꝙ frigida & humida sũt magis ad putredinẽ parata, quod est contra omnium determinationem.

Et corpora frigida & humida, & frigida & sicca sunt longinquiora corpora à febribus, & proprie ephemera.

In hac parte vltima præsentis capituli ponit corpora longinquiora à febribus, dicens quòd sunt corpora frigida, & humida, & frigida sicca & proprie ab ephemeris. nõ .n. habẽt hæc corpora spiritus incẽdio paratos, & corpora frigida & humida resistunt ſm vtranq; qualitatẽ lapsui febrili, qui est calor formaliter & siccitas virtualiter, & ista corpora inter omnia sunt maxime longinqua ab hecticis, & ephemeris. frigida autẽ & sicca magis longinqua à putridis quàm aliqua ex præcedentibus.

Dubitatur cum nouem sint complexiones. octo distemperatæ quatuor simplices silicet calida tantum, frigida tãtum, sicca tantum, & humida tantum. & quatuor distemperatæ compositę calida & humida, calida & sicca, frigida & humida, frigida & sicca, & nona est temperata secundum vtrasque contrarietates, quare Auicen. graduauit solum sex, & omisit frigidam tantum, siccam tantum, & temperatam. Respondetur secundum Gale. de intentione Thadei quòd graduatio harum conclusionũ triũ quas omisit, datur intelligi per reliquas, nam complexio temperata inter cæteros plus resistit, & frigidam tantum intelligit ordinari vt frigidam & siccam. & vltimo siccam tantum.

Contra hanc determinationem est sententia G. 8. therap. & Ras. 16. continentis, qui graduando has conclusiones posuerunt in primo gradu præparationis calidam & siccam, in secundo calidam & humidam, in tertio calidã tantum, in quarto siccam tantum, in quinto temperatam, ergo temperata non maxime resistit causis trahentibus ad febres, nec est maxime longinqua a febre. & probatur ratione, accipiamus corpus temperatum in extremo calidiori & sicciori temperamenti, & aliud corpus temperatum in extremo frigidiori & humidiori temperamenti, tunc certum est quòd in hoc resistit magis causis febr. facientibus, quàm illud quod est in extremo calidiori & sicciori, ergo in aliqua proportione, sit ergo quòd in dupla, volo tunc quòd labatur hoc corpus extra temperamentum per frigidum & humidum, & sequitur quòd immediate post hoc erit distemperatum. Et patet quòd magis resistet causis febrem facientibus quàm temperamentum in extremo calidiori & sicciori temperamenti cum nulla proportio subito deperdatur. Et confirmatur, quia corpus frigidum & humidum, & similiter frigidum tantũ, & frigidum & siccum magis resistunt ne trahantur ad ephemeras, hecticas, & putridas propter complexiones suas his lapsibus magis contrarias. Quare vna cum Gal. & Rasi tenendum est corpora temperata in quinto gradũ præparatorum ad fe. esse situanda. Si autem quæratur de lapsib. in ſpãles feb. est dicendum, quòd sanguinea magis sunt parata ad sanguineas, cholerica ad cholericas, melancholica ad melancholicas, phlegmatica ad phlegmaticas propter symboleitates, sicut quotidiana experientia comprobatur.

De horis febrium. Cap. III.

Febriũ horæ sunt sicut reliquarũ ægritudinũ, principiũ, & augumentũ, & status apud vltimũ, & declinatio. Et sũt quãdoq; particulares causæ cuiusq; paroxismi.

In hoc tertio cap. & similiter in 4. sequenti agit de horis, siue temporibus feb. & in hoc. 3. cap. inuestigat numerum temporum, & descriptiones ipsorum. & in 4. cap. docet huiusmodi tempora cognoscere. Hoc aũt tertiũ cap. diuiditur in tres partes. Primo ponit numerum temporũ quaternarium: in secũda parte describit vnumquodq; tempus. in tertio ponit can. completiuos huius doctrinæ. secunda ibi § Et principium quidem. § Tertia ibi vltra medium capituli. § Et status qui dem diuersificatur. § prima in duas. In prima ponit duas diuisiones temporum. In secũda parte ponit duos canones. secunda ibi § Et timor est à principio. § De prima parte dicit, quòd feb. horæ sunt quatuor sicut reliquarũ ægritudinum, scilicet principium, augmentum, & status apud vltimum, id est in quo accidentia vltimãtur, vel vltimatur victoria virtutis contra materiã, aut econtra. Quartum est declinatio. Et subdit quòd hæc quatuor tempora, quãdoq; sunt particularia, causa uniuscuiusq; paroxismi. Pro quo sciẽdũ quòd tempora dicuntur vniuersalia, quia mensurant totius morbi cõsistentiam.

Et

Et dicuntur particularia, quia mensurant partem. s. paroxismum, vel exacerbationem: & per tempora quatuor debetis intelligere quatuor varietates diuersas, quæ accidunt in totius morbi consistētia, aut in paroxismo, quæ varietates tempore mensurantur: licet etiam per quatuor tempora possumus intelligere, quatuor mensuras illos quatuor varios motus totius morbi, aut paroxismi mensurantes. sed hic secundus intellectus pertinet magis ad physicos, qui diffiniūt tempus esse numerum motus secundū prius & posterius. & prior intellectus est magis medicorum.

Vtrū quilibet morbus habeat quatuor tēpora.

Dubiū difficile in hac parte dignū discusione paucis perstringendū est. Vtrum quilibet morbus habeat quatuor tpa. Pro decisione huius dubij præmittendum ꝙ morbus apud Auic. secunda primi cap. primo, & ij. est dispositio nō naturalis in corpore humano, ex qua prouenit in operationibus nocumentū essentialiter primo prouētu. i. per se & immediate: & illa est cōplexio non naturalis, aut cōpositio nō naturalis, sub qua soluta continuitas cōprehenditur. Notandū secundo, quòd tempus morbi dupliciter accipitur, primo proprie sicut accipiunt philosophi pro mensura motus morbi. secundo accipitur magis proprie apud medicos pro motu morbi tempore mēsurato. Vnde secundum hanc acceptionem quatuor tempora morbi sunt quatuor varietates morbi distincti tempore mensurate: sed penes philosophos quatuor tempora essent mensura quatuor varietatum. Tertio notandum quòd tempora sunt duplicia vniuersalia & particularia quæ sunt superius descripta.

Vniuersalia morbi tpa tripliciter distīcta.

Tempora vniuersalia distinguuntur tripliciter, aut penes morbi essentiam, aut penes accidētia, aut penes materiæ alterationem. Penes morbi essentiā principium est tempus in quo apparet ægritudo, & eius similantur dispositiones, nec apparet in ea augmentum scilicet notabile. Augmentum est tempus, in quo ægritudinis manifestantur signa omni hora post horam scilicet manifeste intendendo vsque ad statum. Status est tempus in quo ægritudo manet secundum vnam dispositionem scilicet postquam aucta est: ita vt non appareat notabilis mutatio intendendo, aut remittēdo. Declinatio est tempus in quo eius apparet diminutio, & quanto plus procedit eius minoratio est magis manifesta: quæ diffinitiones sunt istorum temporum etiam penes accidentia cum causa & effectus debeant proportionari: & istæ sunt descriptiones temporum vniuersalium morbi secundum Auicen. secunda primi cap. vij. Principium autem penes alterationem materiæ est tempus in quo materia cruda est, nec apparet in ea vestigium digestionis manifestū, aut digestioni contrarium. Augmentum est in quo apparet in materia vestigium digestionis manifestum, aut digestioni contrarium, diminutum tamen a summa digestione vel dispositione contraria digestioni. Status autem est in quo apparent signa digestionis completa, aut dispositionis contrariæ digestioni. Declinatio autem est cum materia digesta notabiliter expellitur, aut permutatur. Si enim sint signa omnino digestioni contraria post statum non sequitur declinatio, cum mors accidat in eo. Tempora autem particularia in febribus distinguuntur penes modum se habendi caloris: ita vt dicatur principium quando calor præfocatur a materia submersa in membro. Augmentum quando calor præfocatus excitatur, & manifeste ad extremitates corporis procedit. Status autem est cum omnes partes corporis intensiori gradu calefiunt. Declinatio autem cum calor putredinalis incipit remitti. Tempora tamen febrium ab Auic. in præsenti capitulo statim describentur.

His igitur prænotatis sit hæc prima distinctio. morborum quidam sunt materiales, quorum causa coniuncta est materia. quidam immateriales, qui non immediate pendent à materia: per materiam autem intelligo humorem, humiditates secundas, chilum, feces, sudorem, vrinam, & huiusmodi. Exemplum materialium sicut febres humorales & apostemata. Exemplum secundi, sicut hectica, & ephemera, & de vtrisq; est sermo in quæstione.

Morborū materia.

Vnde nota ꝙ materia de qua est sermo apud medicos descriptiue est corpus mixtum inanimatum anima humana corpori intrinsecum manifeste sensibile sensu visus & tactus. Secunda distinctio. morborum quidam sunt salubres, quidam mortales, & de vtrisque similiter est sermo. Tertia distinctio. morborum naturalium salubrium quidam sunt seruantes materiam ad vnā criticam expulsionem, sicut causon, synocha, & similes. quidam non seruantes materiam ad vnam criticam expulsionem, sicut pleuresi, empyima, tussis, & similes. Quarta distinctio. morbi quandoque incipiunt à materia cruda: quandoque incipiunt à materia digesta, aut à materia maligna habente dispositionem digestioni contrariam. Exemplum primi. sicut si febr. inciperet à phlegmate, aut cholera, in qua nullum appareret signum digestionis, aut digestioni contrarium. Exemplū secundi, si inciperet ab aliqua materia cum manifestis signis digestionis in principio: aut contrarijs digestioni. Est enim possibile quòd aliqua materia digeratur in venis à corde distantibus, & per distantiam febrem nō faciant. Si autem ista moueatur versus cor faciet febr. propter ꝓpinquitatem eius ad cor, quæ febr. incipiet à materia digesta. Idem casus potest fieri de materia malignata in locis à corde distantibus, quæ postea mota versus cor faciet febr. incipientem cum signis digestioni contrarijs. Quinta distinctio. morbi quidam incipiunt post principium generationis, quidam in principio, non enim est inconueniens quòd aliquis incipiat esse cum febre, licet ante primum instans esse sui caliditas illa nō diceretur febris, sed solummodo caliditas extranea. est enim febris passio viuentis. His ita præmissis sit hæc prima conclusio. In morbis pendentibus ab vnica materia durante à principio vsque ad statum nulla facta notabili subtractione, aut additione alterius materiæ tempora paroxismi, & tempora vniuersalia coincidunt. Secunda conclusio, licet ita sit vt præcedens asserit conclusio: stat tamen principium particulare includere principium, augmētum, & statum vniuersales. probatur, nam moriatur quis in principio particulari primi paroxismi cum frigiditate extremorum: tunc certum est quòd iste moritur in statu vniuersali quo ad accidentia: quia de necessitate præcesserunt principium, & augmentum vniuersalia. est enim status cum accidentia vltimantur: sed non possunt magis vltimari quàm cum moritur. Tertia conclusio. in nullis morbis non habentibus aliquam varietatem à medico sensibilem contingit aliquod tempus esse. patet de cæcitate incipiente in principio generationis, & durāte vsq; ad extremū vitæ. hæc enim cum non habet varietatem a medico sensibilem non habet tempus. Quarta conclusio. in morbis incipientibus in principio generationis aut ad mortem terminandis nō sunt quatuor tempora assignanda: cum frequenter careant primi principio secundi semper declinatione. Quinta conclusio. in morbis materialibus, aut immaterialibus non recipientibus notabilem variationem: nō oportet assignare quatuor tpa penes ipsius materiæ variā dispositionē: patet in oppilatione. Sexta conclusio. in omni morbo siue materiali, siue immateriali incipiente post principium generationis, & ad salutē terminando sunt quatuor tpa tam penes morbi essentiā, quàm accidentia. patet conclusio. cū omne quod incipit, deinde declinabit, necesse est intendi, & aliquādo in vltima sui intensione existere. Septima conclusio. non quilibet morbus materialis incipiens post principia gñationis, & ad mortē non terminandus ſm dispositionē materiæ notabiliter variabilis habet quatuor tpa penes materiæ alterationē. patet de incipiente a materia digesta non habente principiū, aut a materia quæ reducitur ad benignū quæ non habet declinationē, sicut in apostemate curato per repercussionem, aut in synocha: cū materia ad benignum reducitur. Octaua conclusio. in oī morbo materiali incipiente post principiū gñationis, & ad salutē terminādo notabiliter variabili in suis dispositionibus ſm materiæ varietatem, & incipiente a materia non reducibili ad benignum cruda processura vsque ad complementum digestionis illi materiæ conuenientis sunt ad minus quatuor tpa ſm materiæ dispositionē. Hæc conclusio taliter limitata est de intentione auctoris. Nona conclusio. possibile est in aliquo morbo simul inchoare principium, augmentū, statum, declinationem quo ad materiæ dispositionem. Hæc conclusio manifesta est, posito ꝙ aliqua febris incipiat a materia difformi, cuius vna pars sit cruda alia manifeste digesta, & alia summe digesta. & cū hæc materia summe digesta incipiat expelli: & ita vsq; ad finē consumptionis materiæ totius procedatur. ita ut pars cruda digeratur. & similiter manifeste digesta cōplete digerat̄:

& tan-

& tandē oēs expellantur. Decima cōclusio.posſibile eſt poſt
ſtatum vl̄em ſequi principiū & augmentū. cōclusio patet ex-
ponēdo,ꝙ per nouæ materiæ aduentū materia digeſta incru-
deſ & fiat inepta expulſioni:vnde uidemus perſæpe poſt ma-
nifeſtā digeſtionem apparentē in urina : itē apparere urinam
crudā ſubtilē ſine hypoſtaſi. Correlariū,plura principia,aug-
menta,ſtatus,& declinationis ſunt in eodē morbo repabiles

Vndecima cōclusio.quilibet paroxiſm⁹ febrilis & ſalubris
habet quatuor tpa penes modū ſe habendi caloris diſtincta.
diciſ febrilis ad dr̄iam paroxyſmi nō febrilis:ſicut eſſet paro-
xyſmus colicæ.qui non diſtinguiſ penes modū ſe habēdi calo
ris:ſed penes doloris intenſionē, & reliqua accidentia. diciſ
ſalubris ad dr̄iam mortalis.in cuius quolibet tpe poteſt æger
mori. Hæc concluſio ſic limitata eſt de intentione auctoris.
& ex his poteſt apparere ſolutio omnium fere argumento-
rum, quæ in hac materia fieri conſueuerunt.

Et timor eſt a principio vſq; ad ſtatū, apud declinationem vero nō moritur æger ex ipſa febre: niſi per id quod dicemus de ea communiter.

In parte præſenti ponit duos canones pronoſticos.primus
eſt quòd timor eſt a principio uniuerſali uſque ad ſtatum uni-
uerſalem incluſiue. nam in quocunque iſtorum poteſt æger
mori.ſecundus canon, ꝙ in declinatione uniuerſali uera non
cōtingit ægrū mori merito ipſius febris. ſed bene propter id
quod ipſe dicet ſecundo huius,de cauſis potentibus interfice
re ita in declinatione ſicut in alijs temporibus.

Morbi tēpora tripliciter diſtinguunſ

Notandū primo,ꝙ cum tempora tripliciter diſtinguantur
.ſ.penes eſſentiā morbi, accidentia, & materiā. in hoc primo
canone intelligit ꝙ contingit ægrum mori in quolibet iſtorū
temporū principij,augmenti,& ſtatus diſtinctorum penes al
teratione materiæ : nō autem penes accidentia : neq; morbi
eſſentiā.nam omnis qui moritur,moritur in ſtatu accidentiū,
ſequente eſſentiam morbi. in principio.n.augmento,& ſtatu
penes materiam pōt mori, propter materiæ multitudinem,
aut groſsitiem ſuffocantem, aut propter ipſius malignitatem
manifeſtam,aut occultā propter virtutis debilitatē : immo ēt
apparētibus manifeſtis ſignis digeſtionis : niſi materia ſit dif-
formis pōt mori merito partis maligniorıs non recipientis
digeſtionē. Gentilis tn̄ dicit, ꝙ ubi tota materia ſit unifor-
mis uniformitate a uirtute uincibili apparentibus ſignis dige
ſtionis,nō contingit ægrū mori.quia poſtquā natura fuit ſuf-
ficiēs ad dandū ſibi digeſtionē manifeſtā:cū prius nō haberet:
multo potentior erat ad dandum cōplementum digeſtionis.
Hæc tn̄ ratio Gentilis non eſt multū efficax : præcipue apud
ipſum,qui tenet quòd digeſtio & putrefactio ſimul intendaſ.
poſſent.n. apparere ſigna digeſtionis manifeſte : & tn̄ putre-
dinē plus intēdi in materia quàm digeſtionē : & ſic tandē in-
terficiet. Præterea. licet uirtus procedat in morbo dige-
rēdo materiā, procedit ēt debilitādo : cū ergo ſit poſsibile ip
ſam plus debilitari proportionabil̄r,quàm materiā digeri,po
terit accidere mors ante cōplementum digeſtionis. Præte-
rea. dato quòd cōplete digeſſerit, forte nō poterit ipſam ex-
pellere propter ineptitudinē uiarū: & quia materia erit in lo
co diſtante a uijs ductuū, quare tandem ſuccumbit. Eſt ergo
una cū Aui.dicendū,ꝙ cōtingit ægrum mori a principio uſq;
ad ſtatū,ſiue materia ſit uniformis,ſiue difformis:immo ēt ap-
parētibus ſignis cōpletæ digeſtionis, qđ ēt quotidiana expe-
rientia probatur. Idem etiā dixit Gale. quòd ſigna digeſtio-
nis ſunt dantia fiduciam ſanitatis: dixit enim fiduciam & cre-
dulitatem : non autem ſcientiam,aut ſalutis neceſsitatem.

Declinatio vniuerſalis duplex.

Pro declaratione ſecundi canonis dubitatur utrū contin-
gat ęgrum mori in declinatione uniuerſali,ui morbi illius cu
ius eſt declinatio. Et arguiſ quòd ſic. quia contingit ægrum
mori in declinatione particulari. ergo & in uniuerſali, tenet
conſequentia,cū non videatur cauſa diuerſitatis. In oppoſi-
tū eſt Auic.in cap.præſenti : & Gale.in.3.de criſi,cap.5. & di
cit Gale.ibi hoc eſſe experimēto & rōne.Ratio aūt eius hæc
eſt,quia nō eſt poſsibile ꝙ æger moriaſ vi illius morbi, cuius
materiam vincit virtus, & cui perfecte dominatur. nam ſi in
temporibus prioribus nō ſuccubuit, vbi non erat tanta pro-
portio virtutis ad morbum, quomodo poterit in declinatio-
ne ſuccumbere, in qua maiorata eſt proportio virtutis ad
morbum, & cauſam, & accidentia eius?

Pro ſolutione dubij dicendū, quòd duplex eſt declinatio
vniuerſalis,vera,& nō uera, vel mentita. uera declinatio eſt
illa, in qua uirtus perfecte dominatur morbo, & cauſæ eius,
& accidentibus : & non mirū,eſt.n. vera declinatio uia in ſa-
lutem. vbi aūt non ſit uerū dominiū ſuper omnibus his cum
fixione uirtutis,& conſtantia eius eſt neceſſaria uia in ſalutē.
Declinatio aūt non uera,ſiue mentita eſt qn̄ ſuper his tribus
uirtus non perfecte dominatur cū fixione & conſtantia eius,
ſed ſolū apparenter. De hac aūt declinatione uniuerſali nō
uera auctores cōmonefaciunt medicū, ne facile pp apparen-
tem declinationem ſalutē promittat. Et poſuerunt ſex caſus
falſæ declinationis frequenter contingentes. Primus mul-
totiens cōtingit quòd calor naturalis reſoluiſ,ad cuius mino
rationē minoratur extraneus. unde mēbra,quæ prius erāt no
tabiliter calida ad tactū iam incipiunt tepere tepore ſimili ca
lori naturali. hic tn̄ tepor eſt tranſitus in frigiditatem extre-
morū,& mortem caloris innati.& de hoc Auic.cōmonefacit
prima quarti, cap.4.quaſi in fine capl̄i ibi. Et multotiēs qui-
dem accidit apud mortē diſpoſitio,quę eſt ſicut declinatio,&
eſt ſicut æger iam euaſerit, ſed oportet ut non occuperis in
hoc, immo cognoſcas diſpoſitionem pulſus an magnificetur,
an finiat. Secundus caſus eſt, quādo materia eſt difformis,
& ſubtile quod putruit, aut forte non putruit reſoluitur, &
aliquo modo euacuatur,ſed remanet groſſum, quod nondum
putruit malignius ſubtili : qđ tandem ducit ad interitū: ſicut
in hemitriteis. Tertius caſus, quādo materia permutatur de
uno mēbro, in quo facit fortiora accidētia ad aliud membrū
nobile, in quo cum figitur interficit: tunc cum materia eſt in
uia tranſitus de uno ad alterum uidetur manifeſta alleuiatio
accidentiū,& æſtimatur declinatio : cum qua tamen mors ſe-
quitur propter fixionem materiæ in alio membro : exempla
ſicut angina mutaſ ad peripneumoniā : aut ad phrenitidem:
& ſicut cum colica permutatur ad paralyſim, & apoplexiam.

Quartus caſus eſt,quando morbi materia minoratur, & ſi-
militer morbus: ſed uirtus ēt cum hoc minoratur,ſed æquali-
ter,aut forte plus : tunc eſt deuenire ad inſtās, in quo fere ſi-
mul deficiet virtus,& ægritudo.& iſta apud Gal.3.de criſi,&
in lib. Sectarum.& apud Concil.differētia. 107. uocatur pu-
gna cadmica : habuit.n. Cadmus rex Perſarum filius Ageno-
ris duos filios Teucron,& Polynicem, qui ſe mutuis uulneri
bus interfecerūt. ſic in hoc caſu uirtus,& morbus ſeſe interi-
munt. Quintus caſus eſt qn̄ propter multum conatū uirtu-
tis,uidentur accidētia remitti,& uirtus fortificari:ſicut acci-
dit illi,qui cū erigit caput,in ſyncopi moriſ, & multotiēs iſta
accidunt in febribus apud mortem, propter ultimos conatus
naturæ : quia infirmi ſe erigunt,recti loquuntur, & poſt puſil
lū deficiunt. Et de hoc te cōmonefacit aphor.ſecundæ parti-
culæ. Non ſm̄ rationem alleuiatis oportet non credere.i.cō-
fidere. Sextus caſus eſt,quando ad aliquem morbū materia
lem ſequiſ alius morbus immaterialis : ut cū ad apoſtema re-
nis declinans,& rupturā ad inteſtina ſequitur ulcus, morbus
tandem mortalis. Similiter cū ad peripneumoniā declinantē
ruptura ſequitur & phthiſis. ſed omnes iſtæ ſunt declinatio-
nes nō uere : quia non ſunt cū pfecto dominio uirtutis ſupra
morbum, cauſam eius,& accidentia eius cū fixione,& conſtā
tia ipſius uirtutis,propterea nō facile ſalutem promittas niſi
alleuiatione perſeuerāte, & poſtquā cognoueris eſſe ueram
declinationem. Ad rationem in oppoſitū de declinatione
uera particulari,& uera uniuerſali, diciſ quòd ſimilitudo nō
eſt bona : illa.n.particularis fit a calido putredinali euaporā-
te, cum qua pōt extingui calor innatus,& etiam poteſt mori
merito materiæ, quæ eſt ſub forma cauſæ accidentis, cui uir-
tus nō dominaſ,ſed dominetur materiei facienti paroxyſmū.

Et nota quòd licet ſicut determinatum eſt nō poſsit mori
æger in declinatione uera uniuerſali merito illius ægritudi-
nis,poteſt tn̄ mori merito alterius diſpoſitionis,quæ illi ægri
tudini complicetur : Item poteſt mori propter inordinatum
regimen in aliqua ſex rerum nō naturalium,ut forte quia de-
bilis ſurgit ad aſcellam,,& taliter ſurgēs ſyncopizat: quapro-
pter eſto certus,ubi uirtus ſit debilis maxime,ſummopere o-
portet cauere omne hmōi regimen inordinatum : & hoc eſt
quod dixit Aui.in textu,quòd nō moritur æger in febre ipſa,
niſi propter illud qđ dicemus ſecunda quarti de cauſa cōmu-
niter accidēte,tam in declinatione, quàm in alijs tēporibus.

Quō in declinatiōe vniuerſali moriatur æger.

Et prin-

Et principiũ quidẽ eſt hora, qua calor naturalis præfocatur a materia ſubmerſa ĩ mẽbro, tãdiu donec nõ appareat maturationi, aut diuerſitati eius cõtrariæ maturationi veſtigiũ.

In hac parte deſcribit quatuor tꝑa ſupraſcripta. & primo principiũ. ſecundo augmentum. tertio ſtatũ. quarto declinationem. ſecunda ibi§Et augmentũ§ tertia ibi§Et ſtatus§quarta ibi. §Et declinatio.§ prima in duas. nam primo facit ſicut dictũ eſt in ſecundo. ibi.§Et principium quidem eſt inuentũ§ remouet quoddã dubium. De prima parte deſcribens principium dicit, quòd eſt hora in qua calor innatus præfocatur a materia ſubmerſa in membro durãs tãdiu, donec nõ apparet maturationis, aut diſpoſitionis contrariæ matruationi veſtigium. ſ. manifeſtum. nam cum incipit apparere huiuſmodi veſtigium manifeſtum incipit augmentum.

Principiũ triplex.

Notandũ primo ꝙ principiũ capit̃ tripliciter. q̃nq; ꝓ principio initiatiuo morbi, q̃nq; pro primis tribus dieb⁹, & neutro iſtorũ modorũ hic deſcribit principiũ. tertio mõ accipit̃ vt eſt vnũ de quatuor tꝑibus morbi: & taliter ſumptũ hic deſcribit̃. Notandũ ſecũdo, ꝙ calorem præfocari nõ eſt niſi calorẽ cõſtringi, & diſponi ad extinctionẽ: qđ fit ſm plurimũ ꝑꝑ materiã, & ꝓprie groſsã, & viſcoſam, aut multã, aut ꝓpter vapores multos, groſſos, & uiſcoſos. hæc aũt materia ſubmergit̃ in mẽbro, quia tegit mẽbrũ, & forte implet ipſius poroſitates, ꝑꝑ quod tegumẽtũ calidũ actuale, & ꝓprie ſpirituoſum indigẽs pro ſui cõſeruatione vt euẽtetur, iam ꝑꝑ materiã tegentẽ, aut ꝑꝑ vapores cõſtringitur, quia nõ põt dilatari ſicut debet, & tẽdit ad extinctionẽ ſicut ignis ſub multis lignis viridibus ſuffocatur: aut ẽt ſub ſcutella poſitus. Et q̃nq; hæc pręfocatio eſt tanta, vt nõ ſolũ minuat calorẽ, ſed deſtruat, propterea quandoq; accidit mors in principijs paroxyſmorum.

Et ex his apparet, quę ſit dr̃ia inter calorẽ extingui ꝑ viam ſuffocationis modo iã dicto, & calorẽ extingui ꝑ viã reſolutionis ꝓprij ſubiecti. Notandũ tertio ꝙ calor magis præfocatur in principio vl̃i, & in principijs paroxyſmorũ: q̇a materia eſt magis groſſa, & minus paſſa a calore. Cõtra, in principijs paroxyſmorũ ſtatus, calor magis præfocat̃, quia frigus durat diutius q̃ in principijs paroxyſmorũ prĩcipij, ergo hæc notificatio magis cõuenit ſtatui q̃ principio. Dicendũ, ꝙ in principijs paroxyſmorũ ſtatus multotiẽs calor magis præfocatur, q̃ in principijs paroxyſmorũ principij vl̃is, quia materia eſt pluris quãtitatis, aut forte mouet̃ ad mẽbra maiori cũ impetu. Sed intẽtio Aui. eſt, ꝙ in principio magis præfocat̃ a materia rõne groſsitiei ſuæ, qua parũ paſſa eſt a calido. Vndę reliquis exiſtẽtibus paribus in principio, & ſtatu, præterquã parte groſsitiei materiæ, & ſuorũ vaporũ ſemꝑ magis præfocaret̃ calor in principio, q̃ in ſtatu. Cõtra in tertianis puris materia eſt ſubtilior in principio q̃ in ſtatu, quæ digerit̃ ꝑ ingroſſationẽ: ergo calor magis præfocat̃ in ſtatu in hmõi tertianis puris quàm in principio. Rñdetur ꝙ cõparãdo materiã groſſam ad ſubtilẽ magis præfocat̃ groſſa quã ſubtilis: cũ hoc tñ ſtat ꝙ materia ſubtilis magis præfocet q̃ mediocris: quia magis ſubmergit̃ in poroſitatib⁹. mẽbri. Notandũ quarto, ꝙ in principio põt apparere veſtigiũ digõnis, aut diſpoſitionis contrariæ digeſtioni occultũ, ſicut exẽplificat Gale. 3. de criſi. Cum vrina aliqualiter rubefit, aut ſubtilis aliqualiter ingroſſatur, & hmõi veſtigia digeſtionis occulta nõ excludũt principia, ſed ſolũ manifeſta, ſicut cũ apparet hypoſtaſis. Notandũ quinto ſm Gentilẽ, ꝙ hæc notificatio principij conuenit tã principio particulari, q̃ vniuerſali. In vtriſq; .n. præfocatur calor a materia ſubmerſa in mẽbro magis q̃ in alijs temporibus. Similiter ẽt tꝑe quietis principij merito cauſæ antecedẽtis magis præfocat̃ calor q̃ in quiete aliorũ temporũ.

Naturalis calor ĩ paroxyſmorum principijs pręfocatur.

Cõtra inſtat̃ ſm Gentilẽ, quia in principio particulari ſtatus vniuerſalis apparet manifeſtũ veſtigiũ digeſtionis cũ tota materia ſit manifeſte digeſta & ꝑfecte. ergo hæc notificatio quantũ ad partem illã nõ conuenit principio particulari.

Rñdet ipſe primo, ꝙ hæc deſcriptio cõuenit principio particulari quantũ ad primã particulã, ſed quantũ ad ſecundã cõuenit ſolum principio vniuerſali, licet etiã prima conueniat principio vniuerſali. Secunda reſpõſio, ꝙ etiã in principio particulari ſtatus licet materia ſit digeſta, motus tñ eius eſt ſuffocatiuus caloris, & concluſiuus, ita vt appareat in pulſu ſubmerſio, & in vrina ſubtilitas. Tertia reſponſio ſibi placens, quòd materia faciens paroxyſmum in ſtatu non eſt illa, quæ eſt digeſta, ſed noua materia quæ mouetur. Sed hæc reſponſio omnino eſt abſurda, cum impoſsibile ſit in ſtatu eſſe aliam materiã, niſi quæ digeſta eſt, in ſtatu .n. materia eſt ſumme digeſta. Primæ duæ reſponſiones magis mihi placẽt, licet credam intentionem Auicen. fuiſſe hic deſcribere ſolum tẽpora vniuerſalia penes materiam, licet aliquæ particulæ cõueniant temporibus particularibus, & aliquæ temporibus vniuerſalibus penes accidentia.

Dubitatur ꝓpter quæſitũ Gẽtilis, vtrũ in principio vniuerſali poſsint apparere ſigna manifeſta digõnis, aut diſpõnis cõtrariæ digeſtioni. Et arguitur ꝙ ſic: nã in principio homo põt mori, & poſſunt ẽt in principio apparere ſigna mortis, licet pro tunc nõ moriat̃. Similiter poſſunt in principio apparere ſigna ſalutis, ſed hæc in morbis materialibus ſumuntur a digeſtione materiæ, aut a diſpoſitione digeſtioni cõtraria: ergo quæſtio vera ꝓ parte affirmatiua. Et cõfirmat̃, nã in principio põt vrina apparere nigra, aut viridis, quæ ẽ certũ ſignũ mortis ſi ſit perſeuerans, ſimiliter in principio poteſt apparere vrina laudabilis febre incipiẽte a materia ſumme digeſta. In oppoſitum eſt Auic. in diffinitione principij.

Pro ſolutione præmittit Gal. ꝙ diſpoſitionẽ eſſe digeſtioni contrariã põt dupliciter intelligi, vno modo ꝙ priuet digeſtionẽ actu: & hæc diſpoſitio ꝓprie vocat̃ cruditas tollẽs tã digeſtionẽ q̃ diſpoſitionẽ contrariã digeſtioni actu, licet non aptitudine. ſecundo modo põt intelligi diſpõnẽ eſſe digeſtioni contrariã, quia priuet digeſtionẽ actu, & aptitudinẽ, ſicut eſt diſpoſitio choleræ zinariæ, aut materia hærpetis, eſtiomeni, carbunculi, & ſimiliũ quę nullo modo poſſunt digeri. Quo præmiſſo ponit hãc ꝯcluſionẽ, licet in principio appareant ſigna cruditatis priuãtis digeſtionẽ actu, & nõ aptitudine: licet ẽt poſsint apparere ſigna occulta digeſtionis, & diſpoſitionis ꝯtrarię. nõ tñ eſt poſsibile in principio apparere ſigna manifeſta digeſtionis, aut diſpõnis cõtrarię. Prima pars patet cũ morbi incipiãt vtplurimũ a materia cruda. Secunda pars probat̃, quia de intentione Gal. 3. de criſi, ſigna digeſtionis, aut diſpoſitionis contrariæ occulta non ſeparant principium ab augmento, ſed ſolum manifeſta. Tertia pars concluſionis eſt de mente Auicen. in diffinitione principij.

Ad argumẽta aũt in oppoſitum rñdetur, quòd licet homo poſsit mori in principio quo ad alterationẽ materiæ: & licet poſsint apparere ſigna certa ſalutis, & mortis in principio: iſta tñ nõ ſumuntur a digeſtione, aut putrefactione materiæ: ſed multotiens a quãtitate materiæ intẽſione morbi virtutis debilitate & ſimilibus, quibus medicus prudens iudicio rõnabili iudicabit morbũ eſſe mortalem: ſicut econtra iudicabit ſalubrẽ ex diſpoſitionib. cõtrarijs. Ad ſecũdũ reſpõdet ipſe, ꝙ licet morbus incipiat cũ vrina nigra aut viridi, ẽ tñ adhuc in principio. Nam quãuis illa ſint manifeſta ſigna diſpoſitionis contrariæ: illa tamen diſpoſitio non eſt acquiſita in materia merito caloris putredinalis agentis in materia tempore morbi, ſed ante morbũ, & hæc apparitio non excludit principium ab augmento. Augmentum aũt huius morbi erit, q̃ñ præexiſtenti malitiæ per actionem caloris putredinalis tẽpore morbi noua addetur malitia. Sed inſtat ipſe. pone ꝙ morbus incipiat a materia ita maligna, vt nihil poſsit addi ſupra illam malitiã, tunc rñdet ipſe, quòd hic morbus habet ſolum principiũ quo ad malitiã, in quo principio morietur. Similiter rñdet de morbo incipiẽte a materia digeſta. Sed cõtra, pono ꝙ morbus incipiat a materia ſumme digeſta, tunc per ipſum eſt in principio, & cũ euacuabit̃ hæc materia digeſta, erit declinatio: ergo fiet trãſitus de extremo. ſ. de principio ad extremũ. ſ. ad declinationem ſine medio, quod eſt ſatis abſurdũ. Tutius itaq; eſt dicere ſicut dictũ fuit in quæſtione de tẽporibus morbi: ꝙ hic morbus incipiẽs a materia digeſta incipit a ſtatu, & quòd nunquã præceſsit principiũ, aut augmentum, & poſt ipſum ſtatum ſequetur declinatio. Similiter de morbo incipiẽte a materia ſumme maligna, qui incipit in ſtatu in quo morietur, quem neq; præceſsit aliud tempus, neq; ſequetur. Vnde apud me tenenda eſt hæc concluſio: licet inchoante morbo poſsint apparere ſigna manifeſta, immo completa digeſtionis, aut diſpoſitionis contrarię digeſtioni: non tamen eſt poſsibile quòd in principio appareant, niſi occulta ſigna digeſtionis, aut contraria digeſtioni.

Nullus eſt morb⁹ abq; principio.

Et principiũ quidẽ eſt inuentũ in omni ægritudine : verum quandoq; occultatur , ſicut eſt eius occultatio in ſynocho, & epilepſia, et apoplexia: et quãdoq; principiũ eſt occultũ paucorũ accidẽtiũ, et æſtimatur ꝙ nõ ſit principiũ in ea. Et ſimiliter qñq; in die primo febriũ acutarũ videtur nubes , & ſignũ maturitatis, et æſtimatur ꝙ nõ ſit ei principium, et nõ eſt ita.

Hic remouet dubium oſtendens ꝙ in omni morbo eſt principium , licet aliqñ occultetur , dans tres modos quibus põt occultari. Primus modus qñ principium eſt ita breue quòd nõ eſt cognoſcibile, ſicut in ſynocho epacmaſtico qui poſt primã apparentẽ inuaſionẽ ꝓcedit fere ſemꝑ augendo: in hoc.n. occultatur primũ ſtatus, & declinatio : & ſicut in ſynocho paracmaſtico, qui a prima manifeſta inuaſione ꝓcedit declinando occultatur ꝓpter breuitatẽ, principiũ, augmẽtũ & ſtatus. Et in homotena, quæ a prima manifeſta inuaſione vniformiter ſe habet & fere tota eſt ſtatus , occultantur ꝑꝑ breuitatẽ principiũ, augmentũ, & declinatio. Similiter dicendũ eſt de paroxyſmo apoplexiæ & epilepſiæ. Secundus modus eſt, qñ morbus eſt paucorũ accidentiũ: æſtimatur.n. ꝓpter paruã lęſionẽ, ꝙ nõ ſit principiũ : & ꝓprie hoc accidit in hoĩe forti & nõ delicato : licet tñ in veritate habuerit principiũ ſenſibiliter lædẽs operationes : qđ cognitũ fuiſſet a medico ſi fuiſſet præſens. Tertius modus qñ in die prima febriũ acutarũ apparẽt in vrina nubes ſiue hypoſtaſis, & alia ſigna maturitatis : quapropter æſtimatur nõ habere principium, licet habuerit : hæc aũt nubes aliqñ eſt vera: quia forte morbus incepit a materia digeſta , aut quia forte ꝓpter benignitatẽ materiæ calidæ acquiſita eſt, aut tertio , quia hæc nubes deciſa eſt a materia nõ infecta, quæ erat tꝑe ſanitatis, ſicut aliqñ accidit in peſtilentialibus. Aliqñ aũt non eſt vera hypoſtaſis , ſed quoddã flegma liquefactum ſimile hypoſtaſi : inter quæ duo eſt differentia : quia illud flegma ante finem horæ petit fundum : hypoſtaſis vero non ita cito deſcendit. Item hypoſtaſis attinet cuidam relucentiæ : ſed non flegma .

Et augmentũ quidem eſt hora, in qua cõmouetur caliditas innata ad reſiſtendum materiei motu manifeſto : & apparẽt ſigna digeſtionis , aut ſigna contraria digeſtioni .

In hac parte deſcribit duplex augmentũ.d. primũ quòd eſt hora in qua cõmouet̃ caliditas innata ad reſiſtendũ materiei motu manifeſto . Secundũ dictũ eſt ꝙ in hora augmẽti apparent ſigna digeſtionis, aut diſpoſitionis cõtrariæ digeſtioni . Notandũ circa primã partem, qđ ꝑ caliditatẽ innatã debem⁹ intelligere totũ calorẽ in febriẽte repertũ, qui partim eſt naturalis, partim præternaturalis. hic quidẽ totus calor, qui primo erat a materia præfocatus iam mouetur motu manifeſto ad reſiſtendũ materiei ne præfocetur : & ad agendũ in ipſam ad hunc finem vt digerat̃ : ſicut ignis qui primo ſub lignis viridibus ſuffocabatur , iã ſpargit̃ & dilatatur vt ligna calefiãt : ſic eſt de calore noſtro reſpectu materiæ. ſi ergo calor iſte taliter agitet materiã vt fiat in ipſa manifeſta impreſsio, ratiõe cuius ſint apta ſequi manifeſta ſigna digeſtionis , vel cõtraria tunc eſt augmentum. Si aũt diminute ipſam agitet, vt nõ ſint apta ſequi veſtigia digeſtionis , aut diſpoſitionis digõni contrarię, niſi occulta, tunc eſt principiũ de quo ſermo pręceſsit. Notandũ ſecũdo, ꝙ hic calor ab anima directus licet intẽdat digeſtionẽ materię: nõ tñ ſemꝑ materiã digerit. Si.n. ſit fortis & materia obediẽs, ſequit̃ digõ intẽta ab eo. Si aũt ſit debilis & materia multũ reſiſtẽs rõne quãtitatis , aut rõne qualitatis malæ manifeſte vel occulte: tunc ſequit̃ diſpoſitio cõtraria digeſtioni . Nec eſt credendũ ꝙ ille calor ſemper reſiſtat diſpoſitioni malæ in materia a calore putredinali inducendæ : immo plerũq; accelerat ipſius inductionẽ materiæ calefaciẽdo.

Status eſt hora pugnæ, & iudicij.

Et ſtatus quidem eſt hora , in qua vehemens eſt pugna inter naturam & materiam : et apparet victoria vnius ambarum earum ſuper aliam , & eſt hora pugnæ .

In parte præſenti notificat ſtatũ , & habet duas partes. In prima deſcribit ſtatum. In ſecunda ibi. §Et eius ſpatiũ§ declarat tꝑs durationis eius. In prima parte deſcribẽs ſtatum dicit tria. Primũ eſt quòd ſtatus eſt hora in qua fit vehemẽs pugna inter naturã & materiã. Secundũ quòd in hac pugna apparet victoria unius ambarũ ſuper alterã. ſ. naturæ ſupra materiam aut ecõtra. Tertium qđ eſt hora pugnæ. Circa primã partẽ notandũ quòd vehemẽs pugna inter naturã & materiã accidit ex reſiſtentia materiæ ad naturã, ſicut in cæteris trãſmutationibus, & motibus mere naturalibus, qui oẽs ſunt ſucceſsiui & fiunt in tempore propter reſiſtentiã paſsi ad agens. Deducta enim reſiſtentia tranſmutans ageret in non tempore : hæc autem pugna eſt maior in ſtatu quàm in alijs tẽporibus : licet in quocunq; tempore ſit aliqua pugna inter naturam & materiam : ſed non vehemens ſicut in ſtatu.

Contra in augmẽto multotiens eſt maior pugna quàm in ſtatu eiuſdẽ morbi: vt qñ materia in ſtatu eſt pauca: quia in tẽporibus præcedẽtibus eſt ſ̃m partẽ expulſa: tunc. n. in ſtatu paroxyſmi ſunt remiſsiores & minus durãtes quàm in augmẽto & ꝑ cõſequẽs minor pugna. Ad hoc dicunt aliqui, qđ ſtatus hic deſcriptus ẽ ſolũ morborũ in quibus cõcidunt tꝑa penes alterationẽ materiæ, & accidẽtia: & iſti ſunt morbi reſeruãtes materiã ad vnã criticã expulſionem. In alijs.n. nõ eſt incõueniens pugnã eſſe maiorẽ in augmento & principio quo ad digeſtionẽ: & plerunq; includat principiũ, augmentũ, & ſtatũ , quo ad accidẽtia: & ſtatus quo ad digeſtionem nõ includat in illis niſi declinationẽ quo ad accidẽtia: ſicut in pleuritide , & in oĩbus morbis materialibus , in quibus materia in pluribus vicibus in principio & augmẽto eſt expulſa. Verũ ſ̃m hanc rõnem oportet dicere hãc deſcriptionẽ nõ cõpetere cuicũq; ſtatui vſ̃i penes materiã. Aliter ergo dr̃ qđ aliorũ paritate ſuppoſita, præcipue ex parte quãtitatis materiæ maior eſt pugna in ſtatu quàm in augmẽto: quia materia in ſtatu hẽt oium digeſtionẽ & putrefactionẽ quã recipit in augmẽto & ꝑ cõſequẽs eſt apta magis ſtimulare virtutẽ q̃ in augmẽto. Et præcipue hoc eſt verũ apud tenẽtes digeſtionẽ & putrefactionẽ ſimul intẽdi. Et eſt ẽt in ſtatu maior agitatio materiæ nõ ſolum ex parte alterationis: ſed ẽt motus localis, cũ in ſtatu magis q̃ in tꝑibus præcedẽtibus fiat cõmotio antecedẽs criſim, ꝑ quã ſeparat̃ iuuatiuũ a nocitiuo. Et tertio ẽt in ſtatu fit pugna critica, per quã materia expellitur ad extra , aut permutat̃ : hęc .n. oĩa licet aliqñ poſsint accidere in augmẽto: non tñ ſunt de rõne augmẽti . Cõtra. ſequit̃ ꝙ in declinatione eſt tanta pugna quãta ẽ in ſtatu: cũ habeat oẽm digeſtionẽ & putrefactionem quã habebat materia in ſtatu: & cũ hoc materia localiter mouet̃ & expellit̃ . Rñdetur ꝙ licet in multis ſit paritas : tñ in hoc eſt differẽtia ꝙ in rõne declinationis includit̃ ꝙ materia ſit paucificata reſpectu eius qđ erat in ſtatu: nõ aũt hoc includit̃ in rõne ſtatus reſpectu augmẽti. Secũdo inſtat̃ cõtra deſcriptionẽ: quia motus digeſtionis & diſpõnis cõtrariæ digeſtioni ſunt velociores ĩ augmẽto q̃ in ſtatu: cũ magna pars digõnis aut putrefactionis acq̃ratur in augmẽto: parua aũt in ſtatu. In ſtatu.n. fit ſolum cõplementũ digeſtionis aut diſpoſitionis cõtrariæ, quare valde parũ intẽdit̃ . Ad hoc rñdetur quòd quantũcunq; hoc aſſumptũ ſit verũ & cõueniẽs diffinitioni augmenti: tñ negatur cõſequẽtia, ꝓpter tres cauſas dictas ſtatim quæ faciunt maiorẽ eſſe agitationem, & maiorem pugnã in ſtatu q̃ in augmẽto. Circa ſ̃m dictũ eſt notandũ, ꝙ poſt hanc vehementem pugnã in ſtatu apparet dñium aut naturæ ſupra materiã cum apparent ſigna completæ digeſtionis ſumpta maxime ex vrina : aut apparet dñium materiæ ſupra naturã cum apparent ſigna completa diſpõnis digeſtioni contrariæ. Circa tertium dictũ notandũ quòd ſtatus eſt hora pugnæ. ſ. criticæ : fiunt enim criſes maxime in ſtatu. tum q̃a virtus eſt multũ irritata: tũ quia materia eſt ſumme digeſta: & ſic parata expulſioni, aut ſumme maligna virtutẽ facile oppreſſura. In hac ergo particula vltima diffinitionis loquitur de pugna critica : ſed in prima particula : cum dixit quia eſt vehemens pugna, loquitur de pugna non critica.

Morbi ſtatus terminus, & præcognitio.

Et eius ſpatium eſt in habentibus paroxyſmos acutos, paroxyſmus vnus: & nõ cognoſcitur , niſi per illum qui ſequitur ipſum, aut duo paroxyſmi : & cognoſcitur in tertiò eius: ideo quòd non addit ſuper illos ambos in pluribus, niſi in ægritudinibus macronoſis . fortaſſe enim aſſimilantur paroxyſmi plures in omnibus iudicijs ſuis. Et illic apud ſtatum completur veſtigium digeſtionis , aut contrarij eius .

In hac parte declarat quod ſit ſpatium ſtatus, & quomodo cognoſcitur. & tria dicit. Primũ ꝙ ſtatus in morbis habentibus paroxyſmos acutos, id eſt in morbis valde acutis eſt vnus paroxyſmus : aut ad plus duo paroxyſmi : ſed in ægritudinib⁹

macronoxijs.i.lõgi tpis poſſunt eſſe valde plures paroxyſmi ſtatus,qui vel erunt ſimiles in oĩbus iudicijs ſuis.ſ.in longitudine,intenſione,& læſione operationũ & ſimilibus. ſecundo dicit ꝙ ſtatus non cognoſcitur niſi per paroxyſmũ ſequentẽ. Si.n.paroxyſmus ſequens ſit ualde remiſſus tunc præcedẽtes omnino ſimiles fuerũt ſtatus. Tertio dicit ꝙ in ſtatu cõpletur veſtigiũ digeſtionis aut diſpoſitionis ei contrariæ. Cõtra ſm̃ dictũ eſt ſentẽtia Gal.1.apho.cõ.7.& primo de criſi dicentis ꝙ ſtatus cognoſcitur antequàm ſit,& qñ eſt præſens. Præterea. Cũ omnis diæta ordinet̃ in relatione ad ſtatũ qũo non præcognito ſtatu põt medicus ægrum diætare. Reſpondetur ꝙ iudicio coniecturatiuo, & æſtimatione veritati propinqua cognoſcit̃ ſtatus antequàm ſit: & multo magis cũ eſt præſens:quæ cognitio ſumit̃ ex natura morbi,quantitate materiæ,qualitate ipſius,tpe,& virtutis cõſtãtia,vel debilitate, & cæteris de quibus in ſequẽti cap. cũ ſciẽtia certa nõ cognoſcat̃ ſtatus niſi cũ præterijt per paroxyſmũ ſequentem. Ex tertio dicto collige,ꝙ digeſtio & ſimiliter cõtraria diſpoſitio intendunt̃ in ſtatu. dicit enim ꝙ cõpletur veſtigiũ digeſtionis, aut ſui cõtrarij in ſtatu. Et hoc idẽ ſentit Gal.1.apho.cõ.12. & primo de criſi. licet quidẽ ſm̃ verba Auer.3.colliget dicẽtis ꝙ cum ceſſat digeſtio,aut putrefactio tunc eſt ſtatus. quaſi dicat ꝙ in ſtatu materia nõ digerit̃,neq; putreſcit: ſed omnis talis trãſmutatio fit in augmẽto,gloſſandus eſt ꝙ nõ ita manifeſte ꝓcedit digeſtio,aut putrefactio in ſtatu,ſicut ĩ augmẽto.

Morbi ſtatus quando præcognoſcetur

Et declinatio quidẽ eſt hora, in qua calor innatus iam dominatur materiei, & vincit eam & exiſtit in congregationis eius ſeparatione. ſ. rei poſt rem: & tunc alleuiatur caliditas caloris occulti: & expellitur ad extremitates donec reſoluitur: & multotiens ingroſſatur.

In parte præſenti deſcribit declinationẽ.& dicit quatuor. primo quòd declinatio eſt hora,in qua calor innatus tã dominatur materiæ & vincit eã. ſecũdo dicit quòd exiſtit in ſeparatione cõgregationis eius.ſ.rei poſt rẽ.i.partis poſt partem. tertio dicit quòd ꝑ hãc expulſionẽ alleuiat̃ caliditas occulti. .i.partiũ occultarũ intrinſecarũ, & expellit̃ ad extremitates .ſ.pars materiæ & caliditas. Vltimo dicit quòd hæc declinatio durat donec reſoluitur: & deſtruitur caliditas,aut donec reſoluit̃.i.totaliter expellit̃ materia, ſiue ſenſibiliter, ſiue inſenſibiliter:& multotiẽs ingroſſat̃.i.apoſtematur aliqđ membrũ materia ad illud membrũ critice ꝑmutata: aut ingroſſat̃ .ſ.materia qñ reſolutis partibus ſubtilius remanet cineritiũ: qđ non eſt amplius vehiculũ caloris putredinalis. & hæc maxime accidit qñ materia eſt difformis ita vt habeat partẽ ſubtilẽ,& partem groſſam:ſi.n.eſſet uniformiter ſubtilis tota reſolueretur. Circa primũ dictum eſt notandũ: quòd licet in ſtatu ſalubri natura dominetur materiæ quantũ ad digeſtionẽ & ſeparationẽ nocitiui à iuuatiuo: tñ in declinatione dominatur materiæ magis quàm in ſtatu, & alijs tpibus quantũ ad expulſionẽ materiæ ad extra corpus,vel ſaltẽ ꝑmutãdo eam a loco in quo eſt ad aliqđ mẽbrũ:quantũcunq;.n.in alijs tpibus poſsit fieri materiæ expulſio & ꝑmutatio: hoc tñ fit plus ꝓportionaliter in declinatione quàm in aliquo tẽporũ præcedentiũ. Circa ſecundũ nota,quòd fit expulſio materiæ per partẽ poſt partẽ: quia expellitur nocitiuũ & remanet iuuatiuum in criſi laudabili, quæ eſt in declinatione ad differentiã motus ſympthomatici,qui põt eſſe in quocunq; tpe alio,cum quo quaſi ſubito expellitur iuuatiuũ & nocitiuum: & ideo in declinatione vera illa expulſio fit cũ bona ægri tolerãtia & conferentia: nõ ſic in alijs tpibus. Circa tertiũ nota,quòd licet alleuiet̃ caliditas tã partiũ intrinſecarũ, quàm extrinſecarũ:tñ plus proportionabiliter alleuiatur caliditas partium intrinſecarũ a quib⁹ materia expellit̃,cũ de ipſa forte aliquid ad partes extrinſecas expellat̃. Vltimo nota duplicẽ criſim accidentem in declinatione frequẽtius quàm in alijs temporibus, vnam euacuationis,alteram permutationis.

Pro declaratione deſcriptionis horum temporum dubitatur,vtrum hæ deſcriptiones ſint temporũ vniuerſaliũ aut particularium. Et ſi vniuerſalium an ipſorũ diſtinctorũ penes alterationem materiæ,an ipſorũ vniuerſalium diſtinctorum penes morbi eſſentiã,& accidẽtia. In qua quæſtione tenenda eſt hæc cõcluſio,quòd intentio Aui.fuit hic diffinire tpa uniuerſalia febrium penes alterationem materiæ diſtincta: & ſic videbis omnem particulã in his deſcriptionibus poſitã cõuenire tẽporibus vniuerſalib⁹ penes materiã diſtinctis. Nõ aũt intentio ſua fuit diffinire tempora particularia cũ eorum diffinitionem ponat in ſequenti cap. quanuis aliquæ particulæ in his diffinitionibus poſitæ eis poſsint adaptari: nec etiã intentio ſua fuit diffinire tempora vniuerſalia penes morbi eſſentiam, & accidentia cum has diffinitiones poſuerit ſecunda primi, cap.vij. quæ diffinitiones ibidem poſitæ ſunt communes febribus, & omnibus morbis.

Et ſtatus quidem diuerſificantur in ægritudinibus. ægritudinum enim valde acutarum longinquior ſtatus eſt vſque ad quatuor dies: & febres ephemeræ ſunt de hac ſumma: verũtamẽ ipſæ non numerantur acutæ: quoniã non ſufficit in acuitate ægritudinis,vt ſit ſtatus eius ꝓximus: immo ſit de ægritudinibus habẽtibus timorem. Et ſequuntur eas febres acutæ abſolutæ non valde: & ſunt illæ,quarum ſtatus peruenit vſq; ad quatuordecim dies: et quod eſt ſupra id.

In parte præſenti Auic.ponit quatuor cañ.cõpletiuos huius doctrinæ de tẽporibus morbi. Et ſic poſſet diuidi in quatuor partes. ſecunda ibi. §Et cognitio quidem ægritudinum. tertia ibi.§Et plures quidẽ febriũ.§ quarta ibi.§Et febres quidẽ diuerſificãtur.§ Primus canõ eſt, quòd ſtatus diuerſificant̃ in ægritudinibus quantũ ad ꝓpinquitatem & longinquitatẽ. Aegritudinũ.n.ualde acutarũ quas Gal. appellat acutas in ultimo.prima particula aphoriſmorũ.ſtatus ꝓpinquior eſt vſq; ad quatuor dies. huius aũt tã citæ terminationis cauſa eſt, ꝙ natura nequit tã fortes motus tolerare niſi paruo tpe. Eſt.n. neceſſariũ ut natura cito vincat aut vincatur: & ephemeræ quantũ ad hãc ꝓpinquitatem,ſunt ex hoc numero. terminantur.n.in quatuor diebus,& proprie ephemera ex apoſtemate & nauſeatiua ſatietate:non tñ dicuntur acutæ,cũ nõ ſit in eis ſæuitas accidentiũ, quæ præter breuẽ terminationẽ requirit̃ ad hoc vt ægritudo dicatur acuta.Similiter diceretur de tertiana pura duorũ aut trium paroxyſmorum. Sunt in ſecundo loco aliquæ ægritudines abſolutæ acutæ diſtinguẽdo eas cõtra peracutas: & iſtarum quædam ſunt quarum ſtatus eſt. 14. dierum. Aliæ autem vocantur acutæ tropicæ.i. conuerſiuæ, quarum ſtatus eſt a 14. vſque ad 40. ſupplete vos. Aliæ ſunt chronicæ, quarum ſtatus eſt ſupra 40.

Et cognitio quidem ægritudinũ acutarũ in ordinibus ſuis, et chronicarum eſt iuuatiua in regimine cibi ægri ſecundum quòd dicemus in ſequentibus.

Prima aphoriſm. aphor. 7. 8 & 9.

Secundus canon eſt,quòd cognitio ægritudinum acutarũ, & chronicarũ in ordinibus ſuis. i. tẽporibus ſuis eſt iuuatiua in regimine cibi,ſecundum quòd dicetur in capitulo de regimine febricitantium. medicus nanq; ordinat diætã in comparatione ad ſtatum. Si enim ſtatus eſt longinquus aliorum paritate ſuppoſita ordinat diætam groſsiorem. Si vero propinquus ſubtiliorem: & quanto magis accedit ad ſtatum: quantum eſt merito ſtatus non ſumendo indicationem a repletione, nec ab alia re, tanto ordinat diætam ſubtiliorem.

Et plures quidem febrium complẽt principium et augmentum et ſtatum in paroxyſmo vno: et faciunt paroxyſmum alium declinando.

Tertius canon eſt. quòd plures febres complent principium,augmentum,& ſtatũ in uno paroxyſmo:deinde faciunt ſm̃ paroxyſmum pertinẽtem declinationi: immo etiã quod plus eſt plures febres tertianæ, quartanæ, & quotidianæ cõplentur in vno paroxyſmo. Et dicuntur tertianæ, quartanæ, & quotidianæ, merito materiæ a qua pendent aptæ paroxyſmare huiuſmodi periodis.

Et febres quidem diuerſificantur in his temporibus. Et de eis quidem ſunt quarum augmentum prolongatur: et de eis ſunt quarum declinatio prolongatur.

Quartus canõ eſt.quòd febres diuerſificãtur in tpibus penes longitudinẽ,aut breuitatem vnius tpis in comparatione ad alia. Sunt.n. quædã in quibus augmẽtum prolongatur: & quædã in quibus declinatio eſt longa in cõparatione ad alia tẽpora. Et tu dic ſimiliter de ſtatu & principio. Harum autẽ

diuerſitatum cauſa diffuſe perquiretur inferius in cap.intitulato de rebus, in quarum quibuſdam conueniunt febres, & in quibuſdam differunt.

De cognitione horarum vniuerſalium, Cap. IIII.

Cognitio horarum ægritudinis vniuerſalium, quandoq; eſt ex ſpecie ægritudinis. nam ſpaſmus ſiccus, & epilepſia, & apoplexia, & ſquinãtia ſunt ex acutis valde: & tertiana pura, & cauſon de acutis non valde: & quartana & paralyſis de macronoſis.

Poſtq̃ Auic.in præcedẽti cap. notificauit tp̄a ægritudinũ, & ꝓprie febriũ quantũ ad eorũ quiditates. hic docet cognoſcere hmõi tp̄a, & maxime ſtatũ vl̄em iuxta rubricã: quia ſm̄ ipſius exigentiã eſt diæta vl̄is ordinanda, vt eſt apud Gale.1. apho.& 1.de criſi. Sed quia ẽt variãda eſt diæta particularis ſm̄ exigentiã temporũ particulariũ docuit Auic. in præſenti cap.nõ ſolum cognoſcere tp̄a vniuerſalia, ſed ẽt particularia. habet igiᵗ hoc cap̄l̄m duas partes. In prima docet cognoſcere tp̄a vl̄ia. In ſcd̄a ibi. §Cognitio aũt horarũ particularium§ docet cognoſcere tp̄a particularia deſcribẽdo. Prima pars diuiditur in duas. nã in prima docet cognoſcere tp̄a vl̄ia, & ꝓprie ſtatũ ꝑ ſigna præapparẽtia. In ſcd̄a parte ibi. §Et q̃nq; cognoſciᵗ ex diſpõne euacuationũ§ docet cognoſcere hmõi tẽpora ꝑ ſigna poſt apparẽtia. prima pars iterũ diuidiᵗ in plures partes, ſm̄ ꝙ plures ſunt maneries ſignorũ præapparẽtiũ. partes vero patebũt diſcurrẽdo ꝑ textũ. Pro cuius notitia ſciẽdũ ꝙ ſigna illa dicunᵗ præapparẽtia, quę ſm̄ plurimũ præapparent in principio ægritudinis. Sed illa dicunᵗ poſt apparẽtia, quæ ſm̄ plurimũ nõ apparẽt in principio ægritudinis. Exemplũ primorũ, ſicut ſpẽs ægritudinis, regio, tp̄s, cõplexio &c. Exemplũ ſecũdorũ, ſicut euacuatio, & digeſtio. In prima parte docet Auic. cognoſcere tp̄a vl̄ia, & ꝓprie ſtatũ ex ſpecie ægritudinis. Nã ſpaſmus ſiccus.i. de inanitione, & epilepſia vnius paroxyſmi, & apoplexia, & ſquinãtia ſunt ægritudines valde acutę in quatuor diebus terminãdę: quarũ ſtatus eſt valde ꝓpinquus. Sed tertiana pura ꝯtinua & cauſon ſunt ex acutis nõ valde, quarũ terminatio eſt ĩter.4.& 14. ſed quartana, & paralyſis ſunt ex macronoſis .i. valde lõgis, quarũ ſtatus eſt longinquus. Notandũ circa hãc partẽ, ꝙ licet hęc notitia ſumpta ex ſpẽ ægritudinis valde iuuet medicũ in cognoſcẽdo lõgitudinẽ, aut breuitatẽ ægritudinis: & cõſequẽter vtrũ ſtatus ſit longinquus, aut ꝓpinquus vel medius: tñ hæc nõ eſt certa notitia, nec limitata ſm̄ ſpẽs ægritudinũ. nã quartana ponitur inter chronicas & tñ q̃nq; quartana in tribus aut quatuor paroxiſmis finiᵗ. Similiter q̃nq; vidi paralyſim in ſeptẽ diebus liberatã: & ſimiliter multotiẽs vidi tertianã vnius paroxiſmi. Præterea eſto ꝙ oẽs phlegmaticæ aut plures ſint chronicæ: maxime tñ eſt differẽtia inter durationes earũ: & cõſequẽter in ꝓpinquitate & lõginquitate ſtatus earũ: quare hæc notitia nõ eſt oĩno limitata nec certa: ſed ipſa cũ alijs multum iuuat medicũ in cognoſcẽdo ꝓpinqaitatem aut diſtantiã ſtatus. Et quia exẽpla hic poſita ſunt æqualiter dubia: ideo declaratiõe indigẽt. primo ſpaſmus ſiccus particularis põt eſſe coæternus patiẽti: quia nec interficit nec liberari põt: vtputa ſpaſmus digiti combuſti: ſed ſpaſmus ſiccus vl̄is iam factus eſt ægritudo ꝑacuta occidẽs infra quartũ: & de hoc eſt ſermo hic. Spaſmus tñ humidus ſm̄ plurimũ eſt magis acutus frequẽter occidens in die naturali ꝑꝑ nocumẽtũ in anhelitu. Tenendũ tñ eſt ꝙ ſpaſmus ſiccus æque intẽſus cũ ſpaſmo humido citius interficiat, cũ æq; bene impediat anhelitũ ſicut humidus: & cũ hoc in ſicco eſt virtus magis debilis per eſſentiã. Epilepſia quoq; quantũ ad totã ſui cõſiſtentiã eſt ægritudo chronica: nec põt dici, ꝙ hic Auic. ĩtelligat de paroxyſmo vno epilepſiæ, cũ hic nõ declaret tp̄a particularia, ſed vl̄ia. Eſt ergo dicendũ ꝙ hic loquiᵗ de epilepſia habẽte vnicũ paroxyſmũ. Apoplexia aũt eſt ægritudo acuta valde: nõ quia cito termineᵗ ad mortẽ, aut ad ſalutẽ: ſed quia aut terminaᵗ ad mortẽ, aut deſinit apoplexia cũ ꝑmuteᵗ ad paralyſim. Vel dicaᵗ ꝙ intelligit hic de forti apoplexia, quæ ſemꝑ cito ad mortẽ terminaᵗ in quarta uel infra: maxime ſquinãtia anhelitũ impediẽs, quę fit in muſculis epiglotis maxime intrinſecis: hæc.n. ſm̄ plurimũ occidit circa quartã: imo frequẽter in prima die naturali. ſquinãtiæ aũt quæ fiũt in muſculis meri intrinſecis, aut extrinſecis aliq̃ñ trãſcendũt quartã, & nõ ſunt ſemꝑ ex ꝑacutis. Tertiana aũt pura ponitᵗ inter acutas ualde, ſi ſit cõtinua: quia habet utraſq; ꝯditiones. Eſt.n. ſæuorũ accidentiũ & terminaᵗ inter quartam & ſeptimã. Si aũt ſit interpolata numeraᵗ inter acutas abſolute, quantũ ad terminationẽ: non quantũ ad ſæuitatẽ accidentiũ. Cauſon aũt quæ pendet a cholera aut flegmate ſalſo peccãte, aut in uenis totius, aut in locis cordi propinquis communiter terminatur inter quartum, & decimumquartum.

1. aphoriſmorũ. aphor.12.

Spaſmus multiplex

Et quãdoq; ex motu ægritudinis. nã ſi paroxyſmi ſunt breues ſignificãt ꝙ ſtatus eſt propinquus: ſicut tertiana pura. tp̄s. n. paroxyſmorũ eius eſt ex tribus horis vſq; ad quatuordecim horas. et ſi ſint ꝓlixi, ſignificãt ꝙ materia eſt groſſa, et ſtatus lõginquus, ſicut in tertiana nõ pura. Et ſi non fuerit illic paroxyſmi: immo materia eius fuerit acuta ſicut ſynochi: tunc ægritudo erit acuta. Et ſi fuerĩt ſigna eius ſigna materiæ frigidæ groſſæ, aut decliuis ad groſſitudinem: tunc ægritudo erit non acuta. Et ſi remanſerint cum diſpoſitione ſua tunc ægritudo non erit illius acuitatis.

In hac ſecũda parte ponit ſecundã maneriẽ ſignorũ ſumptã a motu ægritudinis. Et dicit quinq;. Primũ ꝙ ſi paroxyſmi ſint breues, ſignificãt ꝙ ſtatus eſt ꝓpinquus: & ꝙ ægritudo eſt breuis: ſicut in tertiana pura: tempus.n. paroxyſmorũ eius eſt ex tribus horis uſq; ad.14. Si uero paroxyſmi ſunt prolixi, ſignificãt ꝙ materia eſt groſſa, aut multa, & cõſequẽter ꝙ ægritudo eſt longa, & ſtatus ẽſt lõginquus, ſicut tertiana nõ pura, paroxyſmi.n. ipſius durãt uſq; ad xxx. horas, & ſupra interdũ.

Primo aphoriſmo.12.

Tertiũ dictũ, quòd ſi in aliqua febre nõ fuerint paroxyſmi: tunc debemus cõſiderare materiã. Si.n. fuerit acuta, & calida, & ſubtilis, ſicut materia ſynochi.i. febris ſanguineæ: tunc ægritudo erit acuta terminãda a quatuor uſq; ad quatuordecim. Quartũ dictum: quòd ſi adſint ſigna frigidæ & groſſæ materiæ aut declinantis ad groſſitiem: tunc ægritudo erit nõ acuta. ſ. abſolute. erit.n. tropica, ſed ſecundũ plurimũ chronica ultra.40. terminanda. Quintũ dictum eſt, quòd ſi ægritudo remanſerit cum diſpoſitione ſua, quia ſit continua, in qua non ſint ſigna materiæ acutæ, neq; materiæ frigidæ groſſæ: ſed ſupplete uos ſigna materiæ mediocris: tunc non erit illius acuitatis, cuius acuitatis eſt ſynochus, neque ita longa, ſicut continua pendens a materia frigida & groſſã.

Dubitatur circa duo prima dicta: utrũ paroxyſmi breues ſignificent morbũ breuẽ, & cõſequẽter ſtatũ eſſe propinquum. Et ſimiliter econtra ſignificẽt paroxyſmi lõgi. Et arguiᵗ ꝙ non. nã paroxyſmi epilepſiæ ſunt ualde breues, & breuiores quã paroxyſmi tertianæ. cũ tñ ipſa ſit longiſſima. eſt.n. frequẽter coæterna patiẽti. Et cõfirmaᵗ, quia apoplexia eſt breuis ſm̄ plurimũ ante quartũ terminãda, paroxyſmus tñ eius ẽ longior quàm paroxyſmus epilepſię. Secũdo. febris exiſtẽs in principio eſt longior quàm ipſamet exiſtens in ſtatu: cũ tñ in principio paroxyſmi ſint breues: in ſtatu uero longiores. Forte diciᵗ quòd intẽtio Aui. nõ eſt cõparare eandẽ ægritudinem ad ſeipſam ſm̄ diuerſas ægritudines. Cõtra accipiamus unã aliam ægritudinem, cuius totalis materia ab ipſo initio ſit ita diſpoſita, ſicut materia in ſtatu alterius ægritudinis: & certũ eſt quòd hæc ſecũda erit breuioris terminationis, & habebit paroxyſmos longiores. Tertio ſit.a. febris pendens a materia difformi, cuius una pars ſit ſubtilis, & alia groſſa: & ſit.b. feb. pendẽs a materia uniformiter groſſa, ſicut eſt materia.a. ſed minoris quantitatis. Et ſequiᵗ quòd paroxyſmi.a. dependentes a materia ſubtili erũt breuiores quàm paroxiſmi. b. & tñ.a. erit longior b. ut patet ex caſu. Quarto. poſſibile eſt propter ſubtilitatem materiæ naturã totam materiã ſimul expellere quę tñ faciet unum paroxyſmũ, cũ tñ ipſa ſit breuiſſima. Vltimo. paroxyſmi cõtinuarũ ſunt longiores quàm paroxyſmi interpolatarũ: cũ tñ continuæ febres ſint breuiores interpolatis, ut eſt apud Gale.3. de criſi. cap.3. ergo longitudo paroxyſmorum non ſignificat ægritudinis longitudinem. igitur &c. In oppoſitum eſt Auic. in parte præſenti.

Vtrũ breues paroxyſmi breuem morbum indicant.

Pro ſolutione queſtionis præmittẽdũ quòd uarietas paroxyſmorum, & ægritudinum quæ fiunt in humano corpore ꝓuenit ex tribus cauſis, primo ex uaria diſpoſitione membrorũ mittentiũ & recipientiũ. ſecundo ex uaria diſpoſitione materiæ. tertio ex his quæ utriſq; cauſis iam dictis ſuperueniunt. ex parte quidẽ membrorũ mittentium fit magna uariatio in paroxyſmis,

Tres ſunt tantũ cauſæ varietatis ægritudinũ & paroxyſmorum.

paroxyſmis,& ægritudinibus ſm potentiã eorũ,uel debilitatem. Nam ſi membrũ eſt potens in expellendo expellit multã quantitatẽ materiæ in una uice,aut ad aliquod corporis membrũ,aut ad extra corpus,ſicut cõtingit in ſtomacho forti, qui unica uice multũ euomit,& debilis, parũ. Similiter cerebrũ apoplecticũ forte expellit materiam multam ad neruos ut ſe deoneret. debile autem non ſic. & ſimiliter hæpar, aut membra fortia intrinſeca expellerent una uice multã materiã ad extra uenas facturã paroxyſmos longos. & ſi debilis ſit nõ tãtam poterit expellere. Et ſimiliter ſi membrũ recipiens fuerit forte non tantum recipiet: debile aũt recipiet plus. Similiter eſt diuerſitas ex parte membrorũ, poſtquam materiã receperunt: fortia enim facillime materiã expellunt ſenſibiliter aut inſenſibiliter. ſimiliter habentia vias latas facilius expellunt quàm habẽtia ipſas anguſtas. vnde in hominibus latorũ pororũ citius paroxyſmi terminantur quàm in habentibus poros ſtrictos. Tertio contingit hmõi diuerſitas propter fortiorem conatum virtutis ad expellendũ materiã receptã, qui conatus poteſt prouenire ex duobus:aut ex nimia ſenſibilitate,propterea in cholericis,& corporibus ſiccis tantum paroxyſmi citius terminantur. natura enim propter ſenſibilitatẽ magis irritata eſt ad materiæ expulſionẽ. Secundo prouenit hic conatus ex parte nobilitatis læſæ actionis, & propter hãc cauſam cerebrũ apoplecticum cito expellit materiã apoplexiæ ad neruos,non ſufferens tantam læſionẽ. Secundo principaliter prouenit hęc diuerſitas paroxyſmorũ & ægritudinum in ſua duratione ex parte diſpoſitionis materiæ, quia ſi multa ſit,aut groſſa,aut viſcoſa,aut per aliquam qualitatem manifeſtam,vel occultam virtuti inimica opprimens ipſam eſt cauſa longitudinis paroxyſmorum, & ægritudinũ. Si vero habeat contrarias diſpoſitiones eſt cauſa breuitatis, & proprie ſi ſit digeſta. Tertia cauſa principalis huius diuerſitatis ex parte rerum extrinſecarum reſpectu iſtarum duarum cauſarum,quę ſunt magis principales eſt hæc. Certum enim eſt, ꝙ complexio calida, regio calida, tempus calidum,& ſimilia abbreuiãt ægritudines & paroxyſmos,& cõtraria prolongãt. His ita præmiſsis ſit hæc cõcluſio reſpõſiua ad quæſitũ de intentione Auic.in parte præſenti, ꝙ omni paritate ſuppoſita præterquã ex parte materiæ multæ groſſæ uiſcoſæ, aut modis contrarijs conditionatæ breuitas paroxyſmorum ſm plurimũ ſignificat breuitatẽ ægritudinis. & econtra longitudo paroxiſmorũ ſignificat longitudinem ægritudinis. probatur, nam ſi paroxyſmi ſunt breues, ſignificãt ꝙ materia eſt pauca,aut ſubtilis, & econtra.ſi longi ſignificant ꝙ ſit groſſa,aut uiſcoſa,aut multa. & ſimiliter debet eſſe diſpoſita materia, quæ eſt ſub forma cauſæ accidentis, ſicut eſt materia paroxyſmalis. ergo paroxyſmi breues ſignificãt breuitatem ægritudinis, & longi longitudinem ſecundum plurimum.

Ad rationes in oppoſitum. Ad primam de epilepſia dicit̃, ꝙ non eſt intentio Auic.comparare epilepſiam ad feb.ſed intentio ſua in his ſignis eſt comparare adinuicem ægritudines eiuſdem ſpeciei. Vnde conſequenter dico ꝙ epilepſia habẽs paroxyſmos breues eſt breuior quàm habẽs paroxyſmos longos. Et ad confirmationem de apoplexia quæ eſt breuis, & tamen habet paroxyſmum longum in comparatione ad epilepſiam,dicitur ꝙ nõ ſeruatur paritas in ſitu materiæ. Eſt enim materia in apoplexia contenta ſm plurimum eius in ſecundo & ultimo uentriculo cerebri. ſed materia epilepſiæ magis in anteriori uentriculo: quare materia apoplexiæ permutatur ad nuchã. nam quia multa & groſſa non poteſt faciliter reſolui,aut alio modo ad extra expelli:ſicut materia epilepſiæ quæ eſt paucior,& ſubtilior. Ad ſecundũ dicitur ꝙ non ſeruatur paritas.in ſtatu enim eſt materia magis digeſta, quàm in principio, quapropter paroxyſmi fiunt longiores, cum ſit magis parata ut expellatur de uenis ad extra uenas. Ad tertiã de materia difformi dicit̃ illud concludere ꝓpterea in concluſione dictũ fuit ſm plurimũ: & ſimiliter rñdet̃. Ad quartũ, neq; de hoc miret̃ aliquis. unũ.n. ſignũ non ſufficit ad ſignificandũ longitudinẽ,aut breuitatẽ ægritudinis, ſed oĩa tredecim, de quibus agit̃ in præſenti cap.ſunt adinuicem cõparanda,ut defectus in uno ſuppleat defectũ alterius. Ad ultimã dicitur, ꝙ cum cõparantur quartana, cõtinua, & tertiana interpolata nõ ſeruatur paritas ex parte ſitus materiæ cum in continuis cauſa cõiuncta paroxyſmi ſit ad intra uenas, ſed in interpolatis extra uenas. Sed ſi cõparentur tertianæ cõtinuæ adinuicẽ, aut duæ interpolatæ adinuicem illæ, quarũ paroxyſmi erunt breuiores abbreuiabũtur,& quarũ longiores elongabuntur. Vltimo ſolet quæri an continua ſit breuior interpolata. Ad quod dicitur quòd cõtinua ad totam interpolatã comparata eſt breuior,ut uult Gale.4. particula aphor.apho.illo.tertiana pura in ſeptem periodis iudicatur longiſsima. Sed ſi comparetur ad totum tempus afflictionis in interpolatis certum eſt quòd illud eſt maius.ſ.tempus afflictionis continuæ,quàm interpoſitæ aliorum paritate ſuppoſita.

An feb.cõtinua ſit breuior ĩtermittente.

Et quandoque eſt ex virtute ægri, cui velociter aduenit debilitas: quare eſt ægritudo acuta: aut non apparet illud, & eſt ægritudo non acuta.

In hac tertia parte docet cognoſcere morbi longitudinem ex uirtute. nã ſi uirtuti aduenit debilitas ſignificat̃, ꝙ ægritudo eſt acuta.i.breuis terminationis. Si aũt ei nõ accidat debilitas.ſ.notabilis:tũc ægritudo eſt nõ acuta.i.nõ breuis terminationis. Notandum primo ꝙ virtutẽ debilẽ arguimus ex operationibus, cũ ipſa non eſt bene potens ad illas perficiẽdas & ſecũdo ex pauca reſiſtentia cauſis alterãtibus. Notãdum ſecundo de intentione Auic. ſecũda primi. virtutẽ ex tribus debilitari, aut propter nocumentũ in mẽbro: ſicut cũ eſt læſa ſua cõplexio,cõpoſitio,aut vnitas. ſecũdo ꝑ nocumẽtum in ſpiritib⁹,ſicut cũ ſunt pauci, aut aliqua mala qualitate infecti manifeſta, vel occulta, ſicut eſt venenoſitas. tertio debilitat̃ ꝑ defectũ in ipſa virtute. i. in ipſa aĩa, cum eſt diſtracta per multiplices, & fortes operationes. ſic.n. præter modũ vacans operationibus aĩalibus debilitatur ſm operationes naturales, ẽt abſq; hoc ꝙ ſpiritus membrorũ naturaliũ reſoluant̃,aut cõuertantur ad mẽbra animalia:immo ſolũ quia aĩa nõ applicat̃ ad illas operationes peragẽdas. Sic.n intẽti fortibus imaginationibus delata ſub oculis non videmus.2.de aĩa. Ad propoſitum cũ dicit hic Auic.ꝙ debilitas virtutis ſignificat morbũ breuẽ intelligitur de quacũq; debilitate:ſed potiſsime de prima & ſecunda. Gentilis & Marſilius reddẽtes rationẽ huius paſſus dicunt,ꝙ in morbo mortali virtutis debilitas eſt ſignũ breuitatis: & uirtutis fortitudo ſignũ longitudinis morbi: quia in morbo mortali neceſſe eſt uirtutẽ debilem citius ſuccũbere quàm uirtutẽ fortẽ:ſed in morbo ſalubri eſt cõtrariũ. nã uirtus debilis ſignificat longitudinẽ morbi ſalubris, & uirtus fortis ſignificat breuitatẽ cũ maiorẽ proportionẽ habeat uirtus fortis ſupra morbũ quàm debilis. quare citius ad ſalutẽ uirtus fortis terminabit morbũ ſalubrẽ quàm uirtus debilis. & hanc dicunt eſſe intentionem Gal.ulti.cap. ſecundi de differẽtijs febriũ,cũ dicit. ꝙ uirtus debilis ſignificat longitudinẽ ægritudinis. ſ.ſalubris. & hoc mõ auctores iſtos apparẽter aduerſantes cõcordãt. Sed licet dicta ſua ſint uera,ut dicit Vgo Senenſis:tñ non ſunt ad mentẽ Auic.in parte præſenti.hic enim ut patet in textu,loquitur de debilitate aduenientẽ merito morbi:ſed hęc debilitas aduenĩes merito morbi abſolute ſignificat breuitatẽ morbi,ſiue ſit ſalubris, ſiue ſit mortalis.Nam ſi morbus ſit ſalubris & aduenit uelociter debilitas ex morbo, oportet plus proportionabiliter debilitari, q̃ uirtutẽ. & ſic de neceſsitate ad ſalutẽ terminabitur,quãuis in hoc caſu uirtute exiſtẽte forti citius ad ſalutẽ terminaretur. ſi uero morbus ſit mortalis res clara eſt: cum maiorem proportionem habeat morbus ſupra uirtutem debilem quàm ſupra fortem. ergo generaliter debilitas uirtutis accidens ex morbo eſt ſignum breuitatis morbi. Sed ſi uirtus in morbo remaneat fortis, & morbus ſit mortalis de neceſsitate ꝓlongabitur: quia licet morbus ille mortalis habeat proportionem maioris inæqualitatis ſupra uirtutem: illa tamen parua eſt: quia uirtus non debilitatur.Si autem morbus ſit ſalubris uelocius aut ſiccius ad ſalutem terminabitur ſecundum uariã proportionem uirtutis ad morbum.

Virtus debilis vnde noſcatur, & ex quibus debilitatur.

Et quandoque eſt ex ætate & tẽpore,nam in tẽpore calido et ætate calida feſtinat ſtatus ægritudinum: & in tẽporibus frigidis, & ætatibus frigidis tardatur ſtatus ægritudinum: & ſimiliter eſt diſpoſitio regionum.

In hac quarta parte Auic.ponit quartam,quintam, & ſextam maneriem ſignorum longitudinis, aut breuitatis in morbo dicens, quòd hoc cognoſcitur ex ætate,& tempore anni.

Nam in tempore calido,& ætate calida festinat status ægritudinum: & sic ægritudo abbreuiabitur: sed in temporibus & ætatibus frigidis,sicut senium,& hyems tardatur status,& sic ægritudo prolongatur. Et idem iudicium est de regione calida,& frigida. Tu vero potes addere complexionem calidã, & frigidã quę similiter significat sicut iam dicta causa est.quia in ætate,tempore,regione,ac complexione frigidis multiplicantur humores grossi,frigidi,& viscosi qui faciunt ægritudinem longã. Item pori,& alij ductus cõstringuntur, & virtus debilitatur.s.expulsiua: sed in his calidis multiplicantur humores calidi,subtiles,pori, & ductus aperiunt, virtus expulsiua fortificat,& irritatur: & cũ hoc cõtinua fit humorum resolutio,quare ægritudines abbreuiant. Contra. virtus ẽ fortior tẽpore frigido quàm tẽpore calido iuxta aphorismũ primæ particulæ. vẽtres vere & hyeme. ergo morbi salubres erunt longiores tẽpore calido quàm tempore frigido. Ad hoc dicitur, ꝙ ratio procederet si cætera essent paria. sed est magna disparitas. Nam tẽpus calidum aperit poros,prouocat sudores, subtiliat, resoluit, paucificat, quare morbi salubres citius ad salutem terminantur: hæc enim plus promouẽt quàm fortitudo virtutis in hyeme. etiam morbi mortales citius ad mortẽ terminantur tẽpore calido,quàm frigido: quia adsunt humores calidi fortius imprimẽtes: & cũ hoc fit spirituum maior resolutio,& virtutis debilitas quàm tempore frigido: & hæc vera sunt ẽm plurimum. nam in morbis calidis immaterialibus sicut est ephemera secus esset, quia caliditas sua a frigiditate tẽporis citius remouetur. Similiter si morbi essent mortales, quia virtutem suffocãtes propter materiam multam, malam, grossam, & viscosam citius accideret mors tempore frigido quàm calido.

Et ex pulsu,nã si est velox,magnus, frequẽs tunc ægritudo est ad acuitatem decliuis: & si non tunc,non est acuta.

In hac parte quinta docet ex pulsu significare longitudinem,aut breuitatem morbi dicens. ꝙ si pulsus est magnus,velox,& frequens,tunc ægritudo est ad acuitatem declinans,& si non tunc ægritudo nõ est acuta.i.breuis terminationis: causa dicti est:quia pulsus magnus, velox, & frequens significat necessitatem euentationis. hæc aũt cæteris paribus significãt materiam esse calidam. & per consequens merito huius ægritudinem ab ea pendentem esse citius terminandã,quàm quãdo pulsus non est tantę magnitudinis,velocitatis,aut frequẽtiæ: cũ illa significent febrem pẽdere ab humore frigidiori: Si tamen cõtingeret in febribus pulsum esse paruum, tardũ, & rarũ, tunc significat ẽm plurimũ propinquitatem mortis. hoc enim aliqñ accidit in fine febrium acutarum, cũ propter extremam calidi resolutionem cor infrigidetur.& multotiẽs accidit in syncopali tam minuta,quàm humorosa,quæ frequẽter ad mortem terminãtur. Si vero pulsus esset paruus valde velox,& frequens significat magnam virtutis oppressionem, aut propter multitudinem materiei, aut eius malitiã. & tunc si morbus sit mortalis citius secundum plurimum ad mortem terminabitur,quàm si pulsus esset magnus,velox,& frequens non significans tantam virtutis oppressionem. Si vero morbus sit salubris, credo quòd citius ad salutẽ terminabitur habens pulsum magnum,velocem,& frequẽtem, cum significet maiorem proportionem supra morbum.

Et ex rigore:nã si est prolixi spatij: tunc ægritudo est decliuis ad prolixitatem.Et si est breuis spatij tunc ægritudo ad acuitatem tendit: & quando nullo modo est rigor, tunc abbreuiatur eius extensio.

In hac sexta parte docet cognoscere longitudinẽ,aut breuitatem morbi ex rigore dicens tria. primum ꝙ si rigor fuerit prolixus,ægritudo est longa. Secundo,si vero breuis cito terminatur. Tertio dicit,ꝙ quãdo nullus est rigor sicut in febribus continuis abbreuiatur eius.s.febr.extensio, quia cito terminatur. Causa aũt prædicti est,quia rigor prolixus significat multitudinem,aut grossitiem materiæ,cui non facile virtus dominetur: breuitas aũt eius significat dispositiones contrarias in materia, & virtutem facilius dominantem. Causa aũt tertij, qñ nullus est rigor significat febrem esse continuã: quia propriũ est continuarum nõ horrere. primo de differentijs feb.febres autem continuæ sunt breuiores interpolatis.

Proprium febriũ cõtinuarũ ẽ nõ horrere.

Causa aũt quare continuæ non horrent est: quia non spargitur extra venas materia supra mẽbra sensibilia. Contra duo prima dicta instatur: quia tertiana non pura & phlegmatica habent minorem rigorem, quàm tertiana pura. Respondetur ꝙ rigor dupliciter accipitur. vno modo proprie pro motu membrorũ concussiuo,& taliter nõ sumitur hic. Secundo cõmuniter vt cõuertitur cum typo. & sic est quid cõmune ad frigus,rigorem,& horripilationem.& hoc modo acceptus ẽ longior in flegmatica,& tertiana pura quàm impura. Contra tertiũ dictũ arguitur. quia in febribus cõtinuis accidit aliquãdo rigor,& significat eorũ velocem terminationem ad salutem,vel ad mortem,iuxta aphoris. A causone habito rigor superueniens soluit, si præcesserunt signa manifesta,aut completa digestionis. Si vero non,significat mortem festinã natura tentante crisim,& non potẽte perficere. Item iuxta aphorismum alium. Si in febribus nõ deficientibus rigores interciderunt iam debili existente virtute,mortale.significatur.n. vltimûs naturæ conatus ad materiã expellendam,quæ nõ potens expellere succumbit. Ad hoc dicitur, ꝙ hic est sermo de typo accidente in principio exacerbationum, & paroxismorum. non aũt in medio natura tentãte crisim. Vtrum autem in principio exacerbationum febrium continuarũ possit accidere typus. tenendum est ꝙ sic, sicut in principio phlegmaticæ continuæ. dicit Auic. exacerbationes ipsius incipere cum frigore,rigore,& horripilatione: sed illi typi non proueniunt merito sparsionis materiæ supra membra sensibilia: sed propter multitudinem materiæ motæ ad venas minores calidum naturale suffocantes. Vtrum autem sit possibile febres interpolatas in principio suorũ paroxismorũ incipere sine typo. Dicit Vgo Senensis,& similiter Gentilis hoc nõ esse possibile cum materia spargatur supra membra sensibilia. Rationes autem & experientię efficaces sunt in contrarium. Nam possibile est materiã venientem ad membra sensibilia esse taliter dispositam, sicut est disposita materia in augmento alicuius paroxismi post rigorem,sed illa nõ facit rigorem, ergo nec ista.tenet consequentia,& assumptũ probatur,quia possibile est materiam aliquã benignã tarde moueri ad membra sensibilia, & sicut mouetur ita calefieri, & acquirere similem dispositionem materiæ quæ est in augmento alicuius paroxismi post rigorem,& tunc nullo modo faciet rigorem Secundo quotidie videmus in paroxismis interpolatarũ subintrantibus incipere secundum paroxismum in statu præcedentis, & nullo modo sequi rigorem.

Frigus & rigor in continuis vnde?

Quod intermittentiũ accessiones possint esse sine rigore & typo.

Et cognoscuntur horæ ægritudinis quandoq; ex parte horarum paroxysmorũ. Nam si fuerint procedentes secundum antecessionem superfluentem,ita vt vnus antecedat superfluitatem alterius tendens ad additionem tunc ægritudo erit in augmento: quoniã de ægritudinibus sunt, quæ currunt vsque ad finem horarum suarum secundũ augmentũ, & sunt quandoque de genere tertianæ: & de genere assiduæ. si autem steterit antecessio: & steterint superfluitates: tunc sine dubio erit ægritudo in statu. Et seruans horam vnam est longi spatij: & si postponuntur tunc ægritudo est in declinatione.

Seruãs horã vnã est longioris spatij aph. oris. xxx. quartæ particulæ.

In hac septima parte docet cognoscere tpa febr. ex modo paroxismãdi. Et dicit quatuor primũ ꝙ cognoscuntur horæ.s.vniuersales ex parte horarũ paroxismorũ idest ex parte paroxismorum cum inuadunt. nam si paroxismi fuerint procedentes ẽm antecessionem superfluentem,vt antecessio vnius excedat antecessionem alterius,tunc ægritudo est in augmẽto. & remouens dubium dicit, quòd ideo dixit ad significandum augmentum esse necessarium quòd aliquando anticipatio vnius paroxysmi excedat anticipationem alterius, quia sunt aliquæ ægritudines quæ semper procedunt anticipando a principio vsq; ad finem. Et de istis sunt quædam tertianæ, cõtinuæ. in istis.n.per solã anticipationẽ non cognosceretur augmentũ,sed requirit ad cognoscendũ ipsum, ꝙ anticipatio vnius paroxismi augmẽti addat super anticipationẽ alterius. Dicit secundo ꝙ si steterit antecessio.i.quòd paroxismi inuadant eadem hora, & steterint superfluitates i.excessus unius paroxysmi supra reliquum tunc ægritudo est in statu. Tertio dicit ꝙ illa febris in qua paroxysmi inuadunt eadem hora a principio usque ad finem est longi spatij, & est sententia illius

Quatuor causæ varietatis circuitũ & paroxismorũ febrium.

illius aphor. quibus exacerbationes aut paroxismi. Quarto dicit quòd quando postponuntur paroxysmi tunc ægritudo est in declinatione.

Notandũ primo pro declaratione huius partis quòd aliquę sunt febres in quibus a principio vsq; ad finē paroxysmi inuadunt eadem hora, aliquę sunt febres in quibus paroxysmi in aliqua parte sui inuadunt eadem hora, & hoc est cõmuniter in principio & statu, in aliqua parte postponunt, & est ẽm plurimum declinatio, in aliqua anticipant, & est ẽm plurimũ augmentũ. Tertio sunt aliquæ feb. in quibus paroxysmi anticipant a principio vsq; ad finem. Quarto aliquæ in quib. postponunt a principio vsq; ad finem. Notandum secundo quòd causa harũ varietatũ sumitur a quatuor, a materia, a mẽbris, ab astrorum influxibus, quarto a regimine in sex rebus nõ naturalibus. A materia quidem, nam cũ est vniformis quãtum est merito illius est apta vt paroxysmi ęqualiter inuadãt, maxime autem hoc fit quando est vniformiter grossa, & viscosa quæ non potest faciliter ab ordine suo remoueri. Itẽ merito quantitatis, nã quãto est pluris quãtitatis, est magis apta vt paroxysmi anticipẽt, ecõtra qñ est paucæ quãtitatis est apta vt paroxysmi postponant. Item ex parte digestionis, nam quanto velocius digeritur, aut velocius putret est causa anticipacitionis, quanto aũt est magis cruda est causa postpositionis cum semper primus paroxysmus incipiat a subtiliori, & secundns a minus subtili, & sic deinceps. Ex parte autẽ membrorum mittentium, nam quando sunt fortia, aut magis fortificantur, aut absolute, aut in comparatione ad materiã merito huius paroxysmi anticipant, quando aũt magis debilitantur magis postponunt. Similiter ex parte acuitatis sensus eorum. Nam quãto sensus eorum est acutior, & intẽdatur eius acuitas forte propter humidi resolutionẽ, quæ sensum faciebat obtusum, tunc paroxysmi anticipant, quia irritatur virtus semper magis ad expellendum materiam. Ex parte aũt membrorũ recipientium fortitudo eorum est causa postpositionis paroxysmi, & debilitas anticipationis. Sed ex parte astrorũ & proprie lunæ nobis inter cæteros planetas propinquæ, & habentis dominium super humiditatem nostri corporis, quãdo mouetur velocius sicut in auge sui epicicli paroxysmi anticipant, sed quãdo tardus sicut in opposito augis paroxysmi postponunt. Ex parte autem regiminis, nam regimen in sex rebus nõ naturalibus calefaciens faciet paroxysmos anticipare, & econtra infrigidans faciet paroxysmos postponi. Ad ꝑpositũ causa quòd paroxysmi inuadant eadem hora est viscositas materiæ, & grossities eius vniformis cum parua proportione virtutis ad ipsam. Et sic ista æqualis inuasio significãdo materiã grossam & viscosam significat morbi longitudinem.

Apho. xxx quarti libri apho.

Si aũt quæratur quis morbus sit longior an inuadens eadẽ hora, aut nullum seruans ordinem in inuasione. Respondetur quòd si hæc inordinatio proueniat ex debilitate virtutis ẽm plurimũ breuior erit, quia citius ad mortem terminabitur. Si autem hæc inordinatio proueniat ex multa difformitate materiæ, & sit salubris, sic cæteris paribus erit longior cũ sit difficilius virtuti dominari materiæ tantæ diuersitatis, quàm materiæ uniformiter grossæ, & eo magis quia medici male possunt exhibere digestiua, quia si digerunt materiã subtilem ingrossando nocebunt materiæ grossæ. Si vero digerunt materiam grossam subtiliando nocebunt subtili. Causa autem secundi quare in aliquibus febribus secundũ principiũ, & statum paroxismi inuadãt eadem hora, est, quia in principio materia est cruda, nec ꝓcedit manifesta alteratio ipsius à calore naturali, nec a calore putredinali, & sic ẽ fere æqualis pugna inter virtutem, & materiã, & hinc est ꝙ materia paroxismat æqualiter vel quasi. In statu etiã nõ velocitatur digestio, nec putrefactio cum sit fere cõplementũ digestionis, aut putrefactionis in ipso. quare natura paroxismando æqualiter mouet̄ contra ipsam. Sed in augmento quia velocitatur digestio, & similiter putrefactio est apta materia continue, & velocius moueri, & sic paroxismi anticipabunt. Item quia maior quãtitas continue mouetur vsque ad statum, sed maior quantitas est causa anticipationis. In declinatione autem fit postpositio, quia paucificata est materia, & virtus non multum a materia irritatur. Causa aũt quòd paroxismi in aliqua ægritudine semper anticipent est, quia materia, aut continue subtiliatur, aut quia membrorũ sensus continue fit acutior. Causa autem quare postponunt semper est difformitas materiæ, vnde primus paroxismus incipit a materia magis subtili, secundus a minus subtili, & sic deinceps. quare postponunt, cũ materia grossa tardius moueatur. Secunda causa potest esse obtusio sensus membrorũ quæ crescat a principio vsque ad finem. Reliquæ etiam duæ causæ sumptæ a regimine sex rerum nõ naturalium, & ab astris potisime possunt esse causæ tantarum varietatum. ergo verificando primum dictum Auicen. in his morbis, quorum paroxysmi semper anticipant pura anticipatio non est signum augmenti, sed anticipatio superflua, nam in principio, & statu licet sint anticipationes, non tamen sunt superfluentes. In declinatione autem licet fiant anticipationes, illæ continue remittuntur. Similiter in morbis quorum paroxysmi semper postponunt, postpositio sola non est signum declinationis, sed postpositio superfluens. In principio autem, & statu erit sola postpositio absque superfluitate. In augmento autem licet fiant postpositiones, illæ erunt continue minores.

Et similiter cognoscitur dispositio horarũ ex augmẽto accidentiũ febris, et statione eorum, & declinatione ipsorum.

In hac octaua parte ex accidentibus & morbi essentia docet cognoscere tempora vniuersalia. nam cum accidentia incipiunt nec apparent ipsa manifeste intendi est principium vniuersale, cum antem manifeste augmentando procedunt est augmentum, cum autem stant in sui vltimitate vel circa, tunc est status, cum autem manifeste declinãt est declinatio. Nota primo quòd si distinguamus tempora morbi penes accidentia res clara est, si autem simul penes accidentia, & materiæ alterationem, vt sit principium quando est materia cruda, & accidentia incipiunt, augmentum quando procedunt manifesta digestio, vel putrefactio manifesta, & accidentia augmentantur, status qnando accidentia vltimantur, & materia similiter habet completam digestionem, aut putredinem tunc dicta Auic. clara sunt. Sed si distinguantur tempora penes alterationem materiæ, tunc dicta sua non sunt vniuersaliter vera, in morbis enim non seruãtibus materiam vsq; ad statum sicut in pleuritide, & multis alijs febribus in quibus materia expellitur pro magna parte in principio, & in augmento, & in statu quo ad digestionem remanet pauca. principiũ quo ad digestionem aliquando includit principium, augmẽtum, & statum quo ad accidentia, & status quo ad digestionem includit declinationem accidentium, vt in pleuritide, & multis febr. sed in morbis reseruantibus materiam totam, aut quasi totam vsq; ad statum dicta sua continẽt veritatem. Notandũ secundo quòd ista accidentia de quibus hæc loquitur sunt sicut dolores capitis, sitis, vigiliæ &c. Notandum tertio quòd cum dicitur quòd in statu accidentia vltimantur debet intelligi comparando partes proportionales paroxysmorum inter se. Nulli enim est dubium quòd in declinatione paroxysmi status sunt accidentia remissoria, quàm in statu paroxysmi augmenti aut declinationis.

Et ex additione paroxysmorũ eius in lõgitudine, et breuiatione ipsorum, et fortasse diuersificãtur, et non assimilantur.

In hac parte docet cognoscere tempora ex parte essentiæ morbi. Nam cum paroxysmi sunt breues & parum intensi est principium: cum manifeste intenduntur & prolongantur est augmentum: cum autem fere stant in vltimata sui intentione, & longitudine est status: cum vero minuuntur est declinatio. *Subdit tamẽ Auicẽ.* quòd aliquãdo paroxysmi diuersificantur, & non asimilantur, quia in statu poterit esse vnus paroxysmus breuis valde in comparatione ad paroxysmos augmenti. Et similiter aliquis breuis in augmento in comparatione ad paroxysmos principij, aut declinationis, quod totum prouenit propter etherogeneitatem materiæ, & regimen non conueniens, & similia.

Et quandoque cognoscuntur ex dispositione euacuationũ. nam cũ accidit in paroxysmo aliquo sudor, aut ventris fluxus & paroxysmus secundus, qui est post ipsum, est in similitudine vehementiæ primi, & fortitudine eius, aut supra ipsum: tunc euacuatio eius est propter multitudinem. non propter fortitudinem: & ægritudo iudicatur longa.

In parte præsenti docet cognoſcere longitudinẽ & breuitatem morbi,& cõſequenter longinquitatẽ,aut propinquitatem ſtatus ex ſignis poſt apparẽtibus.habet hæc pars duas partes. In prima docet hoc cognoſcere ex euacuatione. In ſecunda ex digeſtione. ſecunda ibi {Et qñq; cognoſcuntur.} In prima parte dicit ꝙ longitudo, & breuitas morbi ex euacuatione cognoſcuntur. nã quãdo in paroxyſmo vno accidit ſudor,aut fluxus ventris,& vos ſupplete vomitũ, fluxum ſanguinis narium,& cæteras huiuſmodi euacuationes, cum quibus veriſimiliter educitur aliquid de materia factura morbũ, ſi ſequẽs paroxyſmus fuerit in vehemẽtia primi, quo ad accidẽtia,& in fortitudine quo ad intenſionẽ,& longitudinem ipſius,aut exceſſerit præcedentẽ,debemus iudicare, ꝙ euacuatio illa eſt propter multitudinem materiæ,nõ propter dominium magnũ virtutis ſupra materiã totam. quapropter ægritudo illa iudicanda eſt longior. Si aũt fuerit econtra ꝙ paroxyſmus ſequens breuis fuerit,iudicandũ eſt ægritudinem eſſe breuem. Circa quã partem notandũ ꝙ ſi materia fuerit valde multa,aut maligna natura multũ irritata vehementi conatu materiæ ad ipſius expulſionem non digeſtæ expellit aliquã partẽ ipſius ſimul cũ iuuatiuo. iſti ſunt motus ſympthomatici .i.ruinoſi, & cũ non habeat dominium ſupra totam materiã, partem ſolã expellit. reliqua aũt materia agitata forte faciet paroxyſmũ ſequentem maiorem præcedẽte, qui tamen forte fuiſſet minor, quàm ſi præcedẽs materia nõ fuiſſet euacuata. Cum aũt materia eſt digeſta,aut propinqua vijs ductuum,natura expellit multã quantitatem, nõ agitando reſiduũ taliter ꝙ ſm plurimum ſequens paroxyſmus eſt minor præcedente, & ſi non ſequens ſaltem tertius minor erit. In primo autẽ caſu arguimus longitudinem ægritudinis ſi morbus ſit ſalubris,ſi vero mortalis arguimus breuitatem,materia multa cito oppreſſura virtutem,ſed in ſecundo caſu arguimus breuitatem morbi,& ſalubritatem. Notandum ſecundo quòd licet hæc dicta ſint vera ſm plurimum, tamen qñq; contingit error. nam materia exiſtente etherogenea forte ſequens paroxyſmus pendens à materia ſubtili erit breuis nondum mota materia groſſa,& multa ad putredinẽ,quæ poſtea erit cauſa longitudinis morbi,& forte mortis. Similiter poſsibile eſt econtra materia exiſtẽte benigna & ſubtilis, aut mediocris ſubſtãtiæ paroxyſmũ ſequentem eſſe valde longũ, quia forte tota cauſa antecedens tranſibit in coniunctã facturã ſm paroxyſmũ, & ſic ægritudo in ſecundo paroxiſmo erit terminata ſicut multotiens vidi. Propterea do tibi ſanum conſilium, vt in his caſibus expectes ſaltem duos paroxyſmos antequam de longitudine, aut breuitate morbi pronoſticeris.

Cognitio temporũ morbi a cõcoctione.

Et quãdoq; cognoſcuntur ex parte digeſtionis,et contrarij digeſtionis ſecundũ ꝙ diximus. verbi gratia, quando apparet ſputũ cũ digeſtione aliqua, aut vrina in qua eſt nubes aliqua, tunc eſt principiũ augmenti. Deinde quãdo multiplicatur illud, et apparet,aut contrariũ eius,tunc eſt ſtatus. Et iterum quando apparet digeſtio,aut contrarium eius velociter ex ſputo, aut nube, tunc ſcias quòd ſtatus eſt propinquus, & ſi tardatur, tunc ſcias, quòd ſtatus eſt longinquus.

Docet cognoſcere tempora morbi quãdo ſunt,& longitudinem,& propinquitatem ſtatus ex parte diſtinctionis,& diſpoſitionis contrariæ digeſtioni. Dicit enim ꝙ quãdo apparet ſputum cum digeſtione aliqua,aut vrina in qua eſt nubes aliqua,tunc eſt principiũ augmenti. Deinde quãdo multiplicatur illud.ſ.digeſtio,aut diſpoſitio digeſtioni cõtraria eſt ſtatus. in principio enim nõ apparet aliquod principiũ digeſtionis, nec diſpoſitionis contrariæ digeſtioni manifeſtũ. Declinatio aũt in ſalubribus cognoſcitur per materię euacuationem. mortales enim non habent verã declinationem. Deinde notificãs propinquitatem, aut longitudinẽ ſtatus dicit qđ qñ apparet digeſtio,aut contrariũ eius velociter ab initio ægritudinis in ſputo,aut nube,tunc ſtatus eſt propinquus, & ſi tardatur tunc eſt longinquus. hi canones ſm plurimũ ſunt ueri,licet nõ ſemper.nam materia exiſtente difformi poterit ex materia ſubtili cito apparere veſtigiũ digeſtionis, materia tñ groſſa erit cauſa prolongationis ægritudinis. Similiter qñq; apparet in vrina nubes quæ nõ erit deciſa a materia morbi, ſed ab humoribus ſanis qui præerant tempore ſanitatis.

Salubris morbus caret declinatione.

Cognitio autem horarum particulariũ ſic accipitur. Nam hora principij paroxyſmi eſt hora in qua coarctatur pulſus, & tu iam ſciuiſti intentionem eius: & plumbeus fit color extremitatum,& infrigidantur extrema,et proprie extremitas auris,& naſi,vſq; ad horã,in qua ſentitur ſparſio caliditatis.

In hac parte docet cognoſcere tempora particularia, & tria facit, primo deſcribit tẽpora ipſa. In ſecunda ibi {Et ſi tibi videtur.} declarat ipſa per exemplum. In tertia ibi {Et ſcias quòd ægritudo.} ponit cauſas longitudinis febr. prima pars diuiditur in quatuor ſm quòd quatuor ſunt tpa. ſecunda ibi {Et hora augmenti.} Tertia ibi. {Et hora ſtatus.} quarta ibi {Et hora declinationis.} Prima iterum in tres. nam primo deſcribit principiũ particulare. ſecundo ponit accidẽtia frequenter in eo contingentia. tertio oſtẽdit virtutẽ magis debilitari in principio & ſtatu quàm in augmẽto & declinatione. ſecũda ibi {Et quandoq; aſſociantur.} tertia ibi {Et vehementius quidem debilitantur.} In prima parte deſcribens principium dicit quatuor. Primũ quòd principiũ eſt hora in qua pulſus coarctatur,& tu iam ſciuiſti.ſ.ſecunda primi. & ſcies inferius in capitulo de ſignis febrium putridarũ intẽtionem iſtius.ſ.quid ſit pulſus coarctatio. Secundo dicit ꝙ in principijs paroxyſmorũ color extremitatũ fit plumbeus. tertio quòd infrigidant̃ extrema, & ꝓprie extremitas auris, & naſi.quarto dicit quòd principiũ durat vſq; ad horã ĩ qua ſentitur ſparſio caloris.ſ.incluſiue. & nõ excluſiue. Circa primũ notandũ,quòd pulſus coarctatio eſt paruitas pulſus cũ diuerſitate pẽdẽs à cauſa tegente,& ſuffocãte calorem,fit.n.huius pulſus coarctatio in principijs paroxyſmorũ propter materiam,quæ expargit̃ de venis magnis ad minores in exacerbationibus,aut de venis, ad extra venas in paroxyſmis, quod ſm plurimũ eſt in ambitu totius corporis quãtũ ad partes extremas. hæc aũt materia taliter exparſa ſuffocãdo calorẽ mẽbrorũ,ad quæ ſpargit̃,& ẽt mittendo vapores groſſos ad cor ẽ cauſa quòd ſpũs,& ſanguis ſubtilior ad cor retrahat̃, ꝓpter cuius retractionem cũ ſuffocatione materiæ iam dicta oportet pulſum fieri paruũ, & diuerſum, ꝓpter virtutis debilitatem conſequentẽ caloris ſuffocationem. Circa ſm dictũ notandũ quòd color fit plumbeus ꝓmixtus ex albo & nigro. Nã ꝓ præſentiã ſanguinis nigri groſsioris ſine relucẽtia propter defectũ ſpirituũ cum albedine cutis reſultat color plumbeus.

Coarctatio pulſus.

Contra tertiũ arguit̃, nam ſi in ſtatu paroxyſmi præcedentis occurrat principiũ ſequentis paroxyſmi extrema nõ infrigidabuntur,quia calor febris præcedẽtis magis ſuffert extrema calefacere, quàm ſufficiat principium febris infrigidare.

Ad hoc dicit̃ argumentum cõcludere,ſed poſita in hac deſcriptione debet intelligi deducto impedimẽto, ſicut dicitur in cap.de liparia. Infrigidantur autem extremitates auris,& naſi magis,quia illę partes ſunt magis exangues ſpiritibus magis priuatæ quàm cæteræ extremæ. Vltimo nota quòd principium durat quouſq; extrema infrigidata incipiunt tepere: nam tunc eſt principium augmenti.

Et quandoq; aſſociãtur principio alteratio coloris, & pigritia,& anguſtia,& tarditas motuũ,& profunditas ſomni, & mollificatio palpebrarũ,& grauitas ſermonis, et horripilatio inter ſpatulas,et in dorſo: & fortaſſe accidit in eo rigor fortis,& quãdoq; accidit curſus ſaliuæ,et ſaltus temporũ, & tinnitus auriũ,et ſternutatio,et commotio mẽbrorũ corporis.

Narrat decimatertia accidentia frequenter in principio paroxyſmorum contingentia. Primum alteratio coloris, quare fit color plumbeus de quo ſupra, ſicut cum in ſyncopalibus apparet facies ſicut mortui fere omnibus ſpiritibus, & ſanguine ad cor redeuntibus. Secundum eſt pigritia.ſ.ad motus inchoandos, cum propter vapores exparſos per corpus muſculi mouentes membra ſint debilitati, & etiam quia inclinatur ad ſomnum. Tertium eſt anguſtia cõſurgens merito nocumenti oris ſtomachi propter humores motos ad ipſum in principio paroxyſmorum. Quartum eſt tarditas motuum.ſ.ad ipſos continuandos. Quintum eſt profunditas ſomni propter multos vapores,& ꝓprie frigidos, aut humidos petentes cerebrum anterius, & proprie rete mirabile, licet in cauſone & febribus cholericis poſſet accidere ſubeth propter vapores ſua multitudine oppilantes, ad hoc

forte

forte adiuuat eleuatio vaporum a ſanguine,& phlegmate,licet nō putreat. Sextum eſt mollificatio palpebrarum a vaporibus multis ad ipſarum muſculos eleuatis. Septimum eſt grauitas ſermonis,tum pp ſomnū tum pp vapores ad muſculos epiglotis eleuatos. Octauū eſt horripilatio inter ſpatulas & in dorſo:& fortaſſe accidit rigor fortis, quorū cauſa inferius ponetur in cap. ꝓprio,fiunt aūt maxime in dorſo & inter ſpatulas,quia illę partes ſunt multū ſenſitiuæ ꝓpter neruos per illas partes diſſeminatos, & quia ſub loco illo tranſit vena chilis,& arteria adorti,in quibus multæ materiæ occultæ continētur,quæ facile poſſunt propter propinquitatem illis partibus communicari. Nonū eſt ꝙ quādoq; accidit curſus ſaliuę propter liquefactionē humiditatū a capite, & quādoq; pp multos vapores a ſtomacho ad partes oris eleuatos. Decimū eſt ſaltus temporū. i. iectigatio accidens in muſculis illis, qui ſunt in temporibus propter ventoſitatē materiæ illis partibus communicatæ. Et fortaſſe materia mordicans illis muſculis cummunicatur, quæ propter nocumentū ſenſatum ꝓpter nimiam eorum ſenſibilitatē commouētur ad illam excutiendā quæ ſibi nocet, & propterea fit motus ille. Vndecimū eſt tinnitus ille auriū vaporibus ad myringā auditus, & ad neruum auditiuū delatis. Duodecimum eſt ſternutatio vaporibus, aut humoribus acutis ſuperioribus partibus naſi communicatis. Decimū tertium eſt commotio membrorū corporis, ſcilicet in allicibus, propter multos vapores membris ſenſibilibus communicatos.

Virtus in ſtatu & in principio debilitat.

Et vehementius quidē debilitatur virtus, propter debilitatem quæ eſt in principio, aut ſtatu.

In hac partem dicit virtutē magis debilitari in principio, & in ſtatu, quam in augmento,aut declinatione. in principio quidem debilitatur propter calidi innati ſuffocationē, vnde fit multorum ſpirituū corruptio. hæc autem ſuffocatio nō eſt in augmento,aut declinatione. ſimiliter in ſtatu propter caliditatem intenſam fit maior reſolutio ſpirituū, quàm in augmento in quo caliditas nō eſt tanta quanta in declinatione, in qua iam calor putredinalis exhalat,materia pro magna parte reſoluta, & materia eſt a corde magis longinqua. hæc aūt intelliguntur aliorum paritate ſuppoſita. nam poſsibile eſt virtutē propter nocumentū principij, augmēti, & ſtatus eſſe tantū debilitatā, vt in declinatione proportiōabiliter poſsit minus reſiſtere, quàm in principio vel ſtatu.

Et horæ augmenti medietas prima eſt hora, in qua pulſus incipit apparere, & magnificari, & uelox fieri, et ſpargitur calor in toto corpore ſecundum æqualitatem. Et medietas eius altera eſt hora in qua non ceſſat hæc caliditas ſparſa cum æqualitate augmentari.

Augmēti duæ partes.

In hac parte deſcribit augmentum diuidens ipſum in duas medietates,dicens quòd prima medietas augmenti eſt hora in qua pulſus qui primo erat ſuffocatus incipit apparere, & magnificari,& velox fieri,& ſpargitur calor in toto corpore ſecundū æqualitatē. Sed ſecūda medietas eſt hora in qua hæc caliditas ſparſa cum æqualitate procedit augendo. Circa quā partē notandū quòd Gale. in libro de temporibus particularibus poſuit quinq; tempora particularia .ſ. principium, anomaliā,augmentū,ſtatum, & declinationē, quem Auicen. ſequens diuiſit augmentū in duas medietates, quarū prima a Galeno dicitur anomalia .i. ſine norma. nō .n. calor eſt æque proportionabiliter ſparſus in toto corpore, immo partes extremæ valde parum calent in comparatione ad calorem ſibi debitū partibus cētralibus magis calētibus debito,& hoc in principio ipſius, ſed in fine huius primæ mediatatis eſt calor ſparſus per omnia membra æqualiter .i. proportionabiliter. Secunda autē medietas quæ a Galeno vocatur augmentū eſt hora in qua nō ceſſat hæc caliditas ſparſa cum æqualitate augmenti, ſeruata debita proportione ad calorem ſibi debitum. Non dico tamen quòd in omnibus membris ſemper ſeruetur hæc proportio, ſed multo magis ſeruatur quàm in principio primæ medietatis. Aliter poſſumus intelligere caliditatem cum ęqualitate augmentum in omnibus membris ideſt quòd omnia membra in caliditate intenduntur in ſecunda medietate, & in fine primę medietatis omnia ſunt calida, & debēt dici calida. ſed in principio primæ medietatis nō. Vnde hoc modo exponendo ęqualiter idē ſignificat quod vniuerſaliter.

Et hora ſtatus eſt hora in qua remanet caliditas ſparſa cum æqualitate, et accidentia cum diſpoſitione ſua, et pulſus fit maior quàm vnquam, et fit vehementius, velox, et frequens.

Deſcribit ſtatum particularem dicens quòd ſtatus eſt hora in qua caliditas eſt facta intēſior q̃ vnquā,& remanet cum intenſione illa ita vt nō appareat ipſam notabiliter intendi,aut remitti,& pulſus eſt maior quàm unquam fuerit in tali paroxyſmo .ſ. ſi virtus cōſtet,& eſt velocior,& frequentior quàm in aliis temporibus propter maiorem eſſe neceſsitatē in illa hora,quàm in alijs. Si tamen virtus multum debilitaretur,nō eſſet inconueniens ipſum eſſe minorem, & tardiorem licet eſſet frequentior. & credendum quòd aliquando ex forti oppreſsione virtutis in principio non potentis magnificare pulſum, immo nec forte velocitare, fiat pulſus frequentior, in principio,quàm in ſtatu. Similiter aliquādo in declinatione mortali fit pulſus formicans valde frequentior quàm fuerit pulſus in ſtatu eiuſdem paroxyſmi. ſed intelligitur ſic debere eſſe,ſicut textus dicit merito neceſsitatis, quæ eſt maior in ſtatu, quàm in reliquis temporibus.

Et hora declinationis eſt hora in qua incipit diminutio, et incipit pulſus temperari et æquatur. Deinde illa in qua incipit corpus ſudare, et perducit ad eradicationem.

In hac parte deſcribit primo declinationem. ſecundo oſtēdit quandam contingentiā ad monendū medicos ne ſint faciles ad pronoſticandū. ſecūda ibi. § Et mutlotiens. § Dicit quoque quòd declinatio eſt hora in qua incipit diminutio accidētium,& incipit pulſus temperari .i. redire verſus temperamētum in ſuis differentiis, & æquatur illa .ſ. caliditas febrilis, quia ducitur verſus ęqualitatem ægro cōnaturalem. Deinde incipit corpus ſudare,& perducit ad febris eradicationē niſi alter ſubintraret paroxyſmus. Horum aūt cauſa eſt,quia materia paroxyſmalis eſt multū paucificata, & ſubtiliata & fumi reſoluti, & a fonte caloris elongati. De ſudore aūt nota quòd duplex eſt, quidā materiæ paroxyſmalis, & hic ſi debet accidere ſecundum plurimum accidit in declinatione, Verū aliquando materia exiſtente difformi accidit in augmento, & ſtatu,& eſt ſignum longitudinis non ſolum paroxyſmi, ſed etiam totius ægritudinis,& hic eſt aphoriſmus quartę particulæ. Si ſudor inciderit, non deficiente feb. Alter eſt ſudor materiæ qua eſt ſub forma cauſæ antecedentis critice expulſę & hic ſecundum plurimum inchoat in ſtatu uniuerſali,qui eſt hora pugnæ, & etiam ſecundum plurimum incipit in ſtatu particulari. Et conſimiliter tam in declinatione vniuerſali, quàm particulari,licet frequenter in pluribus declinationibus particularibus compleatur.

Et multotiens quidem accidit apud mortem diſpoſitio, quæ eſt ſicut declinatio, et eſt quaſi æger euaſerit, et non oportet ut tu occuperis in hoc: immo cognoſcas diſpoſitionem pulſus, et an magnificetur, & fortis fiat.

In hac parte ponit contigentiam,qua medici erudiuntur, ut non ſint faciles ad pronoſticandum dicens,quòd multotiēs accidit apud mortem diſpoſitio. quæ eſt ſicut declinatio, & eſt quaſi æger iam euaſerit. Secundo dicit quòd ad certificandum te ne error contingat non debes ſolummodo occupari .i. confidere in illa apperrenti declinatione, immo cognoſcere diſpoſitionem pulſus, an magnificetur, & acquirat diſpoſitiones cōuenientes,an finiat tendens verſus formicularem, aut formicantem. Notandū quòd hæc diſpoſitio ſimilis declinationi poteſt eſſe in tribus. In caliditate ad tactum ſenſata, quia vbi erat valde calidus ꝓpter defectū caloris innati tēdit ad frigiditatē, & cum nō ſit trāſitus de extremo ad extremū niſi per mediū, aliquādo veniet ad tepiditatem ſiue quoddā temperamentū graduale ꝓportionatū ſanitati. Secundo poteſt eſſe in operationib. quia forte natura agens ſm vltimū conatū perficiet aliquas operationes, quas antea non pfecerat ſicut cum homo ꝓpinquus morti ſe erigit, & loquitur cum antea hoc nō fecerit. Tertio eſt apparēs declinatio quia apparet remiſsio accidentiū,quia virtus defecta, nō audet aggredi cōtra materiā, quare materia nō agitata apparēt accidentia remitti,& hæc multotiens apparent in peſtilētia-

libus

libus. ergo in huiusmodi casibus nõ confidas nisi pulsum cõsideres an fortificetur,& tunc audacter pronosticare salutem vel mortem ipso deficiente.

Et si tibi videtur, ponam tibi exemplum de tertiana. Attende ergo quòd cum tertiana in pluribus dispositionibus incipit horripilatio, deinde frigus, & rigor, postea sedatur rigor, & minoratur frigus, & incipit calefactio, postea æquatur calefactio: deinde additur: postea stat, deinde incipit minui, vsquequo eradicetur.

In hac parte docet Auicen. exemplo cognoscere hęc quatuor tempora particularia. Nam in principio tertianæ ſm plurimũ incipit horripilatio, quæ fit ex remissioribus causis quàm frigus,& rigor, vt infra in cap. proprio. post horripilationẽ sequit̃ frigus,& rigor, cum est augmentũ principij, postea sedatur rigor, & minoratur frigus, ita vt in extremis fiat quædã tepiditas, & est finis principii. & postea augmento incipiente incipit calefactio, ita vt sentiãtur aliqua membra notabiliter calefieri. Postea in secunda parte primæ medietatis augmenti æquatur calefactio.i. quòd omnia membra efficiuntur manifeste calida, nõ tamẽ quòd caliditas sit æqualis in omnibus. Deinde in secũda medietate augmenti addit̃ calefactio in omnib. membris, ita vt in ipsis manifeste caliditas intẽdẽdo ꝓcedat,& est finis augmenti. postea caliditas in statu in vltimata sui intẽsione stat, vt nõ videatur manifeste addi, aut minui. Vltimo in declinatione incipit minui manifeste vsquequo eradicetur. Et scias in hac vltima parte huius capituli poni causas prolõgationis feb. quarũ sufficientia ita sumẽda est, quia causa ꝓlongationis febris aut sumit̃ a causis incorporeis, aut a causis corporeis. Si primũ habentur tres causæ.s. regio frigida, tempus anni frigidũ, & reliquũ regimẽ sex rerũ nõ naturaliũ multiplicatiuum materiæ ineptæ digestioni, aut euacuationi, aut oppilationẽ faciẽtes. Si vero causæ sunt corporeæ, aut sumitur a materia, aut a membris. si a materia sic multa, grossa, aut uiscosa, aut frigida, aut difformis in partibus suis est causa prolongationis. Si vero a membris, aut a complexione eorũ, aut a cõpositione. si a cõplexione tũc cõplexio frigida merito ꝓportionis elemẽtorũ sicut phlegmatica, melancholica, frigida tamẽ,& superflue humida sensũ obtũdẽdo,& similes essent causæ ꝓlongationis,& similiter frigida ex decursu ętatiuo sicut seniũ. si vero a compositione, tũc soliditas corporis.i. meatuũ,& pororũ strictura ꝓhibẽdo materiæ euacuationẽ est causa ꝓlongationis. sunt ét multę alię causę præter naturã, de quibus hic nõ egit Auic. sicut durities viscerũ, debilitas virtutis & similes, sed tantum egit de naturalibus, aut nõ naturalibus. Et tu ex causis cõtrarijs collige morbi abbreuiationẽ. Et hæ causæ prolõgationis intelliguntur in putri. nõ in ephi. aut hecticis. Dubiũ difficile discussione dignũ est. vtrum feb. putrida salubris pendens a materia nõ reducibili ad benignũ sit maior morbus in statu quàm in augmẽto,& maior in augmẽto quàm in principio. loquẽdo de his temporibus distinctis penes alterationẽ materiæ, nõ aũt penes accidẽtia, nec morbi essentiã. Fit aũt in dubio mẽtio de febre putrida, quia de ephemera & hectica nõ est dubium, quia cum sint morbi in materiales nõ habẽt tempora distincta nisi penes morbi essentiã,& accidẽtia. Et certũ est quòd sũt maiores morbi in statu q̃ in augmẽto,& in augmẽto q̃ in principio. Similiter loquit̃ in dubio de materia non reducibili ad benignũ, quia certũ est quòd morbus pẽdẽs a materia reducibili ad benigũ ẽ minor in statu, quo ad digestionẽ quàm in alijs temporibus, immo cum est summe digesta amplius nõ est morbus. In hoc dubio omissis argumẽtis ad partes, quia de his agetur inferius; primo ponam quædam notanda. secũdo ponã opinionẽ Plusquã commẽtatoris. tertio opinionẽ Gentilis. Notandũ primo ꝙ feb. putrida habet duplicẽ causam, antecedentẽ,& coniunctã. Est autẽ causa cõiuncta febris putridæ causa corporea immediate feb. productiua. hic aũt est humor putridus,& vapor inde cõsurgens, & nõ solus vapor vt opinatus est Conciliator differẽtia. 159. q̃m humor putridus cordi contiguus, sicut sanguis putrescens in dextro ventriculo cordis ꝓducit immediate caliditatẽ putredinalem in corde,& nõ solũ vapor eius, sed de humore a corde distãte, qui solus absq; vapore ab ipso eleuato nõ possit calefacere cor est magis dubiũ. Sed certe tenendũ est, quòd si uapor ab ipso consurgens sit eiusdẽ speciei cum ipso humore a quo eleuatur, quòd ipse humor est causa coniuncta febris, sicut si ignis sit applicatus alicui combustibili, tam medietas ignis ꝓpinqua combustibili, quàm remota est causa immediata calefactionis combustibilis. Similiter in proposito tam humor putrens, quàm uapor inde cõsurgens cordi cõtiguus est immediata causa febris. Sed ponẽdo vaporẽ specie distinctum ab eo a quo eleuatur magis est dubiũ. Sed tenendũ est adhuc quòd humor est causa coniuncta febri. sicut sol calefaciens hominẽ per radios suos est immediata causa caloris illius, quia causat illũ,& nulla est causa immediata, quæ sit principalis, sed solũ instrumentalis. sicut siquis deberet nauẽ mediante fune trahere, aut percutiens aliquẽ cum baculo, dicimus ipsum esse causam immediatam, quia nõ mediat nisi causa instrumẽtalis. Est.n. vapor putridus, sicut instrumentũ humoris putridi. Causa vero antecedẽs est causa corporea mediata causans febrẽ mediãte causa cõiuncta,& solũ de per accidens. sicut x. vnc. cholerę existentes in venis sunt causæ febris, quia stimulando natura sunt causæ, vt natura irritata expellat aliquã partẽ extra venas ad poros & cutem, quæ expulsa ꝓpter motũ illum putrefit,& fit causa cõiuncta febri. Nõ dico tamẽ quòd quælibet febris habeat duplicẽ causã, sed aliqua habeat solũ causam coniunctã, vt quãdo tota materia ad putredinẽ mouetur, vt in tertiana vnius paroxysmi. Aliquando nõ habet nisi causam antecedentẽ sicut in tertiana pluriũ paroxysmorũ in tẽpore quietis. in qua tertiana seruatur vnitas in causa antecedẽte. Aliquãdo nõ habet causam antecedẽtem, neq; cõiunctã, si ꝓpter caliditatẽ hepatis,& venarũ ex cibo sumpto hodie generẽtur duæ vnc. choleræ quæ putreant, & faciant paroxysmũ. Deinde ex eadẽ causa generentur duæ aliæ vnc. & faciant aliũ paroxysmũ,& sic de alijs. Est.n. manifestũ quòd aliquãdo nõ habebit causam cõiunctã, nec antecedente quæ sit materia. vnitas aũt huius feb. seruatur in causa antecedẽte, quæ est caliditas hepatis,& venarũ. Secundo notandũ quòd distinctio temporũ feb. penes alterationẽ materiæ debetur febribus putridis tam interpolatis, quàm cõtinuis. Est.n. febris interpolata febris inter cuius paroxysmos cadit quies media, cuius causa cõiuncta putret extra venas. Cõtinua aũt est quæ semper affligit cuius causa coniuncta est humor putrens intra venas. Hæc aũt est duplex continua ꝓportionalis,& est nota, licet.n. cõtinue affligat, habet tamen excrescentiã de die in diẽ, aut de tertio in tertiũ, aut de quarto in quartũ ſm analogiã ad suam materiã. Alia est cõtinua cõclusa continue affligẽs,& nõ habẽs huiusmodi excrescentiam de quibus supra,& hæc est duplex. quędam pendet ab vnica materia durante a principio vsq; ad finẽ, *cui nulla fit additio*, sicut esset tertiana vnius paroxysmi. Aliqua aũt pẽdet ab aliqua materia durante a principio vsq; ad finem, cui tamen aliqua fit additio. Et hæc est triplex epacmastica, in qua de materia plus additur primæ materiæ putrẽti, quàm sit illud q̃d ab eo resoluitur, quapropter augẽdo ꝓcedit,& est fere tota augmentũ. secũda est paracmastica quæ declinãdo ꝓcedit, huius causa est, quia de materia prima plus resoluitur quàm sit illud q̃d additur. Tertia est homotena quæ vniformiter affligit, & est fere tota status. cuius causa est, quia tantũ de materia additur, quantũ est illud q̃d de prima putrẽte resoluitur. feb. aũt istæ quibus nulla fit additio sunt rarissimæ, vt patet discurrẽdo. Distinctio aũt temporũ in his penes alterationẽ materiæ sumitur hoc modo, quia in principio non est nisi vestigiũ digestionis, aut dispositionis digestioni cõtrariæ occultũ. In augmẽto signa digestionis, aut cõtraria sunt manifesta,& digestio aut putrefactio manifeste augẽdo ꝓcedit. In statu licet aliqualiter digestioni intẽdatur, saltẽ usq; ad mediũ status in medio status est summa digestio,& ita summa putrefactio.

Cõtra. maior est ꝓportio virtutis digestiuæ ad materiã digerendã a principio status vsq; ad mediũ quàm vnquã ante: ergo digestio magis intenditur,& velocitatur in hoc tempore quàm in augmento, & si sic, sequitur quòd augmentũ digestionis debet esse in statu magis manifestũ & sensibile quàm in augmento. Ad hoc dicitur negando vltimam consequẽtiam, nam quantumcunq; digestio velocius ꝓcedat in statu, quàm in augmento, illud tamen non est ita sensibile sicut in augmento sicut quantitas digitalis alicui corpori magno nõ est ita manifesta, sicut quantitas eadem addita corpori paruo.

Causæ ꝓlongationis febriũ

Febris putridæ duplex causa.

Feb. putridę immediata causa.

Videas quomodo febr. putrida possit eẽ sine cãti, & cõiuncta.

uo. Notandũ tertio quòd licet plures ſint febres eiuſdẽ ſpeciei,nõ tamen ſeruant eandem proportionẽ in motu materiæ ſuorum paroxyſmorũ . poteſt .n. eſſe vna tertiana in qua materia vnius paroxyſmi ſit maior quàm materia ſecundi, & materia ſecundi quã tertij , & ſic deinceps vſque ad ſtatũ . Alia tertiana ſe habebit omnino econtra , in qua materiæ ſuorum paroxyſmorum erunt æquales, & ſic paroxyſmi erunt fere æquales in longitudine,& in ſuis accidentibus . Quod autem hoc ſit verum oſtenditur , nam in continuis concluſis hoc eſt poſsibile . ſicut in epacmaſticis in quibus magis de materia mouetur ad putredinem in tempore ſequenti , quàm in præcedenti . Et in homotenis in quibus tantum de materia additur ad putredinẽ in tempore ſequenti quantum in tempore præcedenti . ergo ita erit poſsibile in interpolatis . Harum autem diuerſitatũ cauſa potiſsime ſumitur ex diuerſitate materiæ,nam materia exiſtente difformi,& etherogenea multa pars ſubtilis poterit moueri in primo paroxyſmo,& in ſecundo paroxyſmo materia erit paucior,quia magis groſſa,& difficilius mobilis,in tertio paroxyſmo paucior,quia adhuc magis groſſa,& ſic deinceps. Aliquãdo etiam res ſe habebit ecõuerſo,& ſic accidit ſecũdum plurimũ,& proprie quãdo materia eſt vniformis,uel quaſi.Nam primus paroxyſmus pẽdet a pauca materia , quia nõ eſt digeſta , nec à iuuatiuo ſeparata . Secundus pendebit a pluri materia, quia erit magis digeſta , & motui magis parata,& ſic de alijs. Et ex hoc notato inferuntur quædam correlaria . Primum,materia,quæ mouetur in ſtatu febris ſalubris,aliquando eſt pluris quantitatis,quàm illa quæ mouetur in principio . aliquando ecõtra ꝓpter cauſas ſupraſcriptas,aliquãdo ſunt æquales ſẽm ꝙ aliquãdo febris erit maior in ſtatu, quia longiorum & ſæuiorũ accidentium quàm in principio .aliquãdo ecõtra,& aliquãdo æqualis . Ex quibus ſequitur ꝙ quæſtio in eo eſt indifferens, & neutralis , cum aliquãdo febris ſit maior morbus in ſtatu , quàm in augmẽto,& in augmẽto maior quàm in principio,aliquãdo ecõtra, aliquãdo in omnibus erit ęqualis . nam materiæ multitudo,& paucitas eſt cauſa potiſsima ad faciendũ morbũ magnũ vel paruum . Tertio ex notato ſequitur ꝙ tempora feb. quo ad accidẽtia,& penes alterationẽ materiæ raro coincidũt,immo fere nõ coincidũt niſi in morbis ſeruãtib. materiã ad vnã criticã expulſionẽ . Et quia dubium hoc modo eſt neutrale a quibuſdam limitatur . Albertus enim Bononienſis dicit non aliter limitandũ eſſe quàm fuerit dictũ in principio quæſtionis,ipſe tamen ſequẽs Pluſquã commentatorẽ ponit generalem concluſionẽ, ꝙ omnis febris putrida ſalubris &c. eſt minor morbus in ſtatu quàm in augmẽto,& minor in augmento quàm in principio . Et conſequẽter dicit ꝙ licet plus de materia putreat in ſtatu quàm in principio, attamẽ quia illa materia eſt facta benigna per digeſtionem morbus eſt minor .

Magni p̄uiue morbi cauſa.

Putrida feb. ſalubris ẽ minor morbus in ſtatu , quàm in augmẽto.

Contra . malignitas materiæ principij eſt finita, & malignitas materiæ eſt aliquanta , immo notabilis cum putreat & faciat febrẽ, & accidẽtia ſequẽtia febrẽ . Sed certum eſt quòd contingit maiorẽ proportionẽ eſſe quãtitatis materiæ ſtatus ad quantitatẽ materiæ principij quàm ſit malitia principij ad malitiam ſtatus,ergo plus promouebit ad magnitudinẽ morbi quantitas materiæ in ſtatu,quàm ad remiſsionẽ morbi promoueat benignitas eiuſdem in comparatione ad principiũ . & antecedẽs eſt ſatis manifeſtũ volẽtibus abſq; paſsione metiri huiuſmodi cõtingentias. in ſtatu enim materia communiter magis nocet ſiccando , imprimendo;ſed in principio magis ſuffocando .

Gentilis autem in ſua magna quæſtione limitat titulũ quæſtionis ad febres incipientes ab aliqua materia, quę tota incipiat putreſcere, & ita ducatur ad ſtatum abſq; nouæ materiæ additione.ſed quia iſtæ ſunt paucisſimæ,ideo titulus quęſtionis eſt valde arctatus , & nõ ſe extendit niſi ad feb. quæ reſeruabant materiã ad vnam criticam expulſionem,& non etiam ad omnes iſtas . Sunt enim multæ ex iſtis reſeruantib. in quibus tota materia in principio non incipit putrefieri . Et ſunt etiã multæ ex iſtis,in quibus in augmẽto, & ſtatu additur materia , quæ omnes poſtea vna criſi expelluntur . Ad paucisſimas itaq; febres ſe extendit titulus quæſtionis . Propterea Vgo ſenenſis dicit quòd quęſtio debet limitari alijs partibus exceptis illis in quibus ſit comparatio, & neceſſario ſequentibus.& ideo iuxta doctrinã ſecundi complexionũ in comparationibus ſeruãdã debet titulus quæſtionis ſic formari . vtrũ feb. putrida ſalubris pendẽs a materia nõ reducibili ad benignum ſit maior morbus in ſtatu quàm in augmento, & maior in augmento quàm in principio . ſuppoſito quòd præciſe ſit tanta materia ſub forma cauſæ coniunctę in hora ſtatus, ſicut in principio vniuerſali partis ſtatus ſibi proportionabili in principio comparando , ita quòd ſi eſt continua quanto plus eſt diſſolutũ in hora ſtatus quàm in principio,tanto plus tranſiuit in tempore intermedio in putredinis actum. Et ſi eſt interpolata quòd præciſe tantum tranſeat de cauſa antecedente ſub forma cauſæ cõiunctæ in ſtatu in vno paroxyſmo,quantum tranſiuit in paroxyſmo principij . Quarto notandum ꝙ digeſtio in nocitiuo nõ reducibili ad benignũ,quæ eſt præparatio materiæ ad expulſionẽ eſt duplex . quædam eſt adæquatio ſubſtantiæ materiæ digerẽdæ . vt quia ſi ſubtilis ſit inbibita ingroſſetur , ſi groſſa nõ potens per meatus anguſtos tranſire ſubtilietur, ſi viſcoſa adhęrens membrorum ſuperficiei incidatur. Altera autem eſt proprietas occulta quæ acquiritur materiæ per actionẽ caliditatis innatæ agentis in materiam , & aſsimilantis eam membris radicalibus , quorum eſt inſtrumentum . huiuſmodi digeſtionis efficax argumentũ eſt , quia in apoſtemate facto in corpore temperato a percuſsione , quantumcunq; ſanguis ſit mediocris indigemus maturãtibus non quidẽ vt ſanguis ille acquirat ſubſtãtiam mediocrẽ , cum ſit temperatus, ſed vt acquirat proprietatẽ illam , qua facile obediat virtuti expulſiuæ . Similiter in ſynocha facta in corpore temperato nõ ſit criſis in prima , quantumcunq; ſit ſanguis quo ad modum ſubſtãtiæ mediocris,& optime digeſtus, ſed ſit criſis in ſeptima poſt actionem caloris in ſanguinẽ dantis ſibi proprietatẽ de qua ſupra . Item ſi ſola adæquatio ſubſtantiæ ſufficeret , nõ oporteret ad ſignificandũ digeſtionem completam,quòd hypoſtaſes eſſent albæ . nam incipiente febre a cholera rubea, melancholia,vel ſanguine, cum quãdoque huiuſmodi humores ſint mediocris ſubſtantiæ ſufficeret ad ſignificandũ complementum digeſtionis, quòd hypoſtaſes eſſent mediocris ſubſtãtiæ citrinæ rubeæ vel nigræ , quod tamen falſum eſt,& contra experientiam, quæ etiam debebant apparere in prima die . ergo concluditur quòd pręter modũ ſubſtantiæ requiritur proprietas de qua ſupra,quæ acquiritur in materia per actionem membrorũ radicaliũ in materia.quę proprietas maximę cognoſcitur per albedinem hypoſtaſis .

Duplex digeſtio in nociuo humore.

Quinto notandum quòd digeſtio debetur tam cauſę antecedẽti quàm coniunctæ, licet de hoc dubiũ non paruũ fuerit apud antiquos,ſed quòd debeatur cauſę coniunctæ manifeſtũ eſt in apoſtematibus, in quibus materia putrens, & faciẽs febrem digeritur , & tandẽ ſaniatur . hoc idem penes Gal. primo de differentijs febrium cap.6. reperitur in cauſa coniuncta febrium putridarum vbi dicit,quòd putredo humorũ,qui in venis,& arterijs ſunt,eſt ſimilis illi,qui ſẽm apoſtemata.ſed vincẽte natura in apoſtematibus ſit pus laudabile . in humoribus vero qui ſunt ſẽm arterias,& venas proportionale puri illud qđ in vrinis ſubſiſtit hypoſtaſis . videmus etiam in continuis cõcluſis apparere in proceſſu hypoſtaſim laudabilẽ, cum prius non apparuerit , quæ aliquãdo nõ habẽt niſi cauſam cõiunctam . Quod aũt debeatur cauſæ antecedẽti oſtẽditur in interpolatis,in quibus apparet hypoſtaſis ladabilis , cũ prius nõ apparuerit . Et certũ eſt ꝙ hypoſtaſis illa nõ deciditur niſi à materia exiſtẽte in venis , quæ nõ eſt putrida . à materia .n. putrẽte in poris cutis nõ eſſet poſsibile decidi materiã hypoſtaſis,quę uenas ingrediens cum vrina deſcenderet. Et etiam apud Auic. ſecunda primi . cap. de hypoſtaſi . hypoſtaſis laudabilis principaliter ſignificat digeſtionẽ humorum, qui ſunt in venis . Et idẽ Gale. primo de criſi . Eſt aũt certũ ꝙ in interpolatis materiæ non ſunt putrentes intra venas,quia facerent continuã . Et ex his manifeſtũ eſt,ꝙ extranee locutus eſt Conciliator,differentia .159. qui dixit quòd cauſa cõiuncta feb. eſt uapor putridus antecedẽs humorẽ nõ putridũ:ſed humor putridus eſt quodammodo mediũ inter cauſam antecedentẽ,& coniunctã . Et dicit quòd cauſæ coniunctæ qui eſt vapor pauca debetur digeſtio,quia nõ habet ſubſtantiã impedientẽ,merito tamen qualitatũ quibus eſt naturæ rebellis,aliqua debetur alteratio. humori vero putrido qui eſt cauſa media proprie,& per ſe debetur digeſtio,quia oportet in eo facere ceſſare putredin[illegible] manẽte ſubſtãtia, ſed humori qui eſt

Digeſtio competit, & cauſæ ãti & cõiunctæ.

ſub

ſub forma cauſæ antecedentis nō debetur proprie digeſtio. cum nō ſit putridus, ſed bene ei debetur aliqualis digeſtio ꝑ quā ſua ſubſtātia adęquetur. nō aūt eſt proprie digeſtio, niſi illa quæ facit ceſſare putredinē manēte ſubſtātia iuxta diffinitionem digeſtionis tertio thechni. Error aūt totus eſt in expoſitione textus Galen. tertio thechni. Pro cuius intellectu eſt ſciendū ꝙ ſi materia fuerit putrens leui putredine, tūc digeſtio facit ceſſare putredinem manente ſubſtantia .i. manente forma humorū, quia per digeſtionē humor reducitur ad benignum. Si vero ſit humor nō putrēs, & ſit cauſa antecedens febris per aliquā malam diſpoſitionem in ipſo, tunc ſibi cōuenit digeſtio, quæ facit ceſſare putredinē nō pręſentē, ſed ſecuturā merito ſuæ malæ diſpoſitionis, quæ remouebitur ꝑ digeſtionē, per quam vel adæquabitur ſubſtantia eius, vel remouebitur eius mala complexio diſponens ad putredinem. Non eſt tamen credendū quòd quilibet humor poſsit taliter digeri, nam aliquādo eſt ita putridus, vt neceſſariū ſit ipſum reſolui, aut incinerari, aut aliter ſenſibiliter expelli. tenendū eſt itaq; iuxta ſupraſcripta, quòd tam cauſæ antecedēti, quàm cōiunctæ proprie debetur digeſtio, & quòd deſcriptio data à Gal. competit ſolum digeſtiōi in nocitiuo reducibili ad benignū. Notandū ſexto ꝙ in feb. ſalubribus humor qui mouetur poſterius ſm̄ plurimū eſt magis digeſtus quàm ille qui primo mouetur, *vt puta in interpolatis tota cauſa antecedens à* principio incipit digeri. vnde materia ſecundi paroxyſmi eſt *magis digeſta quàm materia primi. Et ita materia tertij* magis digeſta quam materia ſecundi. & ita in cōtinuis ꝓportio*nalibus. & communiter in omnibus feb. ſalubribus. Verum* aliquando cōtingit oppoſitū propter etherogeneitatē mate*riæ ſicut in phlegmaticis. nam quandoq; materia ſequentium* paroxyſmorū quæ eſt groſsior quàm materia præcedentiū, & *nō facile paſsibilis à uirtute digeſtiua eſt minus digeſta*, quàm materia præcedentiū. & hic eſt cauſa quare aliquādo perdūtur ſigna digeſtionis, & poſt ſtatum redit principiū, & quare

Recidiuæ cauſa.

fiunt recidiuæ veræ. Et ex hoc notato ſequitur primo quòd in pluribus materiebus procedit digeſtio in quibus non procedit putrefactio. patet in materiebus interpolatarū, & multarum aliarū febriū. Sequitur ſecundo ꝙ vt plurimū in materiebus putrentibus in ſtatu nō proceſsit putrefactio à principio vſque ad finē. Iſtud patet in interpolatis in quibus materia paroxyſmi ſtatus ſolū incipit putrere in principio eiuſdem paroxyſmi. & ita dicendū eſt de materia exacerbationis ſtatus. Itē in multis continuis concluſis in quibus ſtatus in quartodecimo die eſt veriſimiliter exiſtimādum eſt nihil eſſe de materia mota à principio. Ex his ſequitur ꝙ licet concederetur digeſtionē, & putrefactionē ſimul intendi poſſe. ex hoc tamen nō ſequitur ꝙ hora ſtatus vt plurimū in feb. putredinis materia ſit magis putrida quàm in principio. Nam non oportet quòd pluri tempore putruerit quàm materia quæ eſt ſub forma cauſæ coniunctæ in principio. immo ſtat quòd præciſe æquali tempore, aut multo minori. hoc patet in interpolatis in quibus tam in ſtatu, quàm in principio materia incepit putrere in principio ſuorū paroxyſmorum. ſi enim ſint in punctis æque diſtantibus a principio ſuorum paroxyſmorum illæ materię ſunt æqualiter putridæ. Si vero ſint in punctis in æque diſtantibus illa minus putret quæ magis vicinatur ſuo principio. idem iudiciū eſt in continuis proportionalibus.

Ex quibus tandē ſequitur quòd via vera ad ſoluendum quæſtionem propoſitam nō eſt ex hoc quòd digeſtio, & putrefactio ſimul intendantur, licet Gentilis putauerit illud eſſe fundamentū ſolutionis dubij ꝓpoſiti. & patet, quia iſto conceſſo nō ſequit̄ in ſtatu vniuerſali putredinē eſſe intēſiorē in materia quàm fuerit a principio niſi ſolū in caſu in quo vna materia a principio vſq; ad ſtatū putruerit, & ſimul digeſta fuerit, quę eſſet tota cauſa morbi, qui caſus rariſsime contingit, & non videtur eſſe de intentione auctorū, qui ponunt regulas quas volūt in pluribus verificari, ſicut ſunt canones in ordinādo diætā, & ſimiles. Septimo notandū ꝙ illud dicit̄ magis putridū qđ magis appropinquat termino putrefactionis qui eſt incineratio, aut magis diſtat à termino à quo, ſiue à nō gradu putredinis. Ex quo ſequitur ꝙ nō omne qđ eſt magis putridū eſt magis calidū, cum ea quæ multū appropinquāt incinerationi minus habeāt de humido. & ꝑ cōſequēs minus de calido actuali quàm ea quæ aliquātuiū magis diſtāt, ſicut uidemus in ſtercoribus quæ putrēt, quæ minus ſunt calida cum vi*cinantur incinerationi. Cum ergo tam in principio* quàm in ſtatu vniuerſali materia terminet̄ ad incinerationē, ergo vtrobiq; erit magis putrida. quare fundamentū Gentilis nullum, qui dicit febrē eſſe maiorē morbū in ſtatu quàm in principio quia materia ſtatus eſt magis putrida. Forte reſpondebitur quòd illud dicitur magis putridū, qđ habet plus de calido putredinali, quia putredo nō eſt aliud quā calor fixus in materia putrida, vt vult Auic. ſecunda primi. in cap. de cauſis calefacientib. *vbi dicit quòd intentio putredinis eſt quæ* caliditatē extraneā euenire facit, & nō aliud. putredo itaq; nō eſt aliud quàm calor putridus, & ſm̄ illud eſt magis putridū qđ eſt calidius caliditate putrida, non aūt qđ magis appropinquat incinerationi, aut qđ magis diſtat a termino a quo. Cōtra ſequitur quòd tam in principio vniuerſali quàm in ſtatu materia ęqualiter erit putrida cum vtrobiq; *trāſeat a nō* gradu putredinis vſq; ad terminū eius. ergo fundamentū Gentilis nullū, cum in vtroq; *trāſitu* tam materia principii, quàm materia ſtatus erunt æqualiter calidæ caliditate putredinali. Notandū tamē quòd nō omne qđ eſt magis putridum eſt malignius minus putrido, ſicut in materia peſtilentiali, quæ licet ſit minus putrida, poteſt tamē eſſe malignior aliis magis putridis, cum etiā abſq; putredine eſſet malignior. videmus .n. quòd materia anthracis eſt malignior pluribus aliis materiebus apoſtematū magis putridis, & fœtentibus, cum corrumpat omne *ſibi vicinū. Octauo notandū quòd digeſtio in materia,* & ſi nō ꝓhibeat omnino ipſam putrefieri prohibet tamē ipſam pu*trefieri valde maligna putredine. Pima pars notādi eſt* manifeſta in apoſtematibus in quibus ſanies laudabiliſsima ad*huc faciet feb. putri. Itē in febribus in quibus materia in ſta*tu, & declinatione eſt ſumme digeſta, & adhuc facit feb. putridam. *Secūda pars notādi ꝓbatur, quia tam ſanies* laudabilis quàm ſedimen laudabile deciſum a materia in venis digeſta, ſunt dantia fiduciam ſanitatis, cum quibus nō timemus malignam putredinē, & pro hoc eſt ſentētia Gal. ſecūdo de criſi. vbi dixit, nō ē poſsibile apparēte ſedimine laudabili, ꝙ febri ſit difficultas vel dominiū. Et idē ſentit Aui. 2. quarti cum dixit cap. de ſignis digeſtionis. Et ſcias quòd neq; feb. cum apparitione digeſtionis, neq; ſublimatio fit cum declinatione apoſtematis timor vehemēs. Notandū nono quòd eſt poſsibile calorē naturalē, & præternaturalē in eādē materiam agere vnum digerendo, alterum putrefaciendo, ita vt digeſtio, & putrefactio adæquate in eadem materia intendantur. hoc primo manifeſtum eſt in ſanie laudabili, quæ cum generatur putrefactio intenditur, quia febris putrida creſcit, & alia accidentia tempore ebullitionis. Idem etiam accidit in materiis in concauitate venarum, vt eſt apud Gale. primo de differētiis febriū. ſexto cap. generatur enim hypoſtaſis laudabiliſsima per ebullitionem cum qua etiam fit febris intentio.

Putredo quid ſit.

Vtrum omne magis putridum malignius ſit minus putrido.

Decimo notandum quòd tranſmutationes factæ in corpore humano ſunt triplices. quædam omnino naturales factæ a calore naturali ſolum, ſicut digeſtionis quibus cibus in chylum chylus in ſanguinem, ſanguis in humiditates ſecundas tranſmutatur. Quædā omnino præternaturales ſicut putrefactiones quę fiunt in gāgrænis, aſcachilos, eſthiomeno. Quædā aūt ſunt mediæ, ſicut eſt tranſmutatio humorum in ſaniem. Et hic eſt triplex, quædā in qua agit principaliter calor naturalis, & parum extraneus, ſicut cum fit ſanies laudabiliſsima, & ſicut cum materia hypoſtaſis laudabilis in concauitatibus venarū generatur in febribus. Quædam in qua magis concurrit calor extraneus quàm putredinalis, ſicut quando generatur ſanies maligna, fœtida, nigra vel viridis. & quando generatur hypoſtaſis maligna ſimiliter tendens in viride vel nigrum.

Et eſt tertio alia tranſmutatio in qua calores iſti ęqualiter concurrunt, ita vt in materia vtriuſq; veſtigium appareat, & æquale. Credo tamen tenendum eſſe vnum, & eundem calorem numero repertū tam in membris, quàm in materia eſſe ſimul naturalem, & præternaturalem talia nomina ſortiri ſm̄ diuerſitatem operationum, & effectuum qui ſequuntur. Vndecimo notandum quòd feb. poſſunt comparari dupliciter, in malignitate, & fortitudine. nullum enim incōueniens eſt vnam eſſe alia maligniorem, quæ tamē ſit remiſsior, ſicut peſtilētialis cōparata cauſoni. fortitudo .n. febris ſequit̄ caloris intēſionē, & multitudinē. malignitas aūt ꝓternaturalitatē, qua

magis

magis lædat & occidat, quæ malignitas ſequitur aut venenoſitatem, aut putredinem inteſiorem, & huiuſmodi, licet etiam ſequatur caloris intenſionem & multitudinem. Et ita vna febris ad ſeipſam comparata diuerſis tēporibus poteſt eſſe vno tempore malignior, & minus intenſa, & alio tempore ſe habet econtra. Et cum malignitas febris tanquàm penes effectum habeat attendi penes læſionem operationū illa feb. eſt malignior quę amplius eſt operationū læſiua, ſiue merito caloris naturalis, ſiue præternaturalis, ſiue merito vtriuſq;. hoc notandū poteſt elici ex dictis Gal. tertio de criſi. cap. 4.

Quantum ad ſecūdum articulum pro opinione Pluſquam commentatoris, & ſequentium pertractanda ſupponitur primo titulum quæſtionis ſic eſſe limitandum, ſicut ab initio dictum fuit .ſ. vtrum febr. putrida ſalubris pendens a materia non reducibili ad benignum ſit maior in ſtatu, quàm in augmento, & maior in augmento quàm in principio, loquendo ſemper de his temporibus diſtinctis penes materiæ digeſtionem. Secundo ſupponitur quòd in tota materia quæ in ſtatu facit feb. continue proceſſerit digeſtio a principio vſque ad ſtatum. Tertio quòd digeſtio facit materiā putrere minus mala putredine, quàm ſi nō fuiſſet digeſta. hoc ſuppoſitū patet ex notatis. *Quarto ſupponitur, quòd in ratione feb.* includuntur duo, vnum ꝙ ſit calor, alterū ꝙ ſit præter naturam, & ratione *vtriuſq; poteſt dici febris maior .ſ. aut quia ſit magis* præter naturam, aut quia ſit calor intenſior. Hoc ſuppoſitum eſt *manifeſtum ex vltimo notato ſupra poſito*. Quinto ſupponitur, ꝙ accidentiū in febribus, & in alijs morbis quædam ſunt *propria morbo, & quædam ſequuntur morbū & naturæ* incitationem, ſicut ſunt propria febribus coarctatio pulſus, *frigus extremitatum corporis, exiccatio, ſitis, dolor capitis*, inſtantiæ vigiliarum, & ſimilia. Sequentia autē febrem, & naturæ incitationem ſunt ſicut rigor, uomitus, *fluxus ventris*, & omnia accidentia critica. His ſuppoſitis ſit hæc concluſio reſponſiua ad dubiū. Omnis febris putredinis ſalubris pendens a materia nō reducibili ad benignum in qua tota, & ſola putrente in ſtatu proceſſerit digeſtio a principio vſque ad ſtatum eſt maior morbus in aliqua parte principij, quàm in aliqua parte temporum ſequētiū, & maior in aliqua parte augmenti, quàm in aliqua prrte ſtatus. Iſta cōcluſio eſt de intentione Gal. in commen. illius aphoriſmi. inchoantibus morbis, & rationibus ſic probatur. Prima, quia materia in ſtatu eſt magis digeſta quàm in augmento, & magis in augmento quàm in principio. ergo cum digeſtio iuxta tertium ſuppoſitum faciat materiam minus mala putredine putrere, quàm ſi nō digeratur, materia putrens erit magis maligna in aliqua parte principij, quàm in aliqua parte temporum ſequētium, & ſic dicendum eſt de augmento ſtatui comparato, ſed materia magis maligna cæteris paribus maiorem facit morbum. quare concluſio vera. Secunda ratio eſt. virtus maiorem habet proportionē ad materiam in ſtatu quàm habeat in augmento, & maiorem in augmento quàm in principio. ergo materia minorē in his temporibus habebit proportionē ad virtutē alterādam, & ſic morbus erit minor in ſtatu quàm in augmēto, & minor in augmēto quàm in principio. Tertia. cōtinue poſt principiū talis morbi ſalubris corpus mouetur ad ſanitatē, & digeſtio continue procedit, ergo continue poſt minus participat de termino a quo, qui eſt ægritudo in ſtatu. itaq; morbus erit minor, cum tūc corpus ſit magis motum ad ſanitatē quàm tempore præcedēnti. Quarta, quia in ſtatu accidentia propria morbo ſunt remiſsiora quàm in principio, patet in pleureſi ſuppurata, in qua dolor, & cætera accidentia ſequentia pleureſim ſunt remiſsiora quàm in principio. Et ita ſēm plurimū eſt in cæteris apoſtematibus ſuppuratis. nam circa generationē ſaniei fiunt dolores, & feb. magis quàm facta ſanie iuxta aphoriſmum. Quinta. maiori & minori æqualiter decreſcentibus continue creſcit ꝓportio maioris ad minus, ſed virtus quæ ē maior in morbo ſalubri, quia habet proportionē maioris inæqualitatis ad ipſum. & morbus qui eſt minor cōtinue deſcreſcunt a principio vſq; ad ſtatum. virtus quidem decreſcit, quia reſoluitur, ſpiritus paucificantur, & humidum conſumitur. & morbus decreſcit, quia materia digeritur, & efficitur minus maligna, & etiam ex actione caloris pro parte reſoluitur. ergo continue decreſcit proportio morbi ad virtutē. quare morbus nedum abſolute, ſed in comparatione ad virtutem erit minor in ſtatu quàm in augmento, & *minor in augmēto* quàm *in principio*. Sexta oīs feb. putredinis ſalubris eſt malignior in principio quàm in augmento, & *in augmento* quàm *in ſtatu*. ergo eſt maior morbus &c. aſſumptum probatur, quia malignitas morbi habet attendi penes præternaturalitatem tanquàm penes cauſam, & lęſionem operationū per ſe ductiuarū ad mortem tanquàm penes effectum, vt poteſt elici ex vltimo notato. ſed omnis talis feb. in principio a quo materia nō eſt digeſta eſt magis *præternaturalis* aliorū paritate ſuppoſita quàm in ſtatu in quo materia eſt digeſta, & eſt ad mortem periculoſior quàm in ſtatu in quo propter digeſtionē completā ſunt certa ſigna ſalutis. igitur eſt maior morbus in principio quàm in ſtatu. ſed in augmento iudicium eſt mediū. & ad intellectū concluſionis ſupraſcriptæ intellexit Rabi Moyſes cum dixit, quòd ægritudo in tempore ſtatus eſt melior quando infirmus debet ſaluari. Ex qua concluſione ſequitur neutralitatē pręcedentē febrē eſſe maligniorē quàm ſit febris tempore ſtatus quia magis præternaturalis, & periculoſior. Secundo ſequitur omnem febrem putridā ſalubrem aliorū paritate ſuppoſita eſſe minorem febrē in ſtatu quàm in priſicipio partes proportionales iſtorū temporū adinuicē comparādo. nam poſtquàm materia putrens eſt æqualis, & magis benigna propter *digeſtionem, minorē debet facere febrem*, ſicut videmus in apoſtematibus ſuppuratis minorem eſſe febrem, & remiſsiora *accidentia. taliter etiā debet eſſe in materia ſumme digeſta* in concauitate venarū, cum Gal. primo de differentijs febrium, *comparet digeſtionem quæ eſt in uenis ꝑ quā ſit materia* hypoſtaſis laudabilis digeſtioni materię apoſtematum in *quib. generatur ſanies. & hunc intellectū habuit Aui.* ſecunda quarti. cap. de iudicijs digeſtionis, cum dixit, ꝙ nō eſt ſublimatio febris *cum apparitione ſignorum digeſtionis, ſicut* nō eſt cum digeſtione apoſtematis dolor fortis. Ex his itaq; tandē cōcluditur ꝙ febris putredinis ſalubris eſt maior morbus in principio quàm in ſtatu. & ſecundo quòd eſt malignior, & tertio quòd eſt intenſior febris aliorū parietate ſuppoſita. in augmento aūt in omnibus his iudicium eſt medium.

Malignitas morbi penes quid attēditur.

Sed contra hanc determinationē arguit. quia febres ſeruātes materiā ad vnicā criticā expulſionē ſunt maiores in ſtatu quàm in tꝑibus præcedētibus. ergo determinatio falſa. tenet cōſequētia. argm̄ ꝓbatur primo de intētione Gal. ſecūdo de criſi. ſecūdo cap. ubi dixit quòd febris in principio eſt parua, debilis reſpectu eius qn̄ in ſtatu eſt completa, & fortis. Amplius accidentia ꝓpria quæ ſequūtur impreſsionē materiæ in membro ſūt fortiora in principio, quàm in ſtatu, & cum hoc in ſtatu accidētia communia, & ꝓprie accidētia critica ſunt fortiora quàm in principio, illa enim remiſsiſsime accidūt in principio. ergo abſolute accidētia ſunt fortiora quàm in principio. Ad hæc dicit. Ad primū quòd in ſeruātibus materiam ad vnicā criſim cætera non ſūt paria, quia plus de materia eſt in ſtatu quàm in princi. cum ſecundū plurimū in ꝓceſſu noua addat materia quæ poſtea tota in criſi expellitur. Et ſimiliter dicitur a Gal. ſecundo de criſi. Ad ſecundū negatur aſſumptum, & dicit quòd accidētia oīa tam ſequētia impreſsionem materiæ, quàm ſequētia oppreſsionē fortiora ſūt in principio quàm in ſtatu aliis paribus. accidētia tn̄ critica quæ ſunt ad ſalutē fortiora ſūt in ſtatu quàm in principio, cum raro in princip. accidat criſis. Concedēdū tn̄ eſt quòd vt plurimū febres putridæ ſalubres ſunt maiores in ſtatu quàm in principio, licet in ſtatu materia ſit digeſtior, tn̄ multo eſt amplior quæ eſt ſub forma cauſæ cōiunctæ in ſtatu quàm in principio. Præterea, cōtra determinationē inſtatur. quia febris nō eſt niſi calor præter naturā, & iſte eſt maior in ſtatu quàm in principio vt patet ad tactū, & quia pulſus ſunt maiores, velociores, & frequentiores, & ſimil'r anhelitus. Secundo. quia ſtatus eſt hora pugnæ prima quarti cap. tertio. & Galenus prima aphoriſmorū. & hoc nō eſt niſi ꝓpter fortē ſtimulationē quā facit materia in naturam. ideo criſis ſit magis in die paroxyſmi, ſed cauſa maioris irritationis naturæ nō eſt niſi maior impreſsio a materia in membro. quare febris ſit maior in ſtatu. Item accidētia omnia ſunt in ſtatu maiora tam quæ merito mēſuræ ſunt pręter naturā, quàm quę ex toto genere præter naturam vt dolores, & ſimilia, quare intēſior, & magis pręter uaturā.

Itē omnes operationes animales, vitales, & naturales ſunt

magis

magis lęſe in ſtatu quàm in principio,ut apparet intelligēti. Item ſi febris eſt maior in principio quàm in ſtatu,tunc ſequitur quòd neutralitas ſequēs principiū eſt maior quàm febris in ſtatu. Item Galenus in libro de temporibus, morbum comparat plantæ,& animali in principio paruis, poſtea augmentatis,poſtea magnis. Item pro hac parte eſt Gal. ſecundo de criſi.cap. ſecūdo.cum dixit. Iam ergo oportet vt exercites teipſum donec cognoſcas vnamquamq; ægritudinē ſingularem ſm ſeipſam, an eſt integra, & completa cum velocitate. nam ſi nō anteceſſeris, & exercitaueris teipſum in hoc cum ſtudio, & ſollicitudine nō cognoſces ægritudinē quādo incipit,cum ſit pauca, & debilis. Ad hæc reſpondetur. Ad primum dicitur ꝙ calor nō eſt maior in ſtatu quàm in principio aliorum paritate ſuppoſita, comparando partem calidiorem ſtatus ad partem calidiorē in principio. Sed vt plurimū non eſt paritas, quia amplior eſt cauſa cōiuncta febris in ſtatu quàm in principio.& ſimiliter negatur ꝙ pulſus ſint maiores etiam aliorū paritate ſuppoſita. Ad ſecūdū dicitur quòd maior eſt pugna in ſtatu quàm in principio,quia plus de cauſa antecedēte tranſit in coniunctam in ſtatu quàm in principio propter materiæ digeſtionem,& ſic nō ſeruatur paritas. Quod ſi ſeruetur paritas,dico quòd nō erit maior pugna propter obedientiā materiæ, quā facile ſeparabitur. Similiter ad tertiū dicitur quòd accidentia nō ſunt maiora ſeruata paritate,ſed vt plurimū nō ſeruatur paritas. Ad quartū dicitur quòd oēs operationes ſunt magis læſæ in ſtatu quàm in principio. Nec per hoc ſequitur quòd morbus ſit maior,quia tota læſio illa nō eſt acquiſita tempore ſtatus,ſed in temporibus præcedentibus. Vtrum aūt in æquali tempore ſtatus acquiratur maior læſio quàm in æquali tempore principij aliorum paritate ſuppoſita. eſt dubiū nō paruū. Cuius ſolutio fiat in videndo in quo tempore eſt maior ꝓportio virtutis ad morbum in ſtatu, vel in principio. Et credo vtranq; partē facile defendi poſſe. Ad quintum dicitur quòd febris augetur tpe principij, nec hic ſumitur principium pro inſtanti initiatiuo morbi,ſed pro vno de tēporib. morbi. Si quę aūt auctoritates Gal. & aliorū vidētur ſonare oppoſitū; Dic quòd intelligunt de temporibus diſtinctis penes accidentia, aut quòd nō ſeruatur paritas, quia plus de materia reperit̄ ſub forma cauſę coniunctæ in ſtatu quàm in principio. Sed contra hāc determinationem eſt hic argumentum. Febris eſt maior in ſtatu paroxyſmi quàm in principio eiuſdē.ergo ſimile erit in febre in caſu cōcluſionis,illa enim eſt ſicut vnus paroxyſmus.

Reſponde ſicut ſcis, & maxime argumentum procedit de paroxyſmo ſtatus vniuerſalis in quo materia eſt magis digeſta quàm putrida.

Quantum ad tertium articulum pro opinione Gentilis ſit hic prima concluſio. In materia febris putridæ ſalubris quæ non reducitur ad benignum poſt initiū febr. procedit putredo intendendo vſq; ad certum tempus probatur concluſio.in principio putredo materię eſt aliquantę intēſionis, aliter nō faceret febrē, qui gradus putredinis eſt acquiſitus in tempore neutralitatis præcedentis febrem. Et procedit augmentum vſq; ad certū tempus,quia aliter non augeretur feb. non poteſt enim febris augeri nulla addita noua materia, niſi per augmentum putredinis in ea. aut quia materia magis cordi vicinatur, quę rariſsime accidit, quia ſm plurimum augmentum febris fit per crementū putredinis in materia. hæc autē putredo,& ſimiliter febris ſequēs eam nunquā ceſſat niſi materia expellatur, aut incineretur. Secundo, quia ſimile de materia febriū putredinis, & de materia apoſtematū. primo de differentiis febrium capitulo ſexto. Sed in materia apoſtematum poſt ipſorum initium intenditur putredo. ergo ſimiliter fiet in materia putridarū, patet minor per augmentū fœtoris in materia cum maturatur. Tertio hoc manifeſtum eſt in materia ſynochæ, in qua cum fit phlebothomia in principio euacuatur ſanguis parum diſtans a naturali.poſtea cum fit phlebothomia,euacuat̄ ſanguis multū alteratus,& fœtēs.

Secunda concluſio. in materia feb. putridæ ſalubris procedente putredine procedit etiam digeſtio. Hæc concluſio quæ eſt fundamentū poſitionis Gentilis probatur. quia quādocunq; vni paſſo duarum diſpoſitionum ſuſceptiuo applicātur duo agentia illas intendentia. illæ duæ diſpoſitiones in illo paſſo inducentur, ſed materię febris putridæ ſalubris applicatur calor naturalis intendens digeſtionem,& calor præternaturalis intendens putrefactionem, quare utraq; diſpoſitio inducetur. Secunda ratio ex Galeno primo pronoſticorum, commen. vltimo. Et ex Auic.ſecunda quarti. cap. de iudiciis ſaniei. ſanies fit a calore naturali qui intendit digeſtionem, & a calore præter naturam intendente putrefactionem. probatur. in ſanie eſt albedo intenta a calore naturali,& fœtor intentus a calore præternaturali. ergo idem accidet in materia febriū iuxta Gal. vbi ſupra. Tertia ratio, quia egeſtio nigra apparēs in ſtatu,& ſimiliter hypoſtaſis,aut vrina nigra nō ſignificāt ita male,ſicut quādo apparēt in principio. quarta particula aphor. Egeſtiones nigræ qualis ſanguis &c.& ſecūda primi. Etiam Iſaac de vrinis. Sed hoc nō poteſt eſſe niſi quia cum putrefactione in ſtatu etiam ꝓceſsit digeſtio quæ nō ꝓceſsit in principio. quare &c. Tertia concluſio de intentione Gentilis reſponſiua ad dubiū, uel quæſitum eſt iſta.omnis feb. putrida ſalubris pendens a materia nō reducibili ad benignum quæ tota ꝓceſsit ſub forma cauſæ cōiunctæ a principio vſq; ad ſtatum illius ſaltē nulla facta notabili diminutiōe eſt intenſior, & fortior in ſtatu quàm in augmento, & in augmento quàm in principio. Iſta cōcluſio eſt de intentione Gal. in libro de temporibus vniuerſalibus vbi aſsimilat morbum plantæ,quæ primo incipit,poſtea augetur. poſtea ſtat. Et Auic. ſecunda primi dixit. quòd in augmēto manifeſtatur conſtrictio, & quòd in ſtatu conſiſtit ex multis ſuis partibus. Et Halyabbas .4. theoricę dicit quòd augmētū eſt qn̄ incipit maturatio,& tunc augetur virtus morbi,& virtutis debilitas. Et hoc idem clare dicit Auic. prima quarti. cap. 3. & .4. Et certum eſt quòd ibidē loquit̄ de temporibus diſtinctis penes alterationē materiæ. Et ꝓbatur ratiōe.quia illo tempore febris putrida eſt fortior,& intenſior in qua materia eſt magis putrida in ſtatu q̃ in principio.cū a principio vſq; ad ſtatum ꝓceſſerit intendēdo. Et confirmat̄,quia ſimile eſt de tota conſiſtentia febris in caſu concluſionis, ſicut de vno paroxyſmo febris,ſed paroxyſmus continue ꝓcedit intēdendo a principio vſq; ad ſtatum. vt patet ex quotidiana experientia.& nō eſt niſi quia materia magis putrefit,& caleſit. ergo &c. Tertio in febre putrida virtus etiā procedit debilitando notabiliter vſq; ad ſtatum.& morbus augetur, aut ſaltem ſm omnē opinionē non notabiliter diminuitur. Huius rei exemplum manifeſte habemus in paroxyſmis. ergo continue creſcit ꝓportio morbi ad virtutem. ergo in ęquali tpe plus lædētur, & minuētur operationes in ſtatu,quàm in augmento,& in augmento quàm in principio. quare accidentia fortiora fient,& ſic morbus intenſior.

Sed contra hanc determinationē inſtatur primo.quia ſi digeſtio,& putrefactio intendantur ęqualiter, aut magis digeſtio quàm putrefactio. & digeſtio facit materiam benignam, & putrefactio malignam, ſequitur quòd æqualiter aut magis intēdetur in materia benignitas,quàm malignitas,. Ad hoc dicitur quòd putrefactio magis intenditur quàm digeſtio, & in pluribus. quia licet aliqua pars materiæ dealbet̄ a qua deciditur hypoſtaſis ſecundum digeſtionem ſummam,nō tamen totaliter dealbatur, patet ex his quæ accidunt ex criſi in qua expelluntur humores ſub propriis formis, vt cholera citrina,ſanguis ruber, & melancholia nigra. Et ſi quęratur quomodo ſigna digeſtionis ſunt ſigna ſalutis ſi maior pars humorum non digeritur,& forte omnes putreāt. Reſpōdet quòd non obſtante putredine virtus membrorum remanet fortis, quę ſignificatur per hypoſtaſim, quapropter poteſt totam expellere materiam tam dealbatam quàm non dealbatam. Et iſta etiam hypoſtaſis eſt ſignum quòd & ſi humores non digerantur, non tamen putrefiant maligna putredine, & concedendum eſt in reſiduo materiæ aliquàm digeſtionem eſſe.

Digeſtio & putrefactio an ſint contraria.

Secūdo inſtatur.quia digeſtio,& putrefactio ſunt cōtraria. ſed cōtraria nō poſſunt intendi in eodē ſubiecto,ſicut nec caliditas,& frigitas,& hmōi. Ad hoc reſpōdetur quòd iſti motus ſunt aliquo modo cōtrarii, tamen nō proprie,immo ſunt vnus motus diuerſa nomina ſortitus ſecundū diuerſas diſpoſitiones quæ inducuntur, in quibus apparet vtriuſque caloris tam naturalis quàm præternaturalis veſtigiū. Et hoc uoluit Gale. primo de differentijs febrium cum dixit.altera uocatur putredo, quā, & digeſtionē dicimus in vnā ſpeciē ſemper tranſmutatur pars. Et ideo quādo materia eſt hoc modo

ſumme

ſumme digeſta, & etiã ſumme putrida facit maiorem feb. Et huius exemplũ eſt ſicut qñ aliquid nõ coloratũ rubefit, licet nõ formaliter, tñ virtualiter àcquiritur albedo, & nigredo. Et creſcẽte rubedine creſcũt uirtualiter albedo, & nigredo, ita ut rubefactio poſsit aliquo modo dici albefactio, & nigrefactio. Quod aũt putrefactio, & digeſtio non ſint ꝓprię cõtraria, ſed participent naturam contrariorũ eſt manifeſtum, quia putrefactio .4. meth. eſt contrarium magis generationi mixtorũ, ſed tantũ vnum vni eſt contrariũ. Quod aũt participent naturã contrariorum patet, quia non poſſunt ſub quibuſcunq; gradibus ſe compati. perfecta.n.digeſtio quæ eſt in corpore temperato non patitur ſecum ſummam putrefactionem, quę eſt in his quæ incinerantur. ſed gradus ſummi digeſtionis, & putrefactionis ſe compatiẽtes ſunt in ſtatu febriũ, & apoſtematũ ſalubrium, qñ apparet optima hypoſtaſis, & ſanies laudatiſsima. Contra ſanie laudabili perfecta febris remittitur iuxta aphoriſmũ. Circa generationẽ ſaniei &c. & ſimiliter dolores &c. ergo concluſio falſa. Præterea. eſt ſimile de hypoſtaſi, & ſanie. primo de differentijs feb. cap. 6. ergo hypoſtaſi laudabili perfecta debet febris remitti. hoc argumentũ eſt mihi difficile. Tertia ratio, quia non valet hoc argumentũ. lõgiori tꝑe ꝓceſsit putrefactio in ſtatu q̃ in principio vel augmento. ergo febris eſt maior. Nam ex hoc fundamẽto ſequeretur ꝙ feb. eſſet maior in declinatione, & ſic fundamentũ Gẽtilis nullũ. Dicitur quòd argumentũ illud ſic abſolute nõ valet, ſed bene valet cum hac additione, & materia tunc primo eſt ſumme digeſta. ergo tunc eſt ſumme calida calore putredinali, & fit febris maior. Vnde dicit quòd intẽtio putredinis habet attẽdi penes diſtãtiam a nõ gradus petredinis. & penes acceſsionẽ ad ſummũ gradũ caloris putredinalis. nõ aũt penes acceſſum ad terminũ putredinis qui eſt incinerãtio. quæ .n. ſunt valde vicina incinerationi parũ hñt de calore actuali putredinali, licet tñ Gẽtilis in qõne ſua dicat oppoſitũ, & male poſsit reſpõdere ad argm̃ factũ ſtatim. Quarto arguitur ſic. digeſtio, & putrefactio ſunt diuerſi motus, cum velit Gal. 5. de ſimplici medicina, digeſtionem fieri a calore naturali, putrefactionẽ vero a calore præternaturali.

Digeſtio, & putrefactio vnus tantũ eſt motus ſecundũ Gẽtil.

Reſpõdet ſm Gentilẽ quòd eſt vnus motus dictus digeſtio, & putrefactio, licet fiat a diuerſis agẽtibus. Propterea in materia digeſtiua, ſicut ĩ ſanie apparet veſtigiũ caloris naturalis .ſ. albedo, & veſtigiũ caloris pręter naturã .ſ. fœtor, licet ſm viriorẽ opinionẽ ſit vnus & idẽ calor numero perficiens hũc motũ, qui dr̃ naturalis, & pręter naturã diuerſos effectus. Et ſi adducatur textus Au. in ſermone vniuerſali vlcerũ quòd in laudabiliſsima ſanie nõ eſt putrefactio. dic quòd nõ eſt putrefactio maligna qualis in herpete, eſthiomeno, ſed bene aliqualis putrefactio. Quinta rõ. opinio Gẽtilis eſt voluntaria, licet .n. ſudponat verũ, quòd .ſ. digeſtio, & putrefectio vſq; ad aliquem gradum poſsint ſimul in eadẽ materia adæquate intendi, & ſe compati, tamen non probat vſq; ad quartum gradum. eſt enim certũ quòd cum putredine qualis eſt in herpete, & ſimilibus nõ intẽditur digeſtio, immo diminuitur. & ſimiliter cum materia denigratur, vnde fit ſputũ nigrũ, & hypoſtaſis nigra. ergo cõſimiliter, cum materia eſt ſumme digeſta, vt quia ſanies, & hypoſtaſis ſint albæ, & laudabiliſsimę debet putredo eſſe remiſſa. huius aũt ſignũ eſt, quia ſanie laudabili perfecta febris, & calor remittitur iuxta aphor. Circa generationẽ ſaniei &c. Et ſimiliter debet eſſe hypoſtaſis apparente laudabili, quia potius ante perfectã digeſtionẽ febris ẽ intenſior. ſ. in augmẽto in quo fit ebullitio pręparans ad ſummam digeſtionẽ, & tunc debet eſſe ſumma putredo quæ deinceps remittitur. certe hæc ratio ſicut, & inſtantia ſuperior eſt mihi difficilis. Sexta ratio. digeſtio materiæ facit ipſam putrere minus maligna putredine, quàm ſi ipſa nõ eſſet digeſta. ergo in febre ſalubri habente plures paroxyſmos cæteris paribus ex parte quantitatis materiæ. materia paroxyſmorum principij quæ non eſt digeſta debet putrere magis maligna putredine, quàm materia paroxyſmorũ ſtatus quæ ẽ digeſta. ergo hæc febris in principio erit maior morbus quàm in ſtatu. Hinc dicitur cõcedẽdo illud ad qđ deducitur, ſed nõ ſumus in caſu Gẽntilis. loquitur .n. Gẽtilis de febre pẽdẽte a materia in qua putredo, & digeſtio proceſsit vſq; ad ſtatum.

Digeſtio, & putrefactio non ſub quibuſcunq; gradibus ſe compatiuntur.

Contra. digeſtio facit materiã benigniorẽ, putrefactio maligniorẽ, ſed poſsibile eſt ſecũdũ uariam diſpoſitionẽ materiæ quòd digeſtio in aliqua materia magis procedat, & intẽdatur quàm putrefactio, ſicut in materia benigna. & poſsibile eſt ecõtra, ſicut in maligna. ergo poſsibile eſt quòd æqualiter intendantur. quo poſito ſequitur quòd febris aliquando erit benignior, aliquãdo malignior in ſtatu quàm in temporibꝰ pręcedentibus, aliquando æqualis.

igeſtio putre- tio in t con- ria.

Ego autem credo nullam poſitionum ſuperiorum defendi poſſe, & multa ex argumentis ſupra poſitis contra eas militare. Sed credo in hac materia has concluſiones eſſe tenẽdas.

Oĩs feb. putrid. ſalubris ſalubrior ẽ in priuc. quã in ſtatu.

Prima cõcluſio. omnis feb. putrida ſalubris eſt ſalubrior in ſtatu quàm in augmẽto, & in augmẽto quàm in principio. & voco febrem tũc ſalubriorẽ in qua apparẽt magis certa ſigna ſalutis, & quæ eſt ſanitati ꝓpinquior. ꝓbatur, quia in ſtatu apparent completa ſigna digeſtionis quæ ſunt dantia fiduciã ſanitatis. Secũda concluſio. omnis febr. putrida ſalubris eſt maior morbus, & malignior in principio quàm in augẽmto, & in augmẽto quàm in ſtatu oĩum paritate ſuppoſita, præter ea in quibus fit comparatio. & quæ neceſſario ſequũtur ad comparationẽ. oportet.n. ſupponi paritatem ex parte quantitatis materiæ, & ex parte gradus putredinis in omnibus his temporibus, & reliquorũ quæ faciunt ad morbi magnitudinẽ vel remiſsionẽ, nemo .n. dubitat quòd tertiana vnius paioxyſmi eſt maior in ſtatu quàm in augmento, & maior in augmẽto q̃ in principio. ſed nõ ſeruatur paritas ex parte gradus putredinis, quia in principio materia eſt occulte digeſta. in augmento manifeſte. in ſtatu ſumme digeſta. ſed quãto eſt digeſtior eſt aptior putrere minus mala putredine. quare &c. Et ꝓ hoc ſunt omnes auctoritates pro opinione Pluſquàm commẽtatoris ſuperius adductæ. Tertia cõcluſio. vbi nõ ſeruatur paritas in omnibus contingens eſt febrẽ eſſe maiorẽ morbũ aliquãdo in principio. aliqñ in augmẽto. aliquãdo in ſtatu maxime pp diſparitatẽ in quãtitate materiæ ĩ gradu putredinis. ꝑpatet, nam maior gradus putredinis, & maior quantitas materiæ faciunt morbum eſſe maiorẽ. Cum aũt hæc poſsint contingere in quocunq; iſtorũ trium temporum ſequitur veritas cõcluſionis. Quarta concluſio. licet ita ſit vt aſſerit ſecunda concluſio. nõ tamen omnis feb. putrida ſalubris eſt intenſior in principio quàm in augmento, & in augmento quã in ſtatu. concluſio patet. nam multæ febres putridæ per digeſtionem intenduntur in calore, ſicut pendẽtes a materijs frigidis quæ per digeſtionẽ calefiunt. non eſt aũt neceſſarium quòd omnes materiæ calidę per digeſtionẽ calefiant, immo quandoq; infrigidantur. Digerimus enim materiam cholericam ſubtilem, & ſanguinẽ ſupercalefactum per potum aquæ frigidæ, ſicut etiam accidit in digeſtiõe quæ eſt in iuuatiuo. ſicut cum ſanguis in lac tranſmutatur. Rationes aũt quæ poſſunt adduci contra hanc opinionẽ ſuperius poſui, & ſolui cum pertractaui opinionem Pluſquam commentatoris. Et ſic cum deĩ gratia ſit finis huius quęſtionis.

Morbus magnus vnde.

De cauſis ephemeræ omnis ſpeciei. Cap. V.

Cauſæ omnium ſpecierum feb. ephemeræ ſunt cauſæ primitiuæ calefacientes eſſentialiter, & calefacientes per accidens de ſumma occurrentium, & aſſumptorum ſilicet in cibo, & potu, & paſſionum corporearum, & animalium, & ex doloribus, & apoſtematibus apparentibus, et ſunt de eis ex oppilationibus, quarũ cauſa nõ eſt primitiua.

Poſtquàm Auic. in quatuor capitulis præcedentibus egit de quatuor vniuerſalibus de febrib. præſciendis. in hac parte agit de ephemeris. & primo in generali. ſecundo in ſpeciali. ibi § De febrib. ephemeris ſunt. § In principio ſexti capituli. Primam partem diuido in quatuor. nam in prima parte præmittit ſermonem generalem de febrib. ephemeris. in ſecunda parte ibi. § Et de proprietatibus. § in principio ſequentis capituli ponit ſigna generalia feb. ephemerarũ. in tertia parte ibi. § Cum expedit. § in principio tertii capituli ponit cauſas, & ſigna permutationis febr. ephe. ad alias feb. in quarta ibi § In omnibus ſpeciebus. § in principio quinti capituli ponit curationẽ generalẽ feb. ephemerarum. In primo capit. ponit quatuor generalia de febribus ephemeris pręſcienda. ꝓpterea hoc capitulũ dicitur ſermo generalis in febribus ephemeris. Primũ eſt cauſæ cuiuſcũq; ephemeræ in generali. Secũdũ eſt tempus durationis feb. ephe. & incipit ib. § Et iſte quidẽ feb. § tertiũ qualiter ſe habeant in facilitate, & difficul-

tate

tate cognitionis, & curę, ibi §Et hęc quidē febris.§ quartum est quæ corpora sint paratiora ad ipsas. ibi §Et homines quidem.§ Primã partem diuido in tres. Nam Prima in generali ponit causas ephemerarũ. In scđa ibi §Et nõ ꝑueniũt.§ Ponit modum quo hmõi causæ ducunt ad ephemeras, & non ad alias febres. In tertia ibi. § Et sunt quidã hominũ.§ remouet quendã errorē. Et si quis quæreret quare Auice. in hoc primo tractatu simul egit de generalib⁹ præsciēdis de febribus, & de ephemeris, nõ aũt sic de putridis, aut hecticis. Dicendũ obmissis ambagibus, quòd hoc fecit quia sibi placuit. De prima aũt parte dicit quòd causæ omnium specierum feb. ephe. sunt causæ primitiuæ calefaciētes essentialiter .i. per se & immediate, & calefacientes per accidēs, sicut oppilãdo, aut per antiperistasim. & istæ causæ sunt de summa occurrētium, sicut aeris, solis, balnei, & similiũ, quæ corpori occurrunt. Et sunt de summa assumptorũ in cibo, & potu sicut cibi, & potus calidi actualiter, aut potentialiter, similiter medicinę. & sunt ēt istæ causæ de summa passionum corporearũ sicut est exercitium, & de summa animaliũ .s. passionũ sicut est ira, & reliqua animi accidētia, & ex doloribus, & apostematib. apparētib. .i. extrinsecis. Nam intrinseca secundũ plurimũ faciunt feb. putri. licet nõ negandũ sit ipsa posse facere ephemeram. sed extrinseca frequenter faciũt ephemerã raro putridã nisi sint magna, aut maligna. Et sunt de eis .s. causis quę sunt ex oppilatiõib. quarũ .s. ephemerarũ cã nõ est primitiua. vel aľr, quarum oppilationũ cã nõ est primitiua .s. semper cum oppilationes ēt ꝑducētes ad ephemerã possint a causis pendere corporeis, licet frequētius pēdeant a causis primitiuis sicut aere frigido, balneo styptico, & similibus. Notãdũ primo quòd duplex est ephemera, vera & nõ vera. vera est illa quæ pendet a causa primitiua, sed nõ vera pendet a causa corporea, licet tñ ambæ in ueritate debeãt dici ephemeræ cum ipsis competat diffinitio ephem. sed pendētes a causis primitiuis ideo dicuntur veræ, quia ŝm plurimũ durãt solũ per vnã diem. & sic sibi competit quid nominis ephemeræ. Sed pendētes a causis corporeis durant longiori tp̃e. secunda causa. quia primis vnica tantũ debetur intētio, quæ est alteratio, cum nõ habeant aliquam causam corporeã a qua pendeant. Secundis aũt duplex debetur intētio, vna ad causam corpoream, quæ est ipsius remotio, altera ad feb. quæ est alteratio. Notandũ secundo ꝙ Auic. numerando causas præter passiones corporeas, & animales dixit quasdã causas sumi ex doloribus, quod fecit, quia dubium erat apud aliquos an dolores sint inter dispõnes corporeas, aut aĩales numerandi. qđ dubiũ tñ facile solui posset. nam dolores corporis sunt inter dispositiones corporeas numerãdi, sicut exercitiũ, & similia quę incipiũt cum manifesta corporis passione. sed dolor, siue tristitia mētis, ira, & cætera animi accidētia numerãtur inter dispositiones animales cum incipiãt sine manifesta corporis passiõe, sed solũ animæ, quãuis qñq; perducãt ad manifestas corporis passiones.

Ephemera duplex.

Dolorum corporis, tum animæ affectio.

Et non proueniunt causæ earum cum vehementia sua ad hoc vt pertranseãt illud quod inflammat spiritũ: nam si pertranseãt illud quod inflammat spiritum: nam si pertranseant illud faciunt cadere in hecticam aut in speciem febrium humorum quam dicemus. Causæ enim primitiuæ plerunque mouent antecedentes, quòd si mouerint eas ad putredinem, erunt febr. putredinis.

In secũda parte dicit quòd istę causæ iam numeratæ faciũt solũ ephemerã, qñ non calefaciunt nisi spiritus ponendo in ipsis calefactum esse. Si .n. cum vehemētia sua peruenirent ad ponendũ calefactũ esse in humoribus, aut membris, tunc fieret humoralis, aut hectica. nam causæ primitiuæ plerunque mouēt antecētes, & si mouerint eas ad putre, faciũt febres putridas, si aũt fixerint caliditatē im membris fiet hectica.

Dubitatur circa partem pręsentē, quia ephemera est morbus factus. primo de feb. ad Glauconē. & .8. therap. ergo nõ habet causam a qua pendeat speciali dependentia.

Dicendum ꝙ apud tenentes spiritum esse formaliter animatum ephemera est morbus factus siue mala complexio facta. est enim calefactum esse quod est in spiritibus. Sed apud tenentes quòd spiritus non sit formaliter animatus febris ephemera est complexio fiens in corde. & non est calefactum esse, quod est in spiritu. quia omnis morbus est passio viuentis. verum calefactum esse in spiritibus est immediata causa eius. Gale. tamen qui ut credo non tenet spitum esse formaliter animatum: est interpretandus quòd dixit ephemeram esse morbum factum secundum quandam metaphoram, quia sicut hectica, quæ est morbus factus indiget solum intensione, quę est ad febrē, & nõ ad causam, ita ephemera scilicet vera indiget solum intentione, quæ est ad febrē scilicet alteratione.

Secundo dubitatur vtrum ephemera sit putr. In quo dubio tenendũ est quòd licet aliquando epheme. sit putr. illud tñ raro contingit. prima pars probať, nam spiritus possunt putrefieri. & certũ est ꝙ ephemera pendēs ab eis est putrida sicut feb. pendens ab humore putrido dicitur humoralis putrida. argumētũ aũt ꝓbatur de intētione philosophi quarta metheo. quia oĩa putrescunt præter ignē. Itē quia aer cui spũs in modo substãtiæ, & in cõplexione assimilatur putrescit. ergo & spiritus poterit putrere. argm̃ est Aui. secũda primi in cap. de mutationibus aeris cõtra naturã. & prima quarti, cap. de pestilētia. tertio quia de intentione Ari. quarto methe. putrefactio opponitur generatiõi mixtorũ. quia sicut in mixtione fit elementorũ coniunctio, ita in putrefatione fit ipsorũ separatio. Ex quo infertur ꝙ omnia mixta possũt putrere. Secunda pars conclusionis ꝓbatur. quia spiritus ꝓpter substantiam suam remissiuam & humidũ suum facile euaporabile. & quia sunt magis calidi quã humidi raro putrent. sed ŝm plurimum cum inflammantur resoluuntur, & corrumpuntur absq; putredine. & per consequens feb. ephemera pendēs ab eis est secundũ plurimũ nõ putrida. Econtra aũt est de feb. humorali, quia est secundũ plurimũ putrida. raro .n. ebulliũt humores sine putredine, licet aliquando illud sit possibile sicut in synocha nõ putrida. Et propter hanc causam auctores non fecerunt mentionem de ephemera putrida, quia raro cõtingit. Item quia non diuersificatur morbus curationis siue sit putridus siue sit nõ putridus. solum enim opus est alteratione. Et si spiritus sint valde diminuti opus est eorum restauratione. Alii tamen dicunt quòd epher. nunquam est putrida scilicet manifesta, de qua est sermo apud medicos, quæ fit cum manifesta humidi eductione absq; ipsius resolutione. Et propterea omnia quæ putrent hac putredine efficiuntur mollia, & humida. Spiritus enim nõ possunt putrere hac putredine manifesta, cum sint remissiuæ substantiæ habentes humidum facile vaporabile, cuius nõ potest apparere separatio a partibus terreis. Sed humores possunt putrere hac putredine manifesta, ꝓpterea humorales secundũ plurimũ sunt putridæ. Et si instetur ꝙ spiritus possunt putrere putredine descripta ab Aris. quarto metheor. dicitur quòd esset verũ, sed tamen illa putredo spiritus quia nõ est sensibilis non facit, vt apud medicos ephemeræ dicantur putridæ.

An spiritus possint putrere.

Tertium dubium discusione dignum est nunquid ephemera possit coniungi cum putrida, vel hectica. In quo dubio sunt duæ famosæ opiniones. Vna Thadei doctoris antiquissimi qui tenet ephemeram non posse coniungi cum hectica, vel putrida motus auctoritate Isaac secũdo febrium. & auctoritate Gale. primo de differentiis febrium .8. cap. vbi dixit. Calefiunt .n. amplius in ephemeris superfluitate, deinde principium putrefactionis huic assumentes accēdunt aliam febrē specie priore iam quiescente. Ecce uult quòd quando putrefiunt humores accenditur alias species feb. ab ephemera, & quòd ephemera quiescit cum accenditur putrida. Huius autem causam reddens Thadeus dicit, quòd caliditas putridæ, & hecticæ pertransit spiritum. quia caliditas non figitur in substantia spiritus, quia substantia sua per actionem caliditatis putridæ febris aut hecticæ nimis subtiliatur, & exterminatur, vt non sit potens ad retinendum caliditatem in eo impressam deducto speciali conseruante. Quare licet spiritus ita subtiliatus ageret caliditatem in corde sensibiliter lædentem operationes, nõ tamē illa caliditas debet dici febr. ephemera: cum nõ sit aliquod calefactũ esse in spiritibus.

An ephemera coniungatur cũ putrida vel hectica.

Secũda opinio fuit Thomę de garbo qui in cõmento libri de differētiis febriũ recitãs opinionem Thadei dicit illã opinionē esse ita vilē, vt nõ si digna redargui. q.d. ꝙ ex seipsa manifeste falsa est. Sed tñ siquis bene cõsiderauerit erit difficile reperire meliorē viam ad saluandũ dicta Gale. & Isaac locis supra alleg. Ipsę ergo una cum Gentili tenet ephemerã posse

se causare putridam, & hecticam cum quibus coniungi potest. & similiter putridam, & hecticam posse causare ephemerã cum qua coniungi possunt. Et tertio ꝙ ipsæ possunt simul coniungi pendẽtes ab vna aliqua causa, vel pluribus. Primum sic probatur. ponat̃ sort. habere talem dispositionem in humoribus, vt hinc ad duas horas debeat incurrere febrẽ putridã, & ꝙ nunc ex calefactione solis incurrat ephemerã, quę agens in humoribus fortis ad putredinẽ dispositis velociter eorũ putrefactionem efficiat, ita vt sequatur putrida. Et certum est in hoc casu ephe. per aliquod tẽpus posse cõiungi cũ putrida. aliter sequeretur latitudinem fixionis caliditatis spirituũ subito deperdi, vt puta initiante putrida. Et cõfirmatur, quia in casu priori ex actione caliditatis solis possunt spiritus taliter disponi, vt in fine secũdæ horæ incipiat ephemera, & per casum etiã incipiet putrida. ergo ambæ possunt simul incipere, & cũ nulla latitudo subito deperdatur, vt supra, per aliquod tp̃s remanebunt coniunctæ. Secũdo principaliter arguitur sic. quãcunq; caliditatem põt recipere in facto esse, ergo putrida calefaciẽte spũm poterit quicunq; gradus caloris a putrida impressus in spũm recipi in facto esse. Et si sic ephemera, & putrida simul cõiunguntur. tenet consequẽtia. & argm̃ manifestũ est, quia frequẽter oẽm caliditatẽ quã recipit spũs a causis extrinsecis recipit in facto esse, al̃r nõ sequeretur ephemera. ergo ẽt põt esse per actionẽ febr. putridæ in spũm. Et cõfirmatur, quia ille motus est calefactio. sed terminus cuiusq; motus est mutatũ esse. quinto phy. ergo terminis calefactionis spiritus est calefactũ esse ipsius, qđ est causa epheme. quare putrida, & ephemera simul cõiungent̃.

Tertio sic. humor putridus existẽs in bubone põt esse causa ephemeræ ponẽdo spũs in calefacto esse. Et põt esse causa putredinis cõicando vapores putridos cordi. ergo bubo erit simul cã vtriusq;. Quarto sic. potentior est caliditas febrilis ad calefaciendũ spũm quàm sint multæ causæ extrinsecæ, sed illæ possunt inducere in spũs caliditatem factã sufficientẽ ad ephemerã. ergo ẽt feb. putrida poterit inducere eandẽ, vel similem caliditatẽ in spũm sufficientẽ ad causandũ ephemerã.

Quinto arguit̃ argumẽto Thomæ qđ est sicut demõstratio. accipiamus cor satis hecticũ. putrefiat sanguis in ipso existẽs, & faciat putridã durantẽ ꝑ quatuor dies. tunc in hoc tp̃e necessariũ est nouos spũs in corde ex sanguine ibi rep̃to gñari, qui spũs erunt putridi sicut sanguis ex quo gñantur. & si sic sequit̃ ꝙ habebunt caliditatẽ fixã quę est causa ephemeræ. ergo simul hectica, epheme. & putrida pendẽs a sanguine putrido coniungent̃. Sexto præsuppono ꝙ stantib. causis sufficientibus ad ꝓductionem alicuius effectus, ille effectus ꝓducatur, & tandiu duret effectus quandiu durãt causæ sufficientes ipsum cõseruare. Præsuppono secũdo ꝙ calefactũ esse humorum sufficiẽs causare caliditatẽ in corde sensibiliter lædentẽ operationes sit cã putridæ, ita vt quandiu duret tandiu cõseruetur putrida. Et sil̃r ꝙ calefactum esse spũs ponẽs caliditatẽ in corde sensibiliter lædentem operationes sit cã ephemeræ, ita vt quandiu duret tandiu conseruet̃ ephemera. Hoc suppositum manifestum est ex diffinitione ephemeræ, & putridæ.

His suppositis arguitur sic. caliditas medicinæ calidæ in tertio, sicut est cõfectio anacardina sumpta in potu ponit in spiritibus calefactũ esse sufficiẽs ad feb. epheme. sed tantã ꝓportionẽ ad calefaciendũ spũm calefactũ esse humorũ põt habere, quantã hẽt cõfectio anacardina. ergo si confectio anacardina ponit in spiritibus calefactũ esse sufficiẽs ad ephemerã. ẽt calefactum esse humorũ agens ab eadẽ, vel simili ꝓportione idẽ poterit facere, quo stante sequitur ꝙ putrida, & ephemera simul cõiungent̃. argm̃ autem ꝓbatur. quia tãta præcise potest esse potẽtia calefacti esse humorũ quanta est potentia cõfectionis anacardinæ. Et quæcunq; sunt æqualia, se habent in æquali ꝓportione ad tertiũ, ex primo Euclidis, ergo &c. argm̃ aũt probatur. quia potẽtia calefacti esse humorum põt esse maior quàm potentia confectionis anacardinæ. & potest esse minor. ergo potest esse æqualis. quare &c.

Tertia opinio nondũ vulgata quæ est Vgonis, & quorundam modernorũ ponit quatuor cõclusiones. Prima ꝙ ephemera potest esse causa putridæ, vel hecticæ cũ quibus potest coniungi. Secunda ꝙ ambæ p̃nt ab eadem causa, vel pluribus simul pendere. & sic pro aliquo tempore simul coniungi. Tertia ꝙ illud tempus est ita paruum, vt nõ sit medico sensibile. Quarta ꝙ nulla putrida vel hectica potest esse causa ephemerę, nec aliquo pacto coniungi cum ephemera ab ipsis pendente, nec pro tempore, nec pro instanti. prima cõclusio, & vltima sunt de intentione Isaac & Gale. primo de differentijs febriũ. Dicunt enim ꝙ ephemera potest esse causa aliorum modorum febr. sed quòd ipsa non potest ab alijs causari. quia spiritus nõ habet materiã, quæ possit retinere calorem, cessante alia febre quæ est cã. Et hãc conclu. primã probãt rationes adductæ pro opinione Gentilis, & Thomæ. & similiter per easdẽ probatur conclusio secunda. Et conclusio tertia est de intentione Isaac, & Gal. in libris iam alleg. cum dicunt. quòd spiritus non habent materiã quæ possit retinere calorẽ cessante alia febre, quæ est causa. Propterea auctores parũ faciunt mentionem de complicatione ephemeræ cum alijs modis febrium. Vltima autem conclusio probat̃ etiã experientia. Nunquã. n. vidimus post paroxysmum tertianæ etiã in corpore cholerico qđ est paratissimũ ad ephemeras, remanere ephemerã. qđ tñ deberet esse si putredo posset causare ephemerã. Et simil̃r nunquã cõpertum est ephem. sequi putridã, vel hecticã. quare &c. Sed opus est vt r̃ndeamus ad argumenta Thomę, & Gentilis quę procedunt contra hãc conclusionẽ. Obmisso ergo primo argumento suo, qđ facit pro prima cõclusione r̃ndetur ad s̃m qđ quãcunq; caliditatẽ ab aliquo determinato agẽte impressam, vtputa a sole, uel uino, quæ non sunt fortia agentia, põt recipere spũs in facto esse, sed non a febre putrida, quę exterminat spũs substantiã, ita vt caliditas non possit figi. Et ad confirmationẽ concedit̃, quòd terminus intrinsecus calefactionis est calefactum esse .i. gradus caliditatis inductæ. non autem esse factum esse more medicorũ quod est caliditas fixa. Ad tertiũ dicitur. quòd humor putridus existens in bubone si causat putridã non causat ephemerã. quia p̃p fortitudinem suæ actionis exterminat spũs substantiã. Ad quartum negat̃ consequẽtia. & conceditur quòd minus potẽs caliditas potest ĩducere in spiritibus calefactum esse, qđ fortior caliditas non põt inducere, licet possit inducere ualde intensiorẽ caliditatem. Et cõsequenter concedit̃ ꝙ quãto caliditas magis intendit̃ in aliquo subiecto tanto minus figitur. Exemplũ manifestum habes in carnibus in quibus figitur caliditas putredinalis a calore continente. s. aere, & tñ non figit̃ in eis caliditas a caliditate ignis assante, aut elixãte. nã remotæ ab igne statim infrigidant̃, sed licet remoueãtur ab aere calido, & ponantur in aere frigido, aut in aqua nunquã amplius remouet̃ calor putredinalis. Sed si deberet remoueri potius remoueret̃ per actionẽ fortis caliditatis. Ad quintum Thomę dr̃ quòd spiritus genitus ex sanguine putrido nõ est putridus, quia non habet caliditatem fixam propter nimiam tenuitatem suæ substantiæ. neq; est necessarium quòd omne genitũ ex putrido sit putridum, vt est apud Auicen. in capitulo de feb. sangui. Ad sextum admissis suppositis forte conceditur quòd calefactum esse humorum potest inducere calefactum esse in spiritibus sufficiens ad ephemeram. Sed dicitur quòd illud calefactum esse humorum nõ sufficit causare febrem putridã, sed solum neutralitatem febr.

Et si esset ita potẽs quòd causaret putridã nõ poneret calefactũ esse in spiritibus. quia nimis subtiliaret eorũ substantiã.

Contra calefactum esse humorum est potentius, aut æque potens ad calefaciendum cor, quàm calefactum esse spirituũ, cum producatur ab eo, sed calefactum esse spirituum producit in corde caliditatem sensibiliter lædentem operationes. ergo etiam calefactum esse humorum producet in corde caliditatem sensibiliter lædentem operationes. Replicatio est efficax. quare est aliter respondendum.

Vltimo contra vltimã cõclusionem arguitur. nam ephemera potest coniungi cum putrida cuius ipsa ephemera est causa iuxta primã conclusionem. sed tanta præcise potest esse ꝓportio putridæ nõ sequentis ephe. ad calefaciendum spiritus, quãta est putredo sequẽtis ephe. ergo si epheme. potest cõiungi cum putrida sequentẽ ipsam ephemerã, ẽt ephem. sequens putridã poterit cõiungi cum ipsa putrida. Nã postquã est eadem proportio vtriusq; putridæ ad calefaciendũ spiritus non magis vna subtiliabit spiritus substantiam, quàm altera. Et cõfirmatur. quia à duobus agentibus. s. à causa ephemeræ, & putrida magis subtiliat̃ substãtia spũs, quàm à putrida tñ. ergo &c. Opinio tñ dicens quòd nullo modo possunt ephem. &

putridæ cõiungi põt facilius defendi quàm hæc vltima,& eſt mentibus auctorũ magis conformis.& maxime Gale.& Iſaac in locis ſupra allegatis. Et Auic.in cap.præſenti vbi dicit. Et Et intentio quidem permutationis eſt,quòd retentio caliditatis pertrãſit ſpiritum ad corpus,aut humorem. q.d. non retinetur in ſpiritu cũ figitur in corpore,aut humore, & in hoc ſequitur Gale.primo de differentijs febrium. loco ſupra allegato. & ratio mea vltima ſupraſcripta eſt efficax contra opinionem Vgonis. & tu potes formare caſum in quo manifeſtius apparebit vis illius rationis.

Et ſunt quidam hominum,qui æſtimant ꝙ feb.epheme.non ſit niſi ex labore ſpiritus,& corporis,& illud eſt error.

Hic narrat falſam opinionem circa cauſas ephemeræ.& patet ex labore ſpiritus. i. accidentibus animæ, & labore corporis.i.exercitio. Eſt enim certum quòd a multis alijs cauſis præter iſtas poteſt ephemera contingere.

Et iſtæ quidem, ſecundũ plurimũ recedunt in die vno, & raro pertranſeunt tertiũ diẽ. Nam ſi pertranſeãt illam quantitatẽ, æſtimatur de eſſe earũ, ꝙ ipſæ permutãtur. Et intẽtio quidẽ permutationis eſt,ꝙ retentio caliditatis pertranſit ſpiritum, aut ad corpus,aut humorem: licet ſint de hominibus, qui dicãt ꝙ ipſa quãdoq; remanet ſex diebus, & conſumitur integra conſumptione, cui non eſſet ſimilis, ſi permutaretur ad aliud genus.

In hac parte ponit tẽpus durationis ephemerarũ, & dicit tria. primũ ꝙ feb ephemeræ ẽm plurimũ recedunt in die vno .i.in 24.horis.& raro pertranſeunt tertiã diẽ. & ſi pertrãſeãt tertiã diẽ æſtimatur ꝙ ipſæ permutãtur ad humoralem,vel ad hecticã. ſecundo dicit ꝙ intentio huius permutationis. i. ꝙ hæc permutatio ſic intelligitur ꝙ retentio caliditatis.i.caliditas fixa pertrãſit ſpiritum ad corpus,aut humorem, quia figiẽ in corpore,aut humore, & non in ſpiritu. Ex quo manifeſte collige ex modo loquendi Aui.ꝙ cum fit hectica,aut putrida ceſſat ephe.quæ prius fuerat, quod etiã eſt de intẽtione Gal. & Iſaac locis ſupra alleg. 3. dicit ꝙ quidã ex hominib. dicũt ꝙ ephem.qñq; remanet ſex diebus,& cõſumitur integra conſumptione,cui conſumptioni integræ nõ eſſet ſimilis, ſi permutaretur ad aliud genus febrium. q.d. quòd in his ſex dieb' remanet ephe.abſq; tranſitu in aliud genus febriũ. Cauſa quare durat vera epheme.ſolũ.24.horas eſt.quia ſpiritus ſunt tenuiſsimi. quare vel corrumpuntur in hoc tẽpore, vel per infrigidationem ad benignũ reducuntur,niſi habeãt cauſam cõtinuæ fouentem. pertranſeunt aũt aliqñ vſq; ad diem tertiũ, & vltra qñ ſunt non veræ pendentes à cauſa corporea continue calefacientis.Nec eſt credendũ,quòd idem ſpũs numero faciat ephe.durantẽ tribus.aut plurib. diebus,cũ fere in quacunq; cibatione reſtaurentur noui ſpũs.11.therap. primis ergo ſpiritibus corruptis,accenditur caliditas in alijs donec remoueatur cã corporea a qua pendet calefactũ eſſe ſpũs. Cõtra tertiũ dictum inſtaẽ.quia põt vna putredo cõſumi in paucioribus quàm ſex diebus.ergo dictũ Aui.nõ verũ. argm̃ manifeſtũ de tertiana vnius paroxyſmi,&de febribus peracutis, quæ in quarto terminantur. Rñdendum quòd conſumptio illarum non eſt ſimilis conſumptioni ephe.quia illæ cum manifeſta euacuatione conſumuntur.ephe. vero non: cum ſubſtantia ſpirituoſa non poſsit ſenſibiliter euacuari.

Et hæc quidem febr. eſt facilis curationis, & difficilis cognitionis, & ſimiliter principium hecticæ.

In hac parte dicit quòd feb.ephe. eſt facilis curationis, & difficilis cognitionis. Cõtra ephemera eſt facilis cognitionis apud Gal.1.de differẽtijs febriũ. Dicendũ dupliciter.primo quòd ephe.cõparata ad putredinẽ eſt ẽm plurimũ difficilioris cognitionis,quàm putredo & hoc voluit Aui.ſed comparata ad principiũ hecticæ eſt facilioris cognitionis. & præcipue cum hectica eſt alijs febribus cõplicata, & hoc voluit Gal. Aliter dicendũ eſt quòd ephemera cũ incipit eſt difficilis cognitionis,cũ aũt proceſsit vſq; ad ſtatum, vel declinationem eſt facilis cognitionis.primũ voluit Aui. ẽm Gal. Eſt aũt difficilis cognitiõis,quia parũ impedit hõiem in ſuis operationib.& calor ſuus eſt parũ mordax vix recedens a diſpoſitione ſanitatis. Item vr̃ quòd hecticæ principiũ ſit difficilis curationis,cum ſit caliditas fixa in membris non facile remouibilis. Dicendũ quòd eſt facilis curationis cõparata ad putredinem, ẽm plurimum occurrentẽ, quia ſibi nõ debetur in principio niſi infrigidatio,quæ faciliter ꝑ applicata,& aſſumpta perfici poteſt, ſed putridis præter infrigidationem, quæ debetur febr.eſt alia intentio circa digeſtionem humoris, & ipſius euacuationem, quæ non facile completur.

Et homines quidem velocius cadentes in febr. ephemeras, & qui vehementius læduntur ab eis, ſi erretur in eis: ſunt illi in quibus calor & ſiccitas ſunt magis vincentes, quoniã perueniunt velociter ad hecticam, & tertianam. Deinde illi in quibus calor,et humiditas vincunt,quoniã perueniunt velociter ad feb. putredinis. Deinde illi in quibus calor eſt plus. Deinde illi in quibus eſt plus ſiccitas.

In hac vltima parte ponit quæ corpora ſint ad febr. ephe. patiora. ſecũdo dat quendã canonẽ. ibi ſecũda §Et cum illi.§ In prima parte ponit quatuor ordines præparatorum tam ad caſum in ephe.quàm ad hoc,vt lædanẽ ex epheme. In primo gradu ſunt corpora calida & ſicca, qm̃ perueniunt velociter ad hecticã,& tertianã. In ſecundo ordine ſunt calida &humida,qm̃ perueniunt velociter ad feb.putredinis.In tertio gradu ſunt calida tm̃.In quarto ſunt ſicca tm̃. Contra.calida tm̃ ſunt magis præparata ad ephe. quàm calida & humida humiditate ꝓhibẽte ſpũum inflãmationẽ. igiẽ ordo malus. Rñdeẽ cõcedẽdo illud ad qđ deduciẽ.ſed intentio Aui.fuit ordinare iſta corpora nõ ſolũ in præparatione ad caſum in ephe. ſed ad caſum in ephemeras, & ad læſionẽ ab eis ſimul. Nũc ãt corpora calida,& humida ſunt magis apta lædi ex trãſitu ad ephe.q̃ corpora calida tm̃. quia citius tranſeunt ad putredinẽ quàm calida tm̃. Aggregatum ergo ex vtraq; præparatione eſt maius in calidis, & humidis, quàm in calidis tantum.

Et cum illi, qui habent cõplexionem calidam,& ſiccã, accidit fames, & adueniunt cum ea vigilia, & labor animalis, & labor corporeus, feſtinat ad ipſum febr. ephemera cum horripilatione quadam, quòd ſi non ſuccurratur, & cibetur ſtatim feſtinabit ad ipſum febris putredinis.

Quid dicat in hac parte ultima eſt ſatis manifeſtũ. Sed eſt dubiũ qũo febris ephemera incipiat cũ horripilatione, cũ nõ cõueniat ephemeræ incipere cũ typo,nec pulſus coarctatione. vt in capitulo ſequenti. Dicendum horripilationem fieri in corpore cholerico,ex quibuſdam vaporibus ad cutim ſparſis per calefactionem ephemere, & non accidit merito ſpirituum. niſi ergo ſuccurratur iuxta textum his corporibus cholericis cum cibo, quiete animi, & corporis, ſomno, & huiuſmodi infrigidantibus, facile tranſeunt in ephemera,& ex ephemera in putridam.

De ſignis ephemerarum in generali. Cap. VI.

DE proprietatibus earum eſt, quòd ipſæ non fiunt à cauſis antecedentibus.

In hoc cap̃.agitur de ſignis febriũ ephemerarũ in gñali. & hẽt hoc capitulum octo partes,ẽm ꝙ ſunt octo maneries ſignorũ ipſius ephemeræ. Prima ẽ ſumpta a cauſis. Secunda a priuatione coarctationis pulſus. Tertia a caliditate miti. Quarta a pulſu &vrina ſimul.Quinta a pulſu tm̃. Sexta ab accidentibus. Septima a ſudore. Octaua ab experiẽtia per balneum. partes patebunt diſcurrẽdo per textũ. Prima maneries ſignorũ ephemerarũ eſt,quòd nõ fiunt cauſis antecedentibus.i.corporeis: ſed a cauſis primitiuis.& hoc intelligiẽ de ephemeris veris. nam non veræ poſſunt fieri a cauſis corporeis,iuxta determinata ſuperius. & eſt hoc ſignum proprium ephemerarũ verarũ. quia cõuenit omni ephemeræ veræ, ſed non ſoli. cum etiam multæ putridæ fiant a cauſis primitiuis.

Neq; incipiunt cũ coarctatione: et eſt ꝙ ipſæ nõ incipiunt ſecundũ plurimũ cũ rigore,& frigore extremitatũ, et profundatione caliditatis & declinatione ad pigritiã, et ſomnum: et ſubmerſionẽ pulſus, & diuerſitatẽ eius,et paruitatem ipſius: immo fortaſſe accidit in principio earum ſimilitudo frigoris, et horripilationis, et punctio: cuius cauſa eſt vapor chymi

mali

mali, et remouetur velociter : et accidit : ſed raro rigor propter multitudinem vaporum lædentium lacertos, propter punctionem ſuam ſuperflua multitudine.

Pulſus coarctatio.

Ponit ſecundam maneriem ſignorum ſumptorum a priuatione coarctationis pulſus. & dicit duo, primum quòd nō incipiunt ephemeræ cum coarctatione pulſus : & eſt quòd non incipiunt ipſę ſm plurimũ cum rigore, frigore extremitatũ, & horripilatione notabili, neq; cum profunditate caliditatis pigritia, & ſomno, & ſubmerſione pulſus, cum diuerſitate, & paruitate ipſius. Nam hæc paruitas cum diuerſitate a materia ſuffocante, & tegēte ꝓprie dicitur pulſus coarctatio. Secũdo dicit ꝙ fortaſſe in principio accidit ſimilitudo frigoris, & horripilationis, ſed nō frigus, nec horripilatio notabilis. Huius aũt ſimultatis horripilationis, & frigoris cauſa eſt vapor mali chymi .i. humoris: vnde faciliter remouetur. Et similiter accidit, ſed raro rigor ita vt membra ſe cōcutiant ꝓpter multitudinē vaporũ lædentiũ lacertos, & extrinſecos, & cutim per punctionē ſuam ſuperflua multitudine. maior.n.multitudo requiritur ad faciendũ rigorē, ſiue ſimilitudinē rigoris quàm ſimilitudinē frigoris, aut horripilationis. Et bene dictum eſt huiuſmodi typos fieri a vaporibus, & non ab humoribus, ſm ꝙ accidit in principio feb. interpolatarũ. ſic.n.feb. eſſent fortes, & diu durantes. iſti tamen vapores nō ſunt putridi, neq; habent caliditatē fixam, ſed eleuati ſunt per caliditatem febrilē ab humoribus non putrētibus. nam ſi eſſent putridæ, & peruenirent ad cor eſſet feb. putrida.

Et eſt eius inflammatio non mordicatiua aſpera: immo bona ſicut caliditas corporis laborantis, & ebrij.

Hic ponit tertiã maneriem ſignorum ſumptam a caliditate .d. quòd eius caliditas nō eſt mordicatiua .i. acuta fortiter imprimens in tactũ, neq; aſpera, quia nō eſt cum ſiccitate, & inæqualitate : ſed bona .i. mitis, ſicut eſt caliditas laborantis, & ebrij ad differentiã caliditatis putredinalis, quæ eſt mordicans, & caliditatis hecticę quæ eſt aſpera. Cōtra. calor fundatur in ſubſtãtia ſubtili: ergo eſt mordicatiuus. negat̃ conſequētia. quia dolor mordicatiuus fit ab humore, qui qualitatē habet acutã: ſecũda primi. cap. de ſpeciebus doloris. & ſimilat̃ calori ebrij: quia eſt mitis ſicut ille ille : q̃uis calor ebriorum qñq; occidat, vt in com. apho. Si inebriatus aliquis. Credo tñ ebriũ nō mori merito caloris vt calor eſt, ſed merito multitudinis vaporũ vini cerebrũ oppilantiũ, & perducentiũ ad apoplexiam. vnde prohibito anhelitu fit ſuffocatio.

Et cum vrina eſt in primo die digeſta, & pulſus bonus tũc iudica quòd eſt feb. ephemera : & illud ideo quoniã vrina nō alteratur in ea, inquantũ ipſa eſt ephemera: & eſt ſedimē eius digeſtũ nō decliue ad colorem humoris: & eſt quãdoq; nubes eius pēdēs : quãdoq; eſt natans boni coloris : & quandoq; accidit vt nō æquetur color eius, temē eius ſubſtãtia eſt æqualis : & nō alteratur color eius, niſi ꝓpter id quod aſſociatur ei de cauſa alterationis vrinæ, quamuis nō ſit illic febris ephemera ex eo quod dicemus in tertiana, & ſimilibus ei.

Ponit quartã maneriē ſignorũ ſumptã ab vrina, & pulſu ſimul dicens: ꝙ qñ vrina eſt in primo die digeſta, & pulſus bonus .i. nō coarctatus, ſicut in principio interpolatarũ, neq; ēt paruus & frequēs ſicut in principio hecticarum, ſed magnus, velox, & frequēs, ſicut dicet̃ inferius, tũc iudica quòd eſt feb. ephemera. Et illud ideo qm̃ vrina non alterat̃ in ea .ſ. ephe. niſi inquãtũ ephemera, quæ per caliditatē ſimplicē ſuam abſq; aliorũ humorũ mixtione pōt vrinã tingere ſed parũ. & ideo ſubiungit quòd ſedimē .i. hypoſtaſis eſt digeſtũ, & nō decliue ad colorē humoris .ſ. peccãtis : cũ ephemera ſit immaterialis. Eius aũt nubes .i. hypoſtaſis eſt qñq; pēdēs circa mediũ vrinę: & qñq; eſt natãs exiſtēs circa ſupficiē, ſm quòd conſueuit eſſe in ſua diſpoſitiōe naturali, boni coloris .i. nō multũ pmutati a calore naturali. Et ſubdit quòd qñq; accidit vt nō æquet̃ color eius. tñ eius ſubſtãtia ē æqualis .i. mediocris, ſm ꝙ conſueuit eſſe in ſua diſpōne naturali. Et demũ dicit ꝙ color vrinæ nō alterat̃ .ſ. notabiliter, niſi pp illud qđ ei aſſociat̃ de cauſa alterationis vrinæ: quãuis illic nō ſit feb. ephe. & ſũt cauſæ quę poſſunt eſſe indifferenter in ephe. in tertiana, & quibuſcunq; aliis febribus, ſicut caliditas hepatis ſuperflua, nimia abſtinētia, & ſimiles. Ex quo infertur, quòd p ſimplicē alterationē vrina pōt aliqualiter tingi : licet illud parũ ſit: magna .n. tinctura eſt p admixtionē rei tingentis. licet de hoc nō ſit paruũ dubiũ: quia ſi textus dicit: & illud ideo qm̃ vrina nō alteratur in ea inquantũ ephe. textus eſt clarus : & optime concordat particulis ſequētibus. Sed cōtra hunc textũ eſt textus Auic. in cap. de feb. ephe. ex anguſtia, cum dixit quòd ſigna eius ſunt igneitas vrinę, & acuitas eius. Itē in cap. de feb. ephe. ex ira eſt aqua rubeda acuti tactus. Rñdebit̃ quòd illud nō ē merito ephe. inquantũ ephe. ideſt inquantũ caliditas immaterialis accenſa in ſpiritibus: ſed eſt merito inflammationis hepatis, & humorũ: qđ pōt etiã accidere in alijs febribus. vnde aliquid humoris cum vrina permiſcetur tingens ipſam.

Dubitat̃ vtrũ digeſtio apparēs in vrina in principio, & in toto ꝓceſſu feb. ſit ſignũ ſufficiēs ad concludēdũ ephemerã. In quo dubio tenēdũ eſt quòd ſic, vbi feb. incipiat a materia digeſta. in quo caſu ſola digeſtio nō eſt ſignũ efficax: ſed digeſtio ſimul cum bonitate pulſus. Cōtra. quia ephe. eſt morbus immaterialis: ergo ſignũ eius nō debet eſſe ſumptum a materia. Ad quòd dicitur quòd licet non habeat materiã, a qua pendeat: & licet ſigna digeſtionis nō ſumãtur a materia eius: ſumuntur tamē ſigna digeſtionis maxime bona hypoſtaſis, & mediocritas ſubſtãtię ab humoribus naturalibus in corpore ephemerante repertis. Et ſi inſtetur ſecundo, quòd digeſtio pōt apparere in febre tertiana, quæ habet tantum duos paroxyſmos in prima die. ergo illud nō eſt ſignum efficax ad ſignificandum ephemeram. Dicēdum quòd ſignum digeſtionis, licet appareat in fine primi diei, nō tamen apparet in principio ſicut in ephemera. Et ſi inſtetur tertio. quia in ephemera ex nauſeatiua ſatietate, & oppilatione apparet vrina cruda. Dicendum illud non eſſe merito ephemeræ, ſed merito cauſæ eius.

Et pulſus eſt decliuis ad ſpiſsitudinem, & fortitudinem, et magnitudinem niſi in ea, quæ eſt à paſsionibus debilitãtibus : & niſi fuerit in ſtomacho humor mordicatiuus, aut frigidus, aut cauſa alia de his, quæ mutant pulſum præter febrem.

In hac quinta parte ponit quintam naneriem ſignorũ ſumptam a pulſu. primo declarat qualis debeat eſſe pulſus ephemerantis ſecundum quinq; cōditiones. In ſecunda parte ponit canonē correctiuum circa dicta de pulſu, & vrina. ibi § Et ſcias. § Prima conditio eſt quòd pulſus eſt ſpiſſus, fortis, & magnus. Ex quo cōcluditur quòd ſit uelox niſi in ea epheme. quæ prouenit à paſsionibus debilitantibus ſicut dolore vehementi, & huiuſmodi, & niſi fuerit in ſtomacho humor mordicatiuus, aut frigidus, ſicut frigus phlegmatis, aut cauſa alia de illis quæ mutant pulſum præter febrem, ſicut exercitium forte reſoluens, & nimia fames.

Et raro quidem diuerſificatur, ſi vero diuerſificetur, erit ei ordo, nam ſi diuerſificetur, illud tunc erit propter cauſam aliam antecedentē febrē, aut vicinantē ei, ſicut eſt labor vehemens, aut mordicatio vehemens in viſceribus, et ſimilia his.

Secunda conditio quòd pulſus ephemerantis raro diuerſificatur, & ſi diuerſificetur erit ei ordo in diuerſitate ſua. Cauſa autē diuerſitatis non eſt ephemera inquantum eſt epheme. ſed cauſa antecedens febrem, ſicut exercitium vehemens, aut propter cauſam vicinam .i. exiſtentem ſimul cum epheme. ſicut mordicatio vehemens in viſceribus, & ſimilia his quæ faciunt pulſum diuerſum reſoluendo, aut opprimendo, aut ꝓpter fortem pugnam.

Et quandoq; accidit, vt induretur pulſus propter frigus vehemens, & inſpiſſans, & infrigidans, aut propter caliditatem ſolis vehementem exiccantem, aut propter vehementē laborem exiccantem, aut famem, aut anguſtias, aut vigilias, aut euacuationes.

Tertia cōditio quòd pulſus ephemerãtis nō debet eſſe durus, licet qñq; induretur aut pp frigus vehemēs .ſ. extrinſecũ indurãs arteriã, aut pp ſolis caliditatē vehementē, exiccantē arteriam, aut propter laborē vehementē, aut famem, aut anguſtiã oris ſtomachi, aut vigilias, aut euacuationes, quæ omnia exiccant, & indurant arteriam.

Et quandoq; festinat in eo dilatatio, & tardatur constrictio & non festinat plus q̃ naturalis nisi raro, & cum velocitate pauca: quoniam necessitas euentationis in eo est vehementior, q̃ necessitas educendi vaporem corruptum, vapor enim in eo non est corruptus comparatione sui ad æqualem, immo est bonus comparatione sui ad eum, & cum ambiguus sit tibi pulsus, & constrictio eius, tunc scias ex anhelitu.

Quarta conditio pulsus est, ꝙ diastole siue dilatatio festinat. i. velocitatur, & tardatur constrictio siue systole, & nõ festinat. s. constrictio plus q̃ naturalis nisi raro. i. parum, & est cum pauca velocitate. i. in comparatione ad diastolem: Oĩum horum causam reddens dicit ꝙ necessitas euentationis est vehementior in ephemerãte, q̃ necessitas educendi vaporẽ corruptum, quia vapor non est corruptus in ephemerãte comparatione sui ad eum. Circa quas partes notandũ ꝙ diastole in ephimerante est maior, velocior, & frequentior q̃ sit systole. quia necessitas euentandi est maior quàm necessitas mũdificandi, & educendi vapores corruptos. constrictio tamen in ephemera est maior, velocior, & frequentior quàm sit cõstrictio sui sani, sed non multum, quia vapores ephemerãtis sunt calidiores quàm ipsius sani, tñ nõ peccãt in grossitie, aut multitudine magna respectu sui sani, & hoc est quod dixit. vapor nãq; in eo nõ est corruptus in cõparatione sui ad eũ, quod intelligitur in materia subiecta, nõ aũt in caliditate. Est. n. calidior in ephemerãte quàm in nõ ephemerãte, & cũ ambiguus sit tibi pulsus, ꝙ tu non cõprehendas eius constrictionẽ, quæ a paucis cõprehenditur nisi a Gale. tu debes iudicare ꝑ anhelitũ, nã pulsus & anhelitus proportionãtur. Præterea, videbis dilatationẽ anhelitus maiorẽ, velociorẽ, & frequentiorẽ in ephemerante, quàm sit constrictio, & constrictionem maiorem velociorem, & frequentiorem quàm tẽpore sanitatis.

Et pulsus quidem redit post eradicationem eius ad consuetudinem eius naturalem in corpore illo, et hoc est signũ bonũ.

Quinta conditio ꝙ pulsus post eradicationẽ feb. redit ad consuetudinẽ naturalẽ. & hoc est signũ valde efficax suꝑ ephemera. in humoralibus nãq; quamuis sit interpolatæ ẽm plurimum non omnino redit ad dispositionem naturalem propter aliquas reliquias humoris putrentis.

Et scias penitus, quòd quotiẽs vrina, & pulsus sunt boni, significant quòd febris est ephemera, & quando non sunt boni, non oportet quòd non sit ephemera, multotiens enim est in ea vrina tincta, & pulsus diuersus, & debilis, & paruus.

In hac parte ponit canonem correctiuũ signi sumpti a pulsu, & vrina dicẽs, quòd quotiens vrina, & pulsus sunt boni significatur quòd feb. est ephemera. sed qñ non sunt boni, non oportet quòd tu iudices quòd nõ sit ephemera. nã multotiẽs est vrina tincta. s. notabiliter, & pulsus diuersus, debilis, paruus, ꝑꝑ causas alias ab ephemera. Cõtra. ad cuius esse sequitur aliquid, ad eius non esse sequitur cõtrarium, vt Mesue secundo capitulo. ergo si vrina bona significat ephemerã, quando non est bona, significat quòd non est ephemera. Dicendũ quòd propositio illa verificatur in causis, & effectibus cõtrariis, & adæquatis.

Et de illis, quæ significãt quòd ipsa est febris ephemera, est vt sit principium eius facile, & leue, & sit augmentũ eius non addens supra duas horas, et neq; associentur statui accidentia vehementia, & vt non accidant in ea accidentia praua, & nõ sit in ea ebullitio caloris vehemens, & minorentur cum ea dolores: quòd si cum ea fuerit dolor capitis, aut dolor alius non sit fixus inseparabilis per eradicatiouem eius. Et hæc quidem significant quòd ipsa est ephemera.

Ponit sextam maneriem signorum sumptam ab accidentibus dicens, quòd febris ephemera habet principium facile idest paucorum accidentium, & leue, idest facile tolerabile. aliter leue, idest cum caliditate remissa. secundo dicit quòd augmentum eius non est addẽs supra duas horas, calor enim actualis in re tenui in paruo tempore tendit ad summum, & in statu sunt accidentia parua, & dolores, scilicet capitis, & aliorum membrorum minuuntur. Et subdit quòd si aliquando accidat dolor capitis, aut alius dolor, sicut in corporibus valde sensitiuis, ille dolor non est fixus, sed immediate eradicatur cessante ephemera. & hoc est signũ efficax, non enim ita accidit in putridis.

Et plurimum quidem eradicationis eius fit per sudorem, et humorositatem similem sudori naturali, non humoroso, & nõ sit vehemens superfluitas iterum in quantitate sua: immo appropinquat sudori naturali in quantitate sua, sicut est proximus ei in qualitate sua. Si ei videris sudorem plurimum tunc febris erit non ephemera.

Septima congeries signorum est quòd secundum plurimũ terminatur ephemera per sudorem propinquum naturali in qualitate, & quantitate. nam si esset multus non esset ephemera. Similiter si esset mordax, aut acutus, aut sapiens naturam extraneam alicuius humoris, significaretur quòd non esset ephemera.

Et de eis de quibus febris ephemera experitur, est vt ingrediatur balneum habens eam: cumq; moram fecerit euenire in eo quasi horripilationem non consuetam, scitur quòd febris est febris putredinis, & egrediatur habens eam ex balneo illico: Et si nihil alteratur a dispositiõe sua, tũc febris est ephemera.

Vltimo docet cognoscere ephemeram per experientiam de balneo. Et patet quod dicit. per balneum enim in feb. putrida liquefiunt humores, qui peruenientes ad membra sensibilia faciunt horripilationem non consuetam, hoc autem non accidit in ephemera. Gentilis super hoc capitulo mouet duo dubia.

Primum dubitatur vtrum ephemera habeat quatuor tempora. In hoc dubio tenenda est hæc conclusio. licet ephemera non habeat quatuor tempora penes materiam distincta, habet tamen quatuor tempora penes morbi essentiam, & accidentia condistincta. prima pars est manifesta, quia est morbus immaterialis. secundam partem declarat Aui. in sexta manerie signorum ephemerarum qui attribuit sibi principium leue, augmentum breue, statum non prauum, declinationem perfectam.

Secundum dubium vtrum aliqua ephemera sit mortalis. *Vtrũ ephe. sit mortalis.* In quo dubio teneatur hæc conclusio. licet ephemera secundum plurimum sit salubris, & ad salutem terminetur. Aliqua tamen est mortalis de necessitate ad mortem terminanda. prima pars conclusionis probatur: nam epheme. est ægritudo parum sæua non timorosa, & propriæ non numeratur inter acutas, quamuis sit breuis terminationis, vt est apud Auic. superius in cap. 3. huius primę fen. secunda pars conclusionis probatur. Nam in ephemera possunt esse spiritus cordis, & ipsum cor infecti qualitate venenosa, vtputa per inspirationem aeris pestilentialis, qua propter spiritus cordis poterunt corrumpi, antequàm noui regenerentur, & sic accideret mors, & hoc modo concederetur aliquam ephemeram esse morbum pestilentialem mortalem. Secundo etiam si non essent spiritus infecti maligna qualitate, nec esset pestilentialis, potest tamen esse mortalis respectu alicuius subiecti, nam ipsa est morbus, & lædit sensibiliter operationes, & est alicuius potentiæ ad debilitandum virtutem. Cum autem sit necessarium ex decursu ætatiuo hominem temperatum deuenire ad non gradum virtutis, aliquando ephemera habebit proportionem maioris inæqualitatis ad virtutem eius, quare morietur ex ephemera. Amplius sicut dicit Gentilis ex auctoritate Gal. in lib. de quatuor temporib. morbi ephemera poterit esse mortalis vni homini, & non alteri, quia vnus habet sanitatem vnius modi non potentem resistere ephemeræ. alter facillime resistet. sanitates enim quorundam in indiuisibili consistunt, ita vt a quocunq; excessu supra temperamentum suum facillime, & multum patiantur. *Sanitates quorũdã in indiuisibili consistunt.* Quidam autem difficilime, & vnus multum læditur ab vnare, & non ab alia, alter econtra. Tantæ autem varietates contingunt secundum varias proportiones elementorum, & qualitatum elementorum, & secundum variam proportionem membrorum inter se. vnde in vno indiuiduo cor compatitur vni membro, & non alteri, in alio indiuiduo econtra. & tertio secundum proportionem variam naturarum inter

ter se, scilicet complexionis, compositionis, & vnitatis. & quarto secundum varias qualitates insequentes materiam. & quinto secundum varios influxus cœlestes. & sexto in plerisq; obtusionem.

Vtrum autē ephemera sit paroxysmalis videbitur in capi. de ephe. ex oppilatione, & nauseatiua satietate.

Permutatio febris ephemeræ. Cap. VII.

CVm expedit, vt febrem patiens cibetur, & errat medicus super eam, & non cibet ipsum, permutatur febris in corporibus cholericis ad hecticam intensiuam, & in corporibus carnosis ad synocham, quæ est absque putredine, & fortasse permutatur ad illam, quæ est cum putredine.

In hoc capitulo ponit Aui. causas pmutationis feb. ephe. ad alias febres. Et habet hæc pars duas partes, secundum qꝫ sunt duæ causæ, siue duo errores hic specificati quibus fit transitus ex ephemera ad alias feb. &c. ibi secunda {Et similiter.} In prima dicit quòd si expedit, vt patiens febrem ephemeram cibetur, & medicus erit omittens cibationē, tunc feb. ephemera permutatur in corporibus cholericis ad hecticam incensiuam, & in corporibns carnosis, quæ sunt sanguinea ad synocham sine putredine: & fortasse continuata actione caloris febrilis permutatur ad synocham cum putredine. Ratio quia omissio cibi, est causa huius permutationis, & cibatio prohibet ipsam: quia cibus refrigerat corpus, & proprie conuenienter exhibitus, & humectat ipsum, quapropter prohibet vlteriorem calefactionem, & exiccationem. Notandum quòd per hecticam incensiuam debet intelligi hectica habens calorem intensum, non enim omnes hecticæ habent eundem gradum caloris, sed diuersificantur secundum corporum complexiones, & secundum causas facientes eas. in calidioribus enim corporibus fit hectica cō maiori gradu caloris, propter symboleitatem, sed in frigidioribus est remissioris gradus. Agentia etiam valde calida caliditatem figunt intensiorem, & econtra remissius calida remissiorem. non est tamen negandum quin corpora cholerica possint per cibi omissionem produci ad feb. cholericas: immo forte valde citius quàm sanguinea in sanguineas sed maxime locutus est de hectica. in hanc enim multo magis parata sunt, quàm reliqua corpora. alter textus habet hecticam intēdentem, idest procedentem, vel aptam procedere, & diu durare. alter textus habet hecticam incendentem, idest causonem. sunt enim apta perduci ad hecticam, & causonem.

Et similiter quando necessarium est adiutorium in aperiendo poros, & ratificando corpus, & non fit, fit inflāmatio in humoribus retentis in corpore inflammatione eius quod calefacit cum fortitudine eius, quod putrefacit.

In hac secunda parte ponit secundum errorem. Nam quando poris oppilatis esset necessarium ipsos aperire, vt fieret transpiratio, & non aperiuntur, accendit caliditas in humoribus, & accenditur interdum fortis absque putredine: & fit febris humoralis absque putredine: & accenditur interdū fortis cum putredine: & febris fit putrida. & hoc est quod dicit textus ille inflammatur in humoribus retentis in corpore inflammatione eius, quod calefacit, scilicet absque putredine, & inflammatur inflammatione eius quod putrefacit. Sunt autem & multæ aliæ causæ transitus ephemeræ in alias species febrium præter istas: sed has duas posuit loco exempli, vt medicum commonefaciat. Notate tamen quòd licet sit possibile ex caliditate accensa in aliis humoribus fieri febrem humoralem sine putredine: vt interius in cap. de causone: medici tamen non fecerunt mentionem nisi de febre sanguinis sine putredine, eo quòd illa frequentius contingit, natura existente magis solicita de sanguine quàm de alijs humoribus: quapropter illum magis a putredine præseruat.

Humoralis feb. sine putredine reperiri pōtī oībus humoribus.

De signis permutationis febris ephemeræ ad febres alias. Cap. VIII.

SIgnificatio illius est, quòd ipsa declinat absq; sudore, aut humorositate, aut cum sudore absq; mundificatioue per sudorem. & est declinatio longa difficilis, & absq; mundificatione pulsus: immo remanet in pulsu aliquid, & remanet dolor capitis si fuerit. & hoc totum significat permutationē ad febrem putrefactionis humoris, aut hecticam. Nam si causæ fuerint vehementes, aut prolongetur mora eius permutabitur ad hecticam.

In hoc cap. ponit signa transitus ephemeræ in alias febres, sicut dicit rubrica. & primo in generali. secundo in speciali. secunda ibi{ Quòd si.}prima pars adhuc diuiditur in quatuor partes, secundum quòd sunt quatuor signa. primum est quando ephemera declinat absque sudore, aut humorositate, idest sudore mediocri. secundum quia licet declinet cum sudore tamen non fit mundificatio integra per sudorem illū. tertium est declinatio longa, scilicet vltra. 24. horas, & difficilis, idest cum sæuis accidentibus absq; mundificatione pulsus. quia pulsus non omnino redit ad differentias naturales. quartum quòd remaneat dolor capitis si fuerit: & supplete vos alios dolores sequentes feb. quod non solet accidere in ephemera. nam recedente ephemera quàmprimum recedūt omnes dolores, & cætera accidentia: vt dictum est in cap. de signis ephemerarum. Et hoc totum scilicet aggregatum ex his quatuor signis significat transitum iam esse factum, aut saltem esse in fieri ad feb. humoralē aut hecticam. nam si causæ fuerint vehementes, aut prolongentur in hora actionis talis, fit transitus in hecticam. si vero nō sint vehementes, aut non diu durauerint fit transitus in humoralem.

Contra primum signum instatur: quia cum ephemera sit morbus immaterialis declinare sine sudore, qui est materialis, non videtur proprium signum transitus in aliam feb.

Dicendum quòd quāuis immaterialis sit: tamen propter actionem suæ caliditatis liquefiunt humores aliqui, aut humiditates secundæ, quæ declinante ephemera sub forma sudoris euacuantur, cum quarum euacuatione perfecte declinat ephemera. Quòd si non sudet in declinatione est aliqua quatuor causarum, aut quia superuenit typus aliquis prohibens sudorem, aut quia subsequitur fortis caliditas, per quam fit illarum humiditatum, quæ debent sub forma sudoris euacuari, insensibilis euacuatio. Aut tertio, quia est multitudo malorum humorum, qui non facile virtuti obediunt: & hæc tria significant transitum in putridam. Aut quarto, quia est priuatio humorum & humiditatum secundarum, & hoc vltimum significat transitum in hecticam. Quòd autem accidat sudor, & febris non mundificetur, significat quòd calor non est fundatus in re facile euaporabili, sicut est spiritus. & similiter quòd declinatio sit longa vltra. 24. horas, & difficilis, idest sæuorum accidentium: & remanētia dispositionum præter naturam in pulsu: & remanentia doloris capitis omnia magis significant calorem præter naturam esse fundatum in humore, quàm in spiritu, qui est res tenuissima facile euaporabilis. Et si instetur quomodo declinet ephemera, si permutatur. Respondetur quòd remittitur, aut omnino recedit aliis febribus superuenientibus, aut forte obumbratur propter alia fortia accidentia superuenientia. Et si paroxysmus interpolatæ superueniat, declinat forte cum paroxysmo illo. Penes tamen Thadeum qui non vult ephemeram, & putridam simul coniungi posse. Dicendum febris putrida superueniente ipsam omnino desinere.

Quòd si ad hecticam permutetur videbis tactū arteriarū calidū valde: & videbis febrē similem, vel fixam, & in omnibus membris additur calefactio super repletionem: & in tempore acceptionis cibi, aut videbis pulsum seruare æqualitatē cum duritie, & paruitate, & videbis signa reliqua quæ diximus de signis hecticæ.

In hac parte ponit signa specialium permutationum: primo ad hecticam. secundo ad synocham sine putredine. tertio ad feb. putridas. secunda ibi. {Et quando.} tertia ibi. {Et quādo.} In prima parte dicit, quòd si causæ fuerint vehementes, aut multum prolongatæ sicut valde longa, aut intensa tristitia, aut longa statio sub sole: & sic de singulis ephemera permutatur ad hecticam: cuius permutationis signa sunt quatuor. Primum. quia videbis tactum arteriarum calidum valde in comparatione ad reliquas partes corporis: vnde ca-

liditas percepta in temporibus, vbi eſt multitudo arteriarum apparebit maior quàm reliquis partibus priuatis arterijs:& ſic de reliquis partibus arterioſis. Secundum, quia caliditas fixa in omnibus membris eſt ſimilis, quia non additur, neq; minuitur,ſicut in reliquis febribus. Tertium quia calefit corpus tempore acceptionis cibi notabiliter ſecundum omnia membra. Quartum, quia pulſus ſeruat æqualitatem cum duritie & paruitate. & in ſumma videbis reliqua ſigna quæ inferius ponētur in hectica. hæc quidem ſigna ante permutationem ſunt debilia, ſed permutatione facta valde manifeſta. horum ſignorum verificatio reſeruetur vſq; ad capitulum de hectica.

Et quando permutatur ad genus febrium quod nominatur ſynocha abſq; putredine, videbis additionem et repletionem caliditatis, et inflammationem faciei.

Ponit ſigna permutationis ad ſynocham ſine putredine. & ſunt tria, ſcilicet repletio venarum. additio caliditatis ſupra caliditatem proportionatam ephemeræ. tertium eſt inflammatio faciei cum rubedine. hæc tria ſimul ſignificant caliditatem accenſam in ſanguine. & tu ſupple reliqua ſigna inferius ponenda in capitulo de ſynocha.

Et quando permutatur ad febres putredinis apparent horripilatio, et diuerſitas pulſus, et paruitas et coarctatio: et eſt caliditas mordicatiua ſicca, et uehementia accidentium. in vrina vero fortaſſe remanet digeſtio ex ſubſtantia, et in pluribus non apparet in ea digeſtio.

Ponit ſigna permutationis ad putridas, & ſunt quinque. primum eſt horripilatio, ideſt typus cum ſpargitur materia ad aliqua membra in quibus putrere debet. ſecundum eſt diuerſitas pulſus, paruitas, & coarctatio. Diuerſitas quidem propter pugnam: quia virtus diuerſo modo conatur ſuperare materiam, & diuerſo modo opprimitur a materia. Paruitas, quia in principio talis motus cor retrahit ſpiritus, & inclinatur non multum remittere. Eſt enim natura magis ſollicita de membris nobilibus intrinſecis quàm extrinſecis. Coarctatio enim in pulſu non eſt niſi paruitas eius cum diuerſitate a materia ſuffocante, & tegente calorem actualiter, ſicut ignis ſuffocatur ſub lignis viridibus. tertium eſt caliditas mordificatiua ſicca propter fumos putridos. quartum eſt vehementia accidentium, ſcilicet doloris capitis, ſitis, inſtantiæ vigiliarum cum ſimilibus propter fumos putridos multo magis lædentes, quàm ſpiritus inflammati. quintum quòd in vrina forte remanet digeſtio quantum ad ſubſtantiam eius, cum nondum impreſſerit calor putredinalis in principio permutationis. ſed in pluribus diſpoſitionibus vrinæ non apparet digeſtio, ſcilicet in colore, & hypoſtaſi: cum iſtę facilius permutentur quàm ſubſtantia vrinæ. Credo tamen quòd Auic. loquitur de pluribus ephe. non de pluribus diſpoſitionibus vrinarum. nam ſecundum plurimum etiam ante permutationem in putridam apparet vrina male conditionata propter humores malos in venis repertos ad putredinem paratos, hi enim ſunt cauſa huiuſmodi permutationis: licet non ſit negandum in principio putridæ poſſe apparere vrinā bene conditionatam. ſicut quando febris incipit a materia digeſta, aut a materia benigna, quę facile digeri poteſt.

De curatione generali feb. ephe. Cap. IX.

IN omnibus ſpeciebus febr. ephe. oportet vt afferantur ſuper corpora patientium eas ea quæ nutriāt eos nutrimento bono cum velocitate digeſtionis, quoniam febriens eſt æger, et æger eſt læſus.

In hoc cap. ponit curationem generalem febrium ephemerarum. & hobet tres partes. In prima docet curare ephemeras per aſſumpta non euacuantia. In ſecunda ibi. §Et conceditur eis balneum.§ docet curare per extrinſecus applicata. In tertia ibi§Euacuatione autem.§docet curare per euacuantia. prima pars diuiditur in ſeptem partes. ſecundum quòd ſeptem ſunt canones quos ponit circa aſſumenda. partes patebunt. Primus canon eſt iſte. omnes patientes ephemeram debent nutriri nutrimento bono: quia boni chymi & paucarum ſuperfluitatum, & cum hoc ſit facilis digeſtionis: quoniā omnis febriens eſt æger, & omnis æger eſt læſus in operationibus reſpectu ſui ſani, quarę cum digeſtiua ſit debilior, debent concedi ea, quæ ſunt facilioris digeſtionis quàm tempore ſanitatis.

At quibuſdam eorum conceditur delitiari in eo, ſicut patienti febrem ex labore, et anguſtia, et fame: et in illis in quorum corporibus cholera plurima eſt: Et qui conqueritur ſe pati horripilationem in principio deglutiat cibum infuſum in aqua, aut vino vt ſit magis penetrans.

Secundus canon quibuſdam eorum ephemerantibus conceditur delitiari, i. comedere quantum bene poteſt digerere: & iſti ſunt quatuor. ſ. patiētes ephemeram ex labore, & ephemerantes propter anguſtiam. i. propter nocumentum in ore ſtomachi, aut ex anguſtia, ideſt propter ingentem triſtitiam, propter rem amiſſam irrecuperabilem. & tertio ephemerantes ex fame. & quarto corpora in quibus abundat multa cholera. iſti enim debent in cibo delitiari: cum ſint exiccati, & conſumpti. & in quibuſdam eorum ſi multum ieiunent timetur ſyncopis propter reſolutionem ſpirituum, aut propter raptum choleræ ad os ſtomachi. Et qui conqueritur ſe pati horripilationem, ideſt typum deglutiat in principio huius horripilationis cibum infuſnm in aqua, aut in vino aquæ cōmixto. Nam per hanc cōmixtionem facilius penetrat cibus ad loca, in quibus cholera commouetur faciens horripilationem.

Et iſti quidem cibantur etiam in principio febris.

Tertius canon. ꝙ iſti quatuor ſupradicti cibandi ſunt in principio feb. propter cauſas ſupraſcriptas. Contra. non pura corpora quanto magis nutries, tanto magis lædes. ſecunda apho. ſed corpora abundantia in multa cholera ſunt non pura. ergo non ſunt cibāda, & maxime in principio feb. Reſpondetur quòd regulariter non ſunt cibandi: ſed coacte timendo in ſyncopim.

Et quibuſdam prohibetur declinari in ea, et innuitur eis, vt fiant ſubtiliatiua ſicut in paiente ex oppilatione, et ſoliditate, et ex apoſtemate.

Quartus canon. ꝙ quibuſdam ephemerantibus prohibetur delitiari: imo precipitur eis ſubtiliatio cibi, ſicut in ephemerantibus ex oppilatione, ſcilicet in venis extrinſecis. & in ephemerantibus ex ſoliditate, ſcilicet ex oppilatione in poris cutis. & in ephemerantibus ex apoſtemate. & ſimiliter ex nauſeatiua ſatietate, & in ſimilibus, quorum ephemera pendet a cauſa corporea replexionali.

Et melius quidem eſt vt poſtponatur cibatio vſq; ad declinationem, niſi in illis, quos excipimus.

Quintus canon. ꝙ ſm plurimum melius eſt vt poſtponatur cibatio vſq; ad declinationem ephemeræ. niſi in illis quatuor quos excipimus. Cibatio nanq; non eſt regularis niſi in declinatione. auget enim caliditatem, & prolongat feb. & in quibuſdam materiam cauſat febris.

Et aqua frigida quidem oportet vt non prohibeatur in principio rei: quoniam virtus eſt fortis, quare non timetur debilitas eius: et eſt melior cura in infrigidando.

Sextus canon. ꝙ aqua frigida non debet prohiberi in principio ephemeræ, qn̄ virtus eſt fortis: & nō timetur debilitas caloris innati. & cū hoc optime curat ephemerā infrigidādo.

Verum ſi fuerit illic debilitas in viſceribus, et febris iam extenditur, aut fuerit vehemens: tunc melius eſt vt de ea non multum ſumatur.

Septimus canon. ſi fuerit debilitas in viſceribus, ſ. in membris naturalibus, aut pp raritatē texturæ, aut pp frigiditatē, aut apoſtema, aut lubricitatē, aut ſit pn̄tia multorū humorū paratorū putredini: qđ cōprehēdit, q̄a feb. extendit, neq; ceſſat in tpe in quo ceſſare debet, aut fuerit vehemētior iſta febris, q̄ cōueniat ephemeræ. Iſta quidē indicāt tranſitū in putridā, in cuius principio nō cōuenit aqua frigida. Et vos ſupplete alias cauſas prohibentes exhibitionē aquæ frigidæ, de quibus infra in cap. generali curationis febriū putridarum.

Et conceditur eis balneum cum eorum paroxyſmus conſumitur in febribus ephemeris propter accidentia, de quibus eſt humectatio: et de quibus eſt ſudatio, et rarificatio pororum: et de eis eſt infrigidatio in quieta diſpoſitione.

In parte pñti curat ephemeras p exterius applicata,& poſſet hæc pars diuidi in octo ptes, ẽm ꝙ octo ſunt cañ. Primus ꝙ ephemerãtibus cõceditur balneũ, cũ eorũ paroxyſmi declinant pp quatuor iuuamẽta accidentia ex balneo.primũ, quia balneũ facit ſudare,ſecundo poros rarificat,tertio humectat, quarto tandẽ in quieta diſpoſitione infrigidat.ſ.cum homo iã exiuit balneum,& eſt quietus. aqua enim in poris retenta ſe ducit ad ſuam frigiditatem naturalem,vt eſt apud Aui.ſecunda primi cap.illo.quidam ornate loquentium.

Et prohibetur ubi timetur caſus putredinis.

Secundus canon,balneũ prohibetur vbi timetur caſus putredinis,vel in feb.putridas pp præſentiã multorum humorũ malorum:nam per balneum caleſiunt, humectantur, agitantur,& ſic ad putredinem diſponuntur.

Et non oportet vt euitet balneum,niſi habens eam ex oppilatione:propterea quòd balneũ generat ægritudinẽ putridã.

Tertius canon. non oportet vt prohibeatur a balneo, niſi qui patitur ephe.ex oppilatione.q.d.ꝙ hic maxime inter omnes debet euitare balneũ:& propter oppilationem hic intellige oppilationem intrinſecam,aut extrinſecã ab humoribus pendentem multis,groſsis,aut viſcoſis. ſi.n.oppilatio intrinſeca penderet a frigiditate aeris, aut ſpiſsitudine cutis, aut a balneo aluminoſo balneum competeret. quia poros aperit, & rarificat,& remouet cauſam oppilationis. ſed in oppilatione ex humoribus multis forte amplius oppilat,& ad putredinem diſponit.

Et ſimiliter patiẽs eã ex ſatietate nauſeatiua,niſi in fine rei & cum dilatantur pori,& deſcendit nauſeatiua ſatietas, illic enim oportet vt balneet.

Quartus canon.ꝙ patiẽs ephe.ex nauſeatiua ſatietate non debet balneari niſi in fine rei.i.nauſeatiuæ ſatietatis.ſ.cũ paucificata eſt nauſeatiua ſatietas per vomitum,ſeceſſum & abſtinentiã:& cũ dilatantur pori.i.eſt tẽpus dilatationis pororũ, hoc eſt quando homo in fine nauſeatiuæ ſatietatis ſumpſit cibum qui iam digeſtus eſt prima,& ſecunda digeſtione:& iam digeritur digeſtione tertia:& eſt in via vt ad mẽbra diſpergatur:tunc enim eſt tempus balnei vt pori dilatentur, & nutrimentum per membra diſpergatur,vel diſtribuatur,& reſiduũ nauſeatiuæ ſatietatis reſoluatur.

Et habens catarrhum non balneetur,niſi ſit aduſtiuus.

Quintus cañ.ꝙ habẽs catarrhum non balneetur,niſi ſit aduſtiuus.i.calidus.ſcitur.n.ex quinta tertij, de cura catarrhi, ꝙ balneum non conuenit in catarrho frigido niſi prædigeſta materia,& paucificata.ſed bene conuenit in catarrho calido balneum aquæ dulcis parum calidæ, ad ſedandum eius acuitatẽ, & etiam ad ipſum digerendum.

Et oẽs habentes febres ephemeras oportet vt non prolongẽt moram in aere balnei:immo in aqua eius quantũ volunt, niſi habentes eam ex ſoliditate,et ex ſpiſsitudine, eis enim conuenit vt prolongent moram in aere balnei donec ſudent.

Sextus cañ.hñtes feb.ephe.nõ prolõgent morã in aere balnei.ſ.calido:quia addit caliditatẽ ſpirituum: & nõ refrigerat, neq; humectat:immo morentur in aqua balnei quantum volunt,ideſt quantum eos delectat. Ab hoc canone excipiuntur patientes ephe. ex ſoliditate, & ſpiſsitudine cutis, ſiue pori ſint naturaliter ſtricti, ſiue oppilati frigore aeris,aut ab aliquo ſtyptico ſicut balneo aluminoſo: aut etiam a materia pauca.Iſtis enim licet competit balneum aereum, quare nõ eſt ita aptum reddere in oppilationem ſicut balneũ: quæ remanẽs in poris reddũt poſtea ſe ad ſuã frigiditatẽ notabilẽ: & eſt apta aliquo mõ oppilare. Poſſet ẽt balneũ maxime aereũ concedi habẽtibus oppilationẽ intrinſecã a paucis humoribus pendentem:nã rarificando poros, & ſudorem prouocando,poſſet educere materiam oppilantem.

Embrochatio autem ſi fuerit infundendo, aut liniendo tantum oppilat poros

Septimus cañ.aqua dulcis calida embrochata,aut linita ſuper corpus ephemerãtis,aut epithemata oppilat poros:ppea nõ cõuenit ephemerãtibus ex oppilatione.aqua.n.hoc mõ applicata cito infrigidatur circa corpa eorũ: & ĩfrigidata addit in oppilationẽ.ſed balneũ aquæ calidę minus noceret,aut forte iuuaret oppilatione exñte leui,cũ lõgiori tpe manet calidũ.Sir̃ in ephemerãtibus in qbus intendimus materiã reſoluere pp materiã ſupraſcriptã.magis cõuenit balneũ aquę dulcis calidæ,q̃ ipſa aqua calida embrochata, aut epithemata.neque hic canõ cõtrariatur dictis Aui.quarta primi.cap.de embrochis.vbi dicit.ꝙ embrocha eſt medicamẽ cõgruũ ei,quod oportet diſſolui. Hic.n.canõ intelligiẽ vbi non eſt oppilatio notabilis,& etiã licet vbi nõ eſt oppilatio cõueniat ad reſoluendũ:multo tñ magis balneũ cõuenit, cũ diutius caliditatẽ ſuã retineat. Et licet caſus ab alto, ſicut fit in embrochis,faciat virtutẽ aquæ profundius penetrare, q̃ penetrat ĩ balneo: tñ hæc cita ĩfrigidatio aquæ embrochatæ magis impedit reſolutionẽ,q̃ ipſe caſus ab alto iuuet faciẽdo penetrare virtutẽ. vbi aũt eſſet opus ſolũ infrigidare aut humectare,& nõ reſoluere hæc aqua embrochata magis cõpeteret quàm balneum. magis enim infrigidaret, & humectaret quàm balneum.

Et in curatione omnis feb.ephe.quæ eſt ab oppilatione extrinſeca,aut intrinſeca fricatio aperit poros habentis eam, deinde ſi obuiat humiditati plurimæ reſoluit eam. & ſi obuiat humiditati paruæ exiccat eam.

Octauus canon & vltimus eſt,ꝙ fricatio apit poros habentis ephemerã ex oppilatione:& ſi fricatio obuiat materię multæ reſoluit eam, & ſi obuiat paucæ exiccat eam. Dynus intelligit quòd ſi obuiat humiditati multæ reſoluit eã.i.paulatim & tarde tranſmutat eam in vaporem. Sed ſi materia fuerit pauca exiccat eam,ideſt cito reſoluit & conſumit. Gentil̃.aũt dicit,ꝙ fricatio obuiãs materiæ multæ reſoluit ipſam, quia ſubtiliat,dilatat,& ſpargit ipſam.Sed ſi obuiat paucæ,extrahit eam a corpore. Vtraq; expoſitio poteſt ſaluari: tutius tñ eſt materia exñte multa pmittere euacuationẽ, & ſi fiat fricatio materia exñte multa fiat fricatio nõ fortis,nec valde lõga:ſed tãta vt pori apiantur,& materia aliqualiter ſubtilietur & ad reſolutionem diſponatur.ſed materia exiſtẽte pauca fricationes fortiores,& diuturniores concedi poſſunt.

Euacuatione aũt non indiget aliquis eorũ, niſi habens oppilationem repletionalẽ,& habens nauſeatiuã ſatietatẽ, & qui habet febrẽ ephemerã ex ſoliditate cuius corpus eſt repletũ.

In hac tertia & vltima parte huius capituli ponit canonẽ circa euacuationẽ,& dicit ꝙ neq; ephemerãs indiget euacuatione ſ.p vias ſenſibiles ad dñiam euacuationis, quæ eſt p poros cutis,qui nõ ſunt viæ ſenſibiles, niſi habẽs repletionabiliter oppilationẽ.ſ.intrinſecã pendentẽ a materia,& habẽs nauſeatiuã ſatietatẽ.Et qui patiẽ ephemerã ex ſoliditate,quæ eſt oppilatio in poris cutis corpe exñte repleto. In his.n.tribus caſibus.& ſimiliter in ephemera ex apate cõuenit euacuatio p vias ſenſibiles ſ.p vomitũ,p ſeceſſum,p fluxum hęmorrhoidalẽ,menſtrualẽ,ſanguinis nariũ, & ſimiles ẽm exigẽtiã materiæ euacuandæ & diuertẽdæ,Canonis cauſa eſt ſatis nota. Ex dictis in pñti cap.poſſumus elicere quinque intẽtiones curatiuas feb.ephemerarũ.prima remouet cãm eius,& vicinam ſi qua ſit. ſecunda alterat dyſcraſiã febrilẽ:tertia prohibet tranſitum ephemeræ in humoralẽ,aut hecticã. quarta corrigit accidentia tã ſequentia febres,quàm cauſas febris.quinto ordinat debitum regimen ſex rerũ in contrarium cauſæ dycraſiæ febrilis,& accidentibus, Si ergo pẽdet a ſole ponatur in vmbra loco frigido, & humido & remoueatur cauſa vicina.ſ.caliditas impreſſa in cerebrum cum ſuccis, & aquis frigidis exterius applicatis.Similiter remouenda eſt quæcũq; cauſa corporea,& incorporea, & vicina eius ſi qua ſit,ſicut dicet clarius in capitulis propriis. Secũda intentio pficitur cũ frigidis & humidis actu,vel potẽtia cũ expediat aliqñ approximare calida actu ſicut facere balneũ,fricationes,tũ ad remotionem cauſæ, tum ad vaporis & ſudoris educationem. Tertia.prohibens tranſitum in alias febres perficitur remouendo cauſam tranſitus, aut aperiendo poros, & faciendo materias,& vapores exhalare, & aliquando cibando ipſos in principio febris, & permittendo ipſos in illo delitiari: & aliquando euacuando cum fuerit ſuperfluitas in quanto, aut in quali. Quarto autem intentio corrigit dolores capitis, inſtantiam vigiliarum,ſitim, & ſimilia ſequentia febrem. Et corrigit aliquando ſyncopim, epilepſiam & cætera, quæ ali-

Intentiones curatiuæ cuiuſcũq; ephemeræ.

quando sequuntur causam febris. vidi enim plures syncopi-
zare, & epilepticos fieri ex tristitia, ad quam secuta est febris
ephemera. Quinta intentio ordinãs debitum regimen sex
rerum non naturalium ẽm plurimum debet magis intendere
ad causam quàm ad feb. & ẽm plurimum magis ad feb. ꝗ̃ ad ac
cidẽtia feb. licet oporteat magis intẽdere ad accidẽtia quàm
ad feb. aut ad causam feb. cũ modum excedunt sicut syncopis,
& epilepsia. Regimen tñ ẽm plurimum debet declinare ad fri
gidum & humidum: & regulariter debemus cibare paroxys-
mo declinante: licet aliquando cogant cibare in principio: si
cut particulariter videbitur in proprijs capitulis.

De speciebus feb. ephe. Cap. X.

*DE febribus ephemeris sunt quæ omnino comparantur
ad dispositiones animales, & de eis sunt quæ comparan
tur ad dispositiones corporeas, & de eis sunt quæ pro-
portionantur ad res quæ eueniunt de foris.*

In hac parte agit de febribus ephemeris in speciali. in pri
mo ca. enumerat oẽs species ephemeræ, de quibus est actu-
rus. In. 2. ca. ib. §Quãdoq; accidit.§ incipit sigillatim de vna-
quaq; specie determinare. Primum capitulum diuido in par-
tes duas quia in prima ponit vnam diuisionem, & numerat
ephemeras: quæ sub vno mẽbro diuisionis illius continentur.
In secunda ibi§ Et de cõparatis.§ ponit subdiuisionem. In pri
ma parte dicit, ꝙ in febrib⁹ ephemeris sunt quędã, quę omni
no comparantur. i. pendent a dispositionibus aĩalibus. & quæ
dam pendent a dispositionibus corporeis. & quædam a rebus
quæ veniunt de foris: quia non sunt dispositiones aĩales, neq;
corporeæ. Notandum primo, ꝙ ephemera non habet species
proprie sumpta: sed habet quosdam modos diuersificantes cu
ram medici, qui sumuntur a causis ipsarum remotis. Superius
enim in diffinitione febris ostensum est ꝙ febris nõ habet spe
cies cum cõtineatur sub calore quæ species est specialissima.

Notandum secũdo quòd sunt alij modi feb. ephemerarũ,
qui sunt magis proprij ꝗ̃ isti: licet non sint spẽs propriæ sum-
ptæ. & isti sumũtur a diuersitate spirituũ, a quorum calefacto
esse immediate pendet ephemera. Et dicimus quòd aliquæ
ephemeræ dependẽt a calefacto esse spirituũ animalium: ali-
quæ a calefacto esse spirituum vitalium: aliquæ a calefacto es-
se spirituum naturalium de quibus agetur in sequentibus.

Notandũ tertio quòd veniens de foris nõ conuertitur cũ
causa primitiua: sed per causam de foris veniẽtem intelligen-
da est causa extra nos, quæ non pertinet ad corpus, nec ad ani
mam: sicut sol, calor aeris, cibus, potus, & similia vnde causa
de foris sub causa primitiua continetur.

*Et de comparatis ad dispositiones animales est illa quæ fit
ex angustia, & illa quæ fit ex tristitia: et illa quæ fit ex æstima
tione & cogitatione, ira, & vigiliis, & somno, & tranquillita
te, & timore, & gaudio.*

In hac parte ponit octo species ephemerarũ, quæ pendẽt
dispositionibus animalibus, i. quæ se magis tenent ex parte
animæ quàm corporis: licet vtriq; aliquo modo prætineant.
Prima est ephemera ex angustia. secunda ex tristitia. tertia ex
æstimatione, quæ est operatio virtutis æstimatiuæ quæ est in
secunda medietate secundi ventriculi cerebri: & cogitatiua
quæ est operatio virtutis cogitatiuæ existentis in prima me-
dietate secundi ventriculi. quarta est pendens ab ira. quinta a
vigilijs. sexta a somno, & tranquillitate. s. animali. septima a ti
more. octaua a gaudio. Iste enim omnes dispositiones magis
se tenent ex parte animæ, quàm ex parte corporis: licet ali-
quæ inter istas sint magis subleuatæ ad gradus dispositionum
immaterialium.

*Et de proportionatis ad dispositiones corporeas sunt illæ
quæ cõparantur ad res quæ sunt actiones, & motus: & de eis
sunt quæ comparantur ad non actiones, & motus, & ad con-
traria eorum.*

In hac parte enumerat Auic. ephe. pendentes a causis cor
poreis penes hãc diuisionẽ: quòd aliquæ ex istis cõparantur
ad res quæ sunt actiones, & motus: & aliquæ ex istis cõparan-
tur ad res quæ non sunt actiones & motus: neq; contraria eo-
rum: & per motus intelligit hic motus locales: & per actio-
nes intelligit motus, qui non sunt locales.

*Et comparatæ ad res quæ sunt motus, est quæ fit ex labore
& illa quæ ex tranquillitate: & illa quæ fit ex euacuatione:
& de eis est feb. ephemera ex dolore: & de eis est febris ephe-
mera, quæ est cum syncopi, & de eis est illa quæ fit ex fame, &
de eis est illa quæ fit ex siti.*

Hic enumerat ephe. quæ pendent a rebus quæ sunt motus,
& actiones aut contraria eorum: & sunt istæ primo epheme-
ex labore, ex motu, siue exercitio. secũdo illa quæ est ex tran-
quillitate. s. corporali quę motui, & operationi contrariatur.
Est enim cessatio a motu, & operatione corporali. quarto est
illa quæ est ex euacuatione: quæ euacuatio sub motu cõpre-
henditur. quinto est ephemera ex dolore, qui dolor sub actio
ne comprehenditur. sexto feb. ephe. cum syncopi quæ cõtra-
riatur actioni, & motui cũ ipsa syncopis tollat huiusmodi. se-
ptimo est illa quæ fit ex fame. octauo est illa quæ fit ex siti. &
certũ est ꝙ fames & sitis sub actionibus comprehenduntur.

*Et de comparatis ad ea quæ non sunt actiones, est illa quæ
fit ex oppilatione: & ex illis est illa quæ fit ex nauseatiua satie
tate: & de eis est illa quæ fit ex apostemate, & de eis est illa
quæ fit ex soliditate.*

Enumerat ephemeras pendentes a causis corporeis, quæ
non sunt actiones, aut motus, aut eorũ contraria: & sunt qua-
tuor. Prima est ephemera ex oppilatione, scilicet intrinse-
ca. Secunda est ephemera ex nauseatiua satietate. Tertia est
ephemera ex apostemate. Quarta est ephe. ex soliditate, &
oppilatione cutis non notabili: sicut ab humoribus, & terre-
streitate cutis, idest ab oppilatione cutis propter naturalẽ po
rorum stricturam.

*Comparatæ autem ad res, quæ accidunt de foris, sunt sicut
illa quæ fiunt ex adustione, quæcunq; adustio fuerit: & sicut
quæ fit ex frigore, & soliditate, & ex ablutione, dicam itaq;
vnamquamq; earum cum curatione sua.*

In hac parte numerat ephemeras, quæ pendent a causis de
foris non proportionatis animæ, neq; corpori. Prima est illa
quæ fit ab adustione, quæcunq; adustio fuerit siue a sole, siue
ab igne. Secunda est illa quæ fit a frigore, & soliditate, & op-
pilatione quæ fit ex ablutione. s. cum rebus frigidis, & stypti-
cis: non autem a causa corporea: quia pertinent ad dispositio-
nes corporeas. Et subdit Auic. se de omnibus istis determina
turum quantum ad modum prouentus earum ex causis suis,
& signa, & curam. Si autem bene computentur istæ epheme-
ræ sunt. 23. Sed hic oportet supplere illã quæ fit a cibo & po-
tu, & similibus: de quibus infra. & sic facit vigintria capitula.

De feb. ephe. ex angustia & signis eius. Cap. XI.

*QVandoq; accidit ex motu spiritus ad interiora, et oc-
cultatione eius in eis, propter superfluitatem angu-
stiæ feb. spiritualis.*

Hic in spãli prosequit̃ de ephemeris. & primo de ephe. pen
dentibus a dispõnibus aĩalibus. In secũda parte de ephemeris
a causis corpeis. In tertia de ephe. a causis quæ sunt extra cor
pus & aĩam. secũda ibi§ Labor§ tertia ibi§ Q̃nq; accidit ex ca
lore.§ Prima pars posset diuidi in octo partes ẽm ꝙ sunt octo
capitula de feb. ephe. pẽdentibus a dispõnibus aĩalibus. par-
tes patẽt in principiis capitulorũ. Primũ capitulũ diuidit in
tres partes. In prima ponit modũ ꝓuentus ephe. ex angustia.
In secũda, signa. In tertia curã. partes patẽt. Pro notitia ter
minorũ sciendũ: vt põt elici ex dictis Auic. esse drĩam inter
angustiã, tristitiã, et cogitationẽ. Est. n. angustia dolor de amis Angustia quid.
sione alicuius boni, in cuius recuperatione nõ est spẽs, sicut
de amissione filij, aut amissione patriæ, aut pecuniæ, cuius re
cuperatio non spatur. Sed tristitia est dolor de amissione ali-
cuius boni, cuius recupatio sperat̃. Aut dolor q̃n hõ non põt
assequi bonũ, qđ vehementer exoptat: in cuius tñ adeptione
nõ oĩno cadit despatio, pp quod dixit in textu. q̃n rẽ quæsitã.
Sed cogitatio est ꝓfunda meditatio circa aliquid contẽplan
dum: sicut accidit aliqbus qui deũ & causas altissimas profun
de contẽplãtur, in quibus non cadit angustia, aut tristitia. In
maximis. n. speculationib⁹ ꝓprie nõ gaudem⁹, aut tristamur:
sicut in his quæ ꝓsequimur in rõne boni, vel mali. 3. proble.
proble. 9. Nec in his proprie cadit spes aut despatio. Aestima
tio autem est profunda meditatio circa aliquod eligendum,
aut

aut prosequendũ: in quo ẽt non cadit spes aut desperatio: neque delectatio aut tristitia. accidit cito ex ãgustia motus uehemens spirituum ad interiora, & ipsorum vnio in interioribus: ꝓpter quæ duo spiritus acquirunt calefactum, & taliter supercalefacti inducunt caliditatẽ fientem in corde, quæ dicitur febris spiritualis .i. ephemera. Et credo secũdũ Isaac magis appropriari spirituali vitali. Quidam autem propter harum conformitatem posuerunt eas in vno capitulo, sicut Halyab. tertio practicæ.

Cuius signa sunt igneitas vrinæ, & acuitas eius: ita vt habens eam sentiat acuitatem ipsius propter dominium siccitatis in ea: & est motus oculi ad clausionem decliuis: & est oculus submersus propter resolutionem cum quiete, & sub clausione: & facies est tendens ad citrinitatem propter profunditatem claritatis: & pulsus est ad debilitatem, & paruitatem decliuis: & forte declinat ad duritiem.

Ponit quatuor signa huius ephe. primum est igneitas vrinę .i. color igneus ipsius: qui est sextus color in genere citrinitatis. q.d. ꝙ vrina est multum citrina. & acuitas eius ita vt habens eam sentiat acuitatem .i. mordicationẽ ipsius ꝓpter siccitatis dñium. calor .n. siccitati coniunctus est acutior. aliter, igneitas vrinę .i. acuitas: & acuitas eius .s. caloris ephemerantis: ita vt habens eam ephe. sentiat acuitatem ipsius propter dñium siccitatis & humidi consumptionẽ. Secundũ signum est motus ad clausionẽ decliuis: ita vt fere teneat oculos clausos: & est oculus submersus .s. in orbita ꝓpter resolutionẽ humidi. & est cum quiete & subclausione: quia nunquam dilatatur exterius cum nulla sit spes in recuperatione amissi. secus in tristitia. Tertium signũ est ꝙ facies est tendens ad citrinitatem .i. fuscitatem .s. viriditatem. Arabes .n. per calorẽ citrinum, qñq; fuscum, qñq; viridem, quandoq; vero citrinũ intelligunt. Istud autẽ accidit propter profunditatem caliditatis spirituũ, & sanguinis subtilis: vnde apparet in corpore fuscedo. Quartũ: quia pulsus tendit ad paruitatẽ, & debilitatẽ pp debilitatẽ virtutis: & fortasse declinat ad duritiẽ arteria superflue exiccata: licet id nõ frequẽter accidat.

De curatione. Cap. XII.

Oportet vt habens eam multiplicet introitum tinæ. Et ponat plurimum suæ intentionis in balneatione cum aqua balnei absq; aere eius. Et multiplicet etiam inunctionem cum fricatione post illud: oleum enim aliquod est magis iuuatiuum ei, quàm balneum: & vtatur lætificantibus, & odoriferis frigidis: & ponat super pectus suum epithemata infrigidantia ex mucilaginibus, & succis, & aquis bonis: & in potu sumat vinum plurimæ commixtionis. est enim bonum medicamen ei.

Intentiones curatiuæ in omni ephemera.

Hic ponit curã. sed ante oĩa sciendũ est ꝙ in cura cuiuscũque ephe. hæ exiguntur intẽtiones: sicut superius dictũ fuit. Prima est remotio causæ tam principalis q̃ vicariæ. exempli gratia. dicimus solẽ esse principalẽ causam ephe. sed caliditatem ab eo in caput impressam dicimus esse causam vicariam .i. vicem eius gerentem: & sic possumus in aliis exemplificare. Secũda intentio est infrigidatio & humectatio quæ debetur ephe. Tertia est prohibitio transitus ephe. ad aliud genus feb. Quarta est correctio accidẽtium .s. sitis & hmõi, quæ sequuntur ephe. & causas eius. Quinta est regimen vitæ in sex rebus non naturalibus. Ad propositum. nihil hic ponitur: & similiter in reliquis capitulis: quòd nõ sub aliqua istarũ intentionũ comprehendatur. introitus quidẽ tinæ ex aqua dulci tepida est ad humectationẽ, sudorẽ ꝓuocandũ, & infrigidandum. Balneum aũt aereum nõ conceditur: quia calefacit & exiccat. Inunctio aũt cum oleis infrigidantibus & humectãtibus cum fricatione vt penetrẽt, est conuenientior quàm sit balneatio. magis .n. humectat quàm balneum: neq; primo occursu calefacit sicut balneũ. debet vti lætificãtibus .i. cordialibus, & odoriferis frigidis ad remotionẽ causæ & ad infrigidãdum. & ꝓpter hãc causam ponuntur super pectus epithemata infrigidãtia facta ex mucilaginibus, & succis & aquis bonis .i. conueniẽtibus ad hoc ꝓpositum cum infrigidatione, humectatione, & cordialitate. Debet aũt sumere in potu vinum plurimæ commixtionis cum aqua: quia lętificat, & bonificat spiritũ, & facit frigiditatẽ aquę & humiditatem eius penetrare ad extrema corporis.

De feb. ephe. ex tristitia. Cap. XIII.

Qvandoq; accidit ex multitudine tristitiæ propter rem quæsitam, motus laboriosus, spiritum calefaciens, faciens cadere in febrem.

Ponit curam ephemeræ ex tristitia. & habet tres partes. primo ponit modum ꝓuentus eius. secũdo signa. tertio curam. partes patent. In prima dicit quòd ex multitudine tristitię, quãdo homo nõ potest assequi rem quæsitam, siue fuerit amissa, siue nõ amissa accidit motus laboriosus in spiritu calefaciens ipsum, & faciens cadere in febrem ephemeram.

Cuius signa similia sunt signis eius, quæ est ex angustia, nisi quia motus oculi cum profunditate sua propter resolutionem est ad partẽ extrinsecam, & pulsus nõ est demissus, & depressus: immo est in eo cum debilitate: sed est cum eo saltus.

Cuius signa similia sunt signis ephemeræ ex angustia nisi quia motus oculi cum ꝓfunditate sui in orbita propter resolutionem humidi est aliquãdo ad partẽ extrinsecam, propter dilatationẽ caloris ad extra: quãdo apparet sibi inuenisse medium consequẽdi rem cõsideratam. Secundũ signũ est. quòd pulsus nõ est demissus, & depressus sicut in ephemera ex angustia: immo est cum debilitate oppresionis: quia nõ multum depressus: sed est cum saltu id est cum iectigatione quadam apparente in pulsu ex motu caloris exterius. Aliter cum saltu .i. pulsus dilatatione .i. quia aliquãdo dilatatur quando apparet sibi inuenisse medium consequendi quod intẽdit. Et hæc omnia sunt ad differentiam ephemeræ ex angustia, in qua nulla spes est recuperandi deperdita.

Et cura eius est, sicut cura eius, quæ est ex angustia.

Dicit, quòd curatur sicut ephemera ex angustia.

De feb. ephe. ex cogitatione. Cap. XIIII.

Qvandoq; accidit ex multitudine cogitationis in rebus feb. similis illi quæ est ex tristitia, nisi quia motus oculi est æqualis, non ad clausionem, neq; ad exitũ decliuis: & est decliuis ad profunditatem: & pulsus est diuersus in dilatatione, & constrictione. Et plurimum quidem est æqualis, & facies est ad citrinitatem decliuis: & cura eius est cura illius, quæ est ex tristitia.

In hoc cap. curat ephe. ex cogitatione & æstimatione dicens, quòd qñq; accidit pp multã cogitationẽ in rebus circa quas contemplatur: aut ꝓpter multitudinem ęstimationis in eligendo res quas prosequi intendimus feb. similis illi quæ est ex tristitia ꝓpter motum spiritus ad interiora: & non est aliqua differẽtia, nisi quòd motus oculi in ephemera ex cogitatione est æqualis non ad clausionem, neq; ad exitum decliuis. Non enim qñq; clauditur, qñq; aperitur sicut in tristitia: & si qua est diuersitas illa est valde modica: quia in maximis speculationibus non cadit spes, aut disperatio, sicut in his quę prosequuntur ratione boni vel mali. secũdũ signũ ꝙ pulsus est diuersus in dilatatione & cõstrictione: quia nõ habet dilatationes neq; cõstrictiones æquales, immo vnam maiorem altera, tñ quòd apparet sibi cogitatum esse comprehensum, vel esse longinquum a comprehensione: secundum plurimum tñ est ęqualis in comparatione ad pulsum in ephemera ex tristitia. In illa .n. valde maiores diuersitates accidunt: cum in ea proprie cadat spes, aut desperatio: sed in hac nõ. Vltimo dicit quòd curatur sicut ephemera ex tristitia.

De feb. ephe. ex ira. Cap. XV.

Qvandoq; accidit propter superfluitatem motus spiritus ad interiora in dispositione iræ, calefactio superflua adurens spiritum, & febris.

In hoc capitulo agit de feb. ephe. ex ira, & habet tres partes. In prima ponit modũ ꝓuẽtus ephe. ex ira. In secũda signa. In tertia curã. partes patebũt. Sed ante oĩa sciẽdũ ꝙ in irato duo sunt motus. Primus est motus spirituũ & sanguinis subtilis ab exterioribus ad interiora .s. ad cor. Propterea irati in principio pallescunt; & cum sanguis & spiritus sunt delati ad cor, inflãmant circa ipsum. Propterea ira describit, ꝙ est feruor sanguinis circa cor ꝓpter appetitum vindictæ ob iniuriã illatam. Secundus autem motus est sanguinis, & spirituum — Duo motus in ira.

a corde

a corde ad exteriora ,ppterea rubet facies cum prius palluerit. De hoc ſecundo ſolum Auic. facit mentionem, cum hoc coniungatur ephemerę.ſed primus antecedit ephemerã. accidit igitur pp hos duos motus calefactũ eſſe in ſpiritibus,& conſequenter febre ephe.

SIGNA.

Cuius ſigna ſunt rubedo faciei niſi permiſceatur ei timor, quoniam citrinatur: & inflatio faciei ſimilis ei, qui inflatur in dormitione. Et ſunt oculi rubei tendentes exterius propter vehementiam motus ſpiritus ad exteriora: & quandoq; accidit quibuſdam eorum tremor propter motum humoris, aut propter debilitatem naturarũ:et eſt aqua rubea acuti tactus, propter acuitatẽ ſuam. & quandoq; eſt cum ea aliquantulũ claritatis,& pulſus eſt groſſus, plenus, pulſans, frequens.

Ponit ſigna ſex. Primũ eſt rubedo faciei niſi permiſceatur ei timor:qñ iniuria eſt illata a maioribus:tunc .n.nõ eſt in facie profunda rubedo, ſed remiſſa quam appellat citrinitatẽ. prohibet enim timor motũ ſpiritus, & ſanguinis ad exteriora cum inclinet vt moueantur ad intra: quare nõ omnino ad extra: nec omnino ad intra mouentur. Secundũ eſt inflatio faciei ſimilis illi qui inflatur ex dormitione. ſed eſt differentia: quia inflatio ex dormitione eſt cum pallore: ſed inflatio propter iram eſt cum rubore, Tertium eſt, quia oculi ſunt rubei tendentes ad exterius ,ppter vehementiam motus ſpiritus ad exteriora. Quartum: quia quibuſdam iraſcentibus accidit timor, & ſimilitudo timoris pp tremorẽ, Et ſi textus dicat tremor eſt manifeſtior accidit .n. tremor pp motũ ſpirituum, & ſanguinis inordinatum,quapropter nõ poteſt figi ſpiritus ẽm exigentiã motus voluntarij: vnde brachia & crura eorũ tremunt: & ſimiliter labia: & nõ poſſunt mouere labia & linguã ẽm exigentiã orationis proferendæ. & accidit debilitas ſuarũ naturarũ.i. potentiarũ concurrentiũ ad motũ voluntarium propter hunc motũ inordinatũ ſpirituũ. aliter. accidit quibuſdã eorũ timor pp motũ humorum ad os ſtomachi pp debilitatẽ naturarũ ſuarũ. hic aũt timor eſt de maiori nocumento quàm ſit feb. ephe. vt puta de ſyncopi pp compaſsionẽ cordis ad ſtomachi os.& hoc vult Iſaac in ca.2. Sũt .n.quidã debiles qui ,ppter fortem iram modo iam dicto perducuntur ed ſyncopim: aut ad quandã lipothymiam. Quintum ſignum, quia aqua ſua .i. vrina ſua eſt rubea .i. tincta: & acuti tactus:quia mordicans propter acuitatem.i. incenſionẽ ephemeræ inflammantis hepar. Et quãdo eſt in vrina aliquãtulum claritas: cum non eſt tanta inflammatio:aut cum multum humores mouentur exterius. Sextũ ſignum: quia pulſus eſt groſſus .i. magnus ẽm omnem dimenſionem & plenus ſanguine,& ſpiritu motis ad arterias, & illas replentibus: & pulſans .i. fortis, vel pulſans .i. velox: ut ſecundum omnem differentiam neceſsitati ſatisfaciat.

De curatione. Cap. XVI.

FAc eos quieſcere: & fac vt occupentur lætificantibus, & vocibus bonis, & narrationibus, & ludis mirabilibus: & fac eos ingredi balneum in aqua tepida nõ plurimi caloris: & inungantur plurimum cum aliquo oleo plurimo, illud enim eſt magis conueniens eis, quàm aqua calida, & cibentur eis quæ infrigidant,& humectant:& prohibeantur à vino omnino, non eſt enim eis via ad ipſum.

Hic ponit curã. & manifeſtũ eſt ꝙ aliqua remedia ſunt ad remouendũ cauſam .ſ. iram.quædã contra ephe. ad infrigidãdum.quædã remouẽt accñtia: & docet aliqñ regimẽ vitæ cõueniens.ordinat aũt balneũ in aqua nõ plurimi caloris,ne addat inflãmationẽ.prohibet vinũ,quia addit in irã.in hoc tamẽ conſidera conſuetudinem,in quibuſdam enim oportet vt detur: ſed ſit notabiliter limphatum.

De feb. ephe. & vigilijs. Cap. XVII.

Quandoq; etiam accidit ex vigilijs febris ephemera.

Ponit feb. ephe. ex vigiliis. Inflammantur enim ſpiritus in longis vigilijs: cum continue ſint in motu ſecundum exigentiam operationum a quibus homo vigilans nunquam ceſſat: & inflammati ponunt caliditatem in corde: quæ dicitur ephemera. propterea ſomnus a natura inſtitutus eſt vt ſpiritus fatigati,& reſoluti in vigiliis redeant ad ſua principia: & ibi fomentũ acquirant: & noui regenerẽt:quæ regeneratio fit ꝑ digeſtionẽ melius celebratã in ſomno, quàm in vigiliis.

Cuius ſigna ſunt anteceſsio vigiliarum, & grauitas palpebrarum, quoniã fortaſſe non aperit eas: & profundatio oculi propter reſolutionem: & inflatio palpebrarũ propter corruptionem cibi & multitudinẽ vaporis: & conturbatio vrinæ propter priuationem digeſtionis: & debilitas pulſus, & citrinitas faciei propter malitiam digeſtionis,& inflatio eius propter excitationem ex malitia digeſtionis: ſed non eſt cum rubedine ſicut in illa quæ eſt ex ira.

Ponit ſeptem ſigna. Primum eſt anteceſsio vigiliarum modum excedentium. Secundum eſt grauitas palpebrarũ, & difficilis earum apertio propter nocumentum in lacertis earum ex vaporibus,& humiditate ad ipſas defluxis cum paucitate ſpirituum. Tertium eſt profundatio oculi propter humidi ſubſtantifici reſolutionem. Quartum inflatio palpebrarum propter nutrimenti corruptionem, & multitudinem vaporum veniens ad ipſas. Videtur contradictio quòd oculi ſint profundi & palpebræ inflatæ. præterea ſomnus eſt cauſa inflationis palpebrarum & faciei: ergo vigiliæ debent eſſe cauſa tumefactionis. tenet conſequentia:quia contrariæ cauſæ contrarios producunt effectus. Ad primum dicitur quòd oculi ſunt profundi propter humidi ſubſtantifici conſumptionem: & cum hic palpebræ ſunt tumentes ,ppter multitudinem uaporis,neç eſt cõtradictio. Ad ſecundũ dicitur, quòd non eſt inconueniens quòd contrariæ cauſæ cauſent ſimiles effectus:quoniam illi effectus non ſunt immediati. Sed quòd duæ cauſæ contrariæ cauſent ſimiles effectus per ſe & immediate eſt inconueniens: ſed vigiliæ cauſant tumorem palpebrarum corrumpendo digeſtionem. ſomnus autẽ propter priuationem reſolutionis vaporum, Quintum ſignum eſt conturbatio vrinę.

Contra, quia vigilia incrudat vrinam: & ſic fit tenuis & clara. Dicendum quòd per turbationem intelligit priuationẽ luminoſitatis quæ prouenit ex diminutione digeſtionis. ſecunda primi, cap, de ſignis coloris vrinæ, & hęc priuatio luminoſitatis in multis alijs eſt ſignum diminutæ digeſtionis:ſicut in ſanie & ſimilibus, Vel dicendum quòd in vigiliis fit vrina turbida ſi ſint materiæ motę ad vias vrinæ. ꝙ ſi non,tendit ad claritatem. Vel dicendũ quòd vigiliæ qñque tingunt vrinam propter caloris ebullitionem in principio: ſed in fine propter nimiam eius reſolutionem diſcolorat,quã diſcolorationem vocat conturbationem. Citrinitas faciei, tum propter malitiam digeſtionis: tum ,ppter ſanguinis aduſtionem; quare citrinatur, vt eſt apud Auer.2. colli. inflatio faciei propter excitationem conſequentem malitiam digeſtionis: ſed non eſt cum rubedine ſicut in ira: ſed cum pallore & citrinitate. Excitatio autem apud Arabes duo importat .ſ. expergefactionem. & taliter non ſumitur hic.ſecundo apoſtema phlegmaticum ſimile cachexiæ, & taliter ſumitur hic, fiunt enim cachectici ex mala digeſtione.

De curatione. Cap XVIII.

CVratio autem eius eſt ociari, & quieſcere,& dormire, & embrochare caput cum eis quæ infrigidant, & humectant, & balneum humidum, & cibi bonorũ chymorũ, & inunctiones humectantes. & vinum eſt ex rebus magis conferentibus eis:& ſumant in potu ipſum ſine timore, niſi fuerit dolor capitis.

Nota ſunt omnia. vertit enim intentionem ſuam quandoque ad cauſam, quandoq; ad feb. ipſam: quandoq; ad accidẽtia. vinum autem eſt ex rebus magis conferentibus: ſed debet eſſe lymphatum, & vnius anni tantum: mediocriter vinoſum: & potius dulce quàm acre. vinum autem potens,antiquum,purum,copioſe ſumptum occidet multiplicando vigilias:ſicut accidit ſeruo notarij. tertio de interioribus,cap. 5. exiſtente tamen dolore capitis notabili timendo de apoſtemate vitandum eſt vinum.

De

De feb. ephemera ex somno & quiete. Cap. XIX.

A Spiritu quandoq; resoluuntur vapores calidi per vigilias, & motus. Cum ergo prolongatur somnus, & tranquillitas, & non resoluuntur, accidit ex eis calefactio spiritus & febris eius. Cuius signa sunt ista: significat enim eam antecessio somni, & tranquillitate plurima: & proprie quæ non est in consuetudine: & cadit contrarium consuetudinis: & significat ipsam resolutio vaporosa, & pulsus.

Hic agit de ephe. ex somno & quiete tã corporis, q̃ animi, vtrãq; quietẽ cũ somno in eodẽ comprehendẽs: quia somnus quieti vehementer similis existit secũda primi. Et primo ponit modũ prouẽtus ephemeræ ex somno. secũdo signa. tertio curã. Sed quæ dicit in duabus primis partibus sunt manifesta. Signant ipsam resolutio vaporosi pulsus, quia ab arteria eleuantur quidã vapores calidi retẽti ꝑ longũ somnũ, qui veniẽtes ad digitos ostẽtant caliditatem quandã vaporosam. immo forte vaporibus existẽtibus grossis sentitur ad modũ iectigationis nũc eleuata, nunc depressa cute tegente arteriam.

De curatione eius. Cap. XX.

C Vratio eius est sudatio in aere balnei, & ablutio æqualis cum aqua calida: & paucitas cibi: & declinatio eius ad id q̃d infrigidat, & humectat ipsum: & exercitium temperatum: & nõ oportet vt bibat vinũ. CVRA.

Facit sudare ipsum in aere balnei, vt vapores plurimi retẽti melius resoluãtur. Concedit tñ post hoc ablutionẽ æqualem cum aqua calida ad humectandũ & infrigidandũ. & declinãte feb. dat parũ de cibo declinãte ad frigidũ & humidũ aliqualiter. nõ .n. oportet ipsum tm̃ infrigidare, & humectare quantum patiẽs ephe. ex vigilijs. Concedit exercitiũ temperatũ: nam licet hic per se calefaciat per accñs tamen infrigidat vapores resoluẽdo: ꝓhibetur vinũ, quia somnum inducit.

De febre ephemera ex gaudio. Cap. XXI.

Q Vãdoq; accidit ex gaudio feb. sicut illa quæ fit ex ira. Cuius signa sunt proxima signis eius, quæ est ex ira: nisi quia forma oculi est forma gaudentis: non forma irascentis. est enim frequentia in pulsu minor. Et cura eius est proxima curationi eius, quæ est ex ira.

Habet hoc capitulũ tres partes. In prima ponit modũ ꝓuẽtus ephe. secũdo signa. tertio curam ex gaudio. partes patent. Accidit .n. feb. ephe. ex gaudio. sicut fe. ephe. ex ira. s. ex motu spirituũ ad extra: in quo motu inflãmatur: verũ motus spirituũ in gaudio fit magis paulatim. quapropter non ita intenduntur, nisi fit magnũ gaudiũ, & repentinũ: ꝑpterea frequentia in pulsu est minor in ephemerãte ex gaudio, q̃ in ephemerante ex ira. Cura huius ephe. est proxima curæ ephe. ex ira quãtũ ad secũdã intẽtionẽ, quæ est infrigidatio: & quantũ ad quartã quæ est correctio accidentiũ. & quantũ ad quintã quæ est debitũ regimẽ in sex rebus: nõ est differẽtia, nisi quia regimen totũ debet magis ad frigidũ declinare in irascẽte, quàm in gaudẽte. sed quantũ ad primã intentionẽ, quæ est remotio causæ est magna differentia: quia in ephemerãte ex ira debemus irã lenire cũ his quæ ibidẽ præcepta sũt. sed in ephemerãte ex gaudio debem⁹ gaudiũ minuere: vt q̃a res illa qua tm̃ gaudet, nõ ẽ ita tuta, sicut ipse credit: & forte ĩ futurũ est sibi magnã tristitiã illatura: sicut ꝑsæpe res humanæ cõsueuerũt.

De feb. ephemera ex timore. Cap. XXII.

Q Vandoq; accidit ex timore feb. secundum semitã quæ accidit ex angustia: proportio nanque timoris ad angustiam, est proportio iræ ad gaudium, ex hoc, quòd motus timoris est ad interiora: & iræ ad exteriora: & fit subito, & aliorum modorum fit gradatim. Cuius signa sunt proxima signis eius, quæ fit ex angustia, nisi quia diuersitas in pulsu est vehementior: & forma oculi eius est forma territi. curatio eius est proxima curationi eius, quæ fit ex angustia & oportet vt securetur a timore & veniatur ad eum cum nuntijs gaudere facientibus, & lætificantia sunt iuuatiua ei.

Habet hoc capitulũ tres partes. primo ponit modũ ꝓuentus ephe. ex timore. secũdo signa. tertio causam. partes patẽt. Dicit .n. eandẽ esse ꝓportionem timoris ad angustiã, quæ est iræ ad gaudiũ. motus .n. spirituũ, & humorũ est in timore ad interiora: sed in ira est motus spirituũ ad exteriora: & vterq; horũ est vehemens, & repentinus. aliorũ aũt duorũ motus fit gradatim: quare timentes aliquando incurrunt fluxũ ventris & urinæ. 27. proble. problemate. 1. & 2. motus etiã in timore magis diuersificat pulsum, quàm motus spirituũ in angustia: nisi sit valde vehemens & repentinus. cæteris tamen paribus vehemẽtius accidẽs est timor quàm angustia: sicut ira q̃ gaudium. habet autẽ angustiatus formã tristis: sicut timens formã territi. Curatur sicut ephe. ex angustia quantũ ad secundam, tertiã, quartã, & quintã intentionẽ: sed quantũ ad primã differunt. In angustia .n. oportet lenire dolorẽ: sed in timore lenire timorẽ. Propterea dicit Auic. oportet vt securetur a timore, & veniatur ad eum cum necessarijs gaudere faciẽtibus. lætificantia autem vtriq; iuuatiua sunt.

De feb. ephemera ex labore. Cap. XXIII.

L Abor quandoq; peruenit ad summum in calefaciendo corpus, & spiritum ita vt fiat febris nocens operationibus: & est plurimi nocumenti: & grauitatis ipsius super vitalem & animalem.

Hic agit de febribus ephe. pendentibus a dispositionibus corporeis: & habet duas partes. In prima agit de ephe. pendentibus ab actionib., & motibus, & sibi cõtrarijs. In secũda ibi § Oppillatis. § agit de feb. ephe. pendẽtibus a dispositionibus corporeis quæ nõ sunt actiones, aut motus, aut sibi cõtrariæ. Prima pars diuidit in sex, ẽm quòd sex facit capitula: dimisit tamen capitulum de feb. ephemera ex tranquillitate corporis: quia de illa egit in cap. de ephemera ex somno: & merito, quia somnus quieti similis vehemẽter existit. secunda primi. Sed hoc primum cap. de feb. ephe. ex labore habet tres partes. In prima ponit modum prouentus ephemeræ ex labore. In secunda signa. In tertia curam. partes patent. In prima parte dicit quòd labor . s. corporeus quandoq; prouenit ad summũ .i. quia fit multũ fortis ꝑpter ipsius intensionem, aut vtroq; modo. vnde calefit corpus, & spiritus, ex quorum calefactione fit feb. ephe. nocens operibus: & est modus loquendi. vel aliter. nocens operibus maxime animalibus & vitalibus, cum plurimũ nocumenti sequentis exercitiũ cadat supra spiritum vitalem, & animalem: quia sunt instrumenta motus voluntarij. SIGNA.

Signa sunt antecesßio laboris, et additio calefactionis iuncturarum super alia: et tactus laßitudinis, et siccitas corporis. Et quandoq; accidit in fine eius humectatio si fuerit labor temperatus in eo idest quando non est in eo exiccatiuum, aut frigus prohibens sudorem. si autem labor fuerit superf uus, minoratur humectatio, et sudor. et quandoq; sequitur ipsum tußis sicca propter communitatẽ pulmonis. et est pulsus eius paruus, debilis. et quandoq; declinat ad duritiẽ: et urina est citrina, calida ꝑpter motũ et subtilis, et propter resolutionem.

Ponit octo signa. primũ est antecessio laboris iam dicti. ẽm additio calefactionis iuncturarũ super alia mẽbra. quia magis laborãt iuncturæ in exercitio cæteris mẽbris. tertiũ est tactus .i. perceptio lassitudinis vlcerosæ aposæ extensiuæ, aut arefactiuę. sed de his statim aget. Quartũ est corporis siccitas ꝑꝑ humidi cõsumptionẽ. Quintũ est humectatio corporis, & sudor accidẽns in fine. s. ephe. & hoc accidit si labor fuerit tẽperatus. i. nõ multũ excessiuus humidũ præter modũ cõsumens. Et qñ nõ est in eo. s. labore exicatiuũ. i. nõ fuerit factus prope materiã exiccãtẽ sicut est arena, ignis, & similia. & qñ nõ fuerit frigus prohibens sudorẽ. licet .n. labor esset superfluus, aut factus circa hmõi materias, aut forte tẽs frigoris minorãs humectationẽ, & sudorem. Sextũ est tussis sicca propter cõitatẽ pulmonis ꝑꝑ vapores acutos ad ipsum proueniẽtes, aut malã complexionem calidã sine materia. Septimũ signũ est pulsus paruus debilis ꝑꝑ debilitatem virtutis. & aliqñ durus arteria exiccata. Octauũ est vrina citrina calida ꝑꝑ motũ. fit aũt citrina aut ꝑꝑ caliditatẽ superfluã sine materia, aut ꝑꝑ mixtionem paucæ cholerræ motæ ꝑꝑ exercitiũ: est aũt vrina subtilis ꝑpter resolutionẽ multæ .n. materiæ quę consueuerunt cum

urina

vrina permisceri pp forte exercitiũ resoluunt̃ : vnde dato ꝙ vrina citrina pp cholerę mixtionẽ sit grossior, q̃ vrina aquosa: ista tñ est subtilior, q̃ tẽpore sanitatis pp dictã causam.

De cura. Cap. XXIIII.

CVratio eorum est tranquillitas, & balneatio in tina : et inunctio fricando proprie super iuncturas: & acceptio cibi boni chymi humectantis secundũ quantitatẽ, qua digeratur de genere carnium pullorum, et hœdi, et pisciũ paruorum. Et quoniã virtutes eorũ sunt debiles : tunc nõ oportet vt confidãt de se posse digerere: quod digerebant in dispositione sanitatis : immo minus illo : et propter hoc cibentur eis, quorum paucum nutrit plurimum : sicut ea quæ diximus : et sicut vitelli ouorum sorbilium : et testiculi gallorum sunt eis boni.

Hæc pars habet tres partes. primo ponit curam. In secunda ibi {Quidam tamen} remonet errorẽ quorundã. In tertia ibi {Et oportet vt sumantur} complet curã. In prima parte ponens curã quãdoq; vertit intentionẽ suam contra causã præcipiendo ocium, & tranquillitatẽ. quandoq; cõtra feb. & accidentia, scilicet corporis siccitatẽ : præcipiẽdo balneationẽ in aqua calida dulci: & inungendo iuncturas. quandoq; vertit intentionem suam ad regimen vitæ dando eis cibum boni chymi humectantis, ẽm quantitatẽ quæ posſit digeri. nõ enim tantum possunt digerere quantũ tempore sanitatis. Propterea oportet vt cibi dentur eis quorum plurimum nutrit pauca quantitas. sicut carnes pullorũ, hœdorum, & vitelli ouorum sorbilium, & testiculi gallorum.

Quidã tamen æstimauerũt, quòd oportet vt patientiũ lassitudinem regimen plus subtilietur quàm aliorum. Sed illud non est rectum.

Remouet errorẽ quorundam dicentiũ, ꝙ regimen patientium lassitudinẽ debet plus subtiliari, quàm regimen aliorũ : sed illud nõ est rectũ .i. nõ est bene dictũ. Copiose .n. debent cibari : & etiam febre initiante : & magis quàm ephemerantes ex multis aliis causis: & ẽt quàm febrientes putride.

Lassitudo quadruplex. Contra. nam Gale. 3. de regi. sani. ponit quòd in lassitudine apostemosa valde diminuat̃ cibus : sed talis põt esse ex labore. Pro horũ concordia sciendũ, quòd lassitudo est quadruplex vlcerosa, apostemosa, extensiua, & arefactiua. Lassitudo vlcerosa est quãdo homo sentit similitudinẽ vlcerum in superficie cutis : & etiam in musculis : & est multotiens ac si sentiret punctiones actuum, & prouenit ex humoribus acutis subtilibus ad illas partes delatis. Sed apostemosa est quãdo homo sentit in cute, & in lacertis tensionem & duritiem cum grauitate quadã: & interdũ rubore, & aliquali timore, & prouenit ex multitudine humorũ qui fluxerunt ad parres illas. Sed lassitudo extensiua est illa in qua homo sentit se totum etiam fractum : & fit ex humoribus ad musculos delatis: qui tamen sunt bonæ substantiæ. Arefactiua autẽ est quando homo sentit se arefactũ, & consumptum: & est propter humidi nimiam resolutionẽ, siue sequatur exercitium, aut quantũcunq; aliam causam. Istæ autẽ quatuor species lassitudinis duobus modis proueniunt, aut ab exercitio, aut a causis corporeis : & hæ sunt illæ de quibus loquitur aphorismus quintus secundę particulæ apho. Labores spontanei narrant morbos. Ad propositum, si istæ lassitudines fiant a causa intrinseca, opus est attenuare diætam cum secundum plurimum minentur febrem putridã futuram. & hoc intelligit Gale. 3. therapeuticæ. Si autẽ sequantur exercitium est diæta minus attenuanda. & hoc modo loquitur Auicenna in parte præsenti. Pręterea. In lassitudine apostemosa & vlcerosa opus est multũ attenuare diætam, & hoc voluit Galenus. Sed in extensiua, & arefactiua diæta debet esse grossior, & proprie in arefactiua : & sic intelexit Auicenna in parte præsenti.

Et oportet vt sumant de fructibus humidis : & sumant in potu vinum plurimæ commixtionis si fuerint assueti : aut iuleb : & aliud : si non fuerint consueti : & oportet ut eorũ inunctio sit plurima, quàm inunctio aliorum cum oleo aliquo, vt humectentur eorum membra, & iuncturæ ex siccitate : et iterum vt mollificetur illud, quod accidit eis de tensione. Et oleum violatũ est de oleis melioribus eis. Et oportet vt communicet inunctio eorum corpori : & proprie capiti, & collo, et spondilibus dorsi, & iuncturis omnibus: et proprie post balneationem. Et oportet vt sternantur strata eorũ, et aromatizentur indumenta eorum, et sedilia eorum : et si indigẽt iteratione balnei propter reliquias, iterentur omnia quæ scripta sunt in capitulo suo.

Complet curam concedendo fructus humidos : sicut sunt pepones, pruna, sed maxime illos qui sunt minus apti putrere : hos aũt cõcedit ad humectandũ & infrigidandũ. Sed cibaria de quibus supra multi nutrimenti ad restaurandũ humidum deperditum. Et concedit vinum plurimæ commixtionis assuetis potare vinũ : multũ enim infrigidat & humectat faciendo aquam secum mixtã ad extrema corporis penetrare. Si vero non fuerint vino assueti da iuleb frigidũ ex aqua & saccharo, aut aquã hordei, & similes potus : licet Halyab. concedat vinũ lymphatum etiã non assuetis. Curat etiam inungendo corpora eorũ : & proprie iuncturas quæ sunt exiccatæ cum oleo viola. & similibus, cum quo debite calido debet inungi caput, collũ, & spõdiles dorsi, & iuncturæ omnes. Sunt .n. aut principia motus voluntarij, aut instrumẽta: & ꝓprie inungãtur post balneũ, vt inunctio retineat aquã in poris, quæ rediẽs ad frigiditatẽ naturalem amplius infrigidat & humectat. Docet ẽt applanare strata, idest lectos, vt sint mollia in quibus bene quiescant. & docet aromatizare strata & sedilia cum rosis, sandalis, & similibus ad infrigidandũ, & virtutem confortandum. & si opus est reiterare balneũ, reiteretur : & procedatur sicut dictum est in hoc capitulo.

De febre ephemera ex euacuatione. Cap. XXV.

QVandoq; accidit ex commotione humorum post uentris solutionem motus spirituum superfluus, et inflammans in ipso febrem propter multitudinem lassitudinis, quæ sequitur ipsam. et quandoq; faciunt eam medicinæ solutiuæ, propterea quòd calefaciunt : et quandoq; sequitur phlebotomiam, propterea quòd redire facit humiditatem vaporum, et sanguinitatem eorum ad furiositatem cholericam.

Hic agit de febre ephemera ex euacuatione. Et primo ponit modum prouentus eius assignans quatuor causas, quibus euacuatio facit febrẽ ephemeram. Prima. quia in euacuatione humoris commouentur : in quorũ commotione accidit motus spiritus : & consequenter inflammatio ipsorũ: sunt enim spiritus humoribus permixti. Secunda : quia ad euacuationem sequitur aliqua species lassitudinis de quibus supra : aut propter frequentẽ surrectionẽ ad ascellam : aut quia humores agitati per aliquã euacuationẽ, scilicet per fluxum ventris, aut vomitum, aut saguinis euacuationem fiunt ad cutim, & ad lacertos, & sic inducunt aliquam speciem lassitudinis. Tertia causa : quia medicinæ exoluẽtes, aut fortiter uomitiuæ sunt calidæ, aptæ corpus inflammare. Quarta causa est, quia phlebotomia, aut euacuatio sanguinis per aliũ modum ducit ad inflammationẽ, & furiositatem cholericam proprie de corporibus abundantibus in cholera, aut in sanguine cholerico. Et ad hanc inflammationem sequitur ephemera, aut in humoribus inflammatio, propter quam euaporãt absque putredine. Et quandoq; etiam putrent, idest faciunt aliquam febrem putredinis.

Curatio. Cap. XXVI.

OPortet vt subtilietur uel ingenietur in retinendo naturam, per ea quæ sunt ordinata in capitulis suis : & vt cibetur æger cum eo quod confortat plus, & secũdum quantitatem qua digeratur, de eis quæ infrigidant, & humectant : & sint in eo pontica, styptica : et ponatur super stomachũ emplastrum, et embrochæ, confortantia calefacta, non tepefacta : Nam omne tepidum est mollificatiuum, et resoluit virtutem. Et de hac summa est, lana infusa in oleo nardino : aut oleo frigidiore eo aromatizato. Et exprimatur adeo donec separentur ab ea partes olei, & ponantur super cor, & hepar ea quæ infrigidant.

Omne tepidum resoluit virtutem.

Hic

Hic ponens curam quandoq; vertit intentionẽ ad cauſam. vnde docet retinere fluxum ventris per ea quę ordinata ſunt in capitulis ſuis .ſ. ſecũdo canone.&c.15.tertij. Quãdoq; vertit intentionem ſuam ad accidẽs maxime ad debilitatẽ virtutis ſequentẽ euacuationẽ. Vnde dat cibaria confortatiua ſm quantitatẽ, quæ conuenienter poſsit digeri, quæ cibaria propter febrem ſint infrigidantia & humectantia. & ſint in eis aliqua pontica aut ſtyptica ad retinendũ fluxum. ponticorum enim actio magis profundatur quàm ſtypticorũ: & ſunt frigidiora quàm ſtyptica. Exemplum horũ ciborũ eſt ſuccus carnium pullorum, vel perdicum, vel ipſa caro contuſa, & permixta cum pauco vino granatorũ, aut citoniorum. Exterius autem ſuper ventrem, & ſtomachum ponit emplaſtrum & vnctiones: & embrochas ſtypticas confortantes, actu calidas, non tepidas: quia omne tepidum eſt molificatiuum, & reſoluit virtutem. hæc autem calida applicata, ſunt ſicut oleũ nardinum .i. de ſpica. aut aliud oleũ frigidius .i. minus calidum ſicut oleum maſticinũ: quod eſt minus calidum nardino. ſexto de regi. ſani cap. pen. Et per hoc intellige alia olea frigida: præcipue oleum citoniorũ: quod eſt ꝓprium. & ſint hæc olea aromatizata cum aliquibus rebus boni odoris. ſicut roſis ſiccis, ſemine earum cum gallia muſc. & ſimilibus. In quibus oleis poteſt infundi filtrum, aut lana, & ſtomacho, aut ventri applicari. Sed cum applicantur ſint optime expreſſa, donec non remaneat niſi virtus oleorum, & non humiditas oleaginea fluens.

Sed contra inſtatur: quia tepida applicata ſtomacho, & ventri ſunt conformia calori innato ipſum agentia. ergo nõ debent virtutem debilitare. In oppoſitum eſt Auic. hic. & Gale. 8. therapeuticæ. Pro ſolutione huius dicendum, quòd licet ea quæ tepida ſunt ratione ſuæ conformitatis quam habent cum calore innato ſunt per ſe confortantia caloris innati, & ſpirituum: tamen per accidens adiuuant fluxum dilatando meatus. Sed ea quæ ſunt actu notabiliter calida de per accidens ſua acuitate retinent pungendo, & ſtimulando: vnde virtus contrahit membra, & claudit meatus. Propterea Meſue docet retinere fluxũ ventris a cathartico cum approximatione oleroum valde calidiorum actu: & aſperſione galliæ muſcatæ, & ſimilium aromaticorũ ſuper ventrem. hic aũt maxime conuenit in ſtomacho, & in inteſtinis: quæ ſunt membra naturaliter frigida. vbi autem eſſet intentio ſedare dolorem melius eſt, vt applicita tepida habentia caliditatem conformem caliditati innatæ. hic aũt quę applicãtur debent eſſe expreſſa ne humiditas ipſorũ actualiter plus noceat faciendo fluere, quàm virtus ipſorũ potentialis conſtringendo.

De febre ephemera a dolore. Cap. XXVII.

Dolor quandoq; calefacit ſpiritũ adeo donec inflammetur feb. Signa, dolor in capite, aut oculo, aut aure, aut dente, aut iũcturis, aut extremitatibus, aut colica aut hæmorrhoidibus, aut alijs doloribus furunculorum.

Habet hæc pars tres partes primo ponit modum prouentus. ſecundo ſigna. tertio curam: partes patent. dolor autẽ inflammat ſpiritus; quia natura intendens ſubuenire parti dolenti tranſmittit ad ea inſtrumẽta ſua, quæ ſunt ſanguis & ſpiritus: ex quorũ motu, & vnione in loco dolente accidit ipſorum inflammatio: aut extremitatibus .i. dolor extremitatũ .i. vnguis, quemadmodũ accidit ĩ panaricio, poteſt eſſe cauſa feb. ephemerę furunculorũ .i. adhemenul de quibus Auice. tertia quarti. & ſunt apoſtemata calida ad cupum tendẽtia, quæ ſecundum plurimum ſunt exituræ incipiendo.

Cura eius quæ fit ex dolore. Cap XXVIII.

Regatur dolor cum eo quòd oportet in capitulo ſuo. deinde curetur cura eius, quæ fit ex labore. Quòd ſi timeatur ex potu vini motus doloris, nõ detur in potu.

Vertit intentionem nunc ad cauſam ſedãdo dolorem tripliciter: aut remouendo cauſam: aut cum anodynis: aut tertio cum ſtupefacientibus: vt eſt apud Aui. quarta primi, cap. 3. aut regatur dolor cum eo quod eſt in cap. doloris cuiuſcunq; membri, Quandoq; vertit intentionẽ ad febrem, & ad accidentia, cum dicit quòd curatur cura eius quæ fit ex labore cũ infrigidantibus, & humectantibus. Et ſi timetur ex potu vini augmentum doloris: vt quia dolor eſſet in capite, aut in iuncturis dimittatur: licet potus vini frequenter iuuet, ſicut in dolore ventoſo, vel pendente a materia frigida. vt in colica quæ fit vtroq; modo.

De febre ephemera ex ſyncopi. Cap. XXVIX.

Quandoq; accidit ei, cui ſuperuenit ſyncopis propter commotionem ſpiritus diuerſa calefactio, et conuertitur in febrem: et quandoq; remouentur de ea poſt ablationem timoris in ſyncopi reliquiæ.

Primo ponit modum prouentus ephemeræ ex ſyncopi. ſecũdo ſigna. tertio curam. partes patent. accidit enim ephemera propter motum ſpirituum ad cor, & ipſorum vnionem in corde. quapropter ſupercalefiunt: ideo fit diuerſa corporis calefactio. in ſyncopi.n. cor calet, & extrema ſunt frigida. ſed recedente ſyncopi caliditate ſparſa exterius ſimul calet cor, & extrema. Et ſubdit quòd poſt ablationem timoris in ſyncopi remanent quandoq; reliquiæ febris. Si enim ſit vna ſyncopis remanet maior pars feb. poſt ipſam. Si vero ſint plures ſyncopes: ſicut quandoq; accidunt per communitatem a ſtomacho, aut a matrice multę ſyncopes in vno, aut duobus diebus remanet minor pars febris poſt ſyncopes illas, ſiue poſt ablationem timoris de alia ſyncopi.

Contra. ſycopis infrigidat & extinguit caliditatẽ: ergo nõ eſt cauſa febris. Dicendũ quòd ſyncopis. 11. tertij. eſt deſtructio maioris partis plurium virtutum ſenſibilis & motiuę ꝓpter retractionẽ ſpiritus in corde propter cauſam mouentẽ ipſum interius: aut ꝓpter aggregationem ſpiritus in corde vt non inueniat ſpiraculum: aut propter paucitatem, & ſubtilitatem ipſius vt non ſuperfluat ſupra illum qui eſt in minera. deſtruitur enim in ſyncopi virtus ſenſibilis intrinſeca, & extrinſeca: & deſtruitur virtus motiua mere voluntarie: ſed non deſtruitur virtus motiua naturalis .ſ. cordis, neq; mixta naturali & uoluntario ſicut pectoris. Subduntur autem tres cauſæ ſyncopis, ſcilicet aggregatio ſpiritus propter cauſam mouentem ſpiritum interius, quæ cauſa non eſt niſi nocumẽtum cordis per eſſentiam, aut communitatem. ſecunda eſt ꝓpter cauſam præfocantẽ ſpiritus in corde, vt non inueniãt ſpiraculum, neq; poſſunt debite euentari. ſicut exempli gratia, per motum multi ſanguinis ad cor ſuffocantis ſpiritus: & ex his duabus cauſis poſſunt ſpiritus inflammari: & ſic fieri febris ephemera. Sed ex tertia cauſa quæ eſt paucitas, & ſubtilitas ſpiritus non eſt apta contingere febris ephemera. Sed ad rationem dicitur quòd licet ſyncopis infrigidet extrema, calefacit tamen cor, vnde febris eſt in corde: licet pro tunc non ſit in extremis.

Syncopis

Tres cauſæ ſyncopis.

Vicinitas ſyncopis, et caſus virtutis abſq; ſignis febrium aliarum, quæ non ſunt ex febribus ephemeris, et pulſus in ea eſt diuerſarum ſpecierum. quandoq; enim cadit, et deſtruitur, quando vincit frigus: et quandoq; fit velox, et apparet, cum dominatur caliditas, et ſimilatur pulſui patientium extenuationem exiccatiuam, in duritie cum verminatione.

Sed quæ dicit in ſecunda parte quantũ ad ſigna ſunt manifeſta. Similatur pulſui patientium extenuationem exiccatiuam .i. tertiam ſpeciem hecticæ in duritie: quia in ſyncopi pulſus fit durus pp infrigidationẽ: ſed in tertia ſpecie hecticę propter exiccationẽ, & vtrobiq; poteſt eſſe formicularis, pp defectum virtutis, Et poteſt etiam pulſus indurari humido conſumpto propter ſyncopes frequentes.

De curatione. Cap. XXX.

Cura eius eſt cura ſyncopis: et dare cibos velocis digeſtionis boni chymi de illis, quos ſciuiſti. Et ſi indigueris, vt des ei in potu vinum fac: et non cures de febre. Cum ergo liberatur ex ſyncopi, et remanet febris ſimilis ei quæ eſt cum extenuatione, curetur cum eo quod eſt in canone de infrigidatione, et humectatione.

In cura vertit conſideratiõẽ ſeu intentionẽ principaliter ad ſyncopim dando vinũ, & cibaria boni chymi. Sed recedẽte ſyncopi curent cum infrigidãtibus, & humectãtibus, ſicut curatur hectica. Sed nota quòd hæc cura maxime conuenit vbi ſit neceſſariũ ſpũm reſtaurare, ſicut in tertia cã ſyncopis: & in hac nõ cõuenit euacuatio, neq; diuerſio: ſed ĩ alijs duabꝰ cauſis, & forte euacuatio: & forte pauca ſpirituũ reſtauratio cum

cũ vino & ſimilibus. Sed in oĩbus conuenit ægri excitatio ab actu ſyncopis cum vocibus altis : & cum aſperſione faciei : motus autem & eleuatio corporis ſyncopizati : licet poſſet iuuare in duabus primis cauſis, nullo modo conuenit in tertia. immo iaceat ſupinus, neq; eleuetur, neq; fricetur.

De febre ephemera ex fame. Cap. XXXI.

Quandoq; acuuntur vapores in corpore quando non inueniunt nutrimentum, & generant febrem : & eius pulſus eſt debilis, & paruus, quandoq; declinat ad duritiem.

CVRATIO.

Cibatio quidem in febre eſt, ſicut ex ſorbitionibus factis ex clyſt hordei cum oleribus : & poſt illas cum cibis bonis cõfortãtibus. Balneetur, & effundatur ſup caput eius, aqua plurima tepida : & ſedeat in ea, & in ea humectetur corpus eius, cum eis quæ sũt ſicut oleũ violatũ, et roſaceũ, et cucurbitinũ.

Agens de febre ephe. ex fame. primo ponit modũ prouentus & ſigna, ſecundo curam. Circa primam partẽ ſciendũ, ꝙ cum cibus inter cætera commoda habeat temperare calorẽ, ex fame vapores .i. ſpiritus exacuuntur .i. inflammantur : quia a vaporibus cibalibus nõ debitum fomentum recipiũt. nõ eſt tamen credendũ quòd ſpiritus per vapores vere nutriuntur. ſm quòd quidã arbitrati ſunt tenẽtes eſſe ſpiritus formaliter animatos : ſed ſolum humectantur, refrigerãtur, & fouentur. Pulſus debilis eſt, & paruus virtute deficiente : ſed eſt durus aliquando arteria exiccata ex defectu cibi. In cura vertit intentionẽ circa cauſam cibando : quæ cibatio ſtatim a principio fieri debet & ſtante febre : ſed cum cibis infrigidantibus, & humectantibus : ſicut eſt ptiſana hordei & ſimilia : quæ tamen non ſint facile corruptibilia : ne a ſtomacho inflammato corrumpantur : ſed in fine dentur cibi boni, & multi nutrimenti infrigidantes, & humectãtes vt ſimul intẽdantur cauſæ feb. & accidentibus. cætera manifeſta ſunt.

De febre ephemera ex ſiti. Cap. XXXII.

Haec proxima eſt ei quæ eſt ex fame : & eſt dignior vt accidat propter defectum eius quo ſedatur de aqua, caliditas fortis in vaporibus.

Primo comparat feb. ephe. ex ſiti ad feb. ephe. ex fame dicens. quòd dignius eſt vt accidat feb. ephe. ex ſiti, quàm ex fame. & ita frequẽtius debet accidere. In ſiti .n. eſt defectus frigidi & humi. & eſt apud Ariſt. 8. ꝓblematũ. ꝓblemate .7. Sed in fame in comparatione ad ſitim eſt defectus calidi & ſicci. Propterea dicit Auic. ꝓpter defectũ eius de aqua quo ſedatur caliditas fortis in vaporibus. Propterea ſublato humido aqueo qđ aufertur in ſiti, & nõ in fame debet multo magis pp ſitim caliditas in vaporibus .i. in ſpiritib. accẽdi quàm propter famẽ. quæ dicit in cura manifeſta ſunt. CVRA.

Dare in potu aquam frigidam, & aquas fructuum frigidorum : & proprie granatorum : & humectare corpus cum tina. & ſi poßibile eſt ei balneatio cum aqua frigida, faciat.

Et ſi poſſibile eſt ꝙ balneetur cũ aqua frigida fiat ad citius infrigidãdũ & humectãdũ. timetur tamen balneũ aquæ frigidæ ſi ſit extenuatũ, & nõ ſolitũ in aquis frigidis balneari : ne uirtutes naturales debilitẽtur : & calor innatus extinguatur.

De feb. ephemera ex oppilatione. Cap. XXXIII.

Oppilatio multiplex.

Oppilationes fiunt in poris cutis propter ſpißitudinem eius, & paucitatem ablutionis, & multitudinem ciborum : & propter frigiditatem : & propter ablutionem cum aquis frigidis ſtypticis : & propter aduſtionem ſolis. Et quandoq; fit in vijs venarum, & meatibus earum : & orificijs ipſarum, & curſibus, & vijs earum.

In hac parte agit de ephe. a cauſis corporeis, quæ nõ ſunt actiones, aut motus : neq; cõtraria eorum. Et ſunt quatuor ſpecies. ſ. febris ephe. ex oppilatiõe intrinſeca. ephe. ex ſatietate nauſeatiua. ephe. ex apoſtemate. quarto ephe. ex oppilatione extrinſeca. de quibus quatuor aget in ſequẽtibus capitulis. Capitulũ primũ de ephe. ex oppillatiõe intrinſeca habet tres partes. In prima ponit ſpecies oppilationis : modum ꝓuẽtus : & cauſas oppilationis. In ſecũda ſigna. In tertia curã. partes patent. prima pars diuidit in quinq;. In prima ponit duas ſpecies oppilationis. In ſecũda ibi {Et cum dicit} innuit de qua ſpecie oppilationis, vel oppilatione in præſenti locuturus ſit. In tertia ibi. {Nã pleræq;.} ponit modũ ꝓuentus febris ex oppilatiõe. In quarta ibi. {Et huiuſmodi quidẽ} ponit cauſã oppilationis In quinta ibi {Et hæc quidem} ponit canones completiuos huius doctrinæ. In prima parte ponens duas ſpecies oppilationis intẽdit, ꝙ vna eſt oppilatio extrinſeca in poris cutis quæ pendet a quinq; cauſis. vna eſt ſtrictura pororum in creatione ſua, ſecunda eſt ſordities quæ eſt ſuperfluitas quartæ digeſtionis in poris cõgregata ꝓpter paucitatem ablutionis. tertia cauſa eſt multitudo humorum oppiiãtium poros cutis ꝓpter multitudinẽ ciborum. quarta eſt frigiditas extrinſeca aeris aut ablutio, ſiue balneatio cum aquis frigidis & ſtypticis. quinta cauſa eſt propter aduſtionẽ ſolis inſpiſſantis cutem. Secunda oppilatio fit viis venarum, & meatibus earum. & forte dixit vias quantũ ad venas paruas. meatus quantũ ad magnas : & in orificijs ipſarũ venarũ, quæ ſunt ipſarũ extremitates : & fit in curſibus & vijs .i. in poris ipſarũ venarũ. Et quod hic dicitur de uenis intelligitur de cæteris meatibus intrinſecis.

Duæ oppilationis ſpecies.

Et cum dicitur febris ephemera ex oppilatione, non innuitur niſi ad hanc ſpeciem.

In hac ſecunda parte declarat quòd hic vult determinare de febre ephemera ab oppilatione intrinſeca.

Nam plerunq; accidit vt minoretur reſolutio, & multiplicetur repletio, & coarctatio, & priuetur reſpiratio, & aggregetur vapor plurimus, & non reſoluatur, & tunc eueniet caliditas ſuperflua.

In hac tertia parte ponit modũ ꝓuentus feb. ex oppilatione : & primo in generali. ſecundo in ſpeciali. ibi {Et dum perſeuerat.} In prima dicit ꝙ feb. ephe. accidit qñ minorat̃ ſolutio .i. euacuatio humorũ manifeſta, uel occulta. & multiplicat̃ repletio & coarctatio .i. repletio coarctans : & priuat̃ reſpiratio ita vt vapores nõ poſsint trãſpirare : tunc aggregatur vapor plurimus faciens euenire caliditatem ſuperfluam.

Et dum perſeuerauerit eius inflammatio in debiliori ex corporibus, quod eſt ſpiritus erit febris ephemera. cum ergo inflammatur in ſanguine eſt ſpecies famoſa ſynochæ quã dicemus. & eſt illa quæ eſt de ſumma febrium humorum : & nõ eſt ꝓpter putredinẽ : immo eſt ꝓpter inflammationem, & ebullitionẽ. Quod ſi ꝑtrãſeat illud ad putredinẽ, quã facit oppilatio et priuatio reſpirationis ꝑmutatur ad febres putredinis.

Oſtẽdit in ſpeciali modũ prouentus feb. dicẽs quòd ſi inflãmatio ꝑſeueret in debiliore ex corporib⁹ qđ eſt ſpiritus : quia eſt magis tenuis ſubſtãtiæ erit feb. ephe. Cum aũt inflãmat̃ in ſanguine eſt ſpẽs famoſa feb. quæ dicitur ſynocha : quæ eſt de ſumma feb. ſine putredine. ſ. per ſolã inflãmationẽ & ebullitionem. Si vero cõtinuata oppilatione & priuatiõe reſpirationis accidat putredo. tunc permutatur ad feb. putredinis.

Et huius quidẽ oppilatio aut fit a multitudine humorũ, & ſanguinis : aut ex großitudine eorũ : aut ex viſcoſitate eorum : aut ꝓpter caſum rei de cauſis oppilationis in inſtrumẽto : nõ in curſu : immo ſicut frigus cõſtingẽs : aut apoſte. coarctãs : aut naſcẽtia rei : aut aliud de illis : quarũ te oportet rememorari.

In hac quarta parte innuit tres ſpecies oppillationis. prima ẽ coarctatoria, in qua cauſa oppilãs eſt in via : & ẽ multitudo humorũ, groſſities, aut viſcoſitas. ſecũda ſpẽs dicit̃ attenuatoria : & cã oppilãs in inſtr̃o, nõ in curſu : ſicut frigus cõſtringẽs, aut aliqđ apa coarctãs meatũ. tertia oppilatio dicit̃ carnoſa : cuius cã dicit̃ naſcẽtia carnis de illis quæ dicta sũt ſecũda primi. &. 14. tertij. ſicut exẽpli gratia eſſet verruca : aut ablatio magnæ partis cutis pp vlcera ſuꝑficialia corrodẽtia : ſicut qñque accidit in ſuꝑficie intrinſeca matricis : aut pp cõbuſtionẽ ab igne. Sed forte aliquis inſtabit ꝙ nõ poſsit ephe. ꝓuenire ab oppilatione carnoſa : cũ oppilatio carnoſa nõ poſsit remoueri ſm plurimũ. ſequit̃ ergo ꝙ feb. ephe. illa erit coęterna patiẽti. Ad hoc rñdetur ꝙ ſi oppilatio erit cã totalis ephemerę ex illa ephe. erit tranſitus in putridã quæ forte erit coæterna patienti : quia morietur cum illa. Si autem illa oppilatio nõ ſit totalis cauſa ephemeræ : poterit ephemera remoueri remanente oppilatione, vt manifeſtum eſt.

Tres ſpecies oppilationis.

Et

Et hæc quidem feb. de febribus ephemeris parũ permutatur ad hecticam: quoniã corpus in ea est plurimæ materiæ.

In hac quinta parte Auic. ponit septẽ canones. Primus. hæc feb. parũ ꝑmutatur ad hecticã: qm̃ corpus in ea est plurimę materiei: quapropter multũ resistit causis exiccantibus.

Et in hac febre iterum est sitis, et inflammatio: et adhærentia caliditatis, et vrina media inter igneam.

Secundus canon in hac feb. sunt accidẽtia quæ cõsueuerũt accidere in aliis feb. s. sitis, inflãmatio, adhærẽtia caliditatis .i. cõtinuitatis: sicut cõtinua est oppilatio. raro .n. accidit, licet habeat paroxysmos: vt dicitur ꝙ sit integra quies inter paroxysmũ & paroxysmũ: & vrina est media inter igneã. Sed tu dices, vbi est aliud extremũ. Dicunt quidã ꝙ vult dicere inter igneã & rubeam. ita vt color sit partim citrinus, & partim rubeus. Aliter & melius inter igneam .i. inter gradus citrinitatis. sicut multis epheme. debilis caliditatis: neq; intensæ citrinitatis, sicut in cholericis.

Et hæc febris est difficilis ad cognoscendum cuius similitudo est proxima similitudini febrium humorum.

Tertius canon. hæc febris est difficilis cognitionis: quia multum habet similitudinis cum putridis propter oppilationem, & multitudinem materiæ.

Et hæc febris quandoque remanet vsque ad diem tertium, et in eo quod est post ipsum, si sunt oppilationes plurimæ fortes: et non sunt inspissantes: et non sunt condensantes de foris, et si sunt paruæ, festinat eius eradicatio, si nõ fuerit error.

Quartus canon. hæc feb. qñq; durat vsq; ad tertiũ diẽ: & ẽt post ipsũ si oppilationes fuerint fortes: sed nõ in vltimo fortitudinis: quia tũc fieret trãsitus in putridã: & nõ fuerint inspissantes: neq; cõdensantes de foris .i. nõ fuerint in poris: quia istæ sunt leues in cõparatione ad oppilationes intrinsecas: ꝙ si oppilationes sunt paruæ cito eradicãtur: nisi accidat error.

Et hæc febris inter feb. ephemeras, quandoq; accidit, et redit propter fixionem oppilationis, quæ est causa, quare fiunt ei paroxysmi.

Quintus canon. hic feb. inter ephe. qñq; accidit, & redit .i. habet paroxysmos. siue exacerbationes ꝑꝑ fixionẽ oppilationis: quæ est causa, quare ei fiant paroxysmi. Dubitaĩ pro declaratione huius partis, vtrũ feb. ephemera sit paroxysmalis, siue ꝑiodica. Arguiĩ ꝙ nõ. primo feb. ephe. est facta: ergo nõ ẽ periodica. tenet cõsequẽtia & assumptum est Gal. 8. terapeuticę. Secũdo si aliqua ephe. esset ꝑiodica maxime esset ephe. ex oppilatiõe: sed hæc nõ est ꝑiodica. ergo nulla alia. assumptũ probaĩ: quia oppilatio fixa debet facere feb. fixã, & nõ periodicã: cum cã & effectus debeãt ꝓportionari. In oppositũ est Aui. in parte ꝑsenti in cap. sequẽti de ephem̃. ex nauseatiua satietate. vbi dicit ꝙ habet quatuor ꝑiodos vsq; ad septimum. Secũdo pro hac parte sunt rationes. põt .n. ephemerans ex sole iterũ ad solẽ redire: & sic fiet nouus paroxysmus. Tertio. spiritus inflammatus faciẽs ephemeram, potest inflãmare aliũ, siue genitũ, siue de nouo ꝓducendũ, qui inflammatus faciet ẽm paroxysmũ. Quarto. reperitur tertiana vnius paroxysmi quæ est periodica: ergo ẽt ephemera vnius paroxysmi põt esse periodica. Quinto quæcũq; causæ faciũt putridã esse periodicã, possunt, in ephemera reperiri: & ꝙ causa cõiuncta vnius ephemeræ disponit causã cõiunctã secũdæ ephemerę: & sic de aliis causis quæ in putridis reperiũtur. ergo ephemera poterit periodica esse, sicut & putrida.

Periodicatio duplex. Pro solutione huius qõnis præmittenda est hæc distinctio ꝙ periodicatio accipitur dupliciter. communiter & ꝓprie. Communiter sumpta est discretiue reditus febriũ similis primæ ꝓpter causã corporeã primę disponentẽ ad secundã. uoco aũt febrem similẽ primæ in eadẽ denominatione specifica. Periodicatio aũt proprie sumpta est reditus febris similis primæ ꝓpter causam cõiunctã primæ disponentẽ ad causam coniunctã secũdæ: & attrahẽtes ipsam ad locũ determinatum, vbi prima causa fecit primã febrẽ. & hoc ꝓpter vestigium ex prima causa derelictum in loco illo. Hac distinctione pręmissa sit hęc prima cõclusio. nulla feb. hectica est periodica. probaĩ: quia nulla feb. hectica habet causam a qua dependet speciali dependentia. Secunda cõclusio. feb. ephe. tam vera, quàm non uera est periodica. prima pars probatur. Nam aliquo efficiente ex sola potest causa coniuncta illius ephemerę .s. spiritus inflammatus a sole disponere alium spiritum ad inflammationem. vnde cessante prima ephemera redibit secunda similis primæ propter causam corpoream. quare hæc ephemera vera est periodica. Istud tamen est rarissimum, quòd unus spiritus inflammatus absq; alia causa corporea alium spiritum disponat ad inflammationem taliter, vt secũdam faciat ephemeram. secunda vero pars probatur. oppilatio enim remanẽs fixa iuxta textum est causa inflammationis spiritus ꝓhibita euentatione: quo spiritu resoluto, & cessante ephemera tandẽ oppilatio fixa erit causa inflãmationis aliorum spirituum veniẽtiũ ad eadem loca oppilata. & sic vsq; ad plures paroxysmos donec oppilatio remoueatur, aut ephemera trãseat in putridam. hoc autem manifestum est in ephemera ex nauseatiua satietate. potest enim vnus chylus corruptus faciens ephemeram disponere ad alium chylum corruptum facturum secundam ephemeram: & sic abibit secundum Auic. qñq; a quatuor paroxysmis vsq; ad septimũ. Item apostema intrinsecum inflammans spiritũ & faciẽs ephemerã spiritu illo inflammato resoluto. & sic prima ephemera cessante põt inflammare nouũ spiritũ, & nouam facere ephemerã. & sic non est inconueniens in vno bubone in pluribus diebus plures accidere ephemeras. Et ex hac conclusione sequitur ꝙ periodicatione communiter sumpta: potest etiam ephe. esse ꝑiodica. Tertia cõclusio. accipiendo periodicationẽ proprie sola feb. putrida est periodica. Et ꝓbatur conclusio. Nam causa coniuncta primi paroxysmi disponit causam coniunctam secundi paroxysmi, & attrahit ipsam ad locũ illũ in quo prima causa coniuncta putrens fecit paroxysmũ. & hoc propter vestigiũ derelictũ a prima causa putrẽte, siue illud vestigium sit cineritiũ: qđ est terminus putrefactionis, siue mala cõplexio in loco derelicta. nihil aũt tale põt cõuenire ephemeræ. quia causa cõiuncta ephemeræ nõ põt trahere causam secundã cõiunctam ad locum determinatum ꝑꝑ vestigiũ derelictũ: cum spũs sit substãtia tenuissima, nihil tale potens relinquere post sui putredinẽ, aut inflammationẽ. Quarta cõclusio. tertiana vnius paroxysmi: licet nõ sit ꝑiodica actu: est tñ periodica aptitudine. Causa .n. cõiuncta illius paroxysmi est apta attrahere nouã materiã ad locũ in quo putret, ꝑꝑ vestigium derelictũ: nõ aũt attrahiĩ: quia defecit materia. nihil .n. remansit sub forma causæ añtis supra illam quæ fecit illũ paroxysmum. Periodicationis causa.

Et ex dictis in præsenti qõne & partim ex dictis supra põt facile respõsio patere ad rõnes factas in principio qõnis tam ante oppositum quàm post oppositum.

Et hæc quidem febris multotiens permutatur ad frigus, et horripilationem, et significat quod ipsa sit putrida.

Sextus canon. hęc feb. multotiens permutatur ad frigus & horripilationem. supplete & rigorem. & significat quòd sit putrida. Ephemerę enim non sunt cum typo notabili: & hoc signum manifestum est, si prius præcedat febris: & postea sequitur typus.

Et cum illa, quæ est ex oppilatione facit accidere dolorem post phlebotomiã in latere sinistro, non est excusatio iterationis phlebotomiæ: præcipue cũ sedatur feb. et ꝑseuerat dolor.

Septimus canon. cum febris ephemera ex oppilatione facit accidere dolorẽ in aliqua parte corporis post phlebotomiam in latere sinistro, id est ex basilica sinistra nõ est excusatio iterationis phlebotomię, præcipue cum sedaĩ feb. & perseuerat dolor. est .n. sedata feb. per re motionem repletionis uaporosæ per phlebotomiam basilicæ sinistrę maxime ad hoc conferentis: vt est apud Auic. 11. tertii. cap. de curationibus generalibus complexionum malarum cordis: sed dolor perseuerat post phlebotomiam: quia sanguis agitatus, & nõ sufficienter eductus per primam phlebotomiã incipit aliquod membrum apostemare. propterea necessarium est phlebotomiam iterare. Secũda expositio est, vt textus sic ordinetur. cum febre ephemera ex oppilatione facit accidere dolorem in parte corporis sinistra post phlebotomiã factam in aliqua parte corporis est necessarium vt reiteretur phlebotomia:

præcipue

præcipue cùm feb. ſedatur : & perſeuerat dolor . eſt enim ſignum dolorem illum non ſequi febrem : ſed potius agitationem alicuius humoris melancholici in latere ſiniſtro incipiẽtis partem ſiniſtram apoſtemare . quapropter eſt neceſſaria reiteratio phlebotomiæ . Sed ex qua parte & qua vena debeat fieri phlebotomia : & quantum ſanguinis ſit hauriendũ tuo relinquitur iudicio æſtimatiuo .

SIGNA.

Quandoq; accidit febris ephemera non eſt a cauſa primitiua , & eſt longe declinationis : tunc æſtima quòd ipſa eſt oppilatio : & proprie quando declinat ſine euacuatione cum humectatione .

Hic ponit ſigna : & primo dantia notitiam æſtimatiuam . ſecundo magis certam.ibi ⸗Et verificatur.⸗ Signa autem prima ſunt tria . Primum non fieri a cauſa primitiua . ſed hoc ſignum licet excludat ephemeras veras : eſt tamen commune omnibus ephemeris pendentibus a cauſa corporea . Secundum ſignũ eſt . quòd eſt longę declinationis . & hoc eſt commune pluribus pendentibus a cauſa corporea . Tertium magis proprium præcedentibus eſt quando declinat ſine euacuatione .i. ſine ſudore ſimili naturali . nam cæteræ ephemeræ ſunt magis aptæ terminari cum ſudore ſimili naturali , quàm pendens ex oppilatione . eſt enim oppilatio tam intrinſeca , quàm extrinſeca multum apta impedire ſudorem : niſi forte ephemera pendens ab euacuatione . eſt enim parum apta terminari per ſudorẽ:ſed illa facile per cauſam ſuam cognoſcit .

Et verificant æſtimationem tuam ſigna repletionis , & in corporibus plurimi ſanguinis , & generãtibus eum: aut groſſorum humorum viſcoſorum . Et differentia quidem inter ea ambo eſt : quoniam ſi oppilationes in eis ſunt propter groſſitudinem humorum , & viſcoſitatem eorum ſignificant ea ſigna nota eis : & non eſt illic inflammatio corporis, & rubedo & extenſio , & ad ſummũ ſigna multitudinis . Et illis in quibus cauſa eſt repletio ſunt ſigna repletionis ex rubedine faciei , & exuberatione venarum , & inflatione , & tenſione, & alia apparentia . Et ſi ſuperfluunt oppilationes pulſus eſt paruus : & ſi non ſuperfluunt, nõ oportet vt minores pulſus .

Ponit ſignum magis certum : & eſt præſentia oppillationis cognita per ſigna ſua, ſiue oppilatio fiat a multitudine , ſiue ab humore groſſo & viſcoſo . Signa autem oppilationis ſunt extenſio, & grauitas in loco oppillato: pręcipue ſi locus ille fuerit tranſitus multarum materierum, ſicut hepar in quo plerunq; propter oppilationem eſt maior grauitas , quàm in apoſtemate eius. ſecũda primi in cap. de ſignis oppilationũ . Oppilationes quoq; in venis habentes habent colorem citrinum: aut ſaltem non bonum: quoniã ſanguis per foramina ſua ad cutis ſuperficiem nõ accedit. Signa aũt quòd oppilatio ſit a multitudine ſanguinis eſt membrorum grauitas, in motibus pigritia, faciei rubedo, venarum inflatio, & tenſio : plenitudo pulſus, licet aliquando propter nimiã plenitudinem ſuffocantẽ appareat paruus iuxta textũ : & habẽt ſomnia quæ grauitatẽ ꝓtendunt : vt ſomniare ſe mouere nõ poſſe : ſicut ecõtra : ſomniare ſe volare ſignificat humores ſubtiles in quantitate temperata . Signa autem oppilationis ab humore groſſo, & viſcoſo eſt calor malus tendens in plumbeum : pigritia ad motus : albedo vrinæ extrema : ſomnus multus & ocioſitas : membrorum laſsitas, & pigritia: pulſus paruus præcipue oppilatione ſuperfluente .

DE CVRA.

Cum cauſa eſt multitudo humorũ , & repletio : tunc oportet vt in principio properes ad phlebotomiam, & euacuationem : & vt phlebotomes eum cum iam non febrit : tunc eſt melius . Et quando febrit ſi non fuerit neceſſitas : tunc ſtatio eſt magis conueniens. phlebotomia enim facit humores currere , & permiſcet inter eos . Si autem non fuerit excuſatio : tunc non oportet vt poſtponatur , & tardetur phlebotomia & euacuatio : deinde fiat occupatio in eis quæ aperiunt oppilationes , & mundificant meatus . Et nõ propterea ante euacuationem ad mundificandos meatus , & opertionem . illud enim fortaſſe fit cauſa ad attrahendũ humores ſubito ad quoſdam meatus, & inuiſcandum in eis: & illud eſt res in qua ſunt errores plurimi: & fortaſſe addit in oppilationibus ſi fuerint groſſi : & proprie ſi meatus in creatione ſua fuerint ſtricti .

Phlebotomia facit humores currere & fluere.

Hic ponẽs curã primo ponit curã magis cõuenientẽ in principio . ſecũdo cõueniẽtẽ in proceſſu . ſecunda ibi . ⸗Deinde oportet⸗ prima in tres . nam in prima parte curat ephemerã pẽdentẽ ab oppilatione ꝓpter multitudinẽ materiæ. In ſecũda ibi⸗Et ſi nõ ſentis.⸗ curat ephemerã pendentẽ ab oppilatione propter groſsitiem , & viſcoſitatẽ humorum . In tertia ibi ⸗Et cibus ſit.⸗ ponit cibos cõueniẽtes in curatione hmõi ephemeræ.prima in duas.nã in prima curat per euacuationẽ. In ſecunda per apertionẽ. ibi⸗Deinde fiat in eis occupatio.⸗ In prima dicit ꝙ ſi fuerit multitudo humorum & repletio .i. multitudo replens: ſicut quãdo eſt ſanguis præter modũ exuberans tũc fiat phlebotomia & euacuatio : ſed euacuatio debet eſſe cum clyſteribus: & cum his quę ſanguinẽ mundificãt. Aliter & ſi fuerit multitudo humorum.ſ.aliorum a ſanguine: & repletio quantũ ad ſanguinẽ, fiat phlebothomia ꝑꝑ ſanguinem: & euacuatio ꝓpria aliorũ humorũ electiua ſm ipſorum exigentiã . Et hæc phlebotomia debet fieri cum nõ febrit, ſiue fiat ante inchoationẽ , ſiue poſtquàm declinauerit primus paroxyſmus. phlebotomia .n. agitat humores : & per corpus fluere facit: & miſcet bonũ cum malo. hoc aũt plus fit præſente febre . Et de hoc eſt canon inferius in cap. de cura generali febriũ. vbi dicit. & nõ moueas in die paroxiſmi. hæc aũt intelligũtur in cura regulari. coacte .n. qñq; oportet parare ad phlebotomiã, & alias euacuatiões in feb. timẽdo ſuffocationem, aut raptũ materiæ ad aliqđ membrũ nobile : aut forte in ruptura uenæ, & alia ſimilia nocumenta . Deinde oportet vt demus aperiẽtia & mundificãtia meatus oppilatos : ſed nullo pacto hæc aperiẽtia debẽt exhiberi ante euacuationem, illud .n. eſſet cauſa attrahendi multos humores ad meatus illos , & ad inuiſcandũ multos humores in illis meatibus . propter quã rem multi ſequerentur errores .i. nocumenta, vt quia augerentur oppilationes : & proprie humoribus exiſtentibus groſsis , & meatibus ſtrictis in creatione ſua : & forte fieret tranſitus ephemeræ in putridam .

Cum phlebothomia iterum , & euacuatio quandoq; educant ſuperfluitates viſcoſas, fumoſas, facientes coarctatione ſua hanc febrem : & prohibeant vt permutetur ad putredinem : & proprie cum ad vltimum facis eam peruenire : & facis approximare ſyncopi .

Ponit ſecũdã.quare eſt inchoandũ a phlebotomia, & euacuatione: quia hmõi euacuationes qñq; ſufficiũt abſq; exhibitione aliorũ apparẽtiũ ad curationẽ oppilationis, & feb. inde ſequẽtis , ſiue ſit ephemera ſiue ſynocha : & prohibẽt tranſitũ in putridã: quia ꝑꝑ hmõi euacuationẽ educũtur materiæ oppilantes: & ſuperfluitates fumoſæ.i.quæ uaporãt abſq; putredine: quę coarctatæ , & nõ potẽtes trãſpirare ꝑꝑ oppilationẽ ſunt cauſæ ephemeræ : & forte ſynochæ ſine putredine : & ꝓprie qñ exiſtẽte multa replatiõe ſanguinis facis phlebothomiam uſq; ad ſyncopim excluſiue: ſicut inferius dicetur in ſynocha : & hæc ſunt dicta Gale. 9. therapeuticæ .

Et ſi non ſentis multitudinem humorum : immo ſentis oppilationes : & quòd ipſæ ſunt accidentes a groſſitudine eorũ, & viſcoſitate ipſorũ , tunc fortaſſe non indiges phlebotomia ſuperflua, & euacuatione ſoperflua : immo indiges apertione.

Hic ponit curã ephe.pẽdẽtis ab oppillatione ꝑꝑ humores groſſos, & viſcoſos: & patet . Sed hic nota ꝙ ſi humores fuerint a ſanguine ſeparati, ſola indigemus ipſorũ euacuatiõe: & aliqñ incipimus a phlebtomia, ſanguine, & his humoribꝰ ęqualiter ꝓportionabilr , aut ipſo dñante. Si vero ſit ecõtra, ab euacuatione incipere debemus: & raro in hmõi caſibus oportet hmõi euacuatiões eſſe valde copioſas: niſi forte materia optime digeſta: aut ipſa repente ad aliquod membrũ nobile .

Et apertio quidem eſt cum abſtergentibus ex medicinis , & cibis : & propterea quòd ægritudo eſt febris , non eſt poſſibile vt redeas in aperiendo ad abſtergentia calida: immo ad illa , quæ ſunt inter ſyrupum acetoſum purum vſque ad illum , qui eſt cum ſeminibus : & aquam endiuiæ vſque ad aquam fæniculi .

Hic

Hic ponit ꝙ poſt euacuationem iam dictā, eſt aperiendum cum abſtergentibus, tā ex cibis, quàm ex medicinis : ſed propter feb. debēt eſſe remiſſe calida, ſicut cū ſyrupo acetoſo : ſuppleatis incluſiue, ſiue mellinum, ſiue cum zuccaro, vſq; ad ſyrupū acetoſum cōpoſitū ex ſeminibus, in quo ēt ſint radices aperiētes: & ab aqua endiuiæ vſq; ad aquā fœniculi incluſiue. Circa quā partem nota ꝙ medicinæ deſeruientes apertioni oppilationū ſunt quintuplices, ſubtiliatiuæ, abſterſiuæ, inciſiuæ, lauatiuæ, & aperitiuæ. Subtiliatiua autem medicina eſt, cuius proprietas eſt vt faciat humoris ſubſtantiā ſubtiliorem cum caliditate tēperata: ſicut hyſſopus, alaſſæ, & chamomilla. Abſterſiua aūt eſt, cuius ꝓprietas eſt vt remoueat humiditates viſcoſas, & cōgelatas ab orificijs meatuū, ſiue pororū, qui ſunt in mēbri ſuperficie : ita vt elonget eas ab eis : ſicut aqua mellis, & quæ ex melle fiunt: quapp oīs medicina abſterſiua ē corporis ſolutiua : licet non pp ꝓprietatē occultā : & omne amarum eſt abſterſiuū. Inciſiua vero eſt cuius ꝓprietas eſt, vt ſubtilitate ſua penetret inter duas ſuperficies. ſ. humoris viſcoſi, & ſuperficiē membri in qua eſt viſcatus, & remouet ipſum ab ea: & cum hoc etiā diuidit ipſum humorem in partes: licet non faciat ſubſtantiam ſuam ſubtiliorem : ſicut ſinapi, & oxymel. inciſiua enim proprie opponitur viſcoſo . ſubtiliatiua autem groſſo & ſpiſſo . Lauatiua autem eſt cuius ꝓprietas eſt vt mundificet meatus cum humiditate ſua quā adiuuat motus. nā currens ſubtile cū tranſit ſuper orificia : & p meatus ſuo curſu remouet ſuperfluitates : ſicut aqua hordei , & aqua cucurbitæ. Aperitiua vero medicina eſt, cuius proprietas eſt vt moueat materiā exiſtentem in concauitate meatuū ad exteriora , & remanere concauitatem meatuum apertam efficit hoc ſubtilitate ſua : ſicut petroſelinum : aut quia ſubtilis eſt , & inciſiua : aut quia ſubtilis eſt , & lauatiua : aut quia ſubtilis, & abſterſiua : & omne acutum aperitiuum eſt. Et melius eſt in apertione oppilationum, vt inchoes ab abſtergentibus, & inciſiuis : deinde procedas ad ſubtiliantia, & aperiētia : & omnia ſint liquida , & fluxibilia .

Medicinæ deſeruientes apertioni oppilationū.

Oē abſterſiuum, ſolutiuum.

Omne acutum aperitiuum.

Et cibus ſit ille in quo eſt ablutio, & non in quo eſt viſcoſitas, ſicut clyſt hordei. Et ſaccharum cum hoc quod ipſum eſt propinquum cibo eſt in ipſo apertio , & abſterſio . non eſt ergo malum ſi miſceatur cum clyſt hordei.

Ponit quales debent eſſe cibi : & patet clyſt hordei, id eſt ptiſana hordeacea .

Demum oportet, vt cōſideres cum euacuaueris, ſi neceſſaria fuerit euacuatio eius, & apparuerit, ſicut diximus, an minuatur febris, & deficiat : et an ſi paroxyſmos habuerit, frangatur, & debilitetur paroxyſmus eius ſecundus a primo. Et conſidera vrinā : & ſi inuenis eā non priuatā digeſtione: et in pulſu ſi inuenis eum nō ſignificare putredinem, procedes ſecundum hoc regimē. Et intromitte ægrum in die tertio poſt paroxyſmū in balneum hora mollificationis paroxyſmi expectati, ſi fuerit febris, vſq; ad quinq; horas, & inunge eū, & frica ipſum cum rebus , in quibus eſt abſterſio æqualis : ſicut quod eſt inter farinam fabarum, vſq; ad farinam orobi, et farinā radicum lilij, & ariſtologiæ emollitæ cum aliquantulo mellis , & aquæ. Quòd ſi fueris auſus vti fortiori hoc : tunc vtere ſpuma baurach : & ſi exiſtimas ꝙ balneum alterat naturam eius in aliquo, & facit accidere quaſi horripilationem : non moretur in eo ictu oculi . oppilationes enim iſtæ non ſunt de genere earum , quas aperit balneum .

In hac parte ponit curam conuenientem in proceſſu: & eſt adminiſtratio balnei & fricationis . In ſecunda parte ponit quid poſt exitum a balneo faciendū ſit. ſecunda ibi § Cum ergo egreditur § In prima parte ponit octo conditiones ſeruandas in vſu balnei. Prima ꝙ præceſſerit euacuatio . ſecunda ꝙ facta ſit oppilationum apertio. Tertia ꝙ paroxyſmus ſi fuerit vnus ſolus ſit in declinatione. Si aūt ſint plures paroxyſmi, ꝙ cum balneatur ſit paroxyſmus declinationis vniuerſalis. quarta quòd vrina ſignificet digeſtionē. quinta quòd pulſus ſit coarctatus ſignificās putredinem. ſexta quòd ponatur in balneo in die tertio : quia in hoc tēpore veriſimile eſt ægrum eſſe in declinatione, & præceſsiſſe euacuationem & apertionē quæ prætermittendæ ſunt. & ante paroxyſmum ſequentis ſi fuerit aliquis veriſimiliter ſecuturus ſaltem per quinq; horas: ita vt poſsit fieri balneum , fricatio , & cibatio ſi fuerit expediens. ſeptima ꝙ poſt balneū fricetur, & vngatur cū abſtergentibus quæ in textu deſcribit. Horum tamen vſus nō eſt apud nos: & magis conueniret oppilationi exiſtēti in cute ſpuma baurach .i. pars ſubtilior ſalis : quod dicitur baurach : ſed loco ipſius accipimus ſalnitrum. octaua , quòd ſi balneū alteraret ipſum faciendo oppilationem illico de balneo egrediatur. ſignificatur enim quòd balneū nō eſt aptum aperire huiuſmodi oppilationes : immo potius diſponit ad febrem putridam.

Cū ergo egredietur de balneo : nō oportet vt approximet cibo, neq; vino : niſi poſt ſecuritatem ex paroxyſmo. Si autē exigit diſpoſitio vt cibetur aliquantulum, & non tolerat : detur in potu id in quo eſt apertio ſicut aqua hordei ſubtilis: plurimæ aquæ , pauci hordei : plurimæ decoctionis decocta cum apio. Quòd ſi paroxyſmus non iteratur ei : tunc balnea eum ſecundo : ſi deſiderauerit illud, & ciba ipſum. Et ſi fuerit paroxyſmus diminutus a paroxyſmo primo: et vrina fuerit bona : tunc confide in veritate curationis , & paucitate oppilationis : & cura eum poſt eradicationem eius, ſicut curaſti: & ciba ipſum . Et ſi venerit paroxyſmus ſicut fuit : aut fortior illo : & vrina nō fuerit, ſicut oportet : tunc ægritudo eſt tēdens ad putredinem : & curatio eius eſt curatio putredinis.

Ponit quid operandū ſit poſt exitum a balneo . nam regulariter non debemus exhibere cibū paroxyſmo ꝓxime ſecuturo Si aūt virtus nō toleret, detur aqua hordei ſubtilis. i. in qua ſit parū hordei, & multū de aqua. & proprie decocta cū pauco apio ad maiorē apertionē. Nos aūt loco huius darem aliquid ptiſanæ hordeaceæ. Si vero alius paroxyſmus non ſuperueniat : iterum balneandus eſt ad reſolutionem reſidui . Et ſi ſuperueniat, & ſit valde diminutus reſpectu pręcedentis & cum hoc vrina fuerit bona : tūc ſignificatur paucitas oppilationis : & ꝙ non fiet tranſitus in putridam . & poteſt æger groſsius diætari . ſi vero fuerit paroxyſmus ſequens æqualis primo aut fortior : & vrina non digeſta : tunc fit permutatio ad feb. putridam : & curandus eſt cura putridæ.

De febre ephemera ex nauſeatiua ſatietate, & repletione. Cap. XXXIIII.

QVandoque accidunt ex nauſeatiua ſatietate vapores mali , ex quibus accidit caliditas , et inflammantur ſpiritus , quare accidit febris .

Hoc capitulum de febre ephemera ex nauſeatiua ſatietate habet tres partes. In prima ponit modū prouentus feb. ephemeræ ex nauſeatiua ſatietate. ſecundo ſigna. tertio curā. partes patent. Prima in tres. In prima ponit modum prouentus eius in generali . ſecundo in ſpeciali. tertio canonem. ſecunda ibi § Proprie in corporibus. § tertia ibi § Et iſti quidem. § In prima parte dicit, ꝙ quandoq; accidunt ex nauſeatiua ſatietate. i. ex corrupta digeſtione in ſtomacho vapores mali : ex quibus accenditur caliditas in corde , & inflammantur ſpiritus quare accidit febris. Notandum quòd cum digeſtio ſtomachi lædatur tripliciter , diminute , ablate , corrupte . per nauſeatiuā ſatietatem debemus intelligere digeſtionem corruptam : per quam generatur chylus corruptus. Dicitur autem digeſtio corrupta : quia non conuenit alicui indiuiduo de ſpecie humana naturaliter diſpoſito : aut quia per ipſam producitur chylus ſolum æquiuoce nō proprie ponendus in ſpecie chyli . Aliquando tamen per nauſeatiuam ſatietatem intelligimus chylum corruptum nauſeare facientem. Et aliquando per nauſeatiuam ſatietatem intelligimus ſatietatem, & plenitudinem ſtomachi cum nauſea , ita vt corruptio digeſtionis ſit cauſa chyli corrupti , & chylus corruptus cauſa plenitudinis ſtomachi cum nauſea.

Sed dubitatur quare ex corrupta digeſtione hepatis non generatur febr. ephemera . Dicendum quòd ex corrupta digeſtione hepatis eſt apta generari febr. putrida , & non

ephemera. Cuius ratio eſt, quia humor genitus per corruptã digeſtionem hepatis ponitur inter cauſas corporeas,ſed chylus inter cauſas primitiuas. eſt enim lõginquius a corporibus noſtris chylus q̃ humor. Item quia chylus non ponitur inter res naturales ſicut humor,quia non neceſſario ingreditur cõſtitutionem corporis humani.multotiens enim homines ſunt ſine chylo, ſed nunquam ſine humorib. Sed ponitur dignius inter res non naturales, quia neceſſario occurrens corpori humano poteſt conuenienter,& inconuenienter applicari ſicut cibus, & potus, & ex eodem fundamento fęces,quia per primam digeſtionem immediate ex chylo in ſtomacho generantur, ſicut & chylus reponi debet inter cauſas primitiuas, vapores itaq; ex chylo,& ex febribus eleuati cor inflammantes dignius faciunt ephemeram,quàm humoralem.

Et proprie in corporibus cholericis, & in illis qui non habent amplos poros.nam plurimum ſuperfluitatum earum vaporat vaporationes fumoſas,& minoratur in eis eructuatio acida.Et de illis,qui ſunt vehementius diſpoſiti ad illam,ſunt illi qui incipiunt poſt nauſeatiuam ſatietatem vti exercitio, & motu,et ire ſub ſole,& balneatione poſtquàm accidit eis hoc: multiplicantur enim in eis vapores fumoſi,& proprie quando habuerint in corporibus ſuis dolorem: & proprie in viſceribus eorum.

Hic ponens in ſpeciali modum prouentus ephemeræ ex nauſeatiua ſatietate oſtendit primo, quæ corpora ſint ad hãc parata.ſecũdo quæ imparata.ſecunda ibi.§De materia vero.§ In parte prima dicit ꝙ corpora magis parata ad huiuſmodi febres ſunt corpora cholerica, aut ſaltẽ cholerica ſ͠m ſtomachum quæ poros ſtrictos habent ſiue a creatione,ſiue accidẽtaliter. In his enim propter ſtomachi caliditatem cibus ad fumoſum corrumpitur.vapores autem fumoſi non potentes trãſpirare propter clauſionem pororum inflammant cor,& ſpiritus, & in his non accidit eructuatio acida cum illa pendeat a frigiditate aut caliditate diminuta.Illi autem maxime ad hãc diſpoſitionem ſunt parati,qui poſt repletionem ſtomachi exercentur,& mouentur motibus inordinatis, & proprie ſub ſole.nam per huiuſmodi calefacientia ſpiritus ad corruptionem fumoſam diſponitur,& proprie cum cibo agitato ſtomachus non bene complectitur eum, & etiam quãdo balneatur maxime in balneo calido.Spiritus enim tam per ſolem quàm per balneum,trahuntur a centro ad circunferentiam,& maxime ad hanc diſpoſitionem ſunt qui habent aliquo modo dolorem intrinſecũ per quem ſtomachus a debita digeſtione impeditur, tamen per hæc calefacientia ad fumoſum fit corruptio:& conſequenter ſit feb.ephemera.

De materia vero eructuationis acetoſæ, & in habentibus eam raro contingit, ut generetur febris. ſi autem generetur erit debilis,immo non generatur.

In hac parte innuit quæ corpora ſunt imparata ad febrem ephemeram ex nauſeatiua ſatietate,& ſunt corpora phlegmatica ſiue frigida, aut habentia ſtomachum frigidum. in his.n. eſt aptus corrũpi cibus ad acetoſum, ſed de materia eructuationis non eſt apta ſequi feb. ephemera, cum ſ͠m plurimũ potius infrigidet q̃ calefaciat. Verũ aliquando, vt eſt apud Aui. 13.tertij.& Aue. tertio colliget. cibus corrumpitur in chylũ acetoſum a caliditate diminuta putrefaciente, & ab hac eſt apta generari feb.ephemera.ſed ita remiſſa,& debilis vt poſſimus dicere ꝙ nunquam generantur.

Sed contra,ſi per putredinem cibus corrumpitur ad acetoſum febris inde conſurgens debet eſſe frigida, & conſequenter fortis. Dicendum quòd omnis feb. pendens a vapore putrido,aut a materia putrida eſt putrida, ſed tamen illa eſt putrida quæ pendet a cauſa corporea putrida. Et conſequenter dicitur etiam quòd febris ephemera taliter facta non eſt fortis,eo quòd illa putredo eſt leuiſsima. Si.n.eſſet fortis, eſſet facta corruptio ad fœtidum, vel ad alium odorem calidum.

Et æſtimamus quòd generatus ab eructatione acetoſa non eſt niſi ſatietas nauſeatiua.

In iſta parte dicit.quòd illud quod generatur ab eructuatione acetoſa.i.ex vaporibus eleuatis a chylo acetoſo nõ eſt niſi nauſeatiua ſatietas,ſed non febris.

Contra.ſequitur quòd idem eſt cauſa,& effectus, & prius & poſterius.Dicendum quòd non eſt inconueniens idem eſſe cauſam,& effectum.& conſequenter prius, & poſterius in diuerſis generibus cauſarum,ſicut in hoc propoſito, nauſeatiua ſatietas.i.chylus corruptus ad acetoſum eſt cauſa materialis eructuationis acetoſæ,ſed eructuatio acetoſa eſt cauſa nauſeatiuæ ſatietatis in genere cauſæ efficientis infrigidãdo ſtomachum,quia ſtomachus infrigidatus corrumpit cibũ. Item nauſeatiua ſatietas eſt cauſa immediata eructuationis acetoſæ,ſed eructuatio acetoſa eſt cauſa ſolum mediata nauſeatiuæ ſatietatis,& hoc non eſt inconueniens.

Et iſti quidem cum eorum ſoluuntur naturæ iuuantur valde,& remouetur febris eorum propter expulſionẽ ſuperfluitatis ſuperfluæ fumoſæ.

In hac parte ponit ſex canones. Primus quando patientes nauſeatiuam ſatietatem ſoluuntur ſiue a natura ſiue ab arte iuuantur valde, & remouetur feb. propter expulſionem ſuperfluitatis fumoſæ.

Et diuerſificatur quidem curatio eius, cuius retinetur natura ex illis,& cuius ſoluitur.

Secundus canon multum diuerſificatur curatio a medico facienda quando venter ſoluitur,& quando retinetur. Si.n. ſponte ſoluatur illud forte ſufficit ad curam.Si vero nõ ſponte ſoluatur,opus eſt, vt medicus chylum corruptum educat vomitu,aut ſeceſſu,aut vtroq; modo.

Et ſi natura illius qui febrit ex nauſeatiua ſatietate, leniatur duabus aſcellationibus,aut tribus: deinde phlebothometur,fortis fit ſuper eam fluxus ventris,& fortaſſe fiet ſuper eam fluxus hepaticus,quem ſignificabunt pulſus cordis, & nigredo linguæ.

Pro notitia tertij canonis eſt notandum quòd ſtante nauſeatiua non debet fieri phlebotomia,quia eſſet cauſa, vt chylus corruptus ad hepar traheretur,qui eſſet cauſa infectionis humorum in hepate exiſtentium, & conſequenter multorũ nocumentorum. Dicit ergo Auic.quòd ſi venter febrientis nauſeatiua ſatietate ſoluatur bis,aut ter, deinde phlebothometur,vt quia ſorte medicus videt vrinam groſſam,rubeam, & iam præceſsiſſe euacuationem chyli corrupti, tunc fit fortis fluxus,qui forte erit hepaticus, qui fluxus fiet a materia quæ dominium habet ſuper reſiduũ materiæ in hepate repertæ.ad quem tamen fluxum ſequitur pulſus cordis qui eſt via in tremorem eis,& nigredo linguæ vaporibus acutis, in fluxu cordi,& linguæ,communicantis. Et his non obſtantibus fluxus tamen erit ſalubris, & hæc eſt prima expoſitio Gentilis,cui tamen non multum aſſentio. Secunda expoſitio eiuſdem eſt quòd quãdo patiens ephe.ex nauſeatiua ſatietate ſoluitur bis aut ter:deinde phlebotomatur a medico credente totum chylum corruptum eſſe eductum in tribus aſcellationibus:cum tamen non ſit eductus integre, vnde corruptum quod eſt in ſtomacho per phlebotomiã attrahitur ad hepar & corrumpit humores in hepate repertos, ita vt natura irritata expellat eos,& facit fluxum fortem hepatis malũ, & forte mortalem ad quem ſequitur pulſus cordis, & nigredo linguæ vaporibus malignis cordi,& linguæ communicantis.

Et ſimilantur accidentia febris ephemeræ ex repletione accidentibus febris ex ira:rubent enim oculi,& facies valde,& fit inflammatio vehemens, & magnificatur pulſus,& fit velox,& rubet vrina.

Quartus.quòd accidentia febr.ephemeræ ex nauſeatiua ſatietate,& accidentia feb.epheme.ex ira multum aſsimilãtur. In vtriſq;.n.rubent oculi,& faciei inflammatio fit vehemẽs, magnificatur,& velocitatur pulſus.rubet vrina,ſed in patiente nauſeatiuam ſatietatem hæc fiunt propter vapores fumoſos communicantes cordi,hepati & toti corpori. in ira autẽ propter ebullitionem in ſanguine,& ſpiritu.

Amplius cum plus remanet non excedit tres dies.

Quintus canon.feb.ephemera ex nauſeatiua ſatietate cũ plus remanet non tranſit tres dies. in hoc enim tempore chylus corruptus eſt eductus,& feb.ephemer. debet eſſe corrupta,ſi æger bene rectus fuerit.

Et ſcias quòd febris epheme.ex nauſeatiua ſatietate,quãdoq;

venit cum periodis quatuor aut ſeptem, & cum hoc eſt febris epheme. verum pulſus eius eſt ſanus.

Sextus canon. quòd feb. ephemera ex nauſeatiua ſatietate habet aliquando a quatuor periodis vſq; ad ſeptimum, abſq; hoc quòd tranſeat in putridam, & illud maxime cognoſcitur per pulſum, qui eſt ſanus non coarctatus, ſm quòd conſueuit in paroxyſmis putridis coarctari. Hi autē periodi a quatuor vſq; ad ſeptem accidunt ſm numerum cibationum in tribus diebus, in quarum qualibet cibus aſſumptus ad fumoſum corrumpitur. Quod autem tot periodi poſsint ex vnica cibi corruptione prouenire eſt longinquum, & male veriſimile. poſſibile tamen eſt quòd duo vel tres accidant in vnica repletione propter ciborum diuerſitatem, vt ſi comederet lac, & oua & carnes. lac primo corruptum poſſet facere vnum periodū & oua ſecundum, & carnes tertium. DE SIGNIS.

Signa eius ſunt alteratio eructationis ad acetoſitatem, aut fumoſitatem. Cum ergo alteratur eructatio ad ſanitatem, indicat ſanitatem. Et vrina quidem iſtorum eſt priuata digeſtione, aquoſa. Et quando cauſa nauſeatiuæ ſatietatis eſt vigilia eſt in facie, & faucibus eorum inflatio, & in palpebris eorum eſt grauitas.

Hic ponit tria ſigna. Primum quòd præceſsit huiuſmodi corruptio cibi ſignata per eructationem fumoſam, aut acetoſam. Cum enim eſt eructatio ſana non redolens aliquem ſaporem extraneum indicat ſanitatem. Secundum ſignum. cū vrina iſtorum eſt priuata digeſtione aquoſa. Contra quia ſupra dixit quòd rubet vrina: Dicendum quòd vrina aquoſa eſt ſignum corruptionis ad fumoſum. Vel aliter, quòd vrina eſt priuata digeſtione aquoſa, quia ſubtilis, licet tincta. Vel tertio, quòd in principio eſt aquoſa ſimilis aquæ ſignificās indigeſtionem, ſed poſtea in proceſſu efficitur rubea per actionem caliditatis febrilis. Tertium ſignum eſt manifeſtū ex his quæ dicta ſunt ſuperius in capitulo de ephemera ex vigilia.

De cura. Cap. XXXV.

PAtiens hanc nauſeatiuam ſatietatem non euacuatur, quin aut ſit natura eius non ſoluta: aut ſit ſoluta.

Hic ponit curam, & habet tres partes. In prima poſt vnā diuiſionem. in ſecūda ibi {Et ſi natura.} proſequitur membra diuiſionis. in tertia ibi. {Et ſi perſeuerat ſolutioni.} ponit quoſdam canones. Quod dicit in prima parte eſt manifeſtū, quia eſt vna diſtinctio facta ex partibus cōtradicentibus. Eſt enim neceſſarium, vt neuter horum patientium ſit ſolutus. ſ. a natura, aut non ſolutus, & eſt dictum Gal. 8. theraupeu.

Quod ſi natura eius fuerit non ſoluta, tunc proculdubio oportet vt ſoluas eam, & ſi fuerit aliquid cibi, aut fæcis, aut grauitatis remanēs ī ſtomacho, tūc oportebit, vt facias vomere ipſum, deinde ſolue ipſum, et cōſidera vbi īuenit grauitatē.

In hac parte curans ephemerā ex nauſeatiua ſatietate exequitur membra diuiſionis. & primo curat quando natura nō eſt ſoluta. ſecundo ibi [Quod ſi natura fuerit.] curat quando natura eſt ſoltua. Prima iterum in duas. nam primo ponit curam in generali. ſecundo in ſpeciali. ſecunda ibi [Et conſidera.] In prima parte dicit quòd ſi natura nō fuerit ſoluta, oportet vt ſoluas eā. ſi tamen in ſtomacho fuerit aliquid cibi, aut chyli corrupti grauantis, aut inclinantis ad vomitum. primo debet præmitti vomitus poſtea ventris ſolutio. quando tamē ſtomachus eſſet repletus, & nō eſt maior inclinatio ad vomitum q̄ ad ſeceſſum, ventris ſolutio debet præmitti vomitui.

Et conſidera tunc an ſit rectius euacuare illud cum clyſteribus, & ſuppoſitorijs, aut cum aliquo quod bibitur deſuper, vt ſoluat, aut deponat, aut digerat, et ſignificat illud qđ rectius eſt de hoc diſpoſitio eructationis. fortaſſe enim neceſſarium erit, ſi fuerit cibus ſtās fortiter, & ſit difficilis vomitus, vt non aſpiciatur ad febrē, ſed adminiſtretur diapipereon, vt præcipitetur, & deſcēdat cum digeſtione: aut adminiſtretur quod eſt debilius eo, & adminiſtrētur embrochæ, & emplaſtra digeſtiua cognita in capitulo digeſtionis, & ſolutiua cognita in capitulo ſolutionis. Cū ergo deſcenderit, tunc aut egredietur per ſeipſum, aut iuuabitur cum ſuppoſitorio.

In parte præſenti docet curare ephemeram in ſpeciali qñ venter non eſt ſolutus. & habet duas partes. in prima curat p ventris ſolutionem. in ſecunda per diętam ibi [Et toleretur famis.] In prima dicit quòd medicus debet cōſiderare an chylus corruptus debeat euacuari per vomitum, aut per ventris ſolutionem. Hoc autem fiet ſibi manifeſtū ex duobus, ex grauitate percepta, & eructatione. Nam ſi ſenſerit grauitatem in ſtomacho, & eructationem, tūc chylus corruptus eſt in ſtomacho. ergo ſi nauſeauerit, primo procurandus eſt vomitus. deinde ventris ſolutio per quam chylus corruptus omnino euacuetur extra corpus, aut minuatur, aut ſaltem deſcendat a ſtomacho ad inteſtina. Si autem non ſenſerit grauitatem in ſtomacho, neq; habuerit eructationem, ſed ſenſerit grauitatem in inteſtinis, vtputa inter vmbilicum, & ſtomachū, vel ab vmbilico infra. nā per primum ſequitur chylum corruptū eſſe in inteſtinis gracilibus. per ſecundum in groſsis, eſt procedendum modo infraſcripto. Exiſtēte ergo chylo corrupto in ſtomacho, vel in inteſtinis gracilibus dandum eſt aliquid per os quod præcipitet chylum corruptum ad inferiora. Clyſteria non aſcēdunt ad ſtomachum, neq; ad inteſtina gracilia ſuperiora. De maxime autem cōuenientibus ad hoc eſt diatrionpipereon. i. electuarium de tribus piperibus. cuius deſcriptio eſt apud Meſuem, & Auic. hoc enim ſumptū, a drach. iij. vſq; ad. vi. præcipitat corruptum ad inferiora. Et ſi aliquid de cibo ſit, & nondum digeſtum adiuuat ad digeſtionem. habet enim thymum, & piper quæ adiuuant ad ventris ſolutionem, & non reſpiciatur, dūmodo educatur chylus corruptus. Si tamen videtur nimia inflammatio dandum eſt aliquid minus calidum ventris lenitiuū, ſicut aqua mellis, aut aqua zuc. debite calida quantitate. 5. aut. 6. vnc. Exterius autem approximentur emplaſtra, vnctiones, epithymata, aut embrochæ quæ confortant digeſtiuam, & cum hoc ventrem leniant, ſicut eſſet decoctio facta ex abſynthio, ſpica, & aſſaro, quibus apud maiorem neceſsitatem poſſet addi parū arthanitæ. hæc enim exterius applicata, cum hoc quòd confortant, chylum corruptum deponunt. Si autem per ſigna ſupraſcripta comprehēſum fuerit corruptum chylum eſſe in inteſtinis groſsis clyſteri educendus eſt.

Sed dubitatur vtrū diatrionpipereon conueniat in cura huius ephemeræ. & arguitur quòd non de intētione Alexandri in cap. de corruptione digeſtionis reprehendentis Gal. in hoc paſſu qui in octauo therape. concedit diatrionipipereon. In oppoſitum eſt Gal. 8. therape. & Aui. hic. Hoc dubium facile poteſt ſolui dicendo quòd Gal. & Aui. concedunt ipſum quando corruptus eſt ad acetoſum, & fit corruptio a mala complexione frigida. Aliter poteſt dici quòd in hac corruptione ad fumoſum eſt duplex intētio. vna ad deponēdum chylum, & ad hoc optime valet diatrionpipereon. nam cum hoc ꝙ deponit chylum corruptum, ſi quid remanſit ex cibo indigeſtum adiuuat ad ipſius digeſtionem, & cura eſt conueniens in principio. Alia autem intentio eſt ad malam complexionem calidam corrumpentem, & ad feb. & ratione huius non conuenit. ſed conueniunt frigida, ſicut dicetur inferius. Ego tamen credo quòd ſtante hac corruptione cum feb. & a mala complexione calida ſit tutius adhibere aquam mellis hordei, aut zuccari vt ſimul chylus corruptus deponatur, & mala complexio calida corigatur.

Et toleretur fames ſuper eum tādiu donec non remaneat hæſitatio in deſtructione ſatietatis nauſeatiuæ, deinde ſumat cibū leuem velocis digeſtionis boni chymi, et ſit intentio ad famem, et ſomnum tantum, quod excuſat ſollicitudinem in alleuiatione repletionis.

In hac parte dicit quòd fames in hoc caſu debet tolerari donec ſatietas nauſeatiua ſit deſtructa, ita vt non ſentiat eructationem, neq; grauitatem in ſtomacho, & in inteſtinis gracilibus. poſtea ſumat cibū leuem boni chymi, & velocis digeſtionis, & in ſumma toleret famē, multū dormiat ſuper famē, hæc. n. excuſant ab alia euacuatione: Cōuertunt. n. ſpūs ī ſomno circa ſtomachū, & iuuāt ad digeſtionē, vt ad benignū reducatur qđ pōt reduci, & reliquū ad euacuationē diſponatur.

Quod ſi natura fuerit ſoluta, conſidera an res quæ euacuatur ſit illud quod eſt corruptum, & ſi fuerit illud non retinea-

tur, donec totum euacuetur vsq; ad postremū eius: & expecta declinationem paroxysmi, & fac ingredi ipsum tunc balneum, & ciba ipsum nisi fuerit illic superfluum destruēs fortitudinem, tunc enim non facias ipsum ingredi balneum, immo ciba ipsum, & conforta stomachum eius cum rebus quas scies, & quarum quædam scriptæ sunt in capitulis de solutione ventris. Et de illis est lana infusa in oleo, in quo est virtus absynthij, aut etiam in oleo nardino postquàm fuerit expressa & separata fuerit ab ea maxima pars olei.

Hic curat ephemeram ex nauseatiua satietate quando venter sponte soluitur. Et dicit ꝙ medicus debet considerare an res quæ euacuatur sit id quod est corruptum, & si ita fuerit nunquam retineat donec totus chylus corruptus euacuatus sit. quo euacuato declināte paroxysmo debet īgredi balneū, & postea cibari. Verum si adsit virtutis debilitas dimittat balneum, & cibetur, sed ante cibationem confortetur stomachus cum medicinis descriptis 16 tertij. in cap. de solutione ventris ex quibus est lana infusa in oleo de absynthio, aut in oleo nardino, id est de spica: quæ lana sit expressa ab oleis, & notabiliter calida, super stomacho, & intestinis applicetur.

Et si perseuerat solutio, & inuenis id quod egreditur absq; genere eius quod corruptum est, administra oleū de cydonijs tepidum recens secundum hunc modum, & oleum de mastice, & non est iterum in oleo nardino contrarietas eis. Et fortasse administramus ceratatia, & proprie quando non suffert dispositio stricturam eorum super ventres eorum. Et quandoq; indigemus emplastris fortioribus hoc, de emplastris prædictis in cholirica passione, & da ei in potu aquas fructuum, si tolerat eas, & da ei ad comedendum illud, cuius alleuiatur nutrimentum, & facilis fit digestio, sicut testiculi galli, & pisces aradrach, & præmitte super illud aliquid de fructibus & succis, & robub stypticis.

In ista parte ponit quosdam canones qui sunt maxime ad corrigendum accidentia, corrigit autem tria accidentia. primum est fluxus ventris superfluus. secundum est deiectio appetitus. tertium difficultas transitus chyli ad hepar. Pro primo igitur corrigendo dicit. ꝙ si ventris solutio perseuerat, & illud quod euacuatur non est chylus corruptus, immo forte humores quorum euacuatio non confert, tunc administra oleum de cydonijs tepidum. i. calidum, & oleum de mastice, vel de spica non est contrarium, immo iuuatiuum. hæc. n. stomacho, & ventri applicata sistunt fluxum. aliquando administramus cerota, sicut cerotum ex mastice, & similibus cōstringentibus, quæ cærota sint tenacia, & per se adhæreāt, proprie quando æger non vult sufferre ligaturam, & apud maiorem necessitatem administra magis styptica supra dicta in capit. de cholirica passione, & detur in potu aqua fructuum stypticorum sicut cytoniorum, & granatorum, & cibi eorum sint facilis digestionis, & boni chymi sicut testiculi gallorum, & pisces aradrach. i. parui petrosi. & ante huiusmodi cibaria da aliquid stypticum sicut diacytonitem, similiter succi, & rob styptici.

Et si abscinditur de appetitu aliquid admone ipsum cum eis quæ sciuisti: & proprie cum eis quæ fiunt ex cydonijs.

Hic prostrationem appetitus corrigit, & proprie dādo cydonia, & ea quæ cum cydonijs fiunt.

Et cum euacuatum est, non est malum, vt administres ei electuarium forte de illis quæ digerunt, & confortant stomachum, & aperiunt oppilationes, & illud post ablationem febris, & accidentium.

Hic administrat ea quæ faciunt chylum ad hepar penetrare ex quibus est diacalamentum, tyriaca, & vinum potēs, sed hæc non sunt administranda, nisi in fine cum iam eductus est totus chylus corruptus, & cessauerit feb. & correcta sit stomachi mala complexio calida.

Et iter quidem ad phlebotomiam est vt non fiat in ea donec declinet, tunc enim fiat.

In hac parte dicit non esse faciendum phlebotomiam nisi postquàm totus chylus corruptus est eductus.

Et illud quod prius datur in potu est aqua hordei, & cibus sit sicut ille, qui fit de agresta cū cucurbita, & amygdalis paucis, & infrigidetur locus eius, odoramentum eius, & trochisci de camphora in quibus, non ponitur reubarbarum.

In hac parte ponit regimen per diætā in declinatione conueniētem, & in summa concedit agrestam, cucurbitam cum paucis amygdalis, quia sunt difficilis digestionis, & infrigidat lectum ipsorum, & dat odoramenta frigida, sicut trochischos de camphora, in quibus non ponitur reubarbarū vt sint frigidiores. Hæc. n. conueniunt tam ratione feb. quàm ratione caliditatis superfluæ stomachum corrumpētis. Et in hoc textu manifeste elicis quatuor intentiones. Prima est remotio causæ s. nauseatiuæ satietatis. ꝑ qua remouēda si nō sufficeret vomitus, & opus est solutiōe in nauseatiua satietate ad acetosum, ventre existente styptico darem vnam drac. pil. alefanginarum, aut stomachicarum, & non essem contentus solo diatrionpipereon. & si esset corruptio ad fumosum darē x. drac. floris cassię ventre existente styptico. non enim fiderem quòd aqua mellis, vel zuccari, aut hordei possit chylum corruptum educere. secunda intentio est infrigidatio quæ debetur febri. tertia correctio accidētium, sicut dictum fuit circa textum. quarta est regimen in sex rebus quod in corruptione ad fumosum declinet ad frigidū. in corruptione vero ad acetosum declinet ad calidum. magis. n. intendendum est ad causam, quàm ad febrem. Vltimo nota quòd administrata exterius ad retinendum fluxum, aut vomitum debēt esse, aut notabiliter calida, aut notabiliter frigida, non autem tepida vt superius ostensum fuit in febre ephemera ex euacuatione.

Febres ephemeræ ex apostemate. Cap. XXXVI.

FEbres sequentes apostemata interiora sunt putridæ, & quandoq; associatur eis hectica, & non sunt de numero febr. ephemerarum.

In præsenti capitulo Auic. agit de febribus ephemeris sequentibus apostemata. Habet hoc capitulum tres partes. In prima ponit modum prouentus ephemeræ ex apostemate. in secūda signa. in tertia curam. partes patent. Febres autem diuersificantur ſm diuersitatem apostematum. sed apostemata diuersificantur loco, & causa. Primo ergo ponit quæ febres sequuntur apostemata ſm locorum diuersitatem. secundo ſm diuersitatem causarum. secunda ibi [Et plurimū accidit.] Prima in duas. nam primo ostēdit quæ febris sequatur apostemata intrinseca. secundo quæ extrinseca. secunda ibi [Apostemata vero apparentia.] In prima parte dicit quòd feb. sequētes apostemata intrinseca sunt putridæ, & quandoq; associatur eis hectica, & non sunt ephemeræ.

Contra primum instatur, quia non sunt putridæ, quia non continuæ cū materia continuarū putreat ad intra venas. primo de differentiis febrium. materia autem apostematum est extra venas, s. in concauitatibus membrorum, neq; interpolatæ ex sententia Gal. in commento illius aphorismi, Febres quæcunq;.

Cōtra scd̄m instat̄, quia hecticę sunt factæ ꝑpea nō depēdent a causis corporeis. Pro soľone tenēdæ sunt istæ conclusiones. Prima. febres sequētes apostemata intrinseca ſm plurimum sunt putridæ cōtinuæ. scd̄a ꝙ aliqñ sunt interpolatæ, tertia ꝙ aliqñ sunt hecticæ. quarta ꝙ rarissime sunt ephemeræ. Prima probat̄ ꝑꝑ tria. s. propinquitatē materiæ putriētis, ad cor rectitudine viæ, & tertio ꝑꝑ latitudinē viarū. Et ex oppositis causis febres putridæ sequētes apostemata extrinseca ſm plurimū debent esse interpolatæ q̃ febres sequentes apostemata intrinseca. Quod aūt sint aliqñ interpolatæ iuxta secundam conclusionē ostendit̄, & pono ꝙ sit aliqđ apostema cholericū intrinsecū ita paruū ꝙ nō possit facere febrē nisi qñ caliditas sequēs ipsum excrescit. Præsuppono secūdo ꝙ merito choleræ caliditas sequēs ipsum crescat de tertio in tertium. hoc. n. est de intētione Aui. inferius in capitulo de febrib. apostematum. Dicit. n. ꝙ vnicuiq; humorū inest periodus qui sibi cōuenit: ex quibus facile deducit̄ cōclusio. Quod aūt aliquando sequantur hecticæ ostenditur, tum propter caliditatem febrilē putridā ducentem ad hecticam, tum propter nocumentum, digestiuæ membrorum naturalium, nec obstat quòd hecticæ sint factæ, & per consequens independentes cum factæ sunt, quia

quia tunc in fieri fuerunt depēdentes a causis iā dictis. Quod autem ephemeræ possint sequi apostemata intrinseca iuxta quartam conclusionem ostenditur, quia sequuntur apostemata extrinseca, quando inflammantur spiritus, non tamen possunt mittere putridā fuliginem ad cor, sed tātum proportionem potest habere præcise apostema intrinsecum ad inflammandum spiritum, nō mittendo putridam fuliginem ad cor, sicut apostema extrinsecum. ergo &c. tenet consequentia, & assumptum est satis manifestum. Potest enim apostema intrinsecum esse ita paruum vt possit inflammare spiritus, non mittendo putridam fuliginem ad cor, cum illud sit facilius q̄ mittere vaporem putridum ad cor sufficientem ad feb. putridam. Dicta autem Aui. veritatem habent in pluribus. Et tu adde quintam conclusionem quòd febres sequentes apostemata intrinseca plurimum sunt vagantes non seruantes periodum sui humoris, vt est apud Auic. 18. tertij. capitu. de apostematibus renum. Et experientia comprobatur, & ratione. quia periodicatio fit per nouum aduentum materiæ, aut per crementum putredinis eius, sed hæc non fiunt temporibus determinatis in apostematibus, quare &c.

Apostemata vero apparentia, sicut sunt furunculi, & exituræ vel bubones quæ eueniunt in ea, & proprie apostemata magna, quæ fiunt in membris glandulosis, & in carnibus quæ vocantur molles, sicut illa quæ fiunt in inguinibus a superfluitatibus hepatis, & in ascellis a superfluitatibus cordis, & sub aure à superfluitatibus cerebri, quandoq; sequuntur febres, et non euacuantur quin aut sit illud, quod peruenit ex eis ad cor donec igneat ipsum calafactio sola, aut cum putredine. Quod si fuerit calefactio sola tunc erit de genere febrium apostematum intrinsecorum.

In parte præsenti ostendit quæ feb. sequantur ad apostemata extrinseca dicens, quòd apostemata apparentia: sicut sunt furunculi. i. apostemata acuti capitis dicta ademanuel apud Auic. tertia quarti, & exituræ. i. apostemata colligētia humorem calidum, siue fiant incipiendo, siue permutando bubones idest apostemata inguinū. bubon. n. græce inguen latine quæ veniunt in ea, s. parte extrinseca, siue apparenti. Et similiter apostemata magna quæ fiunt in membris glandosis. i. carnib. glandosis mollibus, sicut illa quæ fiunt in inguinibus a superfluitatibus hepatis cuius inguina sunt emunctoria, & in ascellis a superfluitatibus cordis, cuius sunt emunctoria, & sub aure a superfluitatibus cerebri. quandoq; sequuntur feb. quæ aliquando sunt ephemeræ quando inflammando spiritus igniūt cor, non communicando tamē putridam fuliginem cordi, aliquando sunt putridæ si putredo cordi communicetur. Appellat tamen Auic. ephemeras de genere feb. apostematū, quia frequenter sequuntur apostemata extrinseca, licet translatio iudaica dicat de genere febrium ephemerarum quæ sequuntur apostemata, & est textus ille clarus.

Et plurimum quidem accidit de istis febribus sequentibus apostemata sequentia causas primitiuas ex vlceribus, & scabie, & dolorib. & percussionibus, & casibus ad quæ expelluntur materiæ, et retinentur in viis apud carnes molles est de genere febris ephemeræ. Et plurimum quid accidit de istis febribus sequentibus apostemata, quorum causæ sunt antecedentes sicut repletiones, & oppilationes præteritæ sunt putridæ, & secundum plurimū febres sunt radices, & apostemata sequentia, licet quandoque accidat econtrario. Hippocrates nominat has febres malignas, quæ ex eis sunt ephemeræ, et quæ non sunt ephemeræ. Et febres quidem sequentes ea secundum plurimum sunt ephemeræ, & si non sunt ephemeræ sunt malæ.

In parte præsenti Auic. ponit quæ feb. sequantur apostemata diuersificata s̄m causas. & primo s̄m causas generales. secundo s̄m causas speciales. secunda ibi § Et plurimum quidem harum. § Prima in tres. In prima ponit quę feb. sequantur apostemata extrinseca pendentia a causis primitiuis. In secunda quæ feb. sequantur apostemata extrinseca pendentia a causis corporeis. In tertia parte ponit quandam comparationem. secunda ibi § Et plurimum quidem accidit. § Tertia ibi § Et febres quædam §. In prima parte dicit quòd febres sequentes apostemata extrinseca pēdentia à causis primitiuis, sicut sunt vlcera, scabies. i. excoriatio, dolores, percussiones, casus nocentes aliquibus membris, ad quæ fluunt materiæ sufficiēter retinētur in viis apud carnes molles, quæ sunt in locis emunctorijs sunt ephemeræ. Deinde in secunda parte dicit, quòd s̄m plurimum febres sequētes apostemata extrinseca pendentia à causis corporeis, sicut repletiones, & oppilationes præteritæ. i. antiquæ sunt putridæ. In tertia parte dicit quòd febr. sequentes apostemata extrinseca s̄m plurimū sunt ephemeræ, & si non sunt ephemeræ sunt malæ, & est aphorismus quartæ particulæ. In bubonibus omnes feb. malæ exceptis ephemeris. pessimæ autem sunt putridæ sequentes apostemata pestilentialia. Notandum primo quòd licet vlcera, scabies, & dolores sint causæ corporeę, appellantur tñ ab Auic. primitiuæ in comparatione ad oppilationem, & repletionē quæ magis videntur corporeæ, & directius apostemata causantes. Aliter tamen possumus dicere quòd Auic. per vlcera, scabiem, & dolorem intelligit causas primitiuas horum factiuas. Notandum secundo quòd per vlcera, dolorem, & scabiem in membris extrinsecis, sicut in pedibus, & virga attrahuntur materiæ a corpore ad membra illa, quæ fluentes iuxta inguina retinentur in carnibus mollibus existentibus in inguinibus, quæ spongiæ sunt, & ad hoc deputatæ vt recipiāt superfluitates hepatis. Et similiter si huiusmodi sint in brachijs fiūt ex simili causa apostemata in subascellis, & si in mento, aut labijs aut dētibus fiunt apostemata post aures, vel sub aurib. Vltimo instatur contra dicta. quia si febres sequētes apostemata extrinseca s̄m plurimū sunt ephemeræ, & ad apostemata extrinseca pendentia à causis primitiuis sequant̄ pluries ephemeræ quàm putridæ, & econtra, ad apostemata extrinseca pendentia à causis corporeis pluries sequantur putridæ quàm ephemerę. sequitur quòd apostemata extrinseca pluries fiunt à causa primitiua quàm corporea. Ad hoc dicitur primo concedendo ad quod deducitur maxime sub causis primitiuis comprehendendo vlcera, scabiem, & dolorem, ad huiusmodi. Aliter potest dici quòd Auic. superius locutus est comparatiue, vt quòd feb. sequentes apostemata extrinseca pendentia a causis corporeis sunt pluries putridæ quàm ephemeræ in comparatione ad febrem sequentem extrinseca à causis primitiuis, quæ rarissime sunt putridæ.

Et plurimum quidam harum sequuntur apostemata sanguinea. & quādoq; accidūt sequētes erysipelas, & similia ei.

In parte pręsenti dicit q̄ feb. ephemeræ pluries sequūtur apostemata sanguinea, quàm cholerica, sicut erysipilam, formicam, & similia, tum quia dolor est maior in apostemate sanguineo, quàm cholerico, quia est extensiuus, & pulsatiuus, & in apostemate cholerico est pungitiuus, & quia plures vapores, licet non ita acuti eleuantur in apostemate sanguineo, quàm cholerico.

SIGNA.

Signa earum sunt ea quæ diximus de antecessione apostematum ante eas, & facies est inflammata, & rubea, & est additum in ea super dispositionem sanitatis, & non est caliditas vehemēter mordicans, quamuis sit multitudo eius in eis, quoniā huius apostemata sunt sanguinea, nisi sint febres sequentes erysipilam, & tunc istis febribus succedit humectatio, & est pulsus in eis velox, magnus, frequens propter repletionem, & caliditatem, & est vrina aquosa, alba propter cursum materierum ad apostemata, & vlcera.

In parte præsenti ponit sex signa huiusmodi febrium ephemerarum. Primum est antecessio apostematum. Secundum. quia facies est inflammata rubea notabiliter supra dispositionem sanitatis, quod secundum non est vniuersaliter verum, sed maxime verificatur in his qui multo sanguine abundant. in his enim corporibus frequenter fiunt furunculi ad quos sequuntur febres ephemeræ. secunda primi. Tertium. quia caliditas quamuis sit multa propter multitudinem vaporum, & proprie in pendente ab apostemate sanguineo, non tamē est multū mordax. mordacitas. n. argueret febrē putridam. verū si apostema sit cholericū caliditas etiā est mordacior, licet sit minor in quantitate, nunquā tñ cæteris paribus est ita mordax, sicut est quādo est a putredine. Quartū. quia

istis succedit sudor lenis, similis naturali, cuius causa patet ex supradictis. Quintum. quia pulsus est magnus velox, & frequens, vt satisfaciat necessitati. Sextum. est vrina aquosa. i. subtilis alba, s. albedine translucente propter cursum materię ad apostemata. vnde diuertitur a vijs vrinæ, & hoc in principio, licet postea in fine præcedente actione caliditatis febrilis, & amplius non fluente materia ad apostema tingatur.

CVRATIO.

Oportet vt antecessio fiat in ea cum phlebotomia, & fluxu ventris, & curetur apostema cum eo quod oportet in capitulo suo, & subtilietur regimen, & non bibat vinum omnino, et non cibetur nisi post declinationem completam, & necessaria sunt ei extinguentia, & infrigidantia, humectantia, & emplastra infrigidata cum niue super membrum infirmũ apostemosum, ita vt non noceant apostemati, neq; faciant ipsum crudum, immo infrigidetur via inter ipsum, & cor infrigidatione penetrante in profundum.

Hic ponit curam. pro cuius notificatione memorãdæ sunt intentiones sæpe dictæ. Prima est euacuatio apostematis. secunda est infrigidatio quæ debetur febri. tertia correctio accidentium. quarta regimen vitæ in sex rebus. Curatio autem apostematis duplex exigit regimen. Primũ debetur causæ antecedenti exigens tres intentiones. s. euacuationem, diuersionem, & fluxus interceptionem. Euacuatio autem complenda est cum phlebotomiis, & aliis euacuationibus ſm humorum exigentiam. Diuerso autem completur cum vẽtosis, cum scarificatione, cum sanguisugis, ligaturis, & similibus. Sed fluxus interceptio perficitur cũ repercussiuis positis super membro, per quod materia fluxura est. Et aliquando materia existente subtili acuta cum bibitis, quæ materiã ingrossant, & immobilitãt, sicut syrupus de papauere, & similia. Sed regimen particulare exigit tres intentiones. repercussionẽ conuenientem in principio. repercussionem cum resolutione conuenientem in augmento, vsq; ad medium status. resolutionem conuenientem a medio status vsq; per totam declinationem. Si vero maturatur in augmento ministranda sunt repercussiua cũ maturatiuis, & in statu maturatiua sola. quo maturato erumpendum est, & cura vlceris curãdum. Repercussiua tamen in omnibus apostematibus non sunt applicanda. horũ tamen inuestigatio non pertinet huic parti. sed perquirenda sunt hæc quarta primi. & tertia quarti. Secũda intentio est infrigidatio, quæ debetur febri cum interius, & exterius applicitis. Tertia intentio corrigit dolorem ſm ꝙ oportet, & corpus humectat, & si vapores respirent ab apostemate ad cor, aut ad alia membra nobilia, aut materia retro cedat, approximanda sunt emplastra infrigidata cum niue supra membrũ apostemosum infirmũ, ita vt non noceatur apostemati, nec fiat ipsum crudum. tertio infrigidetur via inter membrum apostematum, & cor infrigidatione penetrãte in profundum, & huiusmodi etiam debent esse styptica, & hoc magis conuenit in augmento, & statu, quàm in principio. Et hęc non debent applicari super hoc apostemate, sed distanter ab eo, vt intercipiantur vapores, & materia ne tenderet ad cor, & ad membra nobilia. regimẽ autẽ in cibo, & potu subtilietur, & non bibat vinum, neq; comedat carnes, & non cibetur nisi apud declinationem cõpletam. s. paroxysmi, & aliqñ regimẽ administretur ſm exigentiã apostematis, & febris.

De febre ephemera ex terrestreitate, idest quando cutis fit dura vt testa. Cap. XXXVII.

HAec febris iterum sequitur priuationem resolutionis propter oppilationes non profundatas. Et plures quidem hominum cum dimittunt consuetudines suas balneandi, febriunt. Et plures eorum sunt illi in quorum corporibus generatur vapor cholericus, propter cõpletionem corporum eorum, & ciborum ipsorum, & aquarum ipsarum malarum, & propter dispositiones eorum accidentes ex vigiliis. Curatio eius est extinctio, & administratio balnei, & sudare in eo post declinationem, & fricari cum eis quæ sunt sicut furfur, & farina fabarum, & amygdalæ amaræ, & semen melonis, & aliquid de alusen, & baurach. Et sicut cibus eius extinguens, et humectans, et vinum eius sit plurimæ commixtionis et iteret balneum multotiens.

In hoc capitulo agit de feb. ephe. ex terrestreitate cutis. i. ex oppilatione quæ fit in poris cutis a causis intrinsecis, quæ sunt tres. s. strictura pororum in creatione sua, lutum retentũ in superficie pororum resecatum in quarta digestione, & tertia humores grossi, aut viscosi ĩ poris inuiscati. & quarta causa potest esse nouæ cutis non porosæ restauratio. Iste autem vocantur oppilationes non profundæ, quia sunt in poris cutis ad differentiam oppilationum, de quibus supra, & quæ dicit in hoc capitulo satis manifesta sunt. Aquam malam sicut aqua thermarum. propter dispositiones eorum accidẽtes ex vigilijs sicut sunt artes, & exercitia. Alusen est herba salsi saporis, inuenta in littore maris quæ comburitur, & eius cinis vocatur cinis alchadi, ex quo fit vitrum. hic cinis valet ad cutis abstersionem.

De febre ephemera ex calore. Cap. XXXVIII.

QVandoq; accidit ex calore aeris, et calore balnei, et similium febris ephemera. Et plurimum eius non accidit nisi ex vehementia caloris solis.

Determinat de ephemeris comparatis ad causas, quæ veniunt de foris, & sunt quinque, & sic facit quinque capitula.

Capitulũ primũ est de ephemera ex calore qđ habet tres partes. In prima ponit cãs, & modũ prouẽtus. secundo signa. tertio curã. ptes patẽt. Prima in duas. primo enumerat causas. scđo diuersitatẽ impssionis illarũ. scđa ibi {Et est prima} In prima dicit ꝙ ex calore balnei calore aeris, & siĩium. s. calore ignis accidit febris ephemera. sed ſm plurimũ accidit ex vehementia caloris solis cum cõiter plus nobis occurrat.

Et est prima suspẽsio eius cum spiritu animali, cum primũ quod eo læditur sit caput, calefacit enim aer eius, et peruenit ad cor, et fit febris, deinde spargitur in totum corpus.

In parte ista ostendit quæ causa ex prædictis magis alteret cerebrum. secundo ostẽdit quæ magis alteret cor. secũda ibi. {Et quãdoq; fit eius.} In parte prima dicit ꝙ prima actio caliditatis solis est in spũm aĩalem eo ꝙ primũ qđ lædit cũ caliditate solis est caput. Calefacit. n. aer eius. s. spũs cerebri, qui est de natura eius, & peruenit ad cor. s. caliditas illa per spũm vitalem, qui contiguus est animali, maxime in rete mirabili vt est apud Auic. prima tertij. capit. de melancholia.

Vel aliter calefit aer eius. s. inspiratus ad cerebrũ, per eius euentationẽ. quinta tertij, & peruenit ad cor, quia talis aer super calefactus potest cordi communicari. Cum autem peruenit ad cor fit febr. eo ꝙ cor est primũ subiectũ febris, deinde spargit in totũ corpus. Ex quo infert sparsionẽ caloris febrilis in totũ corpus non est de essentia feb. quod verũ est quantum ad sparsionẽ actualem, non quantum ad aptitudinalem.

Et quandoq; fit eius suspensio cum corde propter caliditatem anhelitus, et quandoque custoditur caput a calore. Sed illa quæ ex sole accidit plurimum incipit in cerebro, et capite: et propter illud qui non est mundus, impletur caput eius. Et illa quæ nõ fit ex sole, sed fit ex diebus canicularibus, et ex balneatione: et ex aliis impressionem facit in cor.

In parte ista ne aliquis crederet ꝙ a calore extrinseco semper in primis alteraret cerebrum, ostendit quòd aliquando in primis calefit cor per aerem inspiratum, & proprie quando tegitur cerebrum cum capello, aut alia re ne primo calor continentis imprimat in ipsum. Et in summa concludit quòd quando fit impressio in corpus humanum a sole actu radiante, prima impressio incipit in capite. propterea cũ caput non est mundum repletur humiditatibus liquefactis in eo, quæ liquefactæ ad diuersas partes fluunt, & sic homines algorãtur, incurrunt enim grauedinem capitis, & ipsis fluentibus ad nares incurrunt nasitatem, & fluentibus ad cannam incurrunt raucedinem. Si vero fiat impressio in corpus humanum a sole non actu radiante sicut fit in diebus canicularibus hominibus stantibus in vmbra, & sicut in balneo a caliditate balnei, & hominibus stantibus prope ignem valde magnũ propter eius caliditatem, tunc prima impressio incipit in corde propter aerem inspiratum. Sunt autẽ dies caniculares a de- Dies caniculares.

cima

cima iulij vſque ad vigeſimam auguſti. taliter dicti propter ſtellam quæ canis appellatur, in quibus diebus ſunt in aere vapores exuſti venenoſi, vt dicit Auic. in tertia tertij. in capitulo de conſeruatione ſanitatis oculi.

Signa ſunt cauſa eueniens ex vehementia inflammationis capitis in parte ſolari cerebri, et fortaſſe eſt cum grauitate, et repletione, ſi non fuerit corpus mundum, et magnitudo anhelitus in parte cordiali. Et eſt illud quod apparet de corpore vehementis calefactionis calidius interiore eius. Et de illis quibus ſcitur illud eſt, quòd ſitis eius eſt minor ſiti illius, cuius caliditas eſt illa caliditas, et eſt in hac habitudine contraria, vel diuerſa ei, quæ eſt ex denſitate.

Signa ſunt quatuor. primum in ipſa cauſa immediate præcedens. ſecundum vehementia inflammationis capitis in parte ſoli expoſita, & fortaſſe ſequitur grauitas capitis, & algoratio ſi caput fuerit repletum. tertium magnitudo anhelitus in parte cordiali propter caliditatem cordi impreſſam, & in his dictis innuit magis magnificari anhelitum qñ prima impreſsio eſt in cor. quartum. quia pars exterior capitis eſt calidior interiore eius, nõ quidem abſolute, ſed in comparatione ad alias febres in quibus magna eſt caliditas interius, & pauca exterius, ſicut maxime accidit in ephemera ex oppilatione a vento, aut continente frigido. hoc autem declaratur per ſitim quæ eſt pauca in hoc ephemerante a calore continentis reſpectu ſitis in alio ephemerante ex alia cauſa, qui habet tantam caliditatem exterius, ſicut iſte. ille enim plus ſitiet propter vehementiorem caliditatẽ intrinſecam. CVRA.

Eſt neceſſariũ vt incipiatur in curatione eius cum eo quod infrigidat ex embrochis ſuper caput, et pectus, et ex oleis frigidis, et proprie oleo roſato infrigidato ſuper niuem, quod fundatur ſuper caput, et pectus ex loco longinquo, et detur in potu aqua frigida, et quæ currũt curſu eius, et ſine ceſſatione eius fiat illud vſquequo declinet febris. Cumq; aufertur, ingrediatur tinam, et non tangat eum tina, ſi fuerit cũ eo febris, et balnea cum aqua tepida, non permittas aerem eius calefacere ipſum, et non timeas ex effuſione aquæ calidæ ſuper caput eius, quoniam ipſa humectat, et reſoluit febrẽ, et neceſsitas ad balneandum plus eſt, quàm neceſsitas ad vngendum. Cum ergo egreditur tũc frica caput eius cum oleis frigidis, ſicut eſt oleũ roſatum, et de nenuſare.

Quæ dicit in cura ſunt manifeſta. non tangat eũ tina, quia timetur caliditas, æqualis enim caliditas in tina quæ eſt ſubiectum denſum ſic cum magis imprimit quàm æqualis caliditas aquæ, & neceſsitas ad balneandum eſt plus quàm ad vngendum, quia balneum infrigidat, humectat, & excludit vapores & vnctio ſolum infrigidat, & humectat, ſed non excludit vapores.

De febre ephemera, quæ accidit ex frigore, & balneatione. Cap. XXXIX.

QVandoq; accidit ex frigore, et balneatione cum aquis frigidis vt condenſentur pori apparentes, et coarctentur vapores fumoſi, ſecundum quòd dictum eſt in illa quæ fit ex æſtuoſitate, quare accidit febris, et multotiens perducit ad putridam, et non perducit ad illam febrem niſi quando vapor præfocatus eſt acutus, non ſuauis, ſuauis enim non generat eam. SIGNA.

Sunt eius cauſæ, et corpus in ea in primis cum tangitur, nõ eſt vehementis caliditatis. Cumq; figitur manus ſentitur calor eleuari, et pulſus non eſt in paruitate, in qua eſt in illa quæ fit ex anguſtia, & triſtitia, et fame: quoniam non eſt illic reſolutio, ſed eſt velox propter neceſsitatem. ſ. attrahendi aerem, niſi ſit frigus vehemens, et fortaſſe declinat ad duritiem, et oculus non eſt profundus, immo quandoq; eſt inflatus, propter vaporem coarctatum: et vrina quandoq; eſt alba, quoniam caliditas eſt præfocata, et quãdoq; eſt tincta, quoniã cailditas quæ reſoluitur ex poris expellitur ad viam vrinæ. CVRATIO.

Cooperiantur in febre donec ſudent, cum ergo declinant, ingrediantur balneum, et balneentur cum aqua ad caliditatẽ decliui, et cum aere calido, et embrochentur ſuper ipſos aquæ, in quibus decocta ſunt, ſicut amaracum et anethum, et ſiſymbrium, et fricetur cum eis quæ diximus, quæ abſtergũt poros et mollificant eos, et poſtponatur in eis inunctio vſque quo ſudent, et fricentur, et balneentur cum aqua calida valde. Et oportet vt antecedat balneatio cum aqua, balneationem cum aere, deinde inungantur cum aliquo ex oleis dilatantibus poros, et fundatur ſuper capita eorũ iterum, ſicut oleum de anetho, et cheyri, et de chamæmilla. Et cibentur de cibis leuibus, et aromatizentur. Et ſumant iu potu vinum album ſubtile commixtum, et eſt melius eis, quàm aqua propter quod eſt in eo de ſudatione, et prouocatione. Et inunctio cum oleo aliquo patientibus ex labore, eſt magis iuuatiua, quàm patientibus ex ſoliditate.

Quæ dicit in prima parte quantum ad cauſam, & modum euentus eius ſunt manifeſta, & non perducit ad illam. ſ. putridam niſi vapor acutus inſuauis. ſuauis enim non faceret putridam, licet poſsit facere ephemeram, & forte ſynocham ſine putredine ſi exuberet in quantitate. Signa ſunt quinque, & ſatis nota. pulſus velox, vbi propter vehementem frigiditatem ſit arteria indurata, tunc enim oportet ſatisfieri neceſsitati per frequentiam, vrina quãdoq; eſt alba. ſ. quando caliditas eſt obſeſſa ab exteriori frigore, vt fere extinguatur, & materia nõ remouetur ad vias vrinæ. Et quãdoq; tincta eſt quando materia quæ per poros conſueuit reſolui retenta propter oppilationem, pellitur ad vias vrinæ.

Sed cõtra ſi caliditas eſt diminuta, vel extincta nõ eſt feb.

Dicendum. vt patet ex ſuperius dictis nõ eſſe inconueniẽs cum caliditate fere extincta eſſe febrem, ſicut in moriẽte ex febre cum anhelitus eſt frigidus de quo dictum eſt ſuperius.

Pro cura. Vertit intentionem ptincipaliter contra cauſam. ſ. oppilationem non negligendo tamen reliquas intẽtiones. Iſti ergo operiantur pannis donec ſudent, & declinante febre balneẽtur in aqua notabiliter calida, ita tamen vt non mordicet, quia poros conſtringeret. ſeptimo therapeu. Et ſi in ipſa eſſent decoctæ aliquæ herbæ ſicut maratrum. i. maiorana, anethum & ſiſymbrium, quod eſt ſpecies mentæ eſſet magis pororum dilatatiua. Deinde ſi oportet ſuccedat balneatio in aere. balneum. n. aqueum debet præcedere vt poros dilatet, & mollificet, aereum autem ſubſequens, vt materiã ſudoroſam educat, & aquam in poris retentam, ne reducens ſe ad frigiditatem oppilet. Poſtea fiat inunctio cum oleis dilatantibus poros, ſicut oleũ de Keyri. i. viola ſaracenica, de anetho, & chamæmilla. poſtponit autem inũctionem quia timet oppilationem propter viſcoſitatẽ olei. qua propter liberius conceditur inunctio ephemerantibus ex labore, quàm ephemerantibus ex oppilatione cum in illis non timeatur oppilatio, cibantur autem hïs peractis, & cum iam feb. declinauerit & bibant vinum mixtum, quia magis prouocat vrinam, & ſudare facit.

De febre ephemera ex ſoliditate vel condenſatione cutis cauſata ex aquis ſtypticis. Cap. XL.

QVandoq; accidit illis, qui balneantur in aquis ſtypticitatem faciẽtibus, ſicut ſuper quã vincit virtus aluminis, aut draganthi vt vehemẽs fiat ſpiſsitudo pororum apparentium, quare cõprimũtur eorum vapores, et accidit eis quod diximus aliquotiens, et multotiens quidem perducit ad putredinem.

De ſignis. Cap. XLI.

SIgnificant eã cauſæ, et quod ſignificatur de nigredine cutis, quaſi ipſa extenſa ſit præparata ꝑparatione qua præparãtur coria, et ſicut ſi tãgatur cutis infuſa in aqua dragãthi, & eſt diſpoſitio in additione caliditatis poſt tẽpus. i. nõ ſtatim ex tactu cutis, ſicut in aliis de illis quæ accidunt ex oppilatione pororum, et pulſus eſt debilior, et minor, & vehementioris velocitatis. Et vrina eſt vehementius alba, & tenuis ſicut vrina mulieris, et non eſt in corporibus eorum diminutio, neq; in oculis eorum profundatio. CVRATIO.

Oportet vt curetur cum propinquitate curationis eorum, qui sunt ante eos. Veruntamen eis non datur in potu vinum, nisi post fiduciam vehementem amplitudinis pororum, nisi sit condensatio parua, fortasse enim tunc aperit eam vinum. Et oportet vt subtiliatio regiminis eorum sit maior, et mora eorum in aere balnei, & balneatione eorum cũ aqua calida maior, & oportet vt tardetur inunctio eorum plus.

Quæ dicit in prima parte quantum ad causas, & modum euentus eius sunt satis manifesta, timet tamẽ in hac oppilatione magis euentum putridæ q̃ in oppilatione a frigore, cum hoc sit fortior. Draganthi.i.vitrioli, quod est valde stypticũ. Signa sunt sex in litera posita, & satis nota.

Sed de pulsu dubitatur quomodo sit multũ velox ipso existente multum debili, & arteria facta per siccitatẽ inobediente. Respõdetur quòd forte per velocitatẽ intelligit frequentiam. Vel dicitur ꝙ propter magnam necessitatem ex multitudine fumorum propter fortem oppilationem, nam non potente satisfacere per magnitudinem cogitur satisfacere necessitati per velocitatẽ, & frequentiã. Et licet virtus sit debilis, & arteria inobediens ad magnificandum, nõ tamen ad velocitandũ. Vrina est alba sicut mulieris, non tamen est tenuis sicut mulieris. Vrinæ nãq; mulierum sunt communiter grossiores vrinis virorum. Causa autem subtilitatis, & albedinis vrinæ est suffocatio caloris a forti oppilatione. CVRA est similis curationi ephemeræ de qua statim sermo pręcessit. Sed quia hoc est fortior oppilatio timetur magis vinum in hac, q̃ in præcedente ne inflãmando, & non aperiendo ducat ad putridam. Propterea non conceditur nisi postq̃ confidimus ꝙ per balneum, & reliqua remedia iã sit facta deoppilatio, aut nisi oppilatio sit parua, vt quia paruo tp̃e steterit in aquis stypticis. Vinum superfluum, & propriæ vinosum, & antiquũ in corporibus repletis, & inconsuetis minatur periculum apoplexiæ, aut apostematis cerebri, propterea primo laborandũ est in vomitu, vt educat, pro quo vomitu si non fiat faciliter, detur multa aqua tepida, nam aut eum faciet vomere, aut reprimet vapores vini, & fiat lenitio ventris cum aqua, vtputa exhibendo cassiam tractam cum aqua decoctionis prunorũ, & tamarindorum ad educendum vinum, & vapores, & si perseueret dolor capitis fiat phlebotomia ad euitandum.

De febre ephemera ex vino. Cap. XLII.

Quandoq; accidit ex vino febr. ephemera, & cura eorum est cura ebrietatis, & fortasse indigent solutione cum aqua fructuum, et similibus, & phlebotomia, & vomitu, & proprie quando perseuerat dolor capitis eorũ, & oportet vt ingrediatur balneum post declinationem.

Pro cura ebrietatis redi ad primũ tertij, & ad tertiã primi.

De febre ephemera ex cibis calidis. Cap. XLIII.

Cibi calidi faciunt febrem ephemeram, & sicut illa quæ est ex sole secundum plurimum est cerebralis, & in spiritu animali. & illa quæ fit ex balneo est cordialis, & in spiritu vitali. similiter illa quæ fit ex cibo est hepatica, & in spiritu naturali.

Eius curatio. Cap. XLIIII.

Est prouocatio cum infrigidantibus notis, & solutio naturæ est melior cum siracost, & tamarindis, & rectificare hepar cum eis quæ sunt aqua endiuiæ, & oleum, & syrupus acetosus, & emplastra infrigidantia ex sandalis. & camphora, & aqua rosarum, & oleo, & succo eius, & ex succis oleorum infrigidatus actu. Et extinctio cum cibis frigidis, & humidis.

Cibi calidi sicut allia, cæpæ, aromata, & huiusmodi calida in tertio, aut quarto gradu: febrem faciunt ephemerã inflammando spiritus, & proprie naturales. Et ex his accipe triplicem modũ verũ ephemeræ secundum triplicem spiritum animalem, vitalem, & naturalem, qui est subiectum calefacti esse quod est causa cõiuncta ephemeræ. Pro cura vertit intentionem ad educendum cibum calidum, & materias inde genitas cum siracost.i.mãna distemperata cum aqua decoctionis prunorum, tamarindorum, & similium lenientium, & infrigidantium. Secundo, vertit intentionem suam ad infrigidandum & confortandum hepar quod est spirituum principium naturalium cum aqua endiuiæ sumpta cum syrupo acetoso, & conueniens est syrupus de granatis, & oxyzacara. Et infrigidandum est hepar, & etiam cor cum exterius applicitis compositis ex sandalis, camphora, & aqua rosata, & succo rosarum, qui licet sit calidus valet tamen ad confortandum sua aromaticitate, & similiter frigidis actu, & potentia sicut semperuiuæ, solatri, & plantaginis, nenufaris, & similibus, & regimẽ in cibo, & potu declinet ad frigidum, & humidum.

Tres spẽs epheme.

Et sic cum Dei gratia sit finis expositionis huius primi tractatus primæ Fen quarti Auicennæ.

Principium sermonis de febribus putridis, & complementum sermonis est in febribus & sanguineis, & cholericis.

Tractatus secundus continet capitula. LXVIII.

Sermo vniuersalis de febribus putridis. *Cap. I*

Haec rubrica sic exponitur. tractatus secundus est principium sermonis in febribus putridis, de quibus principaliter agitur in pręsenti tractatu, & est cõplementum in febribus sangnineis, & cholericis quę non sunt putridæ sicut synocha sine putredine, & sicut febris adusta, siue causon quæ potest fieri absq; putredine choleræ per solam eius adustionem. omnes tamen hæ febres dicuntur humorales. Deinde sequitur sermo vniuersalis in febrib. putridis, hæc enim est rubrica huius primi capituli.



Putredo accidit aut propter cibum malũ cum est præparatus vt putrefiat illud quod generatur ab eo propter malitiam suæ substantiæ. Aut propterea quòd velociter recipit corruptionem, quamuis sit bonæ substantiæ sicut lac. Aut quoniam est aquosus, nutrimenti mali, cuius aquositatem recipit sanguis, sicut illud quod generatur a fructibus tardis, humidis valde. Aut quoniam est ex illis quæ non conuertuntur ad sanguinem bonum, immo remanet humor malus frigidus, quem abhorret calor innatus, & succedit ei extraneus, sicut ille qui generatur a cucumere, & citrulo, & piris, & similibus. Aut malitia artificij eius. Aut hora ipsius. Aut ordo eius secundum quòd scis. Cib.⁹ mul tipliciter putredinẽ facit.

Hic tractatus secundus diuiditur in duas partes. In prima parte agit Auicena de febribus putridis in generali. In secunda in speciali. secunda ibi § Febres cholericæ. § Prima in tres. In prima agit de causis putredinis, & diuersitatibus eius, & de diuersitatibus febrium putridarum. In secunda ibi. § Significat § i principio sequẽtis capituli ponit signa febriũ putridarũ in gñali. In tertia ibi. § Scias § ponit gñalẽ curationẽ febriũ. licet forte magis ad intẽtionẽ cõditoris possit hic tractatus diuidi in tot ptes, quot sunt capitula. Primũ capitulũ diuidit in tres ptes. In prima ponit causas putredinis. In scd'a ibi. § Et putredo quidẽ qñq; est cõis. § ponit diuersitatẽ putredinis. In tertia ibi § Et putredo choleræ. § ponit diuersitatẽ febriũ putridarũ Prima in quatuor sicut quatuor sunt causæ putredinis. s. cibus, oppilatio, aer, & humor. secũda ibi § Aut pp oppilationẽ. § tertia ibi § Aut pp dispões extrinsecas. quarta ibi. Et plurimũ causarũ putredinis. § Et licet multæ aliæ possint esse causæ putredinis sicut venenũ, medicina putrefactiua, accidẽtia animi, vsus venereorũ, & similia. tñ mentionẽ fecit de causis cõtingẽtibus pluries dãs p ipsas reliquas cãs intelligere. Prima ps põt diuidi in septẽ ptes, ẽm ꝙ septem modis ex pte cibi põt i humano corpe accidere putredo. ptes patebũt discurrẽdo p textũ. Prima causa est malitia subæ.i., ppietas cibi p quã nõ est paratus vt patiaᵗ a calore humano trasmutationem perfectam in chylũ sicut fungi, & fruges collectę tp̃e pestilẽtiali, carnes crudæ, & similia. vnde genitũ ex eo est ad putredinẽ paratũ. & ad hanc causam reducuntur cibi habentes proprietatem indiuidualem nocentẽ vni homini, & non alteri

Quatuor putredinis causæ.

Cibus septem modis putredinem generat.

alteri ſicut in me caſeus. Secundus modus eſt, quia quanuis ſit bonæ ſubſtantiæ, eſt tamen ex illis quæ velociter recipiunt corruptionem ſicut lac. eſt enim bonæ ſubſtantię, quia currit proprietas inter ipſum, & hominem, vt à calore humano ſibi proportionato, & debite applicato ſit in chylum bonũ tranſmutabile, ſed tamen eſt ita facile alterabile propter modum ſuæ ſubſtãtiæ, vt à calore ſibi diſproportionato facile putreat.

Tertia cauſa quando eſt cibus nutrimenti mali aquoſi cuius aquoſitatẽ recipiat ſanguis, ſicut illud quod generatur à fructibus tardis humidis. Pro quo nota, quòd ſunt multi cibi aquoſi, quorũ aquoſitates ſtomachus, & hepar ſeparant ab illo, quod in ſanguinem conuertitur. & iſtorum aquoſitatem non recipit ſanguis. Et quidam ſunt quorum aquoſitas non facile ſeparatur per primam digeſtionem, neq; ſecundam, & iſtorum aquoſitas remanet in ſanguine. & ſanguis iſte qui eſt calor naturalis, non habens ſufficiens dominium ad humidum ſuum regulandum facile putret. Et primi penes Auicennam ſecundo canone. capitu. primo habent complexionem debilem, & ſecundi complexionem fortem. ita vt non ſuæ ſubſtãtiæ facile ſeparentur. Exemplum primi. ſunt ficus, & vuæ recentes quorum humiditates, pars magna ſeparatur in prima digeſtione à chylo, propterea ventrem leniunt, & a peponibus humiditatis ſeparatur pars magna in ſecunda digiſtione, quę multum vrinare facit, & iſta habent complexionem debilem. Exemplum ſecundi. ſunt ſicut perſica, pruna, ceraſia, & ſimilia, quorum humiditas nõ bene ſeparata per primã, aut ſecundam digeſtionem remanet in ſanguine. Et iſta habent complexionem fortem in comparatione ad calorẽ humanum. licet abſolute, ideſt in comparatione ad igneum habeant complexionem debilem. Oleum autem abſolute habet complexionem, & mixtionẽ fortem, cuius partes nõ poſſunt adinuicem ſeparari per actionem ignis. Fructus autem iſti dicuntur tardi, quia propter ſuperfluam humiditatem tarde digeruntur, ſicut perſica &c.

Quarta cauſa eſt, quando cibi ſunt multum frigidi, & difficilis digeſtionis, ex quibns non eſt aptus bonus ſanguis generari, immo generatur humor frigidus crudus cui calor naturalis non poteſt dominari, vnde ſuccedit in eo calor extraneus ducens ad putredinẽ, & iſtæ modus differt a primo, quia ille ducit ad putredinem merito proprietatis, hic autem merito ſuperfluæ frigiditatis. Et differt a ſecundo modo, quia ille eſt merito modi ſubſtantiæ faciliter ad putredinem paratus. Et differt à tertio, quia ille parat ad putredinem merito humiditatis ſuperfluæ. Exemplum huius quarti modi ſunt cucumeres, citruli, & pira. cucumeres autem ſunt qui noſtro idiomate vocantur taliter frigidi in ſecundo. citruli autem ſunt minores adhuc frigidiores, & deteriores, ex quibus humores groſsi, frigidi generantur, qui putrentes propter cauſam dictam ſunt cauſa febrium chronicarum, phlegmaticarũ. Pira ſimiliter non omnia, ſed illa maxime quæ ſunt ſtranguloſa, & non poſſunt comedi niſi cocta.

Quinta cauſa eſt malitia artificij, vt cum cibi non debite coquantur, aut indebite præparentur, ſicut cum piſces cum lacte miſcentur, aut cum piſces elixi tenentur cooperti, conuertuntur enim in venenũ. ſexta tertij. Sexta cauſa eſt hora cibi, ſiue tempus inconueniens, ſcilicet quando ſumitur cibus ſuper alio ſemidigeſto, prohibetur enim digeſtio primi per aduentum ſecundi, & forte vterq; corrumpitur. Septima cauſa eſt ordo malus, vt cum cibus groſſus præponitũ ſubtili, qui ſubtilis primo digeritur, & cum non poſsit pelli extra ſtomachũ cum non amplius ſit aptus pati à calore ſtomachi, vt naturalis patitur ab eo tanquam à calore abſolute, & putrefit. Et hæc omnia debent eſſe ſcita tertia primi capitulo de regimine eius quod comeditur, & bibitur. ideo dicit ſecundum quòd ſcis. Sunt autem præter has aliæ cauſæ ſicut nimia quantitas cibi, aut paucitas eius, de quibus decimatertia tertij, ſed per iſtas ſeptem ab Auicenna poſitas poſſunt reliquæ intelligi. Quid autem ſit putredo dicetur.

Aut propter oppilationem prohibentem reſpirationẽ, & euentationem, propter complexionem corporis malam, cum non poteſt digeſtionem facere bonam.

In hac parte ponit ſecundam cauſam putredinis, quæ eſt oppilatio. Et diuiditur in quatuor partes. In prima ponit quòd oppilatio eſt cauſa putredinis mediante mala complexione, quam oppilatio cauſat. In ſecũda oſtendit quòd oppilatio eſt cauſa putredinis debilitãdo virtutem. In tertia ponit quibus modis mala complexio cauſat putredinem. In quarta oſtendit quomodo oppilatio, & effectus ab ipſa pendentes ſunt reciproci, & ſeſe mutuo augent, & fouent, ſecunda ibi ⸗Et ſunt iterum virtutes.⸗ tertia ibi⸗Et huius quidem complexio.⸗Quarta ibi⸗Et iſtę cauſæ ſunt.⸗

In prima parte dicit quòd putredo fit, aut propter cibos ſicut dictum fuit, aut propter oppilationem ad quam oppilationem, ſequitur prohibita tranſpiratio, quia prohibetur aeris frigidi inſpiratio, & ipſius facti calidi, & inutilis ſimul cũ vaporibus expiratio. Et ſequirur etiam prohibita euentatio, quia calidum actuale, tam ſpirituum, quàm membrorum non poteſt debite infrigidari. ad prohibitam autem reſpirationẽ, & euentationem ſequitur mala complexio, quæ ſecundũ plurimum eſt calida ſaltem in principio. licet poſtea tandem fiat frigida cum ſpiritus corrumpuntur, & calor extinguitur. Ad complexionem autem malam ſequitur mala digeſtio, per quã malam digeſtionem humor de nouo generandus fit malus, & qui genitus eſt corrumpitur.

Et ſunt iterum virtutes de illis, quæ non faciunt in cibo, aut humore aliquid, propter priuationem reſpirationis humorum, quare dimittunt eum crudum.

In hac parte ſecunda oſtendit quomodo virtutes debiles ſint cauſa putredinis, quarum virtutum debilitas ſequitur oppilationem propter priuationem reſpirationis. non enim faciunt in cibo, neq; in humore aliquid, quia dimittunt eum crudum, & quando eſt crudus non regulatur à virtute quare capitur à calore agente, vt elementaris, & ſic paratur ad putredinem & putrefit cum calor in nobis rariſsime habeat vim aduſtiuam.

Sed dubitatur quia videtur quòd hęc cauſa non differat à prima. nam virtus non debilitatur niſi propter malam complexionem ſequentem oppilationem. Dicendum quòd in prima cauſa licet ſit mala complexio, & debilitas virtutis ſicut in ſecunda, attamen aliud eſt humorem nõ regulari à virtute, & aliud eſt ipſum alterari propter malitiam complexionis agentis in ipſum, ſicut fit in prima cauſa. In ſecunda autẽ ſolum derelinquitur à regimine naturæ mala complexione non concurrente poſitiue ad ipſius putredinem. Nota etiã quòd multotiens accidit ꝙ ſtante debita complexione membri cum ſufficientia ſpirituum, virtus tamen non ſufficit bene digerere, eo quòd anima eſt alteri operi intenta, ſicut accidit in illis qui profunde ſpeculantur. Sicut enim attenti fortibus imaginationibus delata ſub oculis non videmus. ſecundo de anima. ſic etiam attenti fortibus imaginationibus non bene digerimus, ſecundũ plurimũ tamen virtutes deficiunt ab operando propter defectum in ſpiritibus, aut membris.

Et huiuſmodi quidem complexio, aut generat humorem malum, aut corrumpit id quod generat, propter abbreuiationem ſuam in digeſtione: & quia mouet eum motu pigro.

In hac tertia parte oſtendit quòd mala complexio eſt cauſa putredinis tribus modis. Primus. quia generat humorem malum, ſiue generet ipſum per digeſtionem corruptam. ſicut quãdo ſtomachus generat phlegma acetoſum, aut rem fumoſam qualis non debet in ſtomacho hominis ſani ſecundũ ſpeciem generari, & ſicut hepar generat choleram vitellinam, aut citrinam ſiue generet humorem malum per digeſtionem diminutam per remiſsionẽ, ſicut ſi generet ſanguinem phlegmaticum non decoquendo chylum ſufficienter, aut per digeſtionem diminutam per intentionẽ ſicut ſi generaret ſanguinem nimis calidum nimis excoquendo chylum.

Secundus modus eſt, quia corrumpit illud quod generat per diminutionem ſuam, quia generando corrumpit illud quod generat corruptione proxima in putredinem quia deficit à perfectione digeſtionis, quomodocunque deficiat, & non eſt differẽtia inter cauſas primam, & ſecundam, niſi quia in ſecunda generando diſponit ipſum diſpoſitione proxima ad putredinem, ſed in prima non. Tertius modus eſt, quia mouet ipſum motu pigro ad finem ſuum, quare tardatus capitur à calore extraneo, & putrefit ſiue illum humorẽ actu generet.

neret, siue iam generatus sit. nam cum à virtute digerente mouetur subiectum a terminato in terminatum per viam terminatam, sicut qn̄ de cibo fit chylus, & de chylo sanguis, & de sanguine humiditates secundæ nisi debita velocitate agat, quandoque præoccupatur materia a calore extraneo, & non peruenit ad suum intentum, sed putrefit sicut chylus bene digestus in stomacho putrefit, quando non potest transire per pyloron, eo quòd in pyloron est aliquis cibus non digestus viam præoccupans. Exemplum huius est vas plenum aqua quod circunducitur, ꝙ tamen aqua non cadit deorsum si circunducatur velociter, dato ꝙ aliquādo fundus vasis sit supra aquam. Si vero tarde circunduceretur tunc caderet deorsum, & motus rectus præoccuparet motum circularem.

Et istæ causæ sunt iuuantes in generatione oppilationis generantis putredinem.

In ista parte ponit quòd oppilatio, & effectus sui reciproce se augent, & fouent. Nam istæ causæ, scilicet mala complexio, & debilitas virtutis sunt iuuātes in generatione oppilationis generando humores malos qui oppilant, quæ oppilatio est causa putredinis causando malam complexionem, & debilitando virtutem.

Aut propter dispositiones extrinsecas ex aeribus malis, sicut est aer pestilentiæ: & aer lacunarum, & locorum infusorum, in quibus madefiunt res vt linum, & aspaltum. Et quandoq; aggregatur de eis numerus rerum plurimus.

In hac tertia parte ponit tertiam causam putredinis dicēs, quòd putredo fit ꝓpter dispositiones extrinsecas ex aeribus malis. sicut est aer pestilens, & aer lacunarum, siue paludū, & aer locorum infusorum in quorum aquis ponuntur res ad macerandum sicut linum, & aspaltum. spaltus autem est iuncus, ex quo fiunt in hispania funes, sicut apud nos fiunt ex canabe, qui etiā funditur in aquis vt maceretur. nam aquæ illę, & si sint laudabiles putrent, cum huiusmodi infunduntur in eis. & vapores ab eis eleuati corrumpunt aerem, qui inspiratus simul cum vaporibus illis putrefacit humores. Aer tamen pestilentialis præter putredinem habet proprietatem venenosam, qua inducit malignā putredinem paruo tempore occidentē, & ideo febres pestilentiales sunt feb. acutissimæ, febres autem pendentes ab aeribus putridis non habentibus hanc proprietatem venenosam ſm plurimū sunt chronicæ.

Et quandoq; aggregatur numerus rerum, idest causarū putredinis, quia plures simul concurrunt ad causandum putredinem, scilicet cibus, oppilatio, aer &c.

Et plurimum causarum putredinis humorum est aut propter multitudinem humoris, aut propter grossitudinē suam, aut viscositatem sui.

In hac quarta partę ponit quartā causam putredinis sumptam ex parte humoris. Et diuiditur in tres. In prima narrat istas causas. In secunda excusat se. In tertia dat modum quo ex humorum talibus dispositionibus coadiuuātibus alijs causis fit putredo. secūda ibi. ¶ Et causæ. ¶ tertia ibi ¶ Ergo qn̄ fecerint. ¶ In prima dicit quòd plurimum causarum putredinis est ex malis dispositionibus humorum, scilicet ꝓpter multitudinem, aut viscositatem, aut grossitiē eorum. Cum enim humores sint multi non possunt bene a calore regulari. suffocatur enim, & opprimitur a multitudine. & multitudo etiam est causa oppilationis quæ est causa putredinis. similiter grossities, & viscositas, vt est apud Auicennam secunda primi.

Et causæ multitudinis humorum, & viscositatis, & grossitiei humorum sunt notæ, & inceptio oppilationis est nota.

In secunda parte dicit quòd causæ multitudinis grossitiei, & viscositatis humorum sunt notæ, scilicet secunda primi. Et similiter inceptio oppilationis, idest causa quare inchoet oppilatio est nota. Sunt etiam nota signa oppilationis ex dictis secunda primi. & in tertio canone in multis locis, & ideo de istis non oportet hic dicere.

Ergo quando fecerint oppilationem, accidit putredo propter euentationis priuationem, proprie cum fuerint succedētes motus in non sua hora super repletionem, & nauseatiuam satietatem, & balneationes similiter: aut sol calidus: aut sumere calefacientia super repletionem, & dimißio cautelæ obseruationis digestionis in stomacho, & hepate. Et succurrendi defectui si acciderit propter calefactionem amborū in epithematibus, & vaporationibus.

Hæc coniunctio ponitur hic continuando, non inferendo quādo humores, aut multi, aut grossi, aut viscosi fecerint oppilationem, tunc accidit putredo propter prohibitionē euentationis. & maxime accidit putredo quādo coniungitur una, aut plures de causis sequentibus. Prima cum motus fuerint succedentes his oppilationibus, & proprie facti in hora non conuenienti, scilicet super repletionem, & nauseatiuam satietatem. Secunda est balneatio in aqua. aut in stupha succedens oppilationi. & proprie si cum oppilatione sit repletio, aut nauseatiua satietas. Tertia sol calidus tali hora. Quarta sumere calefaciētia sicut piper, zingiber, & similia. Quinta dimissio cautelæ obseruandæ pro bona digestione stomachi, aut hepatis, scilicet in quantitate, & qualitate ciborum, & quibusdam alijs auxiljs necessariis quibusdam hominibus, sicut quidam portant circa stomachum pellem vulturis, vel agninam. Sexta dimissio cautelæ ad succurrendū defectui, idest nocumēto maxime stomachi aut hepatis si acciderit cū calefactorijs, epithematibus, & cæteris huiusmodi aliquando calefacientibus, aliquaudo infrigidntibus secundum exigentiam nocumenti inducti.

Sed dubitatur hic de quatuor causis iam dictis. primo motus prohibet putrefactionem. quarto metheororum. ergo non est causa putredinis.

Item balneatio in aqua calida resoluit, & minuit multitudinem, & repletionem, secunda primi. capitulo. Quidam ornate loquentium. Et similiter sol calidus fortificat calorē, & resoluit superflua. res autem calidæ sicut piper, & zingiber fortificant digestionē, & resoluunt superflua. quare prohibēt putredinem. Ad hoc respondetur quòd stomacho multum repleto cibo, & hepate chylo, & venis humoribus fortes motus succedentes, & proprie stante oppilatione agitant has humidiates, & agitando calefaciunt, & cum non possint bene à calore naturali, regulari: tum propter oppilationem, tum propter multitudinem succedit in eis extraneus. Balneum autem, & sol calefaciunt, & trahunt spiritus à centro ad circunferentiam, vnde calor innatus circa membra digestionis debilitatur, & per calorem rerum suprascriptarum humiditates calefiunt, qui calor agit elementaliter. Similiter res calefacientes sumptæ in his casibus calefaciendo ad putredinem cito disponunt, quia humiditates illæ non regulantur, sed tamen non in omnibus sunt istæ res calefacientes causa putredinis, sicut in illis quorum virtus regitiua est fortior ad prohibendum putredinem, quàm res suprascriptę ad ipsam causandam, sicut in rusticis, & his qui consueti sunt similibus inordinationibus. Sed ad argumenta. Ad primum dicitur ꝙ motus prohibet putredinem illarum rerum, quæ pro sui conseruatione à putredine non indigerent aliquo speciali conseruante sicut aquæ, sed tamen multotiens præparat ad putredinem ea quæ indigent aliquo speciali conseruante, sicut humiditates nostri corporis. Similiter non sequitur quòd si balneum, & sol resoluant superflua, ꝙ non sint causa putredinis sui, præcipue cum occurrunt corpori hominis, & conditionibus indebitis. De medicinis autem calidis dicitur quòd debite administratæ, & in corporibus frigidis, & quando oportet iuuant, sed indebite administratæ nocent.

Vtrū putredini sit semper adiuncta oppilatio.

Dubitatur vtrum putredini sit semper adiuncta oppilatio, aut prohibita transpiratio. Arguitur ꝙ sic. primo ex Galeno vndecimo therapeuticæ. Item Auicen. in parte præsenti ponens modū quo humor multus, grossus, & viscosus causat putredinem, dicit quòd eam causat mediante oppilatione.

In oppositum arguitur. quia nulla existente oppilatione potest calor extraneus corrumpere humores, & membri caliditatem naturalem cum cæteris circunstantiis putrefactionum requisitis. igitur potest esse putrefactio absque quòd ei cōiuncta sit oppilatio, & absque quòd sit coniuncta prohibita transpiratio, quæ est effectus oppilationis.

Pro decisione dubij notandum quòd reperiuntur isti termini, oppilatio, obstructio, prohibita transpiratio, prohibita euentatio. Oppilatio autem proprie sumpta est clausio viæ siue

siue in orificio, siue in aliqua parte intermedia. Obstructio autẽ est clausio orificij, & ꝓprie pororum. ꝓhibita vero transpiratio est prohibitio exitus aeris facti inutilis, ideo dicta est transpiratio, quasi vltra spiratio. Aer enim spiritus dicitur, & sic prohibitio exitus vaporum, & aeris facti inutilis dicitur prohibita transpiratio. Euentatio autem dicitur quasi venti actio infrigidans caliditatẽ superfluã spirituũ, & membrorum quę necessaria est pro ipsorum conseruatione. Prohibita autem euentatio dicitur cum prohibetur actio venti, vel aeris debentis huiusmodi calidum refrigerare, ne superfluat, quæ prohibita euentatio maxime fit cum prohibetur aeris frigidi ad aliquem locum transpiratio propter alicuius viæ oppilationem.

His pręmissis sint hæ conclusiones ad quęsitũ responsiuæ. Prima, possibile est esse putrefactionem in humano corpore absq; oppilatione .i. præternaturali clausione alicuius vię vel orificij. patet conclusio de chylo putrente in stomacho, aut de humore putrente in aliquo corpore latarum viarum tempore pestilentiæ. Secunda cõclusio. possibile est in humano corpore esse putrefactionem absq; prohibita transpiratione quæ sit causa efficiens aut concomitans. probatur, quia possibile est in aliquo humore esse putrefactionẽ in sui principio, in quo humore fit proprius calor extraneus. nondum tamen vapores sunt educti ad sui corporis superficiem, tunc patet ex diffinitione putrefactionis inferius ponẽda quòd ibi est putrefactio, & tamen ibi non est prohibita transpiratio cum ibi nulli sint vapores, qui transpiratione indigeant. Tertia conclusio. possibile est esse putrefactionẽ absq; prohibita euentatione, quæ sit causa efficiens, aut concomitans. probatur, quia possibile est in aliquo humore, vel membro fieri putrefactionem quanuis suus calor euentetur quantum debet euentari, qui calor si fieret remissior, adhuc esset magis præter naturam. igitur conclusio vera. assumptum patet. quando aliquid putrefieret propter nimiam frigiditatẽ sicut in his quæ congelantur, & sunt vicina congelationi. Quarta conclusio. de intentione auctoris non potest esse putredo cum febre, quin ibi sit ꝓhibita transpiratio, & prohibita euẽtatio saltem concomitanter. probatur. nam semper in febre putrida vapores putridi ad cor perueniunt, qui non sufficienter transpirant. Similiter semper in corde febriente est caliditas præter naturam euentatione indigens. Hic tamen esset instantia de corde febriente cuius calor esset remissus respectu caloris sibi debiti. Sed ad hoc potest patere responsio ex dictis superius. Ex his tandem patere potest putrefactionẽ ſm plurimum esse coniunctam oppilationi, quæ sit causa efficiens, aut concomitans.

Et putredo quidem quandoque est communis corpori, et quandoq; est in membro propter debilitatem suam, aut propter vehementiam caliditatis suæ extraneæ, et suæ acuitatis, aut doloris eius.

In ista parte ponit diuersitatem putredinis. & habet hæc pars duas partes. In prima parte ponit diuersitates putredinis contingentes merito loci. In secunda ibi §Et humor recipiens.§ ponit diuersitatem putredinis contingentis merito humorum putrentium. In prima dicit quòd putredo quandoque est communis corpori, quandoq; est in membro determinato propter causas quatuor. primo propter debilitatem suam. secundo propter vehementiã caliditatis suæ extraneæ. tertio propter acuitatẽ suam. quarto propter dolorem eius.

Nota igitur primo quòd per putredinem hic debes intelligere humorem putridum, sed per esse commune toti corpori intellige quòd humor putridus sit in ambitu totius sicut in tertiana interpolata, quando materia cholerica esset sparsa hora paroxysmi extra venas in omnibus poris corporis extrinsecis, & in tertiana continua in venis paruis ad membra extrinseca terminatis. Sed minus proprie dicitur putredo communis toti, quando materia putrida est contenta in uenis, siue concauitatibus quæ sunt deputatæ ad retinendũ humorem communem toti. sicut si putredo esset contenta in vena chyli, aut vena portæ, aut arteria adorti, aut in corde, aut in stomacho. Dicitur autem, esse in membro determinato quando non esset in ambitu totius, sed in loco determinato sicut in pleuritide, inguine, coxa, pectore, & similib. siue sint organica, siue cõsimilia, in quibus materia coadunatur ꝓpter causas in textu dictas, scilicet propter debilitatẽ illius membri. quæ debilitas potest esse in virtute digestiua, ita vt non bene digerat nutrimentum sibi adueniens, quod remanẽs ibi non digestum putrefit. & potest esse debilitas virtutis expulsiuæ non expellentis superfluitates, quæ necessario in quacũque digestione multiplicantur. & quocunq; istorum modorum adunat humor putridus in loco per viam paulatinæ congestionis, siue apostement siue non. Aliquando potest esse debilitas expulsiuæ humorum fluentium ad membrũ, vel uirtutis resistentis, siue respuentis superfluorum ad ipsum veniẽtium, quæ tamen est una virtus, sed effectus sunt diuersi. aliud enim est resistere ne humores fluant ad aliquod membrum. aliud est postquam fluxerunt ipsos expellere. Propterea secundum diuersos effectus sortitur diuersa nomina. Et propter huiusmodi debilitatem coadunantur humores putridi ꝑ viam defluxus, siue apostement, siue non. hæc autem virtutis debilitas existens in aliquo membro aliquando est absoluta comparando membrum ad medium sui generis, aliquãdo est respectiua. verbi gratia. esto quòd stomachus sit fortis, põt tantũ accipi de cibo, & ita difficilis digestionis quòd nõ poterit neq; digeri, neq; expelli quin prius putrefiat. Simiter intestinis existentibus fortibus stat materiam tanto impetu ab aliis membris moueri, quòd intestina non poterunt resistere, immo recipient propter respectiuam, & non absolutam debilitatem.

Secunda causa est vehementia caliditatis trahentis ad se humores aliorum membrorum. vt dicit Gale. secundo de differentiis febr. & nos experimur quòd fricando membrum ad ignem rubesit. & tumescit propter attractationem sanguinis, & aliorum humorum ad ipsum.

Tertia causa est acuitas caliditatis, quando est coniuncta siccitati, ita vt mordicet. aliter acuitatis suæ, scilicet sensus membri. fortis enim acuitas sensus membri facit, vt à quacunque causa facili patiatur.

Quarta causa est dolor membri, qui est causa attractionis humorum, quia natura non utens præuisione, intendens succurrere membro dolẽti transmittit spiritus, sanguinẽ, & alios humores cum sanguine, qui indebite ibi retenti putrent.

Et humor recipiens putredinem, aut est cholera talis modi, vt ab ea uapor egrediatur, qui sit subtilis fumosus valde. Aut sanguis talis modi, vt euaporet ab eo vapor subtilis. Aut phlegma talis modi, ut illud quod euaporat ab eo, sit vapor spissus. Aut melancholia talis modi, vt illud quod euaporatur ab ea, sit vapor fumosus, puluerulentus.

In parte ista ponit diuersitatem putredinis contingentis merito humorum. Et dicit quòd humor recipiens putredinem. i. qui putrefit, & est subiectum putredinis, aut est cholera talis modi .i. naturæ vt ab ea vapor egrediatur, qui est fumosus subtilis ualde, aut est sanguis talis modi, vt ab eo vaporet vapor subtilis, & nõ dixit fumosus, quoniam vapores sui sunt humidi non sicci actu fumosi, aut phlegma talis modi, vt vapor suus sit spissus, aut melancholia talis modi, vt quod uaporat ab ea sit vapor fumosus puluerulentus, & quia est admixtus partibus terreis propterea fumante melancholia apparet in lingua sicut lutum terreum. & clymia non fit nisi ex effumatione metallorum.

Nota primo quòd non fuit intentio Auicen. quòd solum humores primi putreant, immo possunt putrere membra, & humiditates secundæ, lac, chylus, & similia, sed facit solũ mẽtionem de humoribus, eo quòd frequenter putrent. & sunt frequenter causa febrium putridarum. Alia ratio & per humores dedit alia intelligere. non enim est dubium quòd humiditates secundæ possunt putrere, & facere febrem putridam. illud raro tamen accidit, & iam vidi febrientẽ ex spermate putrido per cuius expulsionem sanatus est. Similiter putrent vermes, & faciunt febres. & similiter membra, & reliqua huiusmodi.

Sed dubitatur vtrum spiritus possint putrefieri. In quo dubio tenendæ sunt istæ conclusiones. Prima. omne mixtũ potest putrefieri præter flammam ignis. Hæc conclusio est de mente Arist. quarto metheororum. vbi dicit quòd omnia putrescunt præter ignem. Huius autem ratio est, quia in omnibus Omnia putrescũt pter ignẽ.

bus mixtis calidum suum potest fieri impotens ad proprium humidum regulandum præter quam in flamma ignis propter sui caloris intentionem,& paucitatē sui humidi, quapropter suo humido appropriatur adustio,non putrefactio. Secunda conclusio . spiritus licet raro,possunt tamen putrefieri , quia habēt calidum intensum cum paucitate sui humidi . Raro ergo contingit quòd sua caliditas non possit proprium humidum regulare . Tertia conclusio . aliqua feb. ephemera est putrida . patet de spiritibus putrētibus in sinistro ventriculo cordis,immo potest esse pestilentialis,si accidat in eis putredo per aerem pestilentialem ad cor inspiratum.Auctores tamen de hac ephemera putrida non fecerunt mentionem ꝓpter raritatem sui euentus,& quia curatur sicut reliquę ephemeræ . licet putrida pestilentialis exigat pro sui curatione ꝙ frigida sumpta,& applicata sint confortatiua virtutis vitalis, & putredinalis pręseruatiua . Notandū ꝙ licet aliqua cholera sit certo sanguine grossior,& similiter certo phlegmate, & consequēter vapor suus sit grossior vapore ab illo sanguine , & phlegmate eleuato . Auicen. tamen dicens vaporem choleræ esse subtiliorem vapore sanguinis &c. intellexit huiusmodi comparatione seruata paritate humorum in situ suæ latitudinis , vt subtilis subtili, grossus grosso , mediocris mediocri comparetur . Quomodo autem vapor, & humor sint causa coniuncta feb. dictum fuit superius in quæstione de maioritate morbi . Notandū secundo . ꝙ licet aliqua putredo possit esse sine istorum vaporum eleuatione, attamen putredo faciens febrem putridā nō potest esse sine horum vaporū eleuatione, quantuncunq; humor putridus possit esse in ventriculo cordis,& possit a se solo causare febrē, attamen quandocunq; habet tantam caliditatē putredinalem quæ sufficiat ad causandum febrē, tunc ab eo vapores putridi eleuabuntur adiuuantes ipsum in causando febr. quapropter nunquam est feb. putrida quin vapor putridus concurrat ad ipsam causandam,licet humore euacuato possit per tempus remanere vapor putridus conseruans febrem . quapropter semper vapor est causa coniuncta febr. si febris putrida sit,licet non semper humor . Possemus tamen aliter dicere , & conformis determinationi superius factæ de causa coniuncta morbi in quæstione de maioritate morbi,quòd etiam humor postquam est euacuatus est causa coniuncta feb. causans ipsam per aliquid sui,scilicet per vaporem. sicut etiā dicimus Sortem esse causam mortis Platonis , qui cum iecerit iaculum in Platonem moriatur antequam iaculus attingat Platonē . & Sort. esse causam generationis Platonis, qui post missionem spermatis in matricem moriatur antequam Plato animatus sit .

Ephe. putri.

Vapor putridus a sit febris putridæ cōiuncta causa.

Hic quia facta est mētio de putredine , & putrefactione dignum est declarare quid sit putredo, quid putrefactio,& quo modo putrefactio differt a combustione . Horum tamen declarationem decreui ponere in fine huius capituli , quia aliqualiter prolixa est . & sic deinceps quæstiones longas si quæ erunt ponam in fine capitulorum , ne textus expositio interrumpatur .

Et putredo quidem choleræ facit tertianam , & putredo sanguinis facit continuā, & putredo melancholiæ facit quartanam, & quæ currunt cursu eius, & putredo phlegmatis similiter ut multū facit quotidianā , & quæ currūt cursu eius .

Postquā in parte præcedenti posuit causas putredinis , & diuersitatē eius . Hic ponit diuersitatem febriū putridarum . & diuiditur in tres partes . In prima ponit diuersitatē feb. putridarū secundū diuersitatē humorū . In secunda ponit diuersitatem earum secundū diuersitatem locorū. In tertia ponit quasdam diuersitates magis speciales cum quibusdā canonibus . secunda ibi§Et sanguinis locus.§tertia ibi§Et istæ quidē febres.§ In prima parte dicit ꝙ putredo choleræ facit tertianā.putredo sanguinis facit cōtinuā . putredo melancholiæ facit quartanā, & quæ currūt cursu eius,putredo phlegmatis facit quotidianā,& quæ currunt cursu eius . Notandum primo. quòd licet cholera faciat tertianā tam continuam,quàm interpolatam, & phlegma , & melancholia faciant quotidianam & quartanā tam continuā, quàm interpolatā , tamen faciunt,cum putrent,etiam alios modos febrium. nam cholera facit causonē.& similiter phlegma salsum . & melancholia facit quintanā, & sextanā, vt infra in proprio capitulo . Et est possibile quòd melancholia putrens in locis propinquis cordi faciat continuam,non habentem manifestam exacerbationem de quarto in quartum . attamen Auicenna facit solum mentionem de febribus secundū plurimū ab his humoribus contingentibus . sicut etiam est possibile . licet rarissime accidat sanguinem posse facere interpolatam .

An feb. intermittēs putrescat est a sanguine.

Notandum secūdo quòd cum dixit quòd phlegma , & melancholia faciunt quotidianā,& quartanā,& quæ currunt cursu eius , idest alias febres similes illis . phlegma enim præter quotidianā communiter contingentem facit syncopalē humorosam,epialam,lipariam,diurnam, nocturnam, & similes quæ currunt cursu quotidianæ quantū ad multa accidētia , et modum periodicandi . & facit causonem multum differentē à quotidiana communiter contingente in accidentibus , & modo paroxysmandi . Et etiam facit aliquando quandā febrem vniformem in qua non apparet manifesta periodicatio de die in diem sicut sæpe vidi . licet in multis accidentibus assimiletur quotidianæ communiter contingenti . Et melācholia facit interdum febrē vniformem , quæ est sicut continua conclusa . & facit quintanam , sextanam . Non aūt addidit in sanguine,& cholera, & quod currit cursu eius, quia licet aliquæ diuersitates possint accidere præter conclusam ꝓportionatam sanguini , quia sanguis potest facere interpolatam , & præter tertianam proportionatā cholerę , quia cholera facit causonem , & syncopalem diminutam . illæ tamen diuersitates sunt pauciores , & rarius contingentes . Vel dic quòd potuisset facere si voluisset,& quòd dedit per istas pertinentes phlegmati,& melancholiæ illas intelligi . Hic cadit quæstio pulcherrima,& difficilis de periodicatiōe.Cuius determinationē,quia prolixa est reseruabo in fine capituli .

Et sanguinis locus est intra venas . Cholera autem , & phlegma, & melancholia quandoque putrefiunt intra venas, & quandoq; extra venas .

In parte pn̄ti ponit diuersitatē febriū ſm diuersitatē locorum in quibus putrent humores . & diuiditur in duas partes. In prima ponit loca in quibus ſm plurimū putrent humores. In secunda parte ponit quę febres sequuntur ſm illorū locorum diuersitatē . secunda ibi.§Et quādo putrefiunt extra venas .§In prima parte dicit ꝙ locus sanguinis.s. vbi putret ſm plurimū est intra venas.cholera aūt, phlegma , & melācholia quādoq; putrefiunt intra venas, quādoq; extra, quasi indifferenter, ita quòd putrefiunt intra venas , sicut extra .

Dubitatur vtrū sanguis possit putrefieri extra venas . In quo dubio est tenendū ꝙ sic, quia in quocunq; loco reperitur sanguis,sibi potest putrefieri, sed in multis locis reperitur extra venas,vtputa in ventriculo dextro cordis, in poris membrorum . & in his duobus locis naturaliter continetur . licet in poris membrorū non contineatur sub dispositionibus propriis sanguinis cum iam dealbetur transiens in duas humiditates. Reperitur autem præternaturalitar in concauo pectoris,in stomacho,in intestinis,in vesica,& poris membrorum, propter contusionē,aut quādo facit apostema . Et certum est ꝙ in omnib. his locis potest putrefieri, & tamen cum incipit putrefieri ad huc remanet sanguis per certū tempus , vt vult Auic. in cap. de feb. sanguinis . Secunda conclusio.ad intētionem Auic. & cæterorum auctorum ſm plurimum cum facit febrem putridam putret intra venas . Tertia conclusio . cæteri humores in naturali dispositione indifferenter continentur intra venas,& extra . Cholera namq; naturaliter continetur in chisti fellis,quæ est eius receptaculū . Melancholia in splene,phlegma in stomacho,in intestinis & iuncturis. Similiter ad intra venas naturaliter continetur. & consequenter sequitur quòd ad intra venas , & ad extra indifferenter possunt putrefieri, & facere febres putridas . Ad Auerroim autem tertio colliget dicentem, quòd sanguis non reperitur actu nisi in venis . Similiter ad Aristo. tertio de historijs animalium dicentem , quòd non reperitur extra venas nisi in corde . dicendum quòd intelligunt in naturali dispositione, & sibi & corpori . quamprimum enim incipit esse in loco præterquam in corde , aut venis , tam primum incipit præternaturaliter disponi .

An sanguis putrescat extra venas

Et

Et quando putrefiunt extra venas si non est causa alia, neque est putredo in apostemate intrinseco, quod det cordi putredinem continuam faciunt periodos quos diximus. Sed vnicuiq; accidunt, & eradicantur, quamuis phlegmatica non eradicetur, quin ibi sint reliquiæ occultæ.

In parte ista ponit diuersitatē feb. ſm diuersitatē locorū in quibus putrefiunt. Et diuiditur in duas. primo ponit has diuersitates. secundo ponit causam earum præcipue continuitatis, & interpolationis. secunda ibi§Et feb. quidē putredinis.§Prima in quatuor. In prima ponit quales febres fiunt cū putredo est extra venas. secūdo quales quādo putredo est intra venas. tertio quales quādo est intra venas omnes aut cordi vicinas. quarto quales fiunt quādo putredo est solū in venis paruis nō vicinis cordi. secūda ibi§Et quādo putrefiunt.§tertia ibi§Et quādo putredo est intrinseca.§quarta ibi§Cum autem sunt.§In prima dicit ꝙ qn̄ materię faciētes febres putrefiunt extra venas, tunc faciunt febres interpolatas, cū modis paroxysmorū suprascriptorū .s. phlegma de die in diem, cholera de tertio in tertiū. & melancholia de quarto in quartum, quę omnia vera sunt obseruatis duabus conditionibus. prima ꝙ ꝓpter multitudinē materię nō fiant diuersi paroxysmi. quorū vnus alterū subintret, aut ꝙ paroxysmi sint ita longi ꝓpter multitudinē materiæ, vt primo nō finito, alter incipiat. Primus casus accidit qn̄ coniunguntur plures febres quarum quælibet esset interpolata, sed omnes simul continue affligunt propter multitudinē, & grossitiē materiæ. Secundus casus accidit aliquando in phlegmatica, aliquando in terziana notha, quarū paroxysmi sunt duæ tertianæ. quæ adeo ꝓlongantur, vt sequens subintret præcedentē. & hos casus tetigit cum dixit. & nō est alia causa. Secūda conditio quòd nō sit aliquod apostema intrinsecum, quod det cordi putredinē cōtinuam propter propinquitatē, aut magnitudinē. nō enim est necessarium omne apostema intrinsecū cuius materia putreat facere febrem continuā, vt superius dictū fuit. Subdit in fine quamuis phlegmatica nō eradicetur quin ibi sint reliquiæ occultæ feb. quòd accidit propter propinquitatem paroxysmorū. secundo. quia materia putrens est multa, & viscosa, vnde nō fit integra resolutio. licet tamē reliquiæ istæ quæ communiter durant sex horis inter vnum paroxysmū, & aliū non debeant dici febres, sed neutralitas quædam. in alijs autem interpolatis fit integra eradicatio obseruatis duabus primis conditionibus.

Periodus sanguinis extra venas putrētis.

Sed dubitatur quare nō fecit mentionē de sanguine quem periodum seruet cum putret extra venas. Dicendū ꝙ hoc non dicit, quia iam dixerat sanguinē putrere ad intra venas ſm plurimū, & raro extra. si tamē putreat extra venas sicut in cōcauitate pectoris, vt multotiens vidi, facit feb. continuā cum quibusdam excrescentijs ordinem non seruantibus. Et similiter in apostematibus intrinsecis sicut in pleuresi, apostemate hepatis, apostemate renū, & similium. quam diuersitatem credo accidere, quia alij humores simul cū sanguine expelluntur ad hæc loca. Nam communiter quando massa humoralis in qua sanguis dominatur ad hæc loca expulsa facit apostema, dicimus illud apostema esse sanguineū. ergo confunduntur periodi secundū humorū varietatē, & forte secundum cuiuscūq; eorū variā etherogeneitatem. & propter hoc in synocha pendente a causa humorali videmus excrescentiā multitudinem, & confusionē, vt nō possint ad certum ordinē reduci. Si vero sanguis qui est humor quartus distinctus cōtra tres expellitur ad hæc loca facit contiuam febrem, nō habentem notabiles varietates quousq; stat forma sanguinis, & nō conuertitur ad alios humores per putrefactionem, sed seruat periodum illius humoris ad quem cōuertitur. Et hoc est quod dicit Gale. secundo de differentijs febriū, ꝙ pleuresis sanguinea seruat periodū cholerę, quia sanguis ad choleram per putredinem transmutatur. ergo periodus potest in apostematib. duobus modis seruari. vno modo nulla materia fluente, sed solū ratione materiæ quæ actu facit apostema, quæ mouetur periodo illi humori conuenienti. & similis periodus potest seruari in quocunq; humore vbicunq; putreat, siue faciat apostema, siue non. secūdo modo potest seruari periodus per nouæ materię fluxum, quæ fluit ad locum apostematis determinato tempore illi humori appropriato, sicut materia noua mouetur ad locū mineræ putredinis de tertio in tertiū, aut de quarto in quartū ſm naturā humoris. & hoc modo, quia sanguis nō seruat in motu determinatū periodū, non mouetur aliquo trium modorū proportionatorū tribus humoribus supradictis, sed seruat motum vniformem continuū, siue sit totus putrens in vna massa collectus, siue moueatur ad aliquem locum, siue apostematū, siue non, quando mouetur ſm suā naturā. i. cum resistentia causis mouentibus, quæ est sua forma substantialis, & sua forma specifica. & hoc est quod dicit Aui. in particula sequenti huius capituli. ꝙ humores amittunt periodicationē sibi propriam quādo transmutātur in aliam speciē. q.d. ꝙ habent periodum propriū ſm speciem in quam transmutantur. & hoc idem dicetur inferius in capit. de febribus apostematū. vnicuiq; humorū inest periodus, qui sibi conuenit. Si vero sanguis, & alij humores non moueantur ſm naturā suam. i. formā substantialē, & formam suam specificam resistentē modo dicto, sed solū ſm dispositionem membri mittentis, suscipientis, & generantis, & secundum alias dispositiones manifestas .s. modū substantiæ quantitatis, & hmōi. tunc cuiuscūq; periodus potest in infinitū variari, vt quilibet de die in diem, de tertio in tertium, de quarto in quartū, de octauo in octauū, de mense in mēsem, de anno in annum periodicare possit. Sed de hac materia latius dicetur in quæstione de periodicatione.

Et quando putrefiunt intra venas faciunt adhærentiam febris, & non eradicantur, neq; est proxima ei, quæ eradicatur, immo est assidua inseparabilis, sed ei est vehementia per quam cognoscitur paroxysmus, qui est ei.

In hac parte duo dicit. primū ꝙ qn̄ humores putrent ad intra venas, quod intelligitur de humoribus alijs à sanguine, faciunt adhærentiam feb. i. febrem continuā quæ nō eradicatur, nec est ꝓxima ei quæ eradicatur, quod dicitur ad differētiam phlegmaticæ, sed est assidua inseparabilis, quia semper est feb. & nunquàm neutralitas feb. vsq; ad finem consistētiæ ipsius. Secūdo dicit ꝙ est ei vehemētia. i. pars intensior feb. siue exacerbatio per quā cognoscitur paroxysmus, qui inest ei. i. paroxysmus, quem faceret talis materia, qn̄ putreret extra venas, quia phlegmatica exacerbaret omni die, cholera de tertio in tertiū, melancholia de quarto in quartū. & hoc intelligit secundū plurimū. Causa aūt quare materia putrēs ad intra venas facit cōtinuā habentē exacerbationes dicet̄ inferius. Et quanuis dixerim ꝙ loquitur de tribus humoribus, & nō de sanguine, quia sanguis nō habet aliquē periodum de suprascriptis, tamē hic particula sanguini adaptari pōt, quia habet motū continuū per quē facit cōtinuam conclusam, qui est paroxysmus. i. modus afflictionis, & proprius. Nota tn̄ multotiens accidere quòd vnus paroxysmus incipiat à materia putrente intra venas, quæ feb. incipiet sine typo. & ita durabit feb. pendēs ab illa materia putrente ad intra venas per aliquot horas. Deinde illa materia quæ antea nō potuit expelli extra venas præ grossitie sua subtiliata expellet̄, & incipiet rigor in actu expulsionis, tandē durabit paroxysmus donec tota materia consumpta sit. & multotiens terminabitur cum sudore: & certum est ꝙ est paroxysmus vnus, siue vnitas paroxysmi attendat̄ penes materiā vnam facientē ipsum, siue attendatur penes continuitatem caloris febrilis in corde. Ex quo infertur aliquem esse paroxysmum in cuius medio accidit typus, & non in principio. & consequenter quòd post augmentum, & statum redit principium.

Typus, & rigor in medio paroxysmi.

Et quandoq; putredo est intrinseca dominans super venas omnes, aut super plurimum eius quod sequitur cor ex eis, nō sunt forsitan additiones, & diminutiones apparētes. Cum aūt est secundū contrarium eius apparent alterationes manifestæ.

In his duabus partibus quas legam simul duo dicit, primū ꝙ qn̄ putredo est intrinseca dn̄ans super omnes magnas venas, & paruas tam cordi ꝓpinquas, quàm remotas aut dn̄ans super plurimū ꝙ sequitur cor ex eis venis. i. qn̄ putredo est in magna parte venarū propinquarū cordi, tunc fit feb. cōtinua dicta conclusa in qua forsitan nō sunt additiones, & declinationes paroxysmales apparentes. Secundo dicit quòd quando sunt ſm contrariū eius. i. quia materię putrent in venis a corde distantib. apparent alterationes paroxysmales mani-

festæ

festæ ẽm naturã humoris. fiunt .n. continuæ proportionales. Harũ aũt diuersitatũ causa est, quia sicut in interpolatis materia paroxysmi mittitur de intra venas ad extra venas, aut quotidie si sit phlegma, aut de tertio in tertium si sit cholera, aut de quarto in quartum si sit mełia. ita in continuis ꝓportionalibus materia factura exacerbatiões, quæ putret in venis paruis mittitur de venis magnis ad paruas periodicatione consimili. quæ periodicatio inter cæteras causas potissime fit propter formam substantialẽ, & proprietatẽ occultã humorũ per quas vnus humor magis resistit q̃ alter ne putreat, & ne moueat de vno loco ad aliũ, quia ille motus disponit ad sui corruptionẽ. forma nanq; melãcholicæ magis resistit cæteris. ꝓpterea mouet tardius .s. de quarto in quartũ. Cholera scd̃o loco ideo mouet de tertio in tertiũ, & phlegma in tertio loco. ideo quotidie mouet. Sanguis aũt per formã suã minus resistit, ꝓpterea paratus est ad motũ cõtinuũ, & putredinẽ cõtinuã. Cum aũt materia putret, aut in venis oĩbus, aut in venis plus cordi ꝓpinquis, tunc nõ apparent istæ exacerbationes manifestę, quia ꝑꝑ magnã putredinẽ in humorib., & cordis vicinitatẽ virtute debilitata nõ põt materiã saltẽ in notabili quãtitate pellere de venis magnis ad paruas. quapropter fit feb. fortis vniformis cõtinua, quæ dr̃ cõtinua cõclusa. Cã aũt quare apparẽt aliquæ excrescẽtiæ, & diminutiones occultæ est, quia aliquid de materia putrẽte expellit de venis magnis ad paruas ẽm naturã humoris de qua supra, & in tp̃e in quo materia putrẽs expellit, & fit a corde distãtior fit remissio feb. reliquo tp̃e apparet feb. intẽsior. ideo in causone cholerica apparet remissio feb. licet occulta de tertio in tertiũ. In causone plegmatica quotidie. illæ aũt remissiões sunt paruæ, quia pactũ est illud qđ expellit ob virtutis debilitatẽ. & ẽt quia aliqualis feb. remissio in comparatione ad febres, ita intẽsas vix põt apparere, sicut diminutio parua à quantitate magna vix sentiri põt. Et ex his infertur ꝙ causones & continuæ proportionales se hñt mõ cõtradictorio, quantũ ad causas hmõi. Cum.n. materia expellitur de venis magnis ad paruas fiunt intẽsiores in cõtinuis ꝓportionalibus, sed in causonibus fiunt remissiores. licet tñ nõ videã causam cur ex venis paruis nõ possit pelli materia ad uenas magnas quæ sit causa excrescentiæ. Sed dubitat à doctorib. an ꝑ cuiuscunq; humoris putredinẽ possit fieri cõtinua cõclusa. Pro cuius dubij decisione præmitto quòd cõtinua cõclusa põt tripliciter describi. primo ꝙ cõtinua cõclusa sit feb. continua intensa non habẽs intẽsiones, neq; remissiones periodicas manifestas, neque occultas. & hoc mõ soli sanguini cõuenit facere cõtinuã conclusam ꝑꝑ suas causas tam manifestas, q̃ occultas. Secũdo. per continuã conclusam possumus intelligere continuã intensam, nõ habentẽ manifestas exacerbationes. & hoc modo accepta potest fieri a cholera. multũ .n. de ipsa reperitur in venis pulmonis, quæ sunt prope cor. & põt fieri à phlegmate salso, quia multũ de eo in pulmone reperiri potest. Et tertio ex melãcholia adusta. licet hic rarius cõtingat, tamen eam aliquãdo vidi. Potest .n. cholera, & similiter sanguis, ꝓpe cor existẽs per adustionẽ in melancholiã conuerti, quæ nõ erit minus calida, quàm phlegma salsum. videmus enim dysenterias à melancholia adusta, & proprie genita per adustionem choleræ fortiores quàm a phlegmate salso. Et sicut fit phlegma salsum ex phlegmate, & cholera simul mixtis, ita potest fieri melancholia ex melãcholia, & cholera simul mixtis, quæ nõ erit minus calida quàm phlegma salsum. est enim hæc magis sicca. Et confirmatur, quia sicut datur cholera minoris famæ facta ex cholera, & melancholia simul mixtis, cholera dominante in mixtione, ita potest reperiri melancholia facta ex melancholia, & cholera simul mixtis melancholia dominante. Continua conclusa hoc modo sumpta nõ põt fieri ex alijs speciebus phlegmatis neq; ex melancholia naturali propter suam frigiditatem. Tertio per continuam conclusam possumus intelligere febrem continuam non habentem manifestas exacerbationes. & hoc modo ex multis speciebus phlegmatis & melancholia naturali potest fieri cõtinua conclusa. Et vidi multas laticas non habentes manifestas exacerbationes.

Periodicatiõis cã

Cã excrescẽtiæ in causone, & continua ꝓportionali ẽ cõtraria.

Feb. cõtinua cõclusa triplex.

Et febris putredinis quidem extrinsecæ non eradicatur, & redit, nisi quoniam materiei, qua putrefit superuenit putredo in tempore paroxysmi, & finit eius humiditates ex quibus pendebat caliditas, & resoluuntur, & egrediuntur ex corpore, quoniam non sunt retentæ in venis, ita vt prohibeant eas illud à complemento resolutionis, & remanet cinereitas eius, & ipsius terreitas, quæ non sunt vehiculum febris & caliditatis, sicut videtur de dispositione cumulorum stercorũ paulatim paulatim, donec fiat cinis totum, deinde non remanet caliditas. Et quando non remanet in humore adusto per putredinem caliditas destruitur febris quousq; aggregetur vice alia ad locum putredinis.

In ista parte ponit causas aliquarũ diuersitatum suprascriptarum. & primo quare feb. pendens à putredine extrinseca est interpolata. Secundo. quare feb. pendẽs a putredine intrinseca. i. quando materia putret ad intra venas est cõtinua. secũda ibi § Cum aũt putredo est intra venas. § Prima diuidit in tres. In prima ponit quare primus paroxysmus recedit ante complementum feb. In secunda parte. quare secundus paroxysmus post primum redit. In tertia epilogat. secunda ibi. § Etiã remanserũt. § Tertia ibi § Res ergo putredinis. § In prima parte dicit quatuor. Primum est ꝙ febres putredinis extrinsecæ. i. pendentes a materia putrente extra venas nõ eradicantur quo ad ipsum paroxysmum, & redeunt quo ad secũdum, nisi quia materiei quæ putrefit debenti facere paroxysmum, superuenit in tempore paroxysmi putredo, idest calor putredinalis, qui calor putredinalis finit humiditates illius materiæ ex quibus pẽdebat caliditas tam putredinalis, quàm febrilis. Secundo dicit quòd humiditates illius materiæ resoluuntur, & egrediuntur ex corpore sub forma fumi, & vaporis, quoniã istæ materiæ non sunt retentæ in venis. ita vt prohibeat eas illud. s. retinere in venis a complemento resolutionis. Tertio dicit ꝙ post harum materierũ resolutionẽ remanet in loco vbi putrebãt cinereitas, & terreitas quæ nõ sunt vehiculũ feb. & caliditatis putredinalis sicut videtur in stercoribus, quæ putrefiunt paulatim donec totum fiat cinis. Quarto dicit ꝙ in materia cum est incinerata non remanet amplius caliditas actualis, & quando talis caliditas nõ remanet in materia per putredinem adusta destruitur feb. vsquequo aggregetur vice alia materia ad locum putredinis, quæ putrens facit alium paroxysmum.

Hic cadunt aliqua dubia. Primũ, quia videt ꝙ putredo nõ semper veniat tempore paroxismi, immo ante tempus paroxysmi sicut in materia causonis cum expellitur extra venas, & facit rigorẽ iuxta aphorismũ quartæ particulæ. A causone habito rigore superueniente solutio fit. Secundo. quia multoties videmus materiam primo putrere intra venas, & facere feb. postea expelli extra venas cum rigore, tandem terminari cum sudore quare &c. Tertio. ante omnẽ febrẽ præcedit putredo in materia, sed omnis paroxysmus est feb. putrida ergo ante omnem paroxysmũ feb. put. præcedit putredo in materia. consequentia est nota cum minori. & maior arguitur. quia ad faciendũ feb. putridã requiritur aliquanta putredo, quæ nõ subito in materia acquiritur. Pro solutione dubij dicendũ quòd necessario ante omnẽ paroxysmũ febrilẽ pendentẽ a materia putrida præcessit putredo in materia, quæ ꝑꝑ eius remissionẽ adhuc non sufficiebat facere feb. cum quo tamen stat quòd in paroxysmo superueniat aliquis gradus putredinis qui prius non fuit. Nota tamen ad intentionẽ Auic. quòd qñ materiæ sunt in venis sub forma causæ antecedentis nõ putrent in febribus interpolatis. sunt tamẽ taliter male dispositæ quòd tenẽtur ipsas expellere. & quando expelluntur in ipso motu agitantur, & incipiunt putrefieri, ita ut ẽm plurimum simul cũ typo incipiat feb. licet sit possibile quòd ante expulsionẽ putreant etiã putredine faciente febr. Et similiter est possibile quòd stent ꝑ tp̃s notabile postquàm expulse sunt anteq̃ putreant. & possibile est rigorẽ cũ coarctatione pulsus incepisse sine febre. & quòd postea materia putrẽte superueniat feb. sicut possibile est a phlegmate uitreo fieri rigorẽ siue feb. cap. de rigore, sed qũocunq; fit superueniet putredo tp̃e paroxysmi, quia nouus gradus putredinis qui non præfuit. Vtrum autem incipiente rigore a materia, quæ non putreat, & postea putrebit, & faciet febrem. paroxysmus incipiat incipiente rigore, & quando coarctatur pulsus,

pulſus, aut ſolũ qñ incipit feb. Dicendum quòd paroxyſmus incipit incipiente rigore, qui nõ eſt paroxyſmus febrilis, ſed ſolũ paroxyſmus febrilis incipit febre incipiente. vnde primum principium à quibuſdam dicitur principium excluſiuũ feb. ſecundum vero principium incluſiuum. Secundũ dubium cadit contra ſecundum dictum. videtur enim quòd citius debeant reſolui materiæ putrentes ad intra venas quia in venis calor ẽ fortior cæteris parib. quàm extra. quare &c.

Duplex principiũ.

Dicitur quòd tres ſunt cauſæ quare materię putrentes ad intra venas tardius reſoluũtur quàm materiæ putrentes extra. prima quia ſunt tectæ à venis, quæ ſunt fortes, & denſæ texturæ. ſecunda. quia ſunt in vno loco collocatæ, & vnitæ, ſed quando ſunt extra venas ſunt ſparſæ in poris, ita vt minimum materiæ tangatur a minimo membri. & hæc eſt cauſa quare apoſtemata maturata non pñt reſolui, vel difficillime reſoluuntur, & ante maturationem facilius. Et huius habemus exẽplum. nam aqua in cyato poſita ſub radijs ſolis difficillime, & tarde reſoluitur, eadẽ tamen aqua poſita in loco lato quamprimum reſoluitur etiam in vmbra. tertia cauſa, quia materia putrens exiſtens in venis eſt mixta cum alijs materijs non putrentibus, quæ prohibent ipſius reſolutionẽ, ſicut acetum mixtum multa aqua in lebete nunquam reſoluitur niſi tota aqua reſoluatur. eadem tamen quantitas aceti in vno lebete de per ſe poſita ad ignem quamprimum reſoluitur. Et ex his ad rationem in contrarium adductam patet ſolutio. iſtæ enim tres cauſæ ſunt fortiores in prohibendo reſolutionem quàm magnitudo caloris ad reſoluendum.

Tres cauſæ cur materia ad intra venas tardiꝰ ſoluatur.

Contra tertium dictum arguitur, quia nõ ſemper ex materijs putrentibus relinquitur cineritium. ſicut quando putret materia cholerica ſubtilis, aut phlegma aquoſum. Præterea. Videtur quòd cineritiũ derelictũ nõ ſit omnino humiditate priuatum, immo quòd ſui humiditate ſit iterũ vehiculum caloris putredinalis, cum experiamur ex cineritijs in venis per febres derelictis, febres quartanas accendi. nam hoc modo fiunt quartanę permutando. Item cineritiũ ex ſtercore putrente derelictum iuxta exemplum ſuum nõ eſt omnino priuatum humiditate, cum poſitũ apud plantas impinguet eas. Ad hoc dicitur quòd rationes iſtæ concludunt. non .n. omnis humor putrens derelinquit cineritiũ, qui notabiliter participat partib. terreis. Et dicitur ſecundo. quòd cineritiũ illud nõ eſt omnino humiditate priuatũ, ſed priuatũ humiditate putredinali, quæ pro tunc erat ſubiectũ caloris putredinalis, licet in reliqua humiditate ipſius poſtea poſſit accẽdi caliditas putredinalis quæ iterum faciet febrem. Exemplũ habemus in carnibus putrẽtibus aliqualiter a quibus poſitis ad ignem cum ſale & aqua remouetur humiditas putredinalis, quam pro tunc habebant: & ſtant ſine fœtore per duos dies. Deinde iterum accẽſa putredine in reliquis humiditatibus de nouo incipiunt fætere & putrere.

Contra quartum dictũ arguitur quòd non poſſit eſſe aliquis humor aduſtus per putredinem, cum aduſtio & putrefactio ex oppoſito diſtinguantur. 4. metheo. Reſpõdetur quòd per aduſtionẽ intelligit quãcũq; humidi reſolutionẽ, & conſumptionem ducentem ad cineritiũ, ſiue illa ſit aduſtio proprie ſumpta, ſiue putrefactio. Vltimo nota ꝙ exemplũ iſtud de ſtercoribus eſt Gale. 1. de differentijs febrium cap. 5. quorum vna pars primo putreſit, & effumat. ſecundo alia iam prima deſinente fumare: & ſic proceditur quouſq; totũ putriuit. Simile eſt in humoribus noſtris cum putrent, & faciunt paroxyſmos. primo enim pars magis diſpoſita mouetur ad putredinem fumat ad cor, & facit febrem: deinde incipit alia prima ceſſante: & ſic ſuccedunt paroxyſmi inter quos cadit quies tãto tempore quãtum eſt tempus in quo nulla pars effumat effumatione ſufficiente ad febrem.

Et iam remaſerunt in ea reliquiæ caliditatis ex putredine prima: quamuis non remaneat materia. Aut propter inuẽtionem cauſæ primæ putredinis in materia prima, & inflammatur in materia ſecunda ſecundum ſemitam putrefactionis.

Duplex cauſa reditus paroxyſmi.

Hic ponit duas cauſas reuerſionis paroxyſmi ſequentis poſt receſſum pręcedentis. prima eſt reliquiæ caliditatis derelictæ ex putredine prima cũ cineritio, aut abſq; cineritio. quæ quidem reliquię caliditatis nõ ſunt niſi caliditas remiſſa. quæ eſt pars caliditatis præcedẽtis, quæ erat intenſa dum actu putreret, ſeu putrebat materia, & putrens faciebat febrem: quãuis in loco putredinis nõ remanſerit materia ſaltem apta pro tunc facere febrem: eo quia a caliditate putrente eſt in totũ reſoluta: aut ſaltẽ ita reſoluta vt nõ remanſerit niſi cineritiũ: quod pro tunc nõ eſt aptũ facere febrẽ. Secunda cauſa ſm expoſitionẽ Gentilis, & Marſilij eſt: quia calor putredinalis exiſtens in materia pręcedẽtis paroxyſmi dum erat incenſus, & actu febrem faciebat, diſpoſuit aliã materiam ſimili diſpoſitione illi quam habuit materia præcedentis paroxyſmi: quapropter attracta ad eundẽ locũ, vbi putruit prima putrebit, & faciet ſequentẽ paroxyſmum. Et ſi bene conſideres verba textus manifeſte ſonant hanc ſententiã. Et ſm hanc expoſitionem differentia inter primam cauſam, & ſecundã eſt. quia prima cauſa eſt ſolum caliditas remiſſa, quæ eſt pars præcedentis intenſæ quæ agit tempore quietis inter paroxyſmum & paroxyſmum: ſed ſecunda eſt ipſa caliditas intenſa materiæ actu putrentis, & facientis febrẽ quæ tempote paroxyſmi diſponit aliam materiã ad faciendũ paroxyſmum ſequentem. Item ſecunda eſt cum præſentia materiæ actu putrentis, prima non. Alia expoſitio eſt Vgonis dicentis, quòd ſecunda cauſa factiua ſequentis paroxyſmi eſt diſpoſitio in aliqua alia parte materiæ, quæ ſtat ſub forma cauſæ antecedẽtis ſimilis diſpoſitioni illi quæ fuit in materia præcedẽtis paroxyſmi: vt ſi ſint ſex vncię cholerę ſub forma cauſæ antecedentis contingit vnam magis cæteris diſpoſitam quæ expellitur natura irritata, & ſtimulata extra venas. & facit paroxyſmum. interim ſimili diſpoſitione diſponetur ſecunda. ℥. & expelletur tertia die & faciet ſecũdũ paroxyſmũ: & ſic de cæteris paroxyſmis. Qualiter autem differat hæc ſecunda cauſa a prima eſt manifeſtũ ſatis. & credo vtranq; expoſitionẽ ſaluari poſſe: & vtraq; eſt conſona textui. Sed expoſitio Vgonis dat cauſam magis efficacem reditus paroxyſmi. Si enim non eſſet materia diſpoſita ſtans ſub forma cauſæ antecedentis eſſet difficile quòd per alias cauſas rediret paroxyſmus. Et ſi rediret ſolũ propter illas cauſas non deberent deficeret paroxyſmi vnus poſt alterũ vſq; ad mortẽ cum in omnibus eſſet conſimilis cauſa reditus.

Præterea. Medici in febribus interpolatis plurimum paroxyſmorũ euacuant materiã, quæ eſt ſub forma cauſæ antecedentis, æſtimantes quòd illa euacuata debeant ceſſare paroxyſmi cum potius tali materia nõ exiſtente ſub forma cauſæ antecedentis deberent febres periodicæ curari per alterantia, quàm per euacuantia. Et melius fuiſſet Gentili, & Marſilio facere ex illis duabus vnam cauſam: quia eadẽ eſt caliditas primo intenſa agens tempore paroxyſmi. ſecũda remiſſa agens tempore quietis. Sed credo quòd dicerent ꝙ licet ſit eadẽ caliditas: tñ in prima cauſa cum eſt remiſſa nõ eſt cõiuncta materiæ putrenti. ſed in ſecunda cauſa eſt coniuncta materiæ putrenti. Et certe credo quantũ ad cauſas reditus paroxyſmi inter hos doctores nõ eſſe differentiã: licet ſit diſcordia in expoſitione textus. Omnes enim concederent ad reditum paroxyſmi concurrere diſpoſitionem materiæ, quæ ſtat ſub forma cauſæ antecedentis, & hanc eſſe principaliorem ſm plurimũ: & ẽt cõcurrere caliditatẽ putredinalẽ agentem, tam tempore quietis, quàm tempore paroxyſmi. Notandũ primo quòd reliquiæ caliditatis, ſiue calor derelictus a materia putrente eſt cauſa reditus paroxyſmi attrahendo materiã ad locum vbi putruit prima. & ẽt aliqñ corrumpendo nutrimentũ aduenięs membro illi in humorẽ ſimilẽ illi qui primo putruit: ſicut corrumpendo ſanguinem aduenientem pro nutrimento illius membri: dum adhuc eſt in venis illius mẽbri in cholerã, vel melancholiã ſm exigentiã illius humoris qui ante putruit: difficile tñ eſſet quòd illũ cõuerteret in phlegma: hæc tñ caliditas veriſimilius concurreret ad generationem humoris ſimilis illi, qui putruit ſi reperiret nõ ſolũ in loco, vbi putruit materia: ſed ẽt in hepate & venis: ita quòd in hæc mẽbra eſſet impreſſa ſimilis caliditas illi, quæ erat in humore putrẽte ſicut eſt poſſibile. Notãdũ ſecũdo. quòd quia hæc caliditas habet determinatã proprietatẽ proportionatã humori qui putruit, & nõ agit ſolũ vt caliditas, ideo ſm plurimum reaggregat humorẽ ſimilẽ illi qui putruit, & non humorem diuerſum a primo. & ꝓprie ſtante ſimili regimine: ad quod etiã concurrit quòd ſm plurimũ notabilis quantitas reperitur in venis de illo humore, qui prius putruit: & quia cõtingit humorẽ hmõi aliquãdo variari: hinc eſt quòd aliquãdo

variantur paroxysmi, & multū a præcedētibus diuersificātur tam sm naturā, q̄ sm accidētia. & multotiens ex vna febre fit transitus in aliā speciē differentē. Notandum tertio, quòd vnitas feb. interpolatæ habentis plures paroxysmos saluatur in materia antecedente remanente sm aliquā eius partem a principio vsq; ad finem, si habeat illam. si vero nō habeat huiusmodi materiā: & fiat reaggregatio nouarum materierum pro nouis paroxysmis propter malam complexionem hepatis, & venarum, saluatur vnitas in illa mala complexione, quę est causa horum paroxysmorū. Si vero nulla talis sit mala cōplexio, & redeant paroxysmi propter caliditatē in loco derelictam vbi putruit materia: saluatur vnitas in caliditate illa. paroxysmi enim illi sunt magis similes quàm duarū febrium: quarū vna esset plegmatica: alia cholerica: aut duarū tertianarum: quarū vna esset tempore ęstatis: altera tempore hyemis. Tempora aūt in his febribus nō habētibus materiā sub forma causæ antecedentis distinguuntur penes accidētia hoc modo. quia primo per illam caliditatē aggregabitur aliqualiter de materia: postea plus: & deinde iterū plus postea minus sm huiusmodi aggregationes distinguuntur principium, augmentum, status, & declinatio quo ad accidētia. Sed qualiter distinguantur penes materiæ alterationē est difficile cognoscere: præcipue si sit salubris: quia parum nocente hac mala qualitate in primo paroxysmo debent magis apparere signa digestionis. in secundo minus. in tertio adhuc minus. in declinatione vero magis. & sic in primo paroxysmo esset status quo ad digestionem. in secundo augmentū. in tertio principium. in quarto rediret augmentū. Si vero esset mortalis in primo paroxysmo appareret cruditas, aut vestigiū occultū putredinis. secundo signum manifestæ putredinis. in tertio signa completæ putredinis cum qua sequeretur mors. Notandum quarto, quòd rarissime accidit quòd inter vnum paroxysmum, & alium febris interpolatæ homo redeat ad dispositionem sibi sanam: quia sm plurimū, aut propter materiā quæ stat sub forma causæ antecedentis: aut propter malam qualitatem existentem in membris: aut propter aliquod cineritiū derelictū ex materia prius putrente nō redit ad dispositionē sibi sanam: immo sm plurimum est æger, aut neuter: tn̄ aliquando potest accidere quòd redeat ad dispositionē stantem in latitudine suæ sanitatis inter paroxysmū & paroxysmū. Si enim homo quotidie euomeret cholerā propter latitudinem pori fellei venientis ad stomachū, est sibi sanus. secundo complexionū. & tertio techni. Cum tn̄ stet semper latitudo pori fellei non naturalis quod prohibet: si etiā inter vnum paroxysmū, & alterū, remaneat dispositio aliqua non naturalis leuis hominem posse redire ad intra latitudinē suæ sanitatis inter paroxysmū & paroxysmū: dicitur hoc esse possibile licet longinquū: sicut si imaginaret quòd cholera illa, quæ euomitur ab habente porū felleum latum tendentē ad stomachum, expellatur ad aliquem locum determinatū: & ibi putrens faceret vnam interpolatā. Aut si imaginaremur quòd habens caliditatē superfluā hepatis, & venarū multiplicaret cholerā, quæ de tertio in tertium paroxysmaret. posset enim in tempore intermedio redire ad dispositionē stantē in latitudine suæ sanitatis. Notandū ēt quòd sicut materia putrente extra venas reliquiæ caliditatis possunt esse causa reditus paroxysmorum: ita materia putrente ad intra in loco determinato possunt reliquiæ caliditatis derelictæ, siue cum cineritio siue sine cineritio esse causa reditus paroxysmi & multo magis: tum quia plus remanet de cineritio materia putrente ad intra venas: tum quia calor materiæ putrentis ad intra venas est magis aptus inficere hepar & venas, quàm calor materiæ putrentis extra venas. Notandū sexto. quòd vtraq; causa reditus paroxysmi sm expositionem Gentilis, & Marsilii cōcurrit ad faciendū redire paroxysmum tripliciter. primo disponendo materiam quæ stat sub forma causæ antecedentis, si quæ sit talis: & sm hoc vna pars materiæ prius mouet̄ quàm alia sm quòd est magis disposita: & quantū ad hoc directe cadit exemplū de cumulo stercorū. secūdo generādo materiā de nouo: & proprie quādo similis dispositio est in hepate & venis: & nō solū vbi extra venas putruit materia: quæ generatio materiæ potest esse dupliciter. Vno modo quòd in hepate ex chylo generatur materia disposita ad putredinē propter malā hepatis cōplexionē sibi impressā a causis iā dictis.

Vnitas fe. interpolatæ in quo consistat.

Causa cōtinuationis paroxysmorū in febrib⁹ cōtinuis.

secūdo mō quòd generet̄ in hepate, aut venis ꝑ corruptionē sanguinis, aut alterius humoris in humorē similē illi qui putruit. tertio vtraq; concurrit attrahendo materiā ad locum minerę putredinis: & nō mirū quia ambæ causæ sunt vna caliditas differēs sm magis & minus. Notandū septimo, ꝙ dixit sm semitā putrefactionis, id est sm dispositionē ad putredinē eo ꝙ tam prima causa, q̄ secūda nō actu putrefacit materiā debentē facere sequentē paroxysmū: sed disponit ipsam. quæ dispositio nō est nisi remissa putredo, quæ nō est sufficiens facere febrē: aut forte est alia dispositio a putredine: sicut superflua caliditas, & similes, quæ ēt nō dicūt aliquē gradū putredinis. Si .n. materia sequētis paroxysmi actu putrefieret dum materia primi putret, tūc febris esset cōtinuata, & nō paroxysmalis. illud aūt qđ intēdit putredinē in materia sequētis paroxysmi est caliditas continētis: licet nō sit impossibile aliquam qualitatē intēdere seipsam cū est directa ab aliquo agēte intēdente ipsius intēsionē sicut frigiditas aquæ calidæ intēdit seipsam directa a forma aquæ. Notandū octauo. quòd omnes causæ reditus paroxysmi hic ab Auic. tactæ sm omnē expositionē sunt solū tres .s. dispositio in materia quę est sub forma causę antecedētis. secūda caliditas materiæ actu putrētis. tertia caliditas, remanens in mēbris post paroxysmū: & ꝑter has est dispositio hepatis & venarū generās materiā aptā facere paroxysmū: quam omisit solū loquens de causis reditus paroxysmi: ꝓpter febrē, aut causam febris propinquam.

Causæ reditus paroxysmi.

Dubitatur, quia ex secunda causa penes expositionē Gentilis & Marsilij, sequit̄ quòd paroxysmus choleræ citius redit quàm paroxysmus phlegmatis. consequēs falsum. probat̄ consequētia: quia cholera pro sequēti paroxysmo citius disponit ad putredinē sufficientē facere paroxysmū q̄ phlegma. igitur &c. patet consequētia. assumptum declaratur: quia putredo choleræ actu putrentis est intēsior, & fortior quàm phlegmatis actu putrentis: & propter hoc cholera pro sequenti paroxysmo est magis apta calefieri, & putrefieri quàm phlegma cum sit calidior & subtilior, & quantitas sit æqualis, & cætera paria vt pono. ergo citius disponetur cholera pro sequenti paroxysmo quàm phlegma. tenet consequentia: quia actio caliditatis insequitur proportionem potentiæ ad suam resistentiā. Et confirmatur. quia qualis est putredo ad putredinem comparata. talis est dispositio ad dispositionē cōparata.

Videtur enim ꝙ istæ dispositiones sint debiles putredines: sed putredo choleræ citius procedit in materia cholerica, sicut ignis in lignis siccis: putredo aūt phlegmatis tarde, sicut ignis in lignis viridibus: & intm̄ ꝙ Rasis. 18. cōtinētis. in cap. de quartana. credidit augmentū paroxysmi phlegmaticæ esse lōgius, quàm melācholicæ. ergo dispositio sufficiens ad putredinem citius acquiretur in cholera, quàm in phlegmate.

Ad hoc dubium respondet Gentilis quòd materia prima, vel secunda, vel sunt in vno cumulo: vel de secunda materia nihil est actu, sed debet actuari: vel de nouo generari. Si quidem materia prima, & secūda sunt in vno cumulo a quo propter causam superius dictam separaretur primo vna pars, alia remanente. Dico quòd quantū est ex substantia, & qualitate, cū habeat vt præsuppono quantitatē parem, est magis parata putredini cholera, quàm phlegma. Et subdit quòd si in corpore Sortis, verbi gratia sunt ℥.ij. choleræ: & in corpore Platonis duæ. ℥. phlegmatis, quòd quantū est ex parte dispositionum manifestarū citius reuerteretur paroxysmus choleræ q̄ paroxysmus phlegmatis: cū cholera sit longe habilior vt inflammetur. Nec valet quod quidā dicūt quòd durat plus calor paroxysmi phlegmatis quàm choleræ. nā durat quinq; horis plus. sed intēsio caloris choleræ videt̄ plus facere ad actionem, quàm ꝑduratio obtusi caloris phlegmatis. Si ergo reseruatur motus choleræ ad tertiū diē: & motus phlegmatis ad secundū, nō erit nisi a ꝓprietate insequēte naturā humorū. Et credo quòd Gētilis bene dicat si loquat̄ de ꝓprietate vt resistitiua, & non actiua sicut declarabitur in q̄ne de periodicatione. Veruntamē non valet hoc argumentū. a. est inflāmabilius: & subtilioris substātiæ quàm sit. b. ergo citius putrescibile: sicut patet de uitello oui extra corticē comparato ad uinū malmaticū. Secundo dicit Gētilis, quòd si secunda materia debeat generari, aut actuari, ꝙ tunc paroxysmat tardius cholera, q̄ phlegma. quia de ꝓprietate choleræ est sm tertiū diē habere complementū generationis, vel actuationis, vt putrefiat:

Proprietas duplex.

ſiat:ſed de proprietate phlegmatis,ut citius putreſiat.

Sed iſtud dictum Gentilis uidetur ſatis abſurdum. quia ſi cholera de proprietate ſua habet complementum ſuæ generationis ſolum in tertio die. quæro an proprietas ſua fuerit ante tertium diem, aut non. ſi ſic, ergo cholera fuit & habet complemẽtũ etiam ante tertium diem. aliter non fuiſſet proprietas ſua, quam ipſe appellat formam ſpecificam. ſi non fuit: quomodo ergo illa proprietas habuit complementum generationis complete in tempore, in quo non fuit. Ad hoc dicitur ꝙ intellectus Gentilis fuit bonus: licet uerba ſint extranea. & tunc ad formã argumenti dicit̃, ꝙ ante tertium diẽ proprietas choleræ non fuit. Et conſequẽter dicitur ꝙ non prohibuit cõplementum generationis ſufficientis ad paroxyſmum, niſi in tertio die. & hoc dictũ eſt commune apud nos. dicimus enim quòd de proprietate maſculi eſt ut animetur in. 40. die, & non ante. de proprietate autem fœminæ ſolum in. 50. id eſt, ꝙ cauſæ facientes ad animandum maſculum non poſſunt hoc facere ante. 40. diem. Similiter cauſæ de nouo producentes cholerã ſufficientes ad paroxyſmum non poſſunt hanc producere, niſi in tertio die. ſed phlegma produceret in ſecundo.

Sed ad rationes in contrarium. Ad primam, negatur ꝙ cholera ſit magis apta putreſieri, quã phlegma. Et licet ſit magis apta inflammari, quàm phlegma non ſequitur ꝙ ſit aptior. Sicut uino & piſce poſitis ad ſolem uinum eſt magis aptum inflammari, quàm piſcis: non tamen magis aptum putreſieri: reſiſtit enim putrefacienti magis quàm piſcis ſuo modo ſubſtantiæ, & ſua proprietate. Similiter eſt de cholera ad phlegma cõparata. Et ad confirmationem negatur ſimilitudo. Nam quãtuncunque putredo accenſa in cholera citius intendatur, & finiat choleram quàm putredo accenſa in phlegmate, propter tenuitatem ſubſtantiæ choleræ & paucitatem uiſcoſitatis, & caliditatem eius, non tamen ſequitur ꝙ ipſa non exiſtens putrida citius diſponatur ad putredinem, quàm phlegma. ſicut eſt in exemplo ſupraſcripto: piſcis citius diſponitur ad putredinem quàm uinum: tamen cum utrunq; incipit putreſieri, & caleſieri a calore proprio putredinali, & a calore continentis citius finietur uinum, quàm piſcis. Et conſequenter dicitur ꝙ non eſt neceſſarium, quòd diſpoſitio ad putrefactionem ſit diminuta putrefactio.

Res ergo putredinis habet reuolutiones, ſecundum inuentionem caliditatis non deficientis, putreſacientis, & reſoluentis, & facientis cinerem, & pertranſeuntis ad vicinum, donec abſcindat terminum, & finiat materiam, & non inueniat vicinum aliud, & remaneat febris expectans materiam aliam, & attrahat ad locum ſuum.

Hic epilogat quod dixit de cauſa interpolationis cum putredo eſt extra uenas dicens: ꝙ ergo ideſt ex dictis apparet ꝙ res putredinis, ideſt febris, quæ eſt effectus putredinis habet reuolutiones, uel circuitus: & non debet dicere reſoluitur: ſicut quidam dicunt, ideſt per intenſionem caliditatis non deficientis in putrefaciendo, reſoluendo, & faciendo cinerem de materia unius paroxyſmi, & pertranſeuntis in reſoluendo de una parte ad aliam ſibi uicinam præparatam putredini, donec abſcindat terminum ideſt finiat materiam: quia reſoluit eam & non inuenit aliud uicinum præparatum putredini: & pro tunc remanet ideſt ceſſat febris expectans aliam materiam, & attrahat ad locum ſuum ideſt ceſſat feb. quouſq; noua materia mouetur ad locum ubi primo putruit: ſiue illa materia de nouo adueniens ad locum illum pellatur: ſiue in membro, ubi fuit putrefactio prima remanſerit aliquid, per quod fiet attractio: aut ſiue de nouo illa materia generetur: & genita ad locũ trahatur, uel pellatur: licet ſecundum plurimum utrunq; concurrat, quod trahitur, & pellitur.

Cum autem putredo eſt intra venas, tunc accidit vt ſit reſolutio completa difficilis, & non reſoluitur putredo per cõtinuitatem, quæ eſt in quibuſdam venis, cum alijs, & putrefit omnis res quæ vicina eſt ei: deinde reſoluitur ad vicinũ aliud.

Et iterum illud quod comprehenſum eſt in venis, eſt vehementioris continuitatis ad cor,

Cur putredo itra uenas faciat continuã.

In hac parte oſtendit quare materia putrens ad intra uenas facit continuam adducens tres rationes. Prima quia materiæ putrentis ad intra uenas difficilis ſit reſolutio integra, taliter ut non remaneat aliquid ſufficiens facere febrem. propterea ante completam reſolutionem materiæ præcedentis exacerbationis incipit putrere materia ſequẽtis exacerbationis, ubi econtra materiæ putrentis extra uenas ſit reſolutio completa facilis: ita ut ex toto reſoluat̃ materia ſufficiens facere feb. ante aduẽtũ ſequentis paroxyſmi. Secunda cã. quia putredo ad intra uenas non reſoluitur cum paroxyſmis, & quietibus intermedijs: ſicut reſoluit̃ putredo ad extra uenas. aliter non reſoluitur putredo ad intra uenas: & textus eſt clarus. cuius cauſa eſt continuitas in quibuſdam uenis cum alijs ideſt cõtinuitas materierum quarundam in uenis continuis pp quam continuitatem putrefit omnis res ideſt omnis materia quæ eſt vicina ei, quæ primo incipit putrere, & tranſit ad uicinũ aliud. ſ. pro ſequenti exacerbatione nondum integre reſoluta materia præcedentis exacerbationis. Tertia cã. quia materia quæ eſt comprehenſa in uenis eſt uehementioris continuitatis ad cor per uacuitates amplas uenarũ, ita ut paucum de materia putrente remanens propter magnam continuitatem ad cor ſufficiat continuare putridam fuliginem ad cor: quã continuitatem non ſufficit facere æqualis materia putrẽs extra uenas: quia non eſt in loco habente tantam cõtinuitatẽ cũ corde, &c.

Primo notandum ꝙ ſuperius fuerunt poſitæ tres cauſę quare materia putrens ad intra uenas difficulter & tarde reſoluit̃. materia autem putrẽs ad extra uenas faciliter & cito reſoluit. prima quia materia ad intra uenas eſt circundata uena fortis texturæ, per quã tardat̃ reſolutio. ſecũda quia tota materia eſt in uno loco collecta. tertia quia ꝑmixta cum alijs humoribus prohibentibus ipſius reſolutionem Tres cauſæ contrariæ accidunt materia putrente ad extra uenas. Notandum ſecundo circa partem præſentem, ꝙ quatuor ſunt modi febrium continuarum quibus poteſt pręſens textus adaptari. Primus modus ꝙ una materia tota ad intra uenas incipiat putrere, cui nulla fiat additio: immo cum hæc materia erit integre reſoluta erit tota febris terminata recte, ſicut in tertiana unius paroxyſmi tota materia mouet̃ ad putrediñe in principio paroxyſmi, & continuat̃ calor ſicut continuat̃ reſolutio. ſicut enim aqua feruente non oẽs partes ſimul reſoluunt̃: ſic nec illa materia quæ tota ſimul incipit putreſieri. Si enim oẽs partes ſimul reſoluerent̃ ſubito deuenirent ad non quantum. Variant̃ autem tẽpora in hac febre penes accidentia, & morbi eſſentiam ſm uariam intenſionem caloris in tota materia, ut in principio calor ſit remiſſus, in augmento ſit intenſior, in ſtatu ultimate intenſus, in declinatione remittat̃. Variant̃ ſecundo tempora huius febris ſm diuerſitatem partiũ materialium, in quibus de nouo calor accendit̃. Nam licet omnes partes formales huius materiæ a principio incipiant putreſieri: non tñ omnes partes materiales. ergo pauciores finiunt in principio, in augmento plures, in ſtatu adhuc plures, in declinatione pauciores: & in ſtatu non reſoluit̃ putredo reſolutione integra uſq; ad totalem conſumptionẽ ipſius materiæ, quæ febris diutius durat quã duraret a ſimili, & tanta materia putrente extra uenas pp cauſas dictas in primo notato. Et ſecundo nunquam ceſſat febris, nec putredo uſq; ad totalem conſumptionem materiæ pp continuitatem materiæ in quibuſdam uenis, & putrefit omnis res quæ uicina eſt ei, & tranſit ad aliud uicinum loquendo de partibus materialibus. Et tertio illa materia quæ eſt comprehenſa in uenis continuat febrem uſq; ad ultimum eius. & diutius continuat̃ quàm ſimilis, & tanta materia putrẽs ad extra uenas: quia pp magnã cõtinuitatẽ ad cor pauca materia remanens in fine ſufficit facere febrem quæ putrens extra uenas nõ faceret febrẽ. Secundus modus continuæ febris eſt, ꝙ a principio mouet̃ certa quãtitas materiæ cuius aliquid actu putrẽs duret a principio uſque ad finem: ſed tñ ſibi aſſociant̃ aliæ materiæ ſibi uicinæ, quæ putrentes adiuuant ad febrem. Et ſi bene conſideres huic ſecundo modo continuarum textus põt adaptari. Tertius modus eſt: quia aliqua materia a principio incipiet putreſieri, cui fiet additio materierũ ſibi uicinarũ, quæ tamẽ materia ſm ſe totam reſoluet̃ ante finẽ horæ. Et ſicut de illa materia aliquid reſoluit̃, ita ſit additio. Et ſm hunc modum diſtinguit Galenus tres ſpecies ſynocharum. ſ. homotenã: in qua tm addit̃ quantũ eſt quod reſoluit̃. epacmaſticã, in qua plus addit̃ quã ſit illud qđ reſoluit̃: & paracmaſticam in qua minus addit̃, quã ſit illud qđ reſoluit̃. Et licet his tribus modis poſſit

Tres cauſæ, cur materia putrens intra uenas difficile ſoluatur.

Quatuor modi febrium cõtinuarũ.

textus Auic. adaptari. congruentius tamen adaptatur quarto modo statim dicendo. Nam de istis tribus modis erat clarum quòd sunt continuæ:sed de quarto erat magis dubium.ideo de hoc quarto principaliter Auic.locutus est:& de hoc modo textum exposui. Hæ autem febres continuæ quarti modi dicuntur continuæ proportionales. Vult ergo dicere quòd quando putredo humorum aliorum a sanguine est intra uenas præcipue,quæ sunt longe a corde fit feb.continua. quæ tamen habet excrescentias secundum naturã humoris: quia ante resolutionem humoris moti ad putrediné superuenit alius humor missus a uenis magnis ad paruas:& continuat febres faciendo nouam excrescentiam:& ita ante finem nouę excrescentię mouebit tertius humor pro tertia excrescentia:& sic deinceps. Dubitatur circa partem pręsentem:quia si humores sunt uicini & ratione huius transeat humor uicinus in putredinem: sicut dixit textus:tunc febris cholerica, uel melancholica deberet facile uerti in sanguineam, uel phlegmaticam: cum illi duo humores maxime in uenis dominentur &c. Ad quod dicitur ꝙ cum incipit aliqua febris secundum plurimum tota massa humoralis est alterata uersus naturam illius humoris a quo pendet febris.Et propterea exacerbationes, uel paroxysmi sequẽtes pendẽt ab eodem humore a quo incipit febris. Præterea. Putredo humoris præcedentis est magis apta inficere humorem sibi homogeneum,quam dissimilem:cum calor ille putredinalis agat non solum:ut calor:sed ut calor determinate proprietatis infectiuus humoris sibi similis in specie. Veruntamẽ multæ aliquando accidunt uarietates in febribus, quæ multũ molestant mentem medicorum: ut quia primo incipit aliqua febris,quæ per signa bene a medico ponderata uisa fuit.Exempli gratia cholerica,& salubris.unde medicus confidens signis digestionis, & signis creticis laudabilibus forte promisit salutem:quæ deinde propter materierum uicinitatem intenditur, uel cum altera complicatur:& forte perduntur signa digestionis,cum debilitate uirtutis,& cogitur medicus mutare sententiam tam circa curam, quàm circa prognosticum. Hoc autem ut dicit Gentilis magis accidit temporibus modernis, quàm superioribus temporibus: cum nunc homines magis gulæ indulgentes sint, magis repleti quàm tempore superiori. Item quia medici tempore moderno nimis grossæ diætant:uel concedunt non concedenda ducti lasciuia ægrorum,& sua,& incitamento mulierum, sicut mihi sæpe accidit: & possem iurare me paucos diætasse ægros,sicut est expediens secundum rigorem medicinæ. Nota tamen,quòd raro contingunt febres cõtinuæ,quę euntes ad salutem continuent signa digestionis omni die in qualibet hora diei.Et si quæ tales reperiuntur,sunt de materia una satis uniformi: immo hæc diuersitas digestionis ẜm diuersas horas frequenter contingit in continuis: in interpolatis non totiens. Vltimo notandum, quòd sicut materiæ putrentes extra uenas aliquando possunt facere continuã propter grossitiem,uiscositatem, aut multitudinẽ:ita materiæ putrentes intra uenas possunt aliquando facere interpolatas,propter sui paucitatem, & subtilitatem: ita ut materia primo putrens resoluatur antequam secunda succedat. propterea dixit quòd resolutio completa est difficilis,non impossibilis.

Et istæ quidem febres quibus sunt paroxysmi eradicationis, & temporis quandoq; dimittunt ordinem suum propter diuersitatem materierum in multitudine,et paucitate,et grossitudine, & tenuitate. Et propter diuersitatem in eis in genere,ita ut permutentur quædam materiæ: & fiant de genere materiei alterius, quæ diuersificatur ab eis in specie, non in multitudine,et paucitate,et tenuitate,et grossitie tantum. Et quandoq; fit ex malitia regiminis ægri, aut propter debilitatem eius. Aut propter multitudinem sensus eius.

Cum superius posuerit diuersitates feb. ex parte humorũ, & secundo ex parte locorum,in quibus humores putrẽt. In hac parte tertia ponit diuersitates magis speciales & causas ipsas.& habet pars ista partes tres. In prima ponit causas quarũdam diuersitatũ in febribus.In secunda ibi§Et deteriores quidem§comparat febres cõtinuas interpolatis.In tertia ibi§Pulsus uero dispositiones.§ ponit causas quarundam diuersitatum pulsuum accidentium in febribus. Primam partem diuido in quinq; partes,ẜm ꝙ ponit causas quinq; diuersitatum paroxysmorum febrium.secunda ibi§Et paroxysmi quidem§ tertia ibi §Et quandoq; opponuntur.§quarta ibi§Et periodi quidem febrium.§quinta ibi§Et paroxysmi iterum.§ In prima parte ponit causas uariationis ordinis paroxysmãdi quæcunq; uariatio sit illa siue ẜm diẽ: ut quia phlegmaticæ non paroxysmant quotidie,nec cholericæ de tertio in tertium. Et similiter de cæteris: siue sit uariatio ẜm anticipationem, aut postpositionem in eodem die,aut quouis alio modo.Et sunt quatuor causæ: licet prima quæ est ex parte humoris,subdiuidatur.Dicit ergo ꝙ illæ febres quibus sunt paroxysmi eradicationis. i. qui ex toto eradicantur sicut interpolatæ,& temporis.i.quæ remittuntur, & non eradicantur, sicut continuæ proportionales: quandoq; dimittunt ordinem suum.s. paroxysmãdi propter diuersitatem materierum in multitudine,& paucitate, & grossitie & subtilitate:& tu supple uiscositate: & eius oppositio, & diuersitate etiam in genere materiæ cum materia unius generis, siue speciei transmutatur in aliam speciem,utputa cum cholera transmutatur in melancholiam: & uniuersaliter cum unus humor transmutatur in alium specie differentem. & hæc est prima cã.

Secuuda causa est sumpta ex malitia regiminis. nam regimẽ calidum,& multiplicans humores,aut faciens ipsos magis malignos accelerat paroxysmos:& econtra frigidũ retardat. Tertia causa sumitur ex parte debilitatis ægri. nam quando uirtus est debilis,& non potest regulare, eueniunt paroxysmi sine ordine. Quarta causa est multitudo sensus ægri,quæ est causa accelerationis paroxysmi ex oĩ pauca materia, quando sunt nerui dispositi uirtus stimulata mouetur ad ipsius expulsionem: sicut econtra obtusio sensus est causa tarditatis.Aliqui per multitudinem sensus intelligunt dolorem, qui ẜm plurimum inflãmãdo erit causa accelerationis. Causæ tñ suprascriptæ possunt esse causæ uarietatis paroxysmorum ẜm intensionem,& remissionem tam caloris febrilis, quàm accidentium, & multarum aliarum diuersitatum potentium in febribus contingere. Primo nota circa primam causam ꝙ multitudo, subtilitas, priuatio uiscositatis,sunt causę accelerationis paroxysmorum,ita ut cholera propter multitudinem paroxysmet quotidie: quãuis medici dicant ꝙ est duplex tertiana,uel duæ tertianæ:quod uerũ est ex natura humoris,siue ex forma sua specifica,præcipuæ quando uidẽtur paroxysmi duarum tertianarum sibi correspõdentes in suis accidentibus.Quòd si paroxysmi omnino sint similes non uideo,cur non possit dici una feb. cholerica quotidie paroxysmans præcipue si sit minera una:sicut etiam phlegma,si propter sui grossitiem,uiscositatem,paucitatem paroxysmet de tertio in tertiũ, dr̃ tertiana:quãuis ille motus de tertio in tertiũ repugnet formæ specificę ipsius phlegmatis,ẜm quod dicitur in qõne de periodicatione. Et quòd illa forma specifica sit ponenda,uide textũ Aui.hic,cũ dicit quòd uariatio in paroxysmis fit ꝑꝑ diuersitatem in genere, cũ una materia permutatur in aliud genus mõ superius exposito. Variantur.n.ꝑꝑ hãc trãsmutationem mixtio,& forma specifica,siue proprietas occulta. Secundo nota circa tertiam causam,quòd motus materierum paroxysmales fiunt a uirtute, & calore naturali: ideo uirtute constante in materia similis modi fiet processus ordinatus:sed cum uirtus est debilitata non seruatur ordo:quia tũc multæ materiæ etiam diuersarum specierum mouentur ad putredinem: quia uirtus debilis non potest eas tueri a putredine.Item uirtus debilis ab omni leui cã contristata,& notabiliter cũ ea facit uarios conatus quibus uario materiæ mõ mouẽtur,unde blasphematur hæc multa diuersitas.4.colliget.

Et paroxysmi quidem qui eradicantur, incipiunt secundum plurimum cum horripilatione,aut frigore,aut rigore,et resoluũtur per sudorẽ,& non incipiunt cum frigore, aut horripilatione, secundum plurimum nisi aut propter frigus humoris:aut propterea quia humor mordicat lacertos,aut propter profundationẽ caliditatis ad interiora redeuntis ad partem materiei:aut propter debilitatẽ uirtutis:aut propter frigus aeris,sicut contingit tempore hyemis. Et illud quod fit ex mordicatione caliditatis est dignius ut proportienetur ad horripilationem quã ad frigus.Et plurimũ quod accidit de eo est, ut sit sicut punctio acuum in omni membro. uerum resolutio materiei cum sudore est: quoniam caliditas putrefaciens resoluit

Continua proportionalis qũo fiat.

Qũo materia intra uenas putrẽs faciat interpolatas.

Causæ uariationis ordinis paroxysmorum.

4.apho. aphori. 46.& 4

soluit humiditatem, et remanet cinereitas. cum ergo sit illa humiditas non obsessa in uenis facilis fit expulsio eius per sudorem in poris.

Causæ variationis ordinis paroxysmorum.

In hac parte Auic. ponit secundam diuersitatem, & causas eius: & habet hæc pars tres partes. In prima ponit causas quare paroxysmi interpolatarum incipiũt cum typo sm plurimũ, & terminantur frequenter cum sudore. In secunda parte ponit causas quare paroxysmi continuarum non incipiunt cum typo nec terminantur cũ sudore nisi raro. In tertia parte ostendit quibus ex causis in aliquibus febribus frigus, & horripilatio complicantur. secunda ibi. § Paroxysmi quidem inseparabiles. § tertia ibi § Et in quibusdã febribus. § In prima parte Auic. dicit quatuor. Primum ꝙ paroxysmi qui eradicantur. i. febriũ interpolatarum incipiunt utplurimum cum frigore, horripilatione, & rigore & resoluuntur cum sudore. s. frequenter. Secundo dicit, ꝙ causa quare incipiunt cum aliquo typo est una, aut plures de infrascriptis. Prima est frigus humoris. nam humor frigidus cum expellitur extra uenas ad membra sensibilia calida, sicut sunt musculi sentitur frigus: & ita fit frigus in principio febrium interpolatarum. Secunda causa est: quia humor mordicat lacertos cum in principio ad eos expellitur: non autem mordicabat uenas ex quibus expellitur: quia sunt pauci sensus, & erat sibi assuetus. mordicat autem sui acuitate lacertos: quia sunt multum sensibiles: & non est sibi assuetus. & quia est in motu. postea autem licet fiat mordacior, & acutior per putredinem: non tñ mordicabit ita fortiter facta assuefactione, & deficiente motu. hic autem humor mordicans sm plurimum est calidus: licet non sit impossibile phlegma acetosum mordicare: & est hic humor calidus causa frigoris fugando calidum interius. unde simul coniungentur rigor, & frigus: & illæ duæ causæ magis pertinent interpolatis. Tertia causa est pfundatio caliditatis. i. spiritus, per quem caliditas actualis in membris seruatur ad interiora tẽdẽtis ad partem materiei. i. ad membrum, ubi est materia nociua sui multitudine, aut malitia manifesta, uel occulta, siue apostemet, siue non. Quarta causa est debilitas uirtutis maxime per resolutionem. unde natura cogitur tenere illos paucos spiritus qui supersunt in membris nobilibus intrinsecis, de quibus est magis sollicita. Quinta causa est frigus aeris extrinseci: nam reuocato calido interius in principio paroxysmorum, non tam magnum frigus sentiretur exterius nisi cum adiutorio aeris circundantis: & proprie qñ illa reuocatio esset ualde multa: & hæ tres causæ sunt communes continuis, & interpolatis. Tertio dicit Aui. ꝙ illud quod est propter mordicationem caliditatis est dignius, ut proportionetur horripilationi, quàm frigori: & hic accipit horripilatio ut est communis rigori, & horripilationi proprie sumptis. Et istud quod accidit ex ea horripilatione est, sicut pũctio acuum in omni membro, in quo est talis passio. licet magis proprie debeat dici ꝙ illa punctio quæ est lassitudo ulcerosa est causa horripilationis, aut saltem est pars quidditatis horripilationis: sed de hoc in cap. proprio dicetur quantum erit expediens. Quarto dicit ꝙ causa quare paroxysmi interpolatarum finiantur cum sudore est: quia caliditas putrefaciens resoluit humiditatem, & remanet cinereitas: & ideo cum ista humiditas non est obsessa, & constricta in uenis tũc est facilis expulsio ipsius per sudorẽ in poris. Vbi nota ꝙ in rebus corpulentis multam habentibus humiditatem, per putrefactionẽ separantur partes humidæ a terrestribus. Vnde manifeste uidemus cadauera stillare humiditatem cum putrent. talem ergo separationem uocat hic Auic. resolutionem quasi retro solutionem: uel dissolutionem cum soluantur illa quæ per digestionem fuerunt complexa: & non sumit hic resolutionem pro cõuersione in uaporem. Et cinereitas remanet. i. pars terrestris præcipue ubi materia fuerit multa & grossa, sed semper aut fere semper aliquid remanet post humidi separationem. hæc ergo humiditas in interpolatis, quia est in ambitu totius propinqua poris non contenta in tunicis uenarum, nec multis humiditatibus aliis coniuncta facile pellitur per poros in fine paroxysmi, & quandoq; ante.

4. aphoris. aphoris. 46. & 48.

Paroxysmi autem inseparabiles minuuntur: et non eradicantur per sudorem, neque incipiunt cum frigore, nisi propter profundationem caloris innati: tunc enim infrigidantur extremitates: et illud est signum malum.

In hac parte duo dicit. Primũ ꝙ paroxysmi inseparabiles. i. exacerbationes febrium continuarum minuuntur. i. remittuntur, & non eradicantur per sudorem, ita ꝙ fiat æger in febribus. tum quia raro sudant, & si sudent: non tñ fiunt omnino infebrientes: quia materia exacerbationis non ex toto resoluit propter causas contrarias illis, quæ sunt in interpolatis, de quibus statim dixi. secundo dicit ꝙ non incipiunt cum frigore: neque etiam cum alio typo nisi pp debilitatẽ uirtutis, & proprie per resolutionem, & per profundationem caloris innati. i. sanguinis & spiritus ad membra intrinseca, tunc extremitates infrigidantur, & est signum malum. Notandum primo circa primum, ꝙ licet materiæ putrentes ad intra uenas faciẽtes excrescentias raro ita resoluantur, aut sensualiter, aut per sudorem, ut homo fiat infebriens: tamen experientia comprobatur hoc aliqñ accidere, sicut qñ materia est pauca, & subtilis. Si. n. materia causonis potest per sudorẽ terminari, quid prohibet materiam unius exacerbationis posse per sudorem expelli.

Notandum secundo circa sm dictum, ꝙ licet plurimũ frigus accidens in continuis sit pp duas causas positas in textu. s. debilitatem uirtutis, & profundationem caloris innati: tñ propter alias tres causas potest aliqñ accidere. Potest. n. una pars materiæ facientis exacerbationem expelli ad membra sensibilia: si erit frigida faciet membra frigere. Si autem erit calida mordicando faciet rigorem, aut horripilationem: ꝙ etiam a frigiditate aeris posset cõtingere: in extremis frigus est satis manifestum: hæ tñ tres causæ frequentius faciunt frigere, rigere, horripilari in principiis paroxysmorum interpolatarum, quã in excrescentiis continuarum: & hæc fuit intentio Auic. Notãdum tertio, ꝙ frigus extremitatum accidens in continuis, si sequitur debilitatem uirtutis est malum signum: significat enim fere ultimatam spirituum resolutionem, & paucitatem caloris innati. si uero sequatur profundationem caloris significat magnum nocumẽtum in aliquo membro intrinseco nobili, quod erit propter apostema, aut ulcus illius membri: aut quia membrum illud multum opprimitur multitudine materiæ, aut malitia eius manifesta, uel occulta. Sed dices nonne infrigidatio ista extremorum potest sequi causas istas in interpolatis? & sic esse malum signum. Dicitur ꝙ sm plurimum non est signum ualde malum, sicut in continuis. Nam sparsio materiæ ad membra sensibilia est causa sm plurimum typi accidentis in interpolatis: quia propter tristem sensationem fit retractio caloris. sed quia uenæ intrinsecæ parum sentiunt raro est hæc causa: sed secundum plurimum aliæ duæ: ueruntamen si illæ duæ essent causa typi in interpolatis esset malum signum: & tunc illud frigus extremitatum esset continuum.

Et in quibusdam febribus componuntur frigus et horripilatio: quoniam materia quæ putrefit est composita ex frigido et mordicatiuo.

In hac parte dicit ꝙ quandoq; frigus, & horripilatio cõplicantur in principiis paroxysmorum. Cuius causa est, quia materia istarum febrium est composita ex parte frigida, & ex parte mordicatiua, & per partem frigidam fit infrigidatio, & per mordicatiuam horripilatio. Et nota ꝙ licet frigidum possit esse mordicatiuum: loquitur tñ de mordicatiuo calido. non. n. est inconueniens humorem compositum ex phlegmate & cholera: quæ non sunt redacta ad unam formã facere febrem unã, & seruabit periodum humoris dominantis.

Sed circa has partes cadit dubium cum infrigidantur extrema propter fugam caloris interius: ad quas partes tẽdit calor ille fugatus interius. Ad quod dicitur ꝙ calor, siue spiritus tendit ad partẽ unde expellitur materia: & sic in continuis tendit ad uenas magnas: & in interpolatis tẽdit ad paruas in principio suorũ paroxysmorũ: & hoc est quod dicit textus. ad partem materiei: uirtus. n. adiuta calore naturali fortius expellit.

Sed contra sequitur quòd in principijs exacerbationũ cõtinuarũ magis debent infrigidari extrema, quã in principijs paroxysmorum interpolatarum. Item quòd nõ esset malũ signũ, sicut neq; est malũ frigiditas extremorũ ĩ principijs interpolatarũ. Tertio uidet quòd ad istã partẽ dẽt trahi calor in qua fit pũctio & tristis sensatio: sem p. n. sanguis pellitur ad locũ dolẽtem. Et hoc est quod dicit textus. ad partem materiæ. i. ad partem a materia læsam. Ad has instantias respondetur. Ad primam & secundam negetur ad quod deducitur. raro enim

ſpiritus tendunt ad magnas uenas, cum ibi ſit magna copia ſpirituum,& ſanguinis. Et ſi retrahuntur ad uenas magnas ſignificatur aut uirtutis debilitas ſequens paucitatē ſpirituum, aut magnum nocumentum intrinſecum: ſed ad uenas paruas, ubi parum eſt de ſpiritu oportet ꝙ ſpiritus retrahantur ad fortificandum uirtutem expulſiuam:nec hoc eſt malum ſignum. Ad tertiam inſtantiam dicitur ꝙ etiam ad loca extrinſeca ſenſibilia calor attrahitur. unde in principio trahitur a loca a quibus expellitur materia.ergo in principiis paroxyſmorum antequã homo incipiat manifeſte frigere, horripilari, aut rigere calor trahitur ad uenas: deinde cum materia incipit expandi ad mēbra ſenſibilia fortificata uirtute interius: tunc calor incipit ꝑ parte pelli ad membra ſenſibilia, quibus infertur nocumētum per aduentum materię ad ipſa.Sed cum membra ſenſibilia ſint duplicia intrinſeca,& extrinſeca: natura primo mittit ſanguinem, & ſpirituum ſenſibilibus intrinſecis, de quibus eſt magis ſollicita:& tunc incipit calefieri notabiliter frigentibus, & rigentibus membris ſenſibilibus extrinſecis:poſtea tam extrinſeca, quam intrinſeca notabiliter calefiunt tam per delationem ſanguinis & ſpiritus ſuper ea,quàm propter calorem putredinalem qui intenditur in materia:& conſequenter in membris.

Et quandocunque componuntur quædam febr. putredinis tali compoſitione, qua fiant in forma inſeparabiles: & illud eſt uerbi gratia, quando incipit humor putrefieri in loco: & cum ſuperuenerit ei putredo putrefit tota: & conſumitur ab ea:deinde incipit humor de genere eius:aut non de genere eius putrefieri:tunc obuiat paroxyſmus ſecũdus tempori eradicationis paroxyſmi primi:deinde continuatur res ita: & quandoque componuntur febr. putredinis modis aliȷs compoſitionis,quos diſtinguam in capitulis ſuis.

In hac parte oſtendit aliam diuerſitatem dicēs, ꝙ febres interpolatæ.i.quarum quælibet eſt interpolata componuntur tali compoſitione qua fiunt in forma.i. apparēter inſeparabiles: exempli gratia. humor incipit putrefieri in loco aliquo extra uenas. & cum ſuperuenit.ſ.de præterito ei putredo.i.calor putredinalis, & putrefit tota materia:& conſumitur.i.reſoluitur ab ea.ſ.caliditate putredinali.deinde incipit humor de genere primi, aut de alio a primo putrefieri: & tunc obuiat paroxyſmus ſecundus tempori eradicationis primi.i.primo nondum eradicato:& ita tertius ſecundo obuiat: & continuatur res ita uſque ad finem totius ægritudinis. Et ſubdit ꝙ componuntur febres aliis modis, de quibus dicet inferius in capitulo de febribus compoſitis.

Et paroxyſmi quidem febrium prolongantur quandoque, & quandoque abbreuiantur. prolongatio eorum eſt ergo,aut propter groſſitudinem materiei,& uiſcoſitatem eius, & multitudinem ipſius: aut eius quietem: aut propter debilitatem uirtutis:aut propter debilitatem ſenſus: aut propter ſpiſſitudinem pororum: quare non reſoluitur humor: & eorum abbreuiatio eſt propter contraria eorum.

In iſta parte ponit aliam diuerſitatem: & eſt ꝙ periodi feb. quandoq; prolongantur,quandoq; abbreuiãtur. Cauſæ autem prolongationis ſunt ſeptem.Prima groſsities materiæ. ſecunda uiſcoſitas.tertia multitudo.quarta quies materiæ. nam cum in uno loco quieſcit non ita ſpargitur: & ſic remanens unita non facile diſſoluitur. aut per quietem intelligamus paruam ebullitionem:& ideo quidam per quietem intelligunt frigiditatem quæ eſt cauſa paucæ ebullitionis, & agitationis. Et alii intelligunt carentiam mordicationis: aliqui tardam delationē ſuper membra. Quinta cauſa prolongationis paroxyſmorum eſt debilitas uirtutis tam digeſtiuę q̃ expulſiuæ.Sexta cauſa eſt debilitas ſenſitiuæ. nam virtus ſenſitiua debilis non patitur: & ſic tardius agit. Vltima eſt ſpiſsitudo pororum ſiue naturalis, ſiue accidentalis. vnde materia non poteſt facile per poros ſenſibiliter aut inſenſibiliter expelli: & licet ſint aliæ cauſæ prolongationis: iſtæ tamen ſunt fortiores,& ad quas facile aliæ reducuntur. & ſubdit ꝙ breuitas paroxyſmorum eſt ex cauſis contrariis.

Cāæ prolongationis paroxyſmorũ.

Et paroxyſmi iterum feſtinant,& tardantur: & tarditas eorum eſt, aut propterea quia eorum materia eſt pauca, aut tardi motus ad mineram putredinis propter groſsitiem ſuam: & hoc quidem eſt ſicut materia quartanæ: & uelocitas eorũ eſt, quoniam ipſa eſt multa, ſicut phlegma, niſi ſit uitreum, quoniam paroxyſmi eius quandoque tardantur: aut ſubtilis ſicut cholera.

In hac quinta parte ſuperius diuiſa Auic.ponit quintam diuerſitatem paroxyſmorum febrium.nam paroxyſmi quandoq; feſtinant,quandoq; tardantur. Cauſa autem tarditatis eſt:quia materia eſt pauca,aut tardi motus ad mineram putredinis propter groſsitiem ſuam:quare tarde expellitur ad locum minerę putredinis,ſicut materia quartanæ. Velocitas autem,ſiue feſtinatio eſt:quoniam ipſa eſt multa, ſicut phlegma, niſi ſit phlegma uitreum: quoniã paroxyſmi eius quandoq; tardantur propter uehementem groſsitiem eius: aut ſubtilis, ſicut cholera eſt cauſa feſtinationis. Hic nota, quòd dicimus paroxyſmos tardare, quãdo multum tempus cadit inter principium unius, & principium alterius:& econtra feſtinare. Et eſt hic intentio Auic. ponere cauſas cuiuſcunq; tarditatis, & cuiuſcunq; feſtinationis,ſiue uarientur dies, ſiue uarietur ſolum hora diei, ut patere poteſt exemplis ſuis.ſ.de melancholia,& de cholera,& phlegmate. Vnde ſciendum quòd multitudo, & ſubtilitas faciunt ad accelerationem paroxyſmorum: ſicut econtra paucitas, groſsities, & uiſcoſitas faciunt ad tarditatem: uerum iſtæ diſpoſitiones,niſi multum excreſcant, uariant ſolummodo horam, & non diem faciendo paroxyſmum anticipare, aut poſtponere.Sed uariatio ſecundum ſpeciem,per quam diuerſificatur tam forma ſubſtantialis, quàm proprietas occulta, & modus mixtionis eſt cauſa principalis uariationis ſecundum diē; inſequitur enim motus determinatus humoris,ſiue periodicatio ipſius ſecundum determinatum diem proportionem uirtutis mouentis ad humorem reſiſtentem per formam ſubſtantialem proprietatem occultam, & modum mixtionis quæ ſunt principales cauſæ reſiſtentes.ſed minus principales ſunt diſpoſitiones manifeſtæ iam dictæ ſcilicet quantitas,modus ſubſtantiæ,& ſimiles.

Cauſæ tarditatis & feſtinationis paroxyſmi.

Et deteriores quidem febres ſunt inſeparabiles in quibus putredo eſt intra uenas: deinde illæ quæ eradicãtur, in quibus eſt putredo in toto corpore,aut in partibus cordis.

Hic ponuntur canones.primus ꝙ deteriores feb.ſunt continuæ,in quibus putredo eſt ad intra uenas.in ſecũdo gradu ſunt illæ quæ ſunt interpolatæ,in quibus putredo eſt in toto corpore.i.in ambitu totius corporis extra uenas:aut in partibus corporis.i.in partibus ambitus corporis extra uenas. Si dicat textus in cordis partibus,iunge cũ particula ſuperiori:ut ſit ſenſus.deteriores feb.ſunt illæ,in quibus putredo eſt intra uenas, aut in partibus cordis.

Febres pernitioſæ.

Et parum quidem accidit ſenibus febris ualde accenſa propter frigus complexionis eorum, & paucitatē carnis ipſorũ.

Secundus canon.quòd parum.i.raro accidit ſenibus feb.accenſa ualde propter frigus complexionis eorum: quia habent calorem naturalem remiſſum, & paucitatem carnis.i.quia habent parum de humido: & ſic parum de multitudine caloris. Vbi nota quòd ea quæ ſunt calida cum inflammantur,efficiuntur calidiora. Et hoc eſt quod dicit Auer.4.colliget. quòd calor præter naturam menſuratur menſura caloris naturalis. Et eſt hic canon poſitus in aphoriſmo primæ particulæ. Quicunque creſcunt plurimum habent &c.

Pulſus uero diſpoſitiones diuerſificantur in febribus putridis,ſecundum diuerſitatem earum in generibus ſuis, et ſecundum diuerſitatem ſpeciei unius earum in uehementia,et debilitate,et in fortitudine accidentium,et debilitate eorum.

Hic ponit quaſdam diuerſitates pulſuum, & ſunt quatuor. Prima quòd diſpoſitiones pulſuum diuerſificãtur in febribus: puta ſm diuerſitatem earum in generibns ſuis:ut quia alius eſt pulſus phlegmaticæ alius cholericæ &c. Et diuerſificatur etiã ſm diuerſitatem ſpeciei, unius in uehementia, & debilitate.i. in intenſione,& remiſsione,& fortitudine accidentium,& debilitate eorũ:ut quia pulſus in una cholerica diuerſificabitur a pulſu alterius.

Et quandoque accidit ei durities,aut propter apoſtema ca-

lidum

lidum uehementis extensionis:aut propter apostema calidum in membro duro:aut propter uehementiam siccitatis, aut cũ dominatur frigus in principijs.

Hic ponit quatuor causas duritiei pulsus. una est apostema calidum uehementis tensionis,propter quod tenduntur arteriæ,& fiunt duræ.secunda est apostema calidum in mẽbro duro sicut sunt nerui,panniculi:& similia.accidit enim ex hoc tẽsio arteriarum.tertia est uehementia siccitatis, quæ acquiritur corpori,pp quam arteria induratur. quarta est frigus accidẽs in principijs paroxysmorũ. nã pp tale frigus indurat̃ arteria.

Et quandoq; fit lenis propter materiam lenem phelgmaticam,& sangnineam:& propterea qd apostema est in membro leni,sicut illud quod est in hepate, & peripneumonia, & lethargbia:aut propter humorositatem cum expectatur quãdo vult,vt sudet.

Hic ponit tres cãs lenitatis pulsus. Prima est materia fluida humida,sicut phlegma & sanguis.sunt.n.in febribus phlegmaticis,& sanguineis pulsus molles. secunda est apostema in membro molli, sicut apostema hepatis, & lethargia quod est apostema frigidum in cerebro:& maxime intelligit de lethargia phlegmatica,& non melancholica,& peripneumonia, qd̃ est apostema pulmonis,& maxime quãdo pendet a phlegmate facit pulsum mollem. tertia est cum natura uult expellere humiditates sub forma sudoris.unde medici experti per mollitiem pulsus,& undositatẽ eius pronosticant̃ sudorẽ futurum.

Et pulsus quidem fit in principio paroxysmorum debilis coarctationis,propter aduẽtum virtutis supra materiam, & occupationem eius in mundando, & euentando.

Ponit quartam dispositionem pulsus:& est ꝙ pulsus in principijs paroxysmorum fit debilis: cuius debilitas arguitur ex paruitate,& diuersitate cum debilitate impressionis in digitũ tangentis.non enim pulsat fortiter constanter,& perseueranter,quæ tres conditiones requiruntur ad pulsum fortem,& est coarctatus.coarctatio enim pulsus est paruitas eius cum diuersitate a materia suffocante,& tegente.ideo subdit propter aduentum uirtutis supra materiam. pugnat enim uirtus contra materiam subtiliando ipsam,resoluendo,& quantum potest expellendo:& econtra materia cõtra uirtutem suffocando: sicut ignis sub lignis suffocatur,& occupationẽ eius in mundãdo fumos putridos,& euentãdo calidum membrorum, & spirituũ. Est enim his operationibus tunc temporis multum intẽta.sed forte melius est, ut aliter exponat̃ propter occupationẽ eius scilicet virtutis ad resistẽdum materiæ dum suffocatur ab ipsa in mundando,& euentando idest dum mũdat fumos putridos, & euentat calidum suffocatum:ita ut ly mundando & euentando stent temporaliter:& nõ causaliter.nam mundando, & euẽtando nõ est causa cur pulsus fiat debilis coarctatus:immo potius est causa magnificandi pulsum, tam secundum systolem, quàm secundum diastolem. sic enim melius fiet mundificatio & euentatio.& sic cum Dei gratia sit finis huius expositionis, difficilis capituli.Sed pro completa declaratione dictorum in præsenti capitulo superest,ut uentilemus duas materias difficiles,una est de putrefactione,alia est de periodicatione.

Vtrum ex indebito regimine sex rerum non naturaliũ possit in humano corpore accidere putrefactio. Quod sic declarat Auic.prima quarti.tract.2.cap.primo.& decima tertia tertij.necnon Gale.primo de differentijs febrium: & experiẽtia facile comprobatur,cum huiusmodi inordinato regimine frequenter accidãt febres putridæ. Pro solutione huius dubij primo uidebitur quid sit putrefactio,quid putredo, quid combustio,& quomodo putrefactio differat a combustione,resolutione,cruditate,& digestione. In secundo articulo uidebitur de quæsito. Quantum ad primum omissis aliorum opinionibus,dicam ea quæ uidentur mihi magis probabilia, & sententiæ Arist.cæterorumq; philosophorum,& medicorũ illustriũ magis conformia. Aristo. omnium philosophorum princeps. 4.metheororum diffinit putrefactionem dicens. ꝙ est corruptio quædam in unoquoque humido proprie secundum naturam caliditatis ab aliena caliditate:hic autem est,quæ ambientis. Quæ diffinitio sic intelligenda est. putrefactio est corruptio quædam idest uia, uel motus in corruptionne mixti, inquantum mixtum in unoquoque humido proprie secundum naturam caliditatis idest per corruptionem caliditatis proprie inquantum naturalis in unoquoque humido complexionali mixti ab aliqua caliditate caliditatem propriam extraneãte: cõnotando ꝙ per caliditatem propriam extraneatã, & caliditatem alienã qualis est ambientis fiat,uel sit apta fieri ipsius humidi eductio,& elemẽtorum separatio: ita quòd utraque notabiliter cõcurrit ad mixti corruptionem,humidi eductionem:& elementorum separationem.Corruptio in hac diffinitione posita est genus.nam putrefactio est contraria generationi simplici mixtorum apud philosophum in eodem.4.metheo.Sed corruptio adæquate opponitur generationi. primo de genegatione. ergo putrefactio est corruptio. non tamen omnis corruptio est putrefactio:ut patet.Et corruptio hic posita pro genere dicit causam formalem putrefactionis. Intelligit autem Aristo.putrefactionem opponi generationi simplici mixtorum: quia terminus a quo putrefactionis est terminus ad quem generationis mixti ex elementis. Et econtra terminus ad quẽ putrefactionis est terminus a quo generationis: & sicut generatio mixti ex elementis fit a calore naturali, & cœlesti permiscente, & uniente elementa secundum exigentiam alicuius speciei mixtorum.ita putrefactio est a calore intrinseco præternaturali,& extrinseco agentibus elementaliter,& soluentibus mixtum in elementa.Dicitur quædam,quia putrefactio non est corruptio proprie sumpta quę est mutatio subita de esse ad non esse:sed est uia,uel motus in hanc corruptionem proprie sumptam.ut est apud Auice.prima quarti capi.de feb.sanguinis.nec est quicunque talis motus:sed limitatus circunstantijs in diffinitione positis, & exprimendis. non enim corruptio elementornm est putrefactio: neque combustio:neque trasmutatio unius mixti in aliqua dicitur putrefactio.per hanc particulam in unoquoque humido intellectam: ut supra declaratur causa materialis,in qua siue subiectum ipsius putrefactionis,quod est mixtum secũdum ipsius humidũ. tum quia humidum mixti est proprium subiectum caloris mixti,qui inquantum naturalis,& proportionatus formæ mixti tenet,& conseruat mixtionem quæ in putrefactione corrumpitur inquantum naturalis,& agit ad demixtionem. quia humidum mixti separatur a partibus terreis in putrefactione,& ducitur ad circunferentiam ipsius mixti. Per hanc particulam proprie secundum naturam caliditatis, tangitur agens proximum putrefactionis quod est caliditas propria ipsius mixti, quæ facta præternaturalis ipsi mixto coagit caliditati continẽtis ad ipsius corruptionem, & humidi eius eductionem. quæ caliditas continentis aliena a caliditate ipsius mixti:quia contrariatur ipsi inquantum ipsa est naturalis, & non inquantum caliditas est agens remotũ in putrefactione. qua propter hæc diffinitio est proprie naturalis:quia in ipsa ponitur genus exprimens formam,& subiectum, dico materiam & agens propinquum,& remotum.& tangitur causa finalis quæ est elemẽtorum separatio:cum dicitur quòd est corruptio mixti inquãtum mixtum. Modus autem putrefactionis penes Alb. ma. est iste.nam calidum extrinsecum trahit ad se calidum intrinsecum. quod quia non potest educi sine humido proprio simul ad se trahit humidum proprium: quod est ipsius subiectum.ad cuius eductionem ipsum calidum intrinsecum adiuuat subtiliando,& ipsum educendo per poros quos dilatauit calor extrinsecus. & ad huius humidi eductionẽ coadiuuat frigiditas intrinseca mixti exprimens humidum simul cum calore. Et hoc est quod dicit Aristo. in litera. putrefactio est communis passio frigiditatis propriæ, & caliditatis alienæ· ita quòd ad putrefactionem tria agentia concurrunt.primum caliditas intrinseca.secundum caliditas extrinseca.tertium frigiditas propria. frigiditas autem extrinseca, licet possit corrumpere calorem naturalem mixti,ipsum remittendo,& paucificando;& facere ipsum improportionatum formæ mixti, & humido regulando: tamen non potest esse immediata causa eductionis humidi mixti: immo ipsi eductioni contrariatur claudendo poros, & calorem mixti fugando interius, nisi sit adeo uehemens ut se profundando exprimat humidam cum calore suo: uerum hæc non est putrefactio, licet ducat ad incinerationem mixti. quia hanc non consequuntur accidentia putrefactionis scilicet fœtor. & quia quod tunc incineratur est magis humidum interius, quàm exterius. cuius contrarium est in eo quod putrefit. frigiditas tamen extrinseca de per

Putrefactio quid.

Putrefactio secundum Albertum.

accidens potest esse causa putrefactionis faciendo calorē mixti præternaturalem, qui factus præternaturalis, & agens præternaturaliter facit ad mixti corruptionem, & humidi eductionem. Putredo autē est caliditas putredinalis intrinseca mixto. sicut uoluit Aui. secunda primi. cap. primo. ubi exēplificās de causa coniuncta feb. dixit, q eius causa coniuncta est putredo, licet prima quarti, trac. 2. cap. primo. & in plerisq; putredo accipiatur pro humore putrido. humor autem putridus, & similiter uapor est causa coniuncta feb. per caliditatem suam putredinalem. Combustio autem descriptiue est corruptio uelox in unoquoq; mixto cum humidi ipsius sublimatione, & partium terrestrium descensu a caliditate extrinseca absq; notabili concursu alicuius principij actiui ipsius mixti. Et ex his patent differentiæ. 8. inter putrefactionem, & combustionem. Prima. quia putrefactio est naturalis. Combustio autem uiolenta iuxta philosophum. nam in putrefactione ad corruptionem mixti, & humidi eductionem coadiuuat notabiliter aliquod principium intrinsecum: immo plura scilicet caliditas propria facta extranea, & frigiditas propria exprimens humidum simul cum calore. sed nihil tale adiuuat in combustione saltem adiutorio notabili: immo ut plurimum fit resistente calore intrinseco. Secunda differentia: quia quod putrefit est magis humidum & calidum exterius quā interius: interius enim exiccatur & friget. & quod comburitur est exterius magis calidum & siccū quā interius. Cum emim comburitur a caliditate extrinseca forti humidum sublimante fortius agente in partes propinquas, quā in partes remotas est necessarium, ut exterius magis calefiat & exiccetur quā interius. Tertia differētia est, quia putrefactio est tarda ad incinerationem: sed combustio uelox. fit enim a fortiori caliditate. sed in putrefactione caliditas innata est debilis respectu proprij humidi regulādi, & tarde ducens ad incinerationem. Quarta, quòd putrefactio facit mixtum fœtere, cōbustio uero nō: immo aufert fœtorem. Quinta, quia per putrefactionem generantur quædā alia imperfecta, per combustionem minime. Sexta, quia putrefactionem impedit caliditas feruens: sed combustionem minime. Septima, quia combustio facit cessare putrefactionem. sed putrefactio non facit cessare combustionem. Vtrum autē sit possibile putrefactionem, & combustionem per certum tēpus simul intēdi uidebitur infra. Octaua differentia. quia difficilius cęteris paribus prohibetur putrefactio, quā cōbustio: quod arguit caliditatem magis esse fixam in eo quod putrefit, quàm in eo quod comburitur, immo stat in eo quod comburitur caliditatem non esse fixam. Conueniunt autem, quia utraque fit a caliditate extrinseca. secundo quia utraque est passio mixti. simplicia enim non comburuntur, neque putrent. non tamen omne mixtum potest putrere: licet omne possit cōburi. nam flamma ignis potest comburi: non tamen putrefieri. tertio quia utriusq; finis est incineratio, & elementorum separatio. Ex quo sequitur quòd neutra ipsarum est trāsmutatio mixti in aliud mixtum. Differt autem putrefactio a resolutione: quia resolutio est conuersio humidi in uaporem: quæ licet possit fieri a caliditate tam intrinseca, quàm extrinseca: non tamen exigit caliditatem innatam debilem respectu proprij humidi regulandi, neq; corruptionem mixti inquātum mixtum, aut elemētorum separationem a digestione, quæ descriptiue est completio a proprio & naturali calido ex passionibus contraiacentibus humorum quæ sunt propria materia corporum mixtorū. Vel clarius & in idem redit, est perfectio a proprio & naturali calido ex oppositis passiuis. Nam digestio tendit in generationem mixti, aut completionem eius. Putrefactio uero tendit in corruptionem mixti, & eius demixtionem. Itē illa fit a proprio, & naturali calido: hæc autem a caliditate propria corrupta. Item in illa permiscetur humidum cū sicco: in putrefactione autem demiscentur. Differt autē putrefactio a cruditate: quia cruditas est diminutio a complemento caloris digerentis, aut putrefacientis in humido, aut ipsarum operationum priuatio. putrefactio uero nō est huiusmodi operationum priuatio: immo putrefactio dicit operationem caloris preternaturalis putrefacientis, sicut digestio dicit operationē caloris naturalis digerentis.

Putredo quid.

Combustio quid.

Resolutio quid.

Digestio.

Cruditas.

Quantum ad secundum articulum præmittendum est primo quòd per debitum regimen sex rerum non naturalium debemus intelligere debitam ipsarum administrationem, tam secundum quantitatem & qualitatem ipsarum, quàm secundum debitam proportionem ipsarum inter se in compositione ad corpus regendum. Sunt autem res non naturales descriptiuæ quæ necessario occurentes corpori humano possunt cōueniēter, & inconuenienter applicari. & sunt sex aer, cibus, & potus, somnus, & uigilia, motus, & quies, inanitio & repletio, & accidentia animi. Ex quo patet quòd per indebitum regimen sex rerum non naturalium debemus intelligere indebitā administrationem ipsarum secundum qualitatem, aut quantitatem: aut indebitam proportionem inter se in comparatione ad corpus regendum. Secundo notandū quòd humores corporis nostri, non tantum conseruantur per proprium eorum calorem, sed maxime & principalius per calorem naturalem eis debite proportionatum. patet. quia aliter non posset assignari causa cur sanguis in uenis diu sine putredine seruetur sed extra uenas cito putrefit. Notandum tertio humorem indebitæ qualitatis, aut quantitatis, aut non debite calori nostro proportionatum a caliditate nostra non debite regulari. hoc patet ex præcedenti notato. Ex quo sequitur tales humores facilius quā alios cæteris paribus a calore extraneo putrefieri. Et ex his patet conclusio respōsiua ad quæsitum, scilicet pars affirmatiua questionis quæ auctoritatibus ante oppositum inductis & quotidiana experientia cōprobatur. Quotidie enim ex indebito regimine in huiusmodi rebus corpora etiam sanissima feb. putridas incurrunt.

Ad partem negatiuam dubij arguitur. si ex indebito regimine in sex rebus non naturalibus posset, &c. hoc maxime esset, quando cibus indigestus sumitur supra cibum partim digestū. sed hoc nō sufficit, neq; facit ad putredinem: immo potius impedit: quia si cibus primo assumptus nullo modo esset digestus non fieret putredo, sed præexistentis cibi digestio potius iuuat ad digestionem, quàm impediat: cum totum minus resistit uirtuti digerenti quàm si totū esset indigestum. Et confirmatur. ponatur quòd sequens cibus sit in ea proportione facilius digestibilis in qua proportione digestio tibi præcedentis excedit digistionē cibi sequentis: & sequitur quòd ambo erūt in eodem tempore digesti. Præterea. Si requiritur hoc maxime esset quando cibus grossus difficilis digestionis præponeretur subtili. sed hæc non est causa putrefactionis, quia ponamus quòd in ea proportione in qua pars inferior stomachi est fortioris digestionis, quàm pars superior cibus sequens sit facilioris digestionis, quàm præcedens: & sequitur quòd totū erit in eodem tēpore digestum. Præterea. Si ex indebito, &c. maxime esset quando quis uteretur cibis grossis difficilis digestionis, sicut carne buffali: sed hæc non est causa putrefactionis, sed cruditatis quæ opponitur putrefactioni, quia aliter in morbo materiali mortali non distingueret status a principio. Ad primum dicitur negādo minorem & dicitur aggregatum ex cibo semidigesto: & ex cibo nullo modo digesto magis impedit digestionem, quàm si totus cibus esset indigestus: eo q indigestus miscetur cum semidigesto. Et sequitur alterū duorum. aut quòd semidigestum corrumpitur, aut cum semidigesto pars indigesta permixta attrahitur, ad hepar, ex qua generantur humores indigesti. Et ad confirmationem admisso casu negatur quòd in eodem tempore erunt digesti: immo potius in eodem tempore erunt corrupti. Sed contra. sicut in lebete primo ponit caro difficilior: & postea caro facilior ad hoc ut sint in eodem tempore coctæ. ita debet esse in stomacho: quare non uidetur esse causa diuersitatis. Similiter sic fit in decoquendo medicinas: quia quæ parum sustinent de decoctione ponuntur in fine: & quæ mediocriter in medio: & quæ multū in principio. Dicitur negando similitudinem: quia cum stomachus incipit digerere primum cibum clauditur os eius, & optime ipsum amplexatur: ita ut non cadat medium inter partes stomachi, & cibum. Cum autem sumitur secūdus cibus primo non digesto, stat per certū tps supra illū antequam secum misceatur. Et interim cum non bene digeratur a calore naturali cum non sit in loco idoneo: capitur a calore extraneo, & postea descendens est causa coruptionis illius. Ad secundum dicitur quòd ratio concludit, si posset proportionari, secundum quòd ponitur in casu. sed quia hoc est difficile laudatur præmissio cibi subtilis: quia cum digestus est paulatim potest trahi per meseraicas: & iterum alius digeritur. Nō est tamen bonum ut cibi sint multum differentes: quia cum aperit pyloron, descendente

descendēte subtili facile secum descendit grossus. Ad tertium dicitur. quòd cibi grosi difficilis digestionis sunt causa cruditatis, quę opponitur putrefactioni: attamen cum generatur humor crudus, & cum sanguine permiscetur est causa, quòd sanguis ille tarde conuertitur in humiditates secundas, & in fine non potens bene regulari a calore naturali capitur ab extraneo, & putrens est causa ægritudinum chronicarum. Et sic breuiter sit expedita hæc quæstio per me Ioannē de hercul. qui autem uult uidere hanc materiā prolixe legat quæstionem meā generalem de putrefactione.

Vtrum pro asignandis causis periodicationis præter causas manifestas sit necessarium in unoquoque humore ponere proprietatem occultam indiuidualem, aut specificam qua determinata periodo moueatur: utputa phlegma quotidie. cholera de tertio in tertium. melancholia de quarto in quartum. sanguis continue. Quod enim hi humores moueantur periodis, de quibus supra docet quotidiana experiētia. Et pro hoc maxime quantum ab febrem est auctoritas Auic. prima quarti. tracta, 2. cap. 1. Et putredo choleræ facit tertianam: & putredo sanguinis facit continuā. & putredo melancholię facit quartanam, & quæ currunt cursu eius: & putredo phlegmatis facit quotidianam, & quæ currunt cursu eius. Idem asserit Gale. 2. de differentijs feb. & Rasis. 10. Almāsoris. & Auer. 3. colliget. & Halya. 8. theoricæ. Pro intellectu tituli quæstionis est sciendum primo, ꝙ periodus communiter sumptus est reditus morbi unius post teporem: aut quietem ad dispositionem similem primæ. sic. n. descripta conuenit recidiuæ: quia ex ea & sua radice efficitur morbus unus. Et differt a reditu alicuius morbi, ex quo & præcedēte non cōstituitur morbus unus: sicut si quis uulneratus in brachio post consolidationem iterū in eodem loco similiter uulneraretur. Periodus autem proprie sumpta est reditus unius morbi post teporem, aut quietē ad dispositionem similem præcise propter causam primi paroxysmi, aut exacerbationis disponentem ad causam coniūctam secundi propter uestigium derelictum in loco in quo prima causa coniuncta facit primum paroxysmum attrahens similem causam couiunctam ad eundem locum. & sic descripta conuenit putridæ non hecticæ neq; ephemeræ. Sed cōmuniter sumpta conuenit ephemeræ. non autem hecticæ: quia non est depēdens ab aliqua causa speciali dependentia. Paroxysmus autē secūdum cōem acceptionem medicorum nostri temporis est reditus febris, aut alterius ægritudinis post quietem. Excrescētia autem, siue exacerbatio est reditus eius post teporem. Est secundo sciendum, ꝙ causæ periodicationis ab auctoribus, & doctoribus asignatæ sunt duplices: quædam manifestæ: quædā occultæ. Manifestæ sunt duplices: quædā extrinsecæ, & ex malitia regiminis ægri: necnon influxus supercœlestis, ut placet astrologis: præcipue Conciliatori differentia. 88. licet huiusmodi causæ sint impropriæ & multum longinquæ. quædā sunt intrinsecæ: & istarū quædā se tenent ex parte membrorū quæ sunt dispōnes mēbrorū mittentiū dispōnes mēbrorū suscipientiū, & attrahentiū necnō membrorū materias generantiū. Et ponuntur hę a Galeno, secūdo de differentiis febri. ad quas reducitur acuitas, aut obtusio sensus membrorum. Item ægri fortitudo, aut debilitas: quædam se tenent ex parte humorum, & sunt eorum complexiones, multitudo, aut paucitas, aut grossities, aut subtilitas, uiscositas, aut eius oppositum. Et istæ colliguntur ab omnibus auctoribus: præcipue ab Auic. prima quarti. 2. trac. cap. 1. Et istæ quidem febres quibus sunt paroxysmi eradicationis, & teporis quandoq; dimittunt ordinem suum propter diuersitatem materierum in multitudine, paucitate, grossitie, & tenuitate, & propter diuersitatem in eis in genere, ita ut permutentur quædam materiæ, & fiant de genere materiei alterius, quæ diuersificatur in eis in spē, non in multitudine, aut paucitate, tenuitate, & grossitie tantum. Et quandoq; fit ex malitia regiminis ægri, aut propter debilitatem eius: aut propter multitudinem sensus eius. Et infra in cap. de febribus apostematum. Vnicuique humori inest periodus quæ sibi conuenit. Item Halyabas. 8. theoricę. Ex quibus autem causis periodi uariæ sunt circularium febrium. Si quæras, scias tres esse causas. prima est congregationis uelocitas, & mora eius. secūda est facilitas putrefactionis humoris, & difficultas. tertia est euacuationis eius acceleratio, aut mora. phlegma namque febrem excitat, quæ singulis accenditur diebus: eo ꝙ cito ad putrefactionis currit loca, in corpore multitudine quātitatis suæ & putrefactionis, accelerationis, humiditatis causa, euacuationisq; mora propter suam uiscositatem. Cholera autē nigra febrem facit, quæ uno die accenditur, duobus uero, non eo ꝙ tarde adunatur propter suæ paucitatis quantitatem. Difficile autem putrescit propter suam frigiditatem, & siccitatem. celerisq; est euacuationis, quare minime est uiscosa. Cholera autem rubea febrē generat quæ uno die fit, & alio die non: quoniam inter phlegma & choleram nigram media est in huiusmodi, quas diximus habitudinibus. Occultæ autem sunt formæ substantiales ipsorum humorum: necnon proprietates specificæ quæ sunt qualitates toti speciei cōmunes attributæ mixtis in suæ generationis principio per influxus particulares secundum exigentiam suæ formæ substātialis, & complexionis. & de his fecit Auicen. mentionem loco superius allegato. Et ex hoc genere sunt proprietates indiuiduales, siue consequentes materiam: quæ ut patebit infra necessario sunt ponēdæ. dicuntur autem huiusmodi occultę: quia non subiacent sensibus: nec facile discernuntur. Aliæ autem quæ dicuntur manifestæ subiacent sensibus: aut saltem facilius discernuntur. Tertio sciendum quòd non potest fieri nouus paroxysmus, aut excrescentia febr. nisi noua ebullitio superueniat in aliqua materia. Hoc autem dupliciter erit: aut quia in una, & eadem materia quæ prius fecit feb. noua fiat ebullitio: sicut si sanguis ebulliēs prius fecerit synochā sine putredine, quia extincta, utputa per potum aquæ frigidæ propter oppilationem, aut malam membrorum dispositionem hic sanguis *incipiat* putrere: & facere synocham putridā. Similiter si sanguis, aut alius humor prius putruisset leui putredine: iterum incipiat putrere putredine intensiori. Aut fiat nouus paroxysmus, quia noua materia ebulliat, quod erit dupliciter: aut quia de nouo generet̄, & postea putreat, siue sit generatio propria, sicut humores ex chylo: & sanguis ex phlegmate generantur per ulteriorem digestionē, siue generetur per corruptionem: sicut sanguis corrumpitur *in choleram, uel melancholiam. & similiter reliqui humores* per putredinem, aut adustionem in melācholiā: aut quia prius erit genita: sed nunc nuper ebulliat. Et hoc contingit dupliciter, aut quia mouetur de loco ad locum: sicut cū materia emittitur de uenis maioribus ad minores in quibus putret: quomodo fiunt continuæ proportionabiles: aut quia mittitur de intra uenas ad extra uenas, quomodo fiunt interpolatę. Aut secūdo. quia ipsa existens in eodem loco incipit putrefieri: sicut si .x. ℥. choleræ sint in eodem loco, & duæ. ℥. primo putrefactæ faciūt unam febrem. deinde aliæ duæ faciunt aliam: & sic deinceps. & huic modo paroxysmandi exemplum Gale. de cumulo stercorum optime accommodatur. & similiter post putredinem choleræ posset phlegma, aut alius humor in eodem loco existens putrefieri: & faceret feb. alterius speciei. Et quæ dicta sunt de modo periodicandi febriū, possunt accommodari modo periodicandi doloris: & multarum aliarum ægritudinum saltem in parte.

In hac materia sunt duæ famosæ opiniones. altera & prima fuit Gentilis de fuligineo doctoris excellentissimi quam sequuntur omnes fere moderni: qui tenēt partem affirmatiuam quæstionis. Altera uero & posterior huic fuit Hugonis Senensis doctoris subtilissimi, qui tenet partem negatiuam. primo ergo ponam rationes utriusque partis ut uideamus quantum una pars contra aliam *militet. secundo ponam opinionem* quę ut mihi uidetur est ueritati conformior. & respondebo ad rationes *quæ contra illam possent adduci*. Prima ergo ratio pro parte affirmatiua, & opinione Gentilis est hæc. omnis effectus eueniens circa determinatam speciem omni tempore, scilicet æstate, hyeme, & temporibus medijs. & in omni ætate, complexione, & sexu &c. semper, uel utplurimum qui non potest reduci in causas manifestas: de quibus supra debet reduci in formas specificas, siue proprietates occultas. sed phlegma periodicare quotidie, cholerā de tertio in tertiū, melancholiā de quarto in quartū, sangninē facere febrē continuam non potest reduci in causas manifestas. ergo opus est ut reducatur in formas specificas, & proprietates occultas. tenet consequētia & maior est manifesta: cum non sit aliquod genus causarum. minor probatur. nam quantūcunq; sanguis esset æque multus æque grossus: sicut est cholera: & cum aliis paribus: tamen cholera sp, uel utplurimū moueretur de tertio in tertiū. & sanguis

Periodus.

Paroxysmus.
Excrescentia.
Exacerbatio.

faceret continuam. similiter quantumcunque phlegma esset similiter dispositum, sicut melancholia cum alijs paribus &c. tamen phlegma faceret quotidianã: melancholia quartanam. Cum ergo isti effectus non posint reduci in cãs manifestas: opus est ut in causas occultas, de quibus supra reducantur. Secunda. mensuræ rerum non possunt esse causa determinatorũ effectuum, nisi inquantum determinentur formis rerum naturalium: sed istæ paroxysmationes sunt determinati effectus. ergo non poterunt procedere a mensura, uel quãtitate humorum, nisi pro quanto illi humores determinantur per formas rerum naturalium: sed istæ formæ sunt specificæ. ergo ipsæ sunt causæ periodorum. maior autem est Auer. 3. cœli. com. 72. di. Causa non est causa alicuius propter suam quantitatem, nisi accidentaliter. quantitas enim non est terminata. causæ aũt agentes & patientes sunt terminatæ. ꝙ. s. non quælibet causa facit quodlibet causatũ. causæ aũt & causata sunt terminata ꝓp suas formas. Tertia. quilibet effectus finitus & terminatus hẽt cãm finitã & terminatã: sed paroxysmatio choleræ de tertio in tertiũ. phlegmatis quotidie est effectus determinatus & finitus. ergo hẽt cãm immediatam, determinatam & finitã. sed dispões membri mittentis & accipientis sunt uariabiles in infinitum. & similiter dispões humorum. ergo tales dispositiones manifestæ non sunt illius effectus cã immediata, & adæquata: sed præter illas nulla põt poni nisi occulta proprietas illorum humorum: quare ipsa erit illius periodicationis causa. maior est manifesta. & minor probatur: quia in infinitũ põt uirtus mẽbri debilitari: & in infinitum põt materia paucificari. Quarta. in feb. tertiana continua est periodicatio: sed ista non sequitur dispositiones particulę mittentis, aut recipientis. ergo aliquando est periodus & non illa cã. Et cum alia cã dari nõ possit præter proprietatem sequitur ꝙ periodicatio sequitur proprietatẽ humoris. maior est manifesta. & minor probat̃: quia in tali tertiana materia putrefit intra uenas: & ibi erat ante putredinem. non ergo fit transmisio de una parte in aliã. Quinta ratio, posibile est ĩ aliquo fieri duas tertianas interpolatas sic se habẽtes, ꝙ paroxysmi primæ, quæ incipit die lunæ sibiinuicem correspondent in hora inuasionis in intensione, duratione, & accidentibus. & similiter paroxysmi secundæ quę incipit die martis sibiinuicem correspondent in omnibus. non tamen paroxysmi secundæ correspondent paroxysmis primæ: immo sint multũ disimiles. sed hmõi causa non põt asignari nisi ponendo proprietatem occultam indiuidualem relictã in primo paroxysmo, quæ respicit materiã primæ tertianæ: & aliam ꝓprietatẽ relictã in primo paroxysmo secundæ tertianæ. quare sequitur ꝙ hmõi proprietates sunt causa periodorũ. Casus. n. est posibilis, & quotidie accidit. Sexta rõ. sequit̃ sanguinẽ posse periodicare quacunq; periodo, si non ponantur causæ periodorũ hmõi proprietates. nam põt sanguis ad aliã partẽ mitti, & ibi putrefieri. & postea ipso per putredinẽ consumpto, mitti aliam partem sanguinis ad eundem locum in tpe determinato & resolui. & sic deinceps fieri paroxysmos ex causis similibus, qui paroxysmi poterunt esse de tertio in tertium, de quarto in quartum, de quinto in quintum. & sic de singulis, ẽm ꝙ periodus sanguinis mittitur. & hoc ꝓp uarias dispositiones tam membri mittentis, quam accipientis. Quòd aũt sanguis posit mitti ẽm uarias, & diuersas periodos, declarat quotidiana experientia in fluxu hepatico, hæmorrhoidali, in fluxu sanguinis narium, & mẽstruali. si ergo hic sanguis putrefieret fierent diuersæ & distinctę periodi pro diuersitate tpis in quo mitteret̃. & ꝙ eodem fundamento posit probari quęcunq; humorem posse multis, & uarijs modis periodicare, si solũmodo periodicationes in dispõne membrorum mittentium, & suscipiẽtium resoluantur. Septima rõ. si non ponantur hmõi proprietates causæ periodorũ, sequitur ꝙ ultimus paroxysmus phlegmaticæ salubris deberet tardius redire post penultimũ quã tertianæ secundus, post primũ. probatur. quia posita paritate in fortitudine uirtutis, respectu utriusq; febrientis, tã ex parte mittentis, q̃ recipientis humor cholericus debet citius ad putredinẽ moueri: quia amplior, calidior, & subtilior, & magis stimulãs uirtutem q̃ phlegmaticus. consequens tamen est falsum: quia uidemus ꝙ phlegmaticus redit secunda die. sed cholericus tertia die. quod non prouenit, nisi ꝓp proprietatẽ motiuam choleræ de tertio in tertium. & proprietatem motiuam phlegmatis de die in diem siue quotidie. Vltimo arguitur ratione excellentisimi philosophi dñi Nicolai uarij. Quicunq; effectus reperitur in omnibus indiuiduis alicuius speciei, nisi in aliquo sit notabile accidentale impedimentũ, debet habere causam cõem omnibus illis indiuiduis. sed periodicatio de tertio in tertium est effectus cõmunis omnibus indiuiduis choleræ, nisi adsit in aliquo eorum aliquod impedimentum accidentale ualde notabile. ergo debet habere aliquã causam cõem oĩbus hmõi indiuiduis: sed nulla causa potest esse oĩbus his cõis, nisi sit de essentia speciei choleræ aut fluat ab ipsa: quare talis causa erit aut forma substantialis choleræ: aut proprietas insequens eam. Et confirmatur, quia eligere choleram est effectus cõmunis cuicunq; indiuiduo speciei reubarbari: nisi sit accidentaliter impeditum per antiquitatem, aut putredinem, & huic effectui correspõdet causa cõmunis scilicet proprietas specifica illius. Similiter attrahere ferrum est effectus communis cuicunque indiuiduo magnetis, nisi sit accidentaliter impeditum: utputa per inunctionem allij. & huic correspondet causa communis scilicet proprietas specifica illius. Similiter potest explicari in his in quibus est proprietas pasiua: sicut in ferro, & similibus. quare simile est in cholera & reliquis humoribus. & hæc ratio est efficacisima pro parte affirmatiua quæstionis.

Ad partem aũt negatiuam quæstionis: & pro opinione Hugonis arguitur rationibus infrascriptis: quarum ipse fuit inuẽtor probando ꝙ hmõi proprietates non sunt cã periodicationis. Quia aut istæ proprietates ponuntur in humore aut in mẽbris. sed nullo istorum modorum põt dici. quare &c. Et primo arguitur ꝙ non posint poni in humore: quia ista proprietas posita in humore: aut est uirtus agendi, aut patiendi talem motum. Si sit uirtus agendi: aut est uirtus quæ uno tpe intendit mouere, & non alio: aut est uirtus oĩbus alijs positis paribus semper similiter mouetur: tñ quia oportet inter unũ paroxysmum, & aliũ cholerã quæ debet moueri aliquo modo disponi ad hoc: ut sit apta moueri ad putredinẽ. & ista uirtus limitato gradu uelocitatis intendit agere: & agendo gradu illo in choleram remanentem nõ est cholera disposita, nisi in tertio die. In phlegmate aũt est alia proprietas per quam fit ista proportio uelocior: & accidit hoc mouendo & præparãdo phlegma: quod sit præparatũ in secunda die. & ideo cholera mouebitur de tertio in tertium. phlegma quotidie. proportionabiliter loquendo de melancholia mouebitur de quarto in quartum. & hoc modo dicemus quòd fit periodicatio ꝓp proprietatẽ: non ꝙ illa intendat plus uno tempore mouere, quàm alio. sed quia intendit certo gradu mouere. ad quod sequitur ꝙ in cholera est perfecta præparatio in tertia die: & in phlegmate in secunda: & in cholera nigra in die quarta. Alius modus nõ uidetur, quo proprietas actiua sit cã periodicationis: sed nullum istorũ potest dici. ergo opinio non põt stare. Et primo incipiamus a primo modo. probatur, ꝙ non sit posibile poni hmõi uirtutẽ actiuã in humore quæ moueat & intendat mouere in uno tempore: & non in alio. Nam dato isto sequũtur tria imposibilia. Primũ ꝙ non est uniuersaliter uerum: ꝙ cã quare motor non mouet, est, quia non hẽt sufficientẽ dispõnem ad mouendum: intelligẽdo per talem dispõnem sufficientem totum: quod requiritur ex parte dispositionis agẽtis, & pasi, & applicationis unius ad alterum. consequens falsum, quia cum ista ponuntur, oportet quòd agens aut agat, aut incipiat agere. Et est contra Auer. 8. physi. cõm. 6. consequentia tamen arguitur. quia in die quietis tertianæ etiam si omnia alia concurrant ad motum: tamen quia proprietas nõ intendit mouere, talis proprietas nõ mouet: nec incipit mouere, & tñ pro tunc nulla res deficit de requisitis ad mouendum, sicut nulla deficiet die sequenti, & cętera erunt paria. si igitur in secunda die nulla res deficit: nec in agente: nec in patiente: nec in applicatis: & tñ non mouet, sequitur ꝙ mouens non mouet: & tñ causa non mouendi nõ est: quia non habeat sufficientem dispositionem ad mouendũ. ꝙ si dicatur ꝙ deficiat intẽtio ad motũ: tunc oportet asignare causam: quia tũc deficit intentio, & non deficiet in sequẽti die: cũ oĩa sint paria nunc & in sequenti die. Secundo sequitur ꝙ ab agente mere naturali põt prouenire motus nouus absq; causa noua. consequens falsum: & ꝯ sententiã Arist. & Auer. in eodẽ cõmen. 8. physic. Nam ẽm Arist. si motor non mouet, nec incipit mouere: & post mouebit: tunc cum non mouet est in potẽtia: & qñ mouet erit in actu. sed hoc non potest esse absq; causa noua: aut in mouente, aut in moto, aut in remotione impedimenti:

dimenti:aut in appropinquatione unius ad alterum, propter
quæ fiat in actu ubi prius erat in potẽtia. ergo imposſibile eſt,
ꝙ ſit motus nouus poſt quietem abſq; noua cauſa illius motus.
Sed ꝙ hoc ſequatur ex poſitione patet.quia proprietate manẽ
te eadem,& alijs diſpoſitionibus ex parte agentis & patiẽtis:
& applicatione motoris ad mobile,& remotione impedimẽti
proprietas choleræ mouet in tertia: quia ita appetit, & non
mouet in ſecunda,quia non appetit etiam omnibus exiſtenti-
bus paribus motus. igitur ĩ tertia die erit de nouo,& nulla cã
motus erit noua.Quòd dicat ꝙ appetitus proprietatis erit cã
noua.patet ꝙ hic appetitus cum prius non eſſet eſt opportu-
num ꝙ producat. & ideo erit aliqua cã appetitus:qua oportet
eſſe de nouo:& producet in infinitum. aut dabit aliquid qđ ſit
de nouo abſq; cã noua. Tertio expoſitione ponente huiuſmo
di proprietates,ſequit ꝙ ſtat agens naturale eſſe in diſpoſitio-
ne in qua aptũ eſt mouere:& habeat quicquid ex parte ſui re-
quiritur ad motum. & paſſum eſſe in diſpoſitione in qua aptũ
eſt moueri,habens quicquid requiritur ad hoc ut moueat, &
deductum eſſe impedimentum:& agens ſufficienter eſſe appli
citum paſſo:& tamẽ mobile nõ moueri: nec incipere moueri.
Ponat enim ꝙ proprietas choleræ ſit motiua craſtina die,quæ
eſt in tertia: & non hodie quæ eſt in ſecunda:tunc cholera mo
uebit cras.& habebit omnia requiſita ad motum, & tñ nõ mo-
uebit hodie,cum tamẽ hodie habeat omnia quæ habebit cras.
quare ſequit concluſio,quæ repugnat Auer.cõ.8.octaui phyſi.
dicenti.Cum ergo utrunq; eorũ fuerit in diſpoſitione qua hoc
mouet:& hoc mouet,& fuerit propinquũ unum alteri:& non
fuerit illic impediens,neceſſe eſt ut hoc moueat, & hoc mo-
ueat. Quarto ex hac poſitione ſequit,ꝙ non oportet ſi aliquid
mouet qđ prius nõ mouebat, ꝙ auferat cauſa quietis: ut patet
ex dictis.Quinto ſequit ꝙ non eſt uerum, qđ dicit Cõment.in
fra in eodem cõ.8.ꝙ res naturales quæ natæ ſunt mouere, aut
moueri non mouent,& nõ mouent: niſi quia diminuta eſt di-
ſpoſitio,ꝑ quã hoc mouet,& hoc mouet:aut quia diſtant a ſe-
inuicem:aut quia eſt illic aliquod impedimentũ.Et ex his tan-
dem manifeſtũ eſt,ꝙ non põt dari proprietas in humore, uel
in membris,uel in aliquo naturali quæ habeat uirtutẽ mouen-
di uno tꝑe,& non alio ſi cætera ſint paria.Qua ꝓꝑ ex parte ta-
lis proprietatis actiuæ non põt prouenire periodicatio. & ꝑ
ſimiles rõnes probat ꝙ non põt dari uirtus paſsiua, quæ alijs
paribus faciat ꝙ humor ſit mobilis uno tꝑe,& nõ in alio. ſicut
in ferro non põt reperiri uirtus paſsiua inclinãs ipſum ad obe
diendum uirtuti attractiuæ magnetis.Et dicit Hugo ꝙ ſi bene
perſpiciat mens Gentilis ipſe uoluit hãc ſniam,quæ hic eſt im
pugnata.nã dicit ꝙ ſi cholera mouet in die ſecunda,uel quarta
ipſa non mouet ſm naturã ſuæ proprietatis:ſed hoc poteſt eſſe
ex alio accidẽte:quia hæc proprietas hoc non appetit. Poſtea
Hugo reprobat alios duos modos reſoluentes periodicationẽ
in hmõi ꝓprietates.Primus modus eſt ꝙ proprietas ſiue acti-
ua,ſiue paſsiua ꝓꝑ quã cholera mouet de tertio in tertium eſt
uirtus quæ alijs paribus ſemꝑ ſimiliter mouet. ſed proprietas
illa ꝓꝑ quã mouet cholera antequã ipſa cholera trãſeat in pu-
tredinẽ,aut in præparãdo eã,aut in generando eam, aut in re-
aggregando eã, poſt primũ paroxyſmũ habet limitatã ueloci
tatẽ quã intendit:aut in agendo,aut in patiẽdo ꝓꝑ quã accidit
ꝙ cholera non eſt præparata niſi in tertio die, & tunc mouet
ad putredinẽ.phlegma autẽ citius:ꝓꝑ ſuam proprietatem præ-
parat aliquo triũ modorũ dictorũ merito ſuæ proprietatis acti
uæ uel paſsiuæ hoc intendentis:ideo mouet ſecunda die:& ꝓ
portionabiliter dicit de melancholia. Secundus modus eſt ꝙ
iſtæ proprietates acquirunt in his temporibus in cholera in tẽ
pore medio inter primũ,& tertiũ diẽ:& non eſt acquiſita, niſi
in tertia.& in phlegmate eſt acquiſita in ſecunda.in melancho
lia in quarta.& cum ſunt acquiſitæ, tunc mouet materia ſiue
fuerit proprietatis actiuæ ſiue paſsiuæ. Sed hunc ſecũdũ mo-
dum dicit eſſe omnino uanum. nã oportet aſsignare cãm pe-
riodicæ acquiſitionis proprietatis,& illa erit cã periodicatio-
nis,de qua nihil habent ꝑ hunc modum dicere,niſi redeant ad
aliquẽ modũ de dictis.Quòd autẽ dicit Gẽtilis, ꝙ proprietas
acquirat in humore cum certis circunſtantijs.ſ. loci quantita-
tis,& uirtutis corporis,& non aliter:ſicut etiã medicinæ ſolu-
tiuæ acquirunt proprietatem non in quolibet membro,nec in
qualibet quantitate,non eſt ꝙ dicat talem proprietatẽ acqui-
ri,& acquiſitam eſſe ſolum quando incæpit humor moueri.nã
tunc oporteret ꝙ ipſe daret cauſam,quare in tertia die acqui-
ritur choleræ,& non phlegmati. Sed uult(exempli gratia)ꝙ
in tempore primi paroxyſmi tertianæ acquiritur, aut in cho-
lera,aut in membris proprietas quæ non habet mouere de ſe
ſecunda die,ſed in tertia.& hoc prius eſt improbatum. Præte
rea.Si moueretur cholera ſecunda die non eſſet contra incli-
nationem proprietatis: cum tunc non eſſet talis proprietas:
cuius oppoſitum dicit Gentilis.Primo ergo patet ex dictis ꝙ
hæc non eſt mens Gentilis:cum dicat hanc proprietatem non
appetere mouere die ſecunda.Hæc autẽ poſitio dicit ꝙ ſi alia
eſſent paria,ita moueret in ſecunda die,ſicut in tertia.Alia ue
ro poſitio ſupponit falſam ꝙ uirtutes naturaliter motiuæ ap-
petant mouere certa uelocitate non maiori. nam tunc ſine du
bio non ſequeretur ꝙ dato uacuo ſimpliciter poſitum in illo
moueretur in non tempore.contra Ariſt.4. phyſi. & Auer cõ.
71.& patet conſequentia:quia ſi uirtus grauis,aut leuis ſimpli
cis non appeteret niſi terminatam velocitatem, & non maio-
rem:tunc non oportet,ꝙ vbi non eſt reſiſtẽtia infinita veloci-
tate moueatur. Sequitur ſecundo ꝙ velocitas motus nõ ſequi
tur proportionem potentiæ ad reſiſtentiam ſecundum exceſ-
ſum.& ꝙ proportio velocitatis in motib.non eſt ſicut propor
tio proportionum.Et quòd mouens manens idẽ, & reſiſtentia
minor nõ eſt cã diuerſitatis velocitatis & tarditatis: & in ſum
ma doctrina Ariſt.de velocitate & tarditate motus ꝑiret.Ter
tio hoc dato ſequeretur ꝙ ab eadem proprietate illa cholera
citius mouebit ad putredinem,quæ eſt magis ꝓpinqua termi-
no diſpoſitionis prius poſitis cauſis ſufficientib.ad hunc motũ.
cum ergo contingat vnam choleram in duplo plus propinqua
re quàm aliam ſtabit facilius vnã moueri in duplo citius alia
ad paroxyſmandũ.& ſic in die ſecunda,& non in tertia. Quar
to ſequitur,ꝙ totalis cholera inuenta in corpore tempore pri
mi paroxyſmi,quæ non fuit mota ad putredinem in primo pa-
roxyſmo mouet in ſecundo,quia in tota acquirit hæc proprie
tas quæ hoc modo præparat:ut in tertio die moueat ad putre
dinem.ſed hoc eſt falſum,quia tunc nunquã tertiana, uel quar
tana de cholera uel melancholia naturali duraret ultra paro-
xyſmos duos, niſi ꝓꝑ nouæ materiæ regnerationem cum to-
ta materia reſidua in ſecundo paroxyſmo remoueat.Forte di
cit,ꝙ non tota materia reſidua eſt uniformis:nec æque uicina
illi diſpoſitioni:cum qua mouet ad putredinem: ſed aliqua ma
gis uicina, aliqua minus.ideo illa q̃ magis parata eſt citius mo
uebit:ut puta in ſecundo paroxyſmo.quæ uero minus, tardius
ut puta in tertio.Contra.ſequit ꝙ multoniens in talibus caſi-
bus non remaneret materia poſt primam,quæ mouet uel pau-
ciſsima:& ſic ſæpe poſt primum paroxyſmum nullus ſequeret:
& ſæpe ſecũdus eſſet minor primo:cuius oppoſitum notat ex-
perientia uſq; ad paroxyſm um ſtatus, & conſequentia patet,
quia ſæpe materia eſt unifo rmis,aut ſaltem non tantæ diuerſi-
tatis quin poſsit eſſe facta præparatio in tertio,aut quarto pa
roxyſmo, Et ſi dicatur diuerſitatem eſſe tantam ut non poſsit
eſſe facta præparatio,niſi in plurimis paroxyſmis, tunc ſequit
ꝙ ſecundum uarietatem difformitatis materiæ erit uarietas tẽ
poris motus, Et conſequẽter ꝙ hæc difformitas eſt cauſa per
iodicationis non proprietas, per quã continue fiet motus ſi-
milis alijs deductis. Verum, quia credo has duas opiniones a
ueritate declinare,& utriuſq; rationes contra alteram milita-
re,ſequar opinionem infraſcriptam: quæ ut mihi uidetur eſt
ueritati,& mentibus auctorum conformior,

Præmitto ergo primo ꝙ humori unicuique immo unicui-
que mixto ſunt a natura tributa aliqua ad ſui tutelam, conſer-
uationem: & ad reſiſtendum cauſis corrumpentibus.natura
enim ſicut dat eſſe:ita dat conſeruantia eſſe:hæc autem mix-
tis attributa ſunt forma ſubſtantialis, complexio, & proprie-
tas ſpecifica. Ex quibus infertur quòd proprietas ſpecifica
humoribus attributa non eſt ordinata ad motum humoris ex-
tra locum ſuum naturalem,neq; ad ipſorum putrefactionem:
ſicut nec complexio, nec forma ſua. Cuius tamen oppoſitum
Gentilis affirmat:cum dicat choleræ ineſſe proprietatem qua
mouetur ad periodicãdũ de tertio in tertiũ:& phlegmati pro
prietatem qua mouet quotidie: & melancholiæ de quarto in
quartũ, Ex quibus ſequit his humoribus eſſe datas proprieta
tes quibus moueantur ad putredinem:& extra locũ ſuum natu
ralem, Sequitur ſecundo formas ſubſtãtiales eorum ſimiliter
ordinari in ſui corruptionem,cum forma ſubſtantialis vtatur
proprietate

proprietate ſpecifica: & ſimiliter cõplexione tanquam inſtru-
mentis. Si ergo inſtrumenta quibus forma vtitur tendãt in hu
morũ corruptionem , videtur multo magis formã ſubſtantialẽ
eorum tendere in ipſorum corruptionem.cũ inſtrumenta illa
agant a forma directa:hoc autem eſt omnino abſurdũ . Et hoc
præmiſſo ſequitur quod proprietates ſpecificæ, ſicut & cõple-
xiones ſnut reſiſtẽtes periodicationibus humorum:cũ non poſ
ſint periodicare niſi moueantur ad putredinem , & extra locũ
ſuum naturalẽ:quorum vtrunq; prohibet forma ſubſtãtialis cũ
inſtrumentis ſuis intendens humorũ conſeruationem.Præmit
to ſecundo:quod uelocitas motus & actionis inſequiť propor
tionem agentis ad paſſum.7.phyſico,cõmen.35.vbi inquit Cõ
men.Velocitas propria unicuiq; motui ſequitur exceſſum po-
tentiæ motoris ſuper potẽtia moti . Nam proportiones velo-
citatum in motibus ſunt ſicut proportiones proportionum po
tentiarum ad ſuas reſiſtẽtias.& cõ.56.inquit. Velocitas motus
quam habet totum motum ad totũ motorem eſt ſecundum ex-
ceſſum proportionis potẽtiæ motoris ſuper potentiam moti .
Ex quo ſequitur quòd ſtante paritate ex parte agentis ille hu-
mor citius mouebit ad periodicandum,cuius reſiſtentia eſt mi
nor.Cum ergo ex quotidiana experientia manifeſtũ ſit , & de
intentione auctorũ ſuperius oſtenſum fuit ſanguinẽ facere fe-
brem continuã.phlegma quotidianam:cholerã tertianã:melã-
choliam quartanã:ſequitur quod ſtante paritate ex parte cauſa
rum mouentiũ ad putredinẽ: & aliorum paritate ſuppoſita ſan
guis cũ ſua forma,cõplexione,& proprietate minus reſiſtet cę
teris humoribus cauſis putrefacientibus,deinde phlegma,de-
inde cholera,deinde melancholia.& cõſequenter hi humores
ſecundum hunc ordinẽ reſiſtunt fortius vnus alteri cauſis mo-
uentibus ipſos ad periodicandũ.propter quod accidit ſecundũ
varias proportiones cauſarum mouentium ad horum humorũ
reſiſtentiam;ut ſecundum plurimum ſanguis faciat continuã ,
phlegma quotidianã, cholera tertianã,melancholia quartanã .
Dico notanter ſecundum plurimum:nõ enim eſt impoſsibile ,
immo quandoq; accidit propter varias diſpoſitiones membro
rũ,& humorum hos humeres,& quẽlibet eorũ poſſe quacũq;
periodo periodicare.Latitudo enim uirtutis mẽbrorũ eſt ual-
de magna,cum poſsit remitti ad non gradum.Similiter latitu-
do quantitatis humorum poſsit remitti ad non quantũ.Et cer-
tum eſt quòd debilitas eſt cauſa poſtpoſitionis paroxyſmorum
periodorum.prima quarti tractatu ſecundo de diffenretijs fe-
brium.Similiter multitudo humorum accelerat periodicatio-
nem:paucitas retardat,propter quod accidit choleram multã
quotidie producere paroxyſmos omnino conſimiles,vt nõ poſ
ſit affirmari duplicem eſſe tertianam:ſicut aliquando propter
multitudinem & propinquitatem ad cor facit cauſonẽ. Et ecõ
tra propter paucitatẽ cũ groſsitie de quarto in quartũ:& melã
choliam aliqãdo facere quintanam, & ſextanam . Et ſanguinẽ
febres periodicas ſecundum varias diſpoſitiones membrorũ
mittentium & recipientium:& ſic nõ ſolum accelerari,aut re-
tardare paroxyſmos cholericos intra latitudinẽ tertiæ diei. Et
ſimiliter de cæteris cauſis tam mouentibus quã reſiſtẽtibus in
cholera,& unoquoq; humorum poſſet exemplificari . Attamẽ
ut dictum fuit ſecundum plurimum ita eſt,quod ſecundum ua-
rias diſpoſitiones,& proportiones cauſarum mouentiũ ad hu-
mores reſiſtentes ſecũdum ſuas formas,complexiones , & pro
prietates fiunt paroxyſmationes,de quibus ſupra .

His præmiſsis ſit hæc prima concluſio . ad ſaluandum cauſas
determinatæ periodicationis eſt neceſſarium in vnoquoq; hu-
more ponere formam ſubſtantialem,complexionalem, & pro
prietatem ſpecificam reſiſtentem cauſis mouentibus ad perio-
dicationem,uel periodicandum . Iſtam concluſionem quantũ
ad primam partem probant octo rationes deductæ pro parte
Gentilis.Quantum ad ſecundam partem , ſcilicet quòd huiuſ-
modi cauſæ ſint reſiſtentes , & non actiuæ huiuſmodi periodi-
cationis:probat primum præmiſſum, necnõ rationes adductæ
pro parte Hugonis , Secunda cõcluſio.ſecundũ uarias propor
tiones mẽbrorum mouentium humores ad periodicandum ad
ipſorum reſiſtentias fiunt periodi determinatæ diuerſæ . Pro
declaratione huius concluſionis,& ſequẽtiũ eſt ſciendũ quòd
cauſæ mouentes ad periodicandũ ſunt uirtutes expulſiuæ mẽ-
brorum ſtimulatæ à præſentia humorum lædentium ſua multi-
tudine,aut malitia manifeſta,uel occulta propter quod mouẽ-
tur ad expellẽdum eos:aut de intra venas ad extra, ſicut in in-
terpolatis;aut de uenis maioribus ad minores , ſicut in conti-
nuis. Aliquando in cauſa ſunt uirtutes attractiuę membrorum
propter dolorem,aut ſuperfluam caliditatem in eis exiſtẽtem,
aut abſolutam, aut determinati modi,ſiue proprietatis.Et hoc
modo caliditas derelicta in membris exterioribus poſt primũ
paroxyſmum tertianæ eſt cauſa ut aggregeť noua cholera pro
ſequenti paroxyſmo:& nõ phlegma neq; alius humor. Aliquã
do in cauſa eſt diſpoſitio membri generantis materiã : ſiue ue-
re generet eam, ſicut hepar:ſiue membrum illud generet cor-
rumpendo unum humorẽ in alium,utputa ſanguinem in cho-
leram.uel melancholiam:& hoc modo membra alia præter he
par propter malam diſpoſitionẽ in eis exiſtentem generãt hu-
mores corrumpendo vnũ homorem in aliũ . Et ad has reduci-
tur acuitas ſenſus membri non tolerantis pręſentiam humoris
nocentis.Eſt enim cauſa ut acceleret paroxyſmus: ſicut ſenſus
eius obtuſio eſt cauſa tarditatis. Iſtæ ergo ſunt cauſæ ſe tenen-
tes ex parte membrorũ mouentes ad periodicationem media
te,uel immediate . Cauſæ autẽ principales ſe tenẽtes ex parte
humorũ ſunt reſiſtẽtia,ne humores moueanť extra locũ ſuum
naturalem:& ne putrefiant:& ſunt eorũ formæ, cõplexiones ,
& proprietates. Et ad has reduciť multitudo,& paucitas: groſ
ſities,& ſubtilitas:uiſcoſitas,& eius oppoſitũ:inter quas groſ-
ſities , paucitas , & uiſcoſitas ſunt cauſa tarditatis paroxyſmi .
Oppoſita accelerant eos .

Ex hoc notato & ſecundo præmiſſo faciliter deducitur cõ-
cluſio. Nã uniuerſaliter uelocitates & tarditates motuũ iuxta
ſecundũ præmiſſum inſequuntur proportiones cauſarũ mouẽ-
tium ad ſuas reſiſtẽtias:ſed periodi diuerſæ ſunt motus humo-
rum diuerſificati in uelocitate & tarditate aut eos inſequunť.
ergo periodi diuerſæ inſequuntur diuerſas proportiones cau-
ſarũ mouentium ad humorũ reſiſtentias.ſed cauſæ mouentes
iuxta notatũ immediate præcedens ſunt ipſa mẽbra ſecundum
uarias ipſorũ diſpoſitiones.igitur ſecũdũ uarias diſpoſitiones
mẽbrorum mouentiũ humores ad periodicandũ ad ipſorũ reſi
ſtentias fient periodi determinatæ.Correlariũ,propter mino-
rem proportionẽ mẽbrorum mouentium ad reſiſtentiam me-
lancholiæ quam ſit in alijs humoribus ſecundũ plurimũ tardi-
us periodicat : deinde cholera : omnibus velocius phlegma .
Sanguis autẽ poſtquam putrere incæpit facit continuã donec
finiat . Tertia concluſio ſecundũ uarias proportiones cauſarũ
extrinſecarum ad humores reſiſtentes,ſeu humorum reſiſtẽtiã
fiunt frequẽter periodi indeterminatæ.Hæc cõcluſio clara eſt,
tum ex quotidiana experientia,tũ quia cauſæ extrinſecæ mul-
to maiores recipiunt uarietates ſufficientes ad periodicandũ,
quàm mẽbrorum diſpoſitiones.Quapropter frequentius acci
dit ut ſecũdum earum proportiones ad humorum reſiſtentias
fiant periodi indeterminatæ quo ad diem, quã ẜm proportio-
nes diſpoſitionum membrorum ad humorũ reſiſtentias: & hic
loquor de periodo improprie ſumpta pro quocũq; reditu feb.
Quarta concluſio.experientia inuentum eſt ſanguinem ſecũ-
dum plurimum facere continuam concluſam:phlegma quoti-
dianam,choleram tertianam , melancholiã quartanam . Nam
omnis notitia medicinalis inuenta eſt ratione,aut experientia
ſecundo canone.cap.2.& primo meta. Cum autem huiuſmodi
non poſsint cognoſci uia ratiocinationis,opus eſt ut experiẽ-
tia inuentæ ſint:ſed minor eſt manifeſta:cum huiuſmodi perio
dicationũ principales cauſæ ſint occultæ.ſ. formæ huiuſmodi ,
complexiones,& prorietates:nec non proportiones mẽbro-
rum ad huiuſmodi reſiſtentias:quæ uia ratiocinij cognoſci nõ
poſſunt.Quinta concluſio.proprietates indiuiduales in mem-
bris ſunt quandoq; cauſa determinatarum periodorum. Hanc
concluſiouem probat quinta ratio ſupraſcripta facta pro parte
affirmatiua quæſtionis de duabus tertianis:quæ ſic ſe habent ꝙ
paroxyſmi primæ tertianę correſpondent ſibi inuicẽ. Et ſimili
ter paroxyſmi ſecundę ſibi inuicem in hora inuaſionis duratio
ne, intenſione,& modo terminationis:non aũt paroxyſmi ſe-
cundæ corrñdent paroxyſmi primæ:quod non eſt niſi propter
indiuidualem proprietatem in mẽbris,quæ ſunt minera putre-
dinis materiæ primæ tertianæ:quæ proprietas indiuidualis re-
ſpicit materiam primæ tertianæ, ſicut proprietas indiuidualis
materiæ ſecundæ tertianæ reſpicit materiã ſecundæ tertianæ .
Similiter iſtæ proprietates indiuiduales remanent in materijs
cholericis,quæ ſtãt ſub forma cauſæ antecedentis: quapropter
unaquæq; diſponitur pro ſequenti paroxyſmo ẜm exigentiam
proprie-

proprietatũ relictarum in primis paroxyſmis donec finiantur.
Contra primã concluſionem arguitur. Pro ſeruandis cauſis
periodicationis non eſt neceſſarium ponere proprietaté ſpe-
cificã.igitur &c.antecedens multipliciter probaẽ.primo, quia
oẽs effectus apparentes reduci poſſunt in complexionem, &
formam ſubſtantialem:nõ eſt autem bonũ multiplicare entia ſi
ne neceſsitate.Secundo,quia hmõi non eſt ſubſtantia,nec acci
dens,quare non eſt ponenda.ſed quod non ſit accidens arguiẽ:
quia tertio complexionum Gale.dicit eã naturã & vniuerſam
ſubſtantiam:cõplexionem uero ex quatuor elemẽtis: & Moy-
ſes in epl̃a de reg.ſani.forma ſpecifica eſt tota eſſentia.i.ſubſtã
tia:non ſimplex qualitas.Præterea.Quod nõ deſtruitur deſtru
ctis accidentibus eſt ſubſtantia: talis autẽ eſt forma ſpecifica;
eo quod mortuo tyro,adhuc in carne eius remanet forma plu
rium animalium peremptiua. Quod uero non ſit ſubſtantia ar
guitur.nam tertio animalium dicitur attractionem fieri pro-
prietate,& qualitate.Præterea. Quod ſequitur complexionẽ
eſt accidens:eo quod aduenit enti in actum:quod aũt ſic adue-
nit ſortitum eſt naturã accidentis:ſed forma ſpecifica poſt cõ-
plexionem aduenit penes Aui. Contra ſecundam concluſio-
nem arguitur,quòd nulla eſt aſsignanda determinata periodus
reſpectu alicuius humoris,immo quòd quilibet poteſt infini-
tis periodicare periodis.conſequens falſum: & conſequentia
probatur:quia proportio cauſarum mouentium ad humorum
reſiſtentiam poteſt in infinitũ uariari:cum poſsit uirtus in infi-
nitũ remitti. ſimiliter ſtante uirtute põt humoris reſiſtẽtia mi-
nui in infinitum per deperditionẽ quantitatis.Secundo,pona-
mus reſiſtentiam melancholiæ quæ ſtat ſub forma cauſę antece
dentis paulatim augeri per acquiſitionem groſsitiei,aut uiſco
ſitatis: donec in fine menſis ſit æquata potentiæ mouẽti ad pe-
riodicandum:& tunc ſequitur cum proportio potentiæ mouẽ
tis ad reſiſtentiã remittaẽ ad nõ gradũ: quod cõtinue tardius,
& tardius periodicabit. Cum ergo primus paroxyſmus fuerit
quartanus:ſecundus erit quintanus,tertius ſextanus:& ſic uſq;
ad finem menſis:immo quòd in infinitum tarde mouebitur ali-
qua pars huius melancholiæ ad periodicandum. conſequẽs fal
ſum.ergo &c.Et per ſimilia argumenta facile probari poſſet,
paroxyſmos continue velocitari ponẽdo reſiſtentiã paulatim
diminui: ut quia materia continue efficiaẽ ſubtilior cauſa mo-
uente,non uariata.aut ſimul creſcere & minui reſiſtẽtiã. Item
ſequitur quod frequenter quartanæ deberẽt in tribus,aut qua-
tuor paroxyſmis terminari niſi alia materia de nouo genere-
tur.conſequens contra experientiã.& conſequentia declaraẽ.
quia tanta eſt proportio mouentis ad reſiduum melãcholiæ in
ſecundo,tertio,aut quarto paroxyſmo:quanta ſit ad melancho
liam motam in primo,cum continue melancholia digerendo
procedat.Si ergo potuit mouere primam magis reſiſtentem:
multo magis poterit mouere reliquam in tribus paroxyſmis
ſequentibus.Nec poteſt dici quòd cauſa quare non moueatur
ſit etherogeneitas materię:quia frequenter accidit quòd mate
riæ non ſint tantum etherogeneæ:quin poſsint ad vniformita-
tem quandam reduci in tribus ſequentibus paroxyſmis per di
geſtionem.Item contra hanc cõcluſionem procedũt rationes
factæ ſuperius tam pro parte affirmatiua,quam pro parte nega
tiua.Contra tertiam concluſionem arguitur:non minores ua-
rietates recipiunt cauſæ intrinſecæ, ſcilicet mẽbrorum, & hu-
morũ diſpoſitiones quàm cauſæ extrinſecæ, ſcilicet ſe tenẽtes
ex parte ſex rerum nõ naturalium,& cauſarum extranearum.
ergo qua ratioue cauſæ extrinſecæ ſunt frequenter cauſę inde
terminatarum periodorum: eadem rõne & cauſæ intrinſecæ.
conſequentia tenet.& aſſumptum probatur:quia membrorum
& humorum diſpõnes ſunt uariabiles in infinitũ, ut fuit dedu-
ctum in rationibus contra ſecundam concluſionem. Contra
quartam concluſionem arguitur.ſequitur quòd cholera debe-
ret uelocius moueri ad periodicandum,quàm phlegma. conſe
quẽtia probatur:quia ſtante paritate ex parte cauſæ mouẽtis
cholera minus reſiſtit quàm phlegma.tum quia calidior, tum
quia ſubtilior,tum quia minus uiſcoſa & tandem quia magis
acuta plus ſtimulans expulſiuam.Præterea.Sequitur quod ſan
guis deberet tardius moueri quàm cholera. tũ quia uiſcoſior,
& groſsior, tum quia minus acutus, minus ſtimulans expul-
ſiuam,tum quia natura de eius conſeruatione eſt magis ſollici
ta.Vltimo contra ultimam concluſionem arguitur. ſi proprie-
tates indiuiduales eſſent cauſa periodicationis ſequereẽ unũ
genus febrium non poſſe in aliud permutari.conſequentia cõ
tra experientiam:cum uideamus ſanguineam in cholericam:
nec nõ phlegmaticas,& cholericas in quartanas permutari.cõ
ſequentia facile deduci poteſt.

Ad rationes ſuadentes contrarium determinationis noſtrę
reſpondeo.Ad primam negando aſſumptum: in formas enim
ſubſtãtiales nullus effectus reduci poteſt immediate cum ipſa
ſit ſubſtantia,cui nihil eſt contrarium.omnis enim actio eſt in
ter contraria.Neq; etiam in complexionem effectus apparen
tes reduci poſſunt,ſicut attractio ferri in complexionem ma-
gnetis,cum multa ſint ſimilia magneti in complexione quę nõ
attrahunt ferrum.& eo magis quia inuenitur magnes,quæ ẽm
unam extremitatem attrahit ferrũ, ſecundum aliam fugat ip-
ſum:quam diuerſitatem difficile eſt reducere in cõplexionẽ,
aut in proprietatem niſi forte indiuidualẽ. Item Meſue in de
conſolatione medicinarum.cap. primo. vult uirtutes medici-
narum ſoluentium eligendo eſſe proprietates ſpecificas:& in
propoſito noſtro quomodo cholera poterit tardius moueri,
ſeu periodicare quàm phlegma:cum habeat valde plures ma-
nifeſtas cauſas uelocitandi periodicationem, quàm phlegma:
ut patet conſideranti. Ad ſecundum dicendum: quòd aliqua
forma ſpecifica eſt ſubſtantia.ſ.illa,quæ dat eſſe rei:& per quã *Forma ſpecifica, quõ ſit accidẽs*
res eſt id quod eſt:aliqua eſt accidẽs,quę proprius dicitur pro
prietas ſpecifica:hæc autem eſt una ex potentiis formæ. pro-
pterea ineſt omnib⁹ indiuiduis unius ſpeciei:licet aliqua ad-
ueniat enti in actu ẽm exigentiam complexionis:aliter diffici
le eſſet ſaluare quomodo mortuo tyro in carnibus eius rema-
net proprietas plurium animalium interemptiua, quæ primo
erat.hic enim aperte concludit ipſam non eſſe formam ſubſtã
tialem,neq; eius potentiam.deſtrueretur enim corrupta for-
ma ſubſtãtiali eius.neq; eſt eius materia cũ ipſa de ſe nullius
ſit actiuitatis.quare relinquitur quod ſit accidens adueniens
compoſito.Et ex his patet ſolutio ad reliqua argumenta cõtra
hanc concluſionem:& quomodo auctores non ſunt contrarii:
quorum aliqui ponunt eſſe ſubſtantiam,aliqui accidẽs.Ad ar-
gumentum primum contra ſecundam concluſionem negetur,
ad quod deduciẽ: nec poteſt aliquis humor infinitis periodis
periodicare:& conſequenter negatur,quòd proprio cauſarũ
mouentium ad reſiſtentiam humorum ſufficiens ad periodica
tionem poſsit in infinitum uariari.nam licet poſsit humor di-
minui ad non quantum:non tñ quælibet parua quantitas erit
ſufficiens ad periodicandum.Ad ſecundum argumentum con
tra eandem concluſionem conceditur, ad quod deducitur.ſ.
quòd paroxyſmi continue retardabuntur:ſed negetur reliquũ
ad quod deducitur.ſ.quòd ſecundus erit quintanus,tertius ſex
tanus &c.fiet.n.poſtpoſitio paroxyſmorum intra latitudinem
quarti diei:ſed non fiet diuerſa periodicatio:& concediẽ ulte-
rius quòd in infinitum tarde mouebitur aliqua pas melancho
liæ.Ex quo tamen non ſequitur ꝙ paroxyſmus in infinitũ tar-
dabitur.Et conſimiliter ad confirmationem conceditur paro-
xyſmum poſſe continue anticipare.Ad tertiam rationẽ cõtra
eandem cõcluſionem negatur ad quod deducitur:neq; in cau-
ſa ſolum eſt etherogeneitas materię,immo multitudo eius.da
to.n. quòd tota materia eſt uniformis:non poteſt tñ uirtus ex
pulſiua totum unica uice mouere: magis enim reſiſtit multa
quàm pauca.Ad rationem contra tertiam concuſionem negeẽ
aſſumptum: immo dicitur ꝙ uarietates cauſarũ extrinſecarũ
ſufficientium ad periodicandum ſunt multo maiores, q̃ uarie
tates cauſarum intrinſecarum ſufficientium ad periodicandũ:
nec aliquæ extrinſecæ aut intrinſecæ ſufficientes ad periodicã
dum poſſunt in infinitum uariari uarietatibus ſufficientibus,
facere diuerſas periodos ẽm diem.Ad rationem contra quar-
tam concluſionem rñdetur, ꝙ quantuncunq; cholera merito
qualitatum manifeſtarum ſit facilius mobilis ad periodicãdũ:
tamen ratione proprietatis ſpecificæ magis reſiſtit quã phleg-
ma.Ad ẽm contra eandem concluſionem dicitur quod ſanguis
ratione qualitatum tam manifeſtarum,q̃ occultarum eſt para-
tiſsimus inter omnes ad putrefactionem,pręcipue cum putre
factio incæperit in aliqua parte eius:licet non ſit paratior ad
motum extra locum proprium,propterea facit continuam &
non periodicam. Nec obſtat ꝙ natura ſit de eo magis ſollici-
ta:inchoante nanq; putrefactione in aliqua parte facile pro-
cedit ad reliquas. Ad rationem contra ultimam cõcluſionem
negetur ad quod deducitur.nam quantumcũq; proprietas in-
diuidualis

diuidualis ex aliquo humore putrente derelicta ſit cauſa mot° ſimilis humoris ſtantis in venis ſub forma cauſæ antecedẽtis. tamen ſi ille humor verteretur in aliud genus humoris, periodicaret humor ex primo genitus ſm̃ exigentiam proprietatis ſpecificæ ſibi acquiſitæ ad intellectum ſupraſcriptum:& nõ ſm̃ exigentiã proprietatis indiuidualis ex primo humore putrẽte derelictæ.Rationes aũt ſuperius adductæ ꝓ opinione Gentilis nõ procedunt cõtra hanc determinationẽ:immo ſunt pro ea:& plures earũ probant concluſiones ſupraſcriptas. Similiter rationes adductæ pro opi.Hugonis non procedunt contra hanc determinationem:ſed ſolummodo probant ꝙ non datur forma ſpecifica,neq; ꝓprietas occulta ſpecifica,aut indiuidualis,actiua aut paſsiua,q̃ intendat mouere vno tp̃e,et non alio.

Ego autem nihil horum pono:ſed pono hm̃oi formas & ꝓprietates reſiſtentes his motibus.Et pono virtutes,& diſpoſitiones membrorum eſſe cãs mouentes hos humores ad periodicandum.Et ſm̃ uarias proportiones horum membrorũ mouentium ad humores,qui mouentur, fieri diuerſas periodos. Et hæc opinio conſonat omnibus doctoribus, & auctoribus ſcribentibus in hac materia:ſiue reſoluãt huiuſmodi motus in membrorum uarias diſpoſitiones,ſicut Gal.ſiue in humorum uarias diſpoſitiones ſicut Aui.Et aliqñ ipſe Gale. & reliqui auctores,& doctores.Quapropter vr̃ hæc opinio ueritati cõformior.Nã uero omnia conſonãt,falſo cito diſſonat verũ primo Ethicorũ.Et ſic Dei auxilio ẽ finis huius quęſtionis difficilis.

Sermo vniuerſalis de ſignis feb.put. Cap. II.

SIgnificant febres putredinis aduentus cauſarum antecedentium eas : & proprie quando non eſt in eis cauſa primitiua.

In capitulo præcedenti Auic.poſuit cauſas putredinis nec non cauſas diuerſitatis feb.putridarum.In hac parte iuxta rubricam ponit in generali ſigna feb.put.& habet hæc pars tres partes.In prima facit illud quod dictum eſt.In ſecunda ex omnibus ſignis & accidentibus collectis ponit generalem modũ ſignificandi eorum.tertio ponit cauſas quorundam accidentium.ſecũda ibi§Scias quod acceptio .§ in principio quarti. cap.ſequẽtis.tertia ibi §Horripilatio.§in principio ſexti cap. Prima iterum in duas.In prima ut dictum eſt:ponit ſigna feb. putri.in generali.In ſecunda ſigna quibus inter ſe diſtinguũt. ſecunda in principio ſequentis capituli in continuam.Hoc capitulũ primo habet duas partes.In prima ponit tredecim collectiones ſignorum,quæ patebunt diſcurrendo per textum.In ſecunda ponit duos canones.ſecunda ibi§Et ſcias.§in fine capituli.Prima collectio ſignorum eſt anteceſsio cauſarum febrium putridarum:ſiue illæ cauſæ ſint corporeæ, ſicut oppilationes,repletiones,cacochymię.ſiue fuerint incorporeę,ſicut cibus,& potus generatiui mali chymi , & reliquum regimen diſponens ad feb.putridas abſq; anteceſsione cauſæ primitiuę de proximo, quæ veriſimiliter potuit eſſe cauſa ephemeræ: ſicut exercitium forte & ſimilia.& hoc eſt ſignum ſatis efficax febris putridæ.Poſſet tñ exponi aduentus cauſarum antecedẽtium.i.corporearum diſtinctarum cõtra cauſas primitiuas: & proprie quando non eſt cauſa primitiua , quæ veriſimiltter ſit cauſa ephemeræ.

Quod ſi quis quæreret,utrum feb.putrida poſsit eſſe abſq; cauſa.Dicẽdum ꝙ poteſt eſſe abſq; cauſa primitiua,& antecedente:ſed non poteſt eſſe abſq; cauſa coniuncta.Contra: poſsibile eſt humorem putrentem educi ſimul cum uaporibus ſuis: & tamen remanere caliditatem fiẽtẽ in corde cum nõ ſubito corrumpatur.ergo &c. Reſpondetur quod ſicut non ſubito corrumpitur caliditas exiſtens in corde:ita humor putrẽs cũ uaporib.non ſubito educitur.unde ſi aliquid caliditatis in corde remanebit educto humore putrido cum ſuis uaporibus: illud eſt ita remiſſum ut non ſenſibiliter lædat operationes.Preterea.Dato quod ſenſibiliter læderet operationes non debet dici febris,cum ad eſſe febris requiratur caliditatem accẽſam eſſe in aliqua re quæ ſit in corde,ſiue ſit cordis ſubſtantia,quãtum ad hecticas,ſiue ſpiritus quantum ad ephemeras, ſiue humor aut vapor quantum ad humorales.Hoc tamẽ ſuperius in diffinitionis declaratiõe ſufficiẽter diſcuſſum fuit. aliter enim ſequeretur,quod cuicunq; febri eſſet coniuncta humoralis & ephemera cum in omni feb. ſit neceſſarium calefieri humores cordis,& ſpiritus,cũ ſit facilius hæc calefacere , quàm cordis ſubſtantiam.ſed licet in omni febre ſcalefiant:non tñ in omni febre habent caliditatem fixam.

Et pulſus,& anhelitus,cuius conſtrictio eſt velox,quoniã neceſsitas , ad mundificandum eſt vehemens ualde.

Secunda collectio ſignorum putridarum eſt uelox conſtrictio pulſus & anhelitus propter neceſsitatem uehementem mundificandi cor, & arterias a fumis & uaporibus putridis. Pro cuius declaratione eſt ſciendum, quòd ſignum hoc apud Gale.primo de differentijs febr.8.cap.eſt ualde proprium, cũ conueniat omni putridæ,& ſolum tali.Inquit.n.Proprium uero & inſeparabile generis earum quæ in humoribus accendũtur febrium eſt uelocitas ſyſtoles pulſus.Et cum anhelitus currat curſu pulſus,idem erit iudiciũ de ſyſtole anhelitus. Vnde ſuperius Auic.in capitulo de ſignis ephemerarũ quibus diſtinguuntur ab alijs febribus inquit.Et cum ambiguus ſit tibi pulſus & conſtrictio eius ſcias ex anhelitu. Sed ut tollantur inſtãtiæ, quæ contra hoc dictum Galeni fieri conſueuerunt, quem Auic.ſequitur eſt ſciendum,ſyſtolem ſiue conſtrictionem pulſus, & anhelitus eſſe proprium,& inſeparabile ſignum putridarum,& ꝙ conueniat omnibus,& ſolis putridis põt quadrupliciter intelligi.Primo ꝙ ſyſtoles ſit uelox reſpectu temperatæ ſyſtolis:& hoc modo non eſt proprium ſignum putridarum cum cõueniat plurimis ephemeris,& hecticis, in quibus multiplicãtur fumi plures,aut acutiores q̃ in corpore temperato: quare neceſſarium eſt propter eorum expulſionem ſyſtolem uelocitari in comparatione,ad ſyſtolẽ temperatam.Secundo, quòd ſyſtoles ſit uelox reſpectu ſyſtolis diſpoſitionis naturalis. & hoc modo etiam non eſt proprium ſignum febrium putridarum:cum pluribus hecticis & ephemeris conueniat ſyſtolem eſſe velociorẽ ſyſtole naturali ꝑꝑ fumos plures , & acutiores multiplicatos ex actione caliditatis febrilis , quàm tẽpore ſanitatis.Tertio.quòd ſit uelox reſpectu diaſtolis eiuſdẽ pulſus: & hoc modo eſt proprium ſignum putridarum,ut in pluribus. Nam ſm̃ plurimum in putridis eſt uelocior ſyſtoles,quàm diaſtoles:ꝑꝑ maiorem neceſsitatem mundificandi fumos , quàm euentandi.non.n.contingit oppoſitum niſi in febre uehementi : ſicut cauſon, aut ſibi ſimilis pendens a materia cholerica ſubtili,pauca,propinqua cordi,& in caſibus ſimilibus qui ſunt paucìſsimi.ſed in ephem.& hecti.ſm̃ plurimum eſt maior neceſsitas euentandi quàm mundificãdi:quia uapores in eis multiplicati ſunt pauci,& parum acuti.Et oppoſitum non accidit niſi in paucis caſibus:ſicut in corde tẽperato,aut humido ephemerante. Et quia apud medicos propoſitiones ueræ, ut in pluribus habẽtur pro uniuerſalibus:poſſemus dicere apud medicos hoc ſignum conuenire omnibus putridis,& ſolum talib°. Quarto modo poteſt dici ſyſtolem in putridis eſſe uelociorẽ quàm ſyſtoles in alijs febribus eſſe proprium ſignum putridarum:& hoc modo eſt uerum uniuerſaliter.Nam ſemper ſyſtoles putridarum eſt uelocior ſyſtole aliorum generum febriũ, aliorum paritate ſuppoſita ex parte corporum febrientium:& gradus intenſionis feb.in genere ſuo,cum fumi plures,& acutiores multiplicẽtur in feb.materialibus,quàm in immaterialibus.Et ſimiliter poſita paritate ex parte regiminis, & extrinſecus occurrentium.

Sed contra hanc determinationem inſtatur. Nam ſyſtoles arteriarum ordinatur in cordis euentationem:cum per eam impellatur aer frigidus in cor pro eius euentatione. Et econtra diaſtoles arteriarum in cordis mundificationẽ ordinatur: cum per eam recipiant arteriæ a corde fumos & aerem factũ inutilẽ.ergo ubi eſt maior neceſsitas mundificationis cordis: ſicut in putridis diaſtoles arteriarum debet eſſe uelocior. Et econtra.ubi eſt maior neceſsitas euẽtationis cordis, ſicut in ephe.& hecti.ſyſtoles arteriarum debet eſſe uelocior.Ad hoc reſpondetur ꝙ ſyſtoles arteriarum ordinatur in multos fines. eſt enim facta ad expellendum fumos malos , & uapores malos,& aerem calefactum extra poros:& ad expellendum ſpiritum uitalem in membra,& ad uenas ſpiritum uitalem, & ſanguinem arterialem:& ẽt ad impellendum aerem frigidum in cor:& ſic eſt ordinata in multos fines:non tamen æque principaliter.magis enim operatur pro cõmodo proprio, q̃ alieno: ita ꝙ ſuppoſito ꝙ neceſsitetur arteria mittere in cor aerẽ frigidum: & a ſe ex expellere fumos malos.Et ſint iſtę neceſsitates ad modum medicorum æquales , magis conabitur arteria pro expellendo fumum,quàm in expellendo aerem frigidum in

incor:& ſic ſyſtolabit uelocius ſuæ propriæ neceſsitati mundificãdi inſeruiens,quàm neceſsitati euentandi cordis: non obſtante ꝙ ad illam quodammodo ordinetur.ergo ad formam argumenti reſpondendo negetur conſequentia.licet .n. ſyſtoles arteriarum ordinetur in cordis euentationem:& diaſtoles in cordis mundificationem:non tñ ſequitur, ꝙ exiſtẽte in corde maiori neceſsitate mundificationis quàm euẽtationis: diaſtoles arteriarum debeat eſſe velocior quàm earum ſyſtoles, immo ſyſtoles arteriarum eſt uelocior quàm earum diaſtoles, propter maiorem neceſsitatem propriam mũdificandi,q̃ euẽtandi.Et ſimiliter ſequit̃,ꝙ ſyſtoles cordis debet eſſe uelocior quàm diaſtoles eius unoquoq; iſtorum membroum inſeruiente magis commodo proprio,quàm alieno.

Et eſt caliditas mordicatiua,non ſuauis,ſicut eſt caliditas ephemeræ febris.

Tertium ſignũ ꝙ caliditas putridæ febris eſt mordicatiua: non ſuauis ſicut caliditas ephe.Pro quo ſciendum quòd mordicatio caliditatis ex quatuor cauſis contingit.primo:quia intenſior. ſecundo:quia velocius imprimẽs.tertio:quia in ſubiecto magis denſo.quarto:quia ſiccitati cõiuncta.Ex quo ſequit̃ pp has quatuor cauſas caliditatem putridę eſſe mordaciorẽ,q̃ ephemeræ,& caliditatem hecticæ inter has mediam.

Et plurimum quidem febrium putredinis antecedit almeliletu.Et almeliletu quidem eſt diſpoſitio cui admiſcetur caliditas non perueniens ad hoc vt ſit febris.

Hic ponit̃ quarta maneries ſignorũ: vel collectio feb. put. & habet hæc pars quatuor partes. primo ponit quid nominis huius diſpoſitionis ſignificantis feb.putridam. ſecundo ponit quid re.tertio declarat quæ accidentia huic diſpoſitioni coniungantur.quarto ponit quando incipit feb.poſt hanc diſpoſitionem.ſecunda ibi§ Et almeliletu.§Tertia ibi § Et aſſociat̃. § Quarta ibi §Cum igitur accidit.§De prima parte dicit ꝙ diſpoſitio antecedens ſm plurimum febres putredinis eſt almeliletu,& à Raſi.decimoſeptimo continentis.cap.2. uocatur almelia,aut almelidia.In ſecunda parte deſcribens eam, dicit ꝙ almeliletu eſt diſpoſitio cui admiſcetur caliditas non perueniens ad hoc ut ſit feb.propter paucitatẽ læſionis.Ex quo textu aliqui eliciunt ꝙ almeliletu eſt quid aggregatum ex mala complexione,mala compoſitione, mala unitate cui admiſcet̃ caliditas non perueniens ad hoc, ut ſit febris ꝓpter paucitatẽ læſionis,ſed ſit ſolum neutralitas feb.inſenſibiliter lædens operationes. Alij autem aliter exponunt hunc paſſum,& melius, & conformius mentibus auctorum,quòd almeliletu eſt diſpoſitio cui admiſcetur caliditas nõ perueniẽs ad hoc, ut ſit febris ideſt in cuius quidditate includitur,ut non ſit febris, ſed neutralitas febris.i.caliditas præter nauram inſenſibiliter lædens operationes,& hæc eſt mens Raſis.19.continentis.cap.2. qui dixit eſſe ipſam febrem paruam,& quòd ãtecedit febrẽ. eſt. n. neutralitas decidentiæ in febrem,& quòd ſequitur febrem, quia eſt neutralitas conualeſcentiæ.Et ex his ſequitur omnem febrem incipientem poſt principia generationis, & ad ſalutẽ terminandam antecedit,& ſequitur almeliletu.

Sed cõtra.nam Aui.ſtatim dixit quòd plurimum febris putredinis antecedit almeliletu.ergo non ſemper almeliletu antecedit febrem.Ad hoc reſpondetur de intẽtione Gal. primo de criticis cap.6. quòd omnem febrem incipientem poſt principia generationis præcedit almeliletu, ſed aliquando febres ſunt ita cito incidentes ſicut peſtilentiales, ſynocha, homotena,aut epacmaſtica,cauſones,& ſimiles,ꝙ almeliletu propter breuitatem eius non percipitur. Similiter eſt aliquando ita remiſſa,ut non percipiatur ſicut quòd antecedit ephemeras ueras.Auic.itaq; intẽdit quòd almeliletu manifeſtũ, ſm plurimũ antecedit febrem,licet non ſemper.

Et aſſociatur ei laßitudo,& pigritia,& alices,& ſaltus, & commotio ſomni,& vigiliæ, & conſtrictio anhelitus, & tenſio venarum,& hypochõdriorum,& dolor capitis,& pulſatio capitis. Cum ergo prolongantur,facit cadere in febres putredinis,aut facit accidere debilitatem, & citrinitatem coloris,& quandoq; aſſociantur almeliletu antecedenti febres, multitudo ſuperfluitatis,& mucus, nauſea,& vrina plurima,& egeſtio plurima putrida,& grauitas capitis, & excitatio,& accidit frequentia in pulſu non à cauſa extrinſeca. immo ex labore,aut ira,aut alijs.

Hic ponit.16.accidentia quæ aſſociantur almeliletu. Primum eſt laſsitudo maxime extenſiua quæ eſt triſtis ſenſatio in muſculis cum tentatur motus accidẽs propter humores, aut vapores groſſos in ipſis,& de hac loquitur aphoriſmus ſecũdę particulæ.labores ſpontanei narrant morbos. Secundum eſt pigritia.i. ineptitudo & difficultas ad inchoandum, & continuandum motum propter laſsitudinem,& cauſam eius. Tertium alices.i. extenſio brachiorum propter uapores ſtimulãtes expulſiuam eorum.Quartum eſt ſaltus.i.motus membrorum quaſi ſubitus inordinatus propter humores uẽtoſatos in muſculis eorum.Quintum eſt commotio ſomni, & vigiliæ.i. permutatio ſomni,& vigiliæ a diſpoſitione naturali,quod poteſt eſſe,uel quia ſomnus eſt longior,aut profundior,aut uigiliæ permixtus non purus, & ſic uigilia ſit longior, acutior.i.a ſomno diſtantior.aut ſomno permixto ſm ueritatem diſpoſitionis humorum qui ſunt in almeliletu, & uaporum qui ab eis eleuantur.Et hic accipio uaporem ut eſt communis ad fumum,& uaporem proprie ſumptum. Sextum eſt conſtrictio anhelitus, & per hanc intellige etiam difficultatem eius, & quancunq; notabilem permutationem eius a differentijs, & diſpoſitionibus naturalibus ad differẽtias,& diſpoſitiones nõ naturales quæ ſequuntur repletionem partium pectoris, humorum uentoſitates,aut uaporum.

Septimum eſt extenſio uenarum, & hypochondriorum ex eadem cauſa.Octauum.dolor capitis,& pulſatio eius propter motum humorum,aut uaporum,aut uentoſitatem ad caput facientem ſm plurimum dolorem extenſiuum, aut pulſatiuum. Alia tamen litera dicit dolor hepatis,& pulſatio capitis,& pẽdent ab eiſdem cauſis,quarum quædam tendunt ad hepar,quędam ad caput.fit.n.dolor extenſiuus a repletione ſuperflua extendente,ſiue ſit humorum,vaporum,aut uẽtoſitatum. Dolor autem pulſatiuus a caliditate ſuperflua, quandoq; tamẽ dolor eſt grauatiuus,quando materia eſt in membro, ſicut in hepate non ſentiente per ſe,ſed per panniculum ſuſpendẽtem.Nonũ. quando almeliletu prolongatur facit ex non putridis cadere in febres putridas calore magis exaucto. Aut propter intenſionem,aut pp humidi exiccationẽ.Aut facit cadere in febres putridas, cum prius eſſet ſolum neutralis. non quidẽ propter intenſionem,aut crementum almeliletu ſm ſe,ſed pp paucitatem reſiſtentiæ uirtute debilitata,aut facit accidere debilitatẽ in uirtutibus naturalibus, digeſtiua præcipue, ſiue lædat eas ſenſibiliter,ſiue inſenſibiliter.Et hoc eſt decimum ſignum.Vndecimum.quia facit citrinitatem coloris permutando ſanguinem.uel faciendo generari ſanguinem non ita bonum, & cui cholera eſt permixta.

Duodecimum.qñq; aſſociatur almeliletu antecedentis febrem ac differentiam almeliletu ſequentis febrem multitudo ſuperfluitatis.& pro.i.mucus,& nauſea.i.humor repẽs ad ſtomachum nauſeare faciens,urina plurima, & egeſtio plurima putrida:quę omnia contingunt ꝓpter præſentiam malorũ humorum,& malam digeſtionem,pp quas multiplicantur ſuperfluitates aliquando in cerebro,& fit multitudo mucorum, & aliquando in ſtomacho fit nauſea, & forte uomitus, & multiplicatur urina pp debilitatẽ digeſtiuę hepatis,& egeſtio plurima fœtida pp multas ſuperfluitates reſeratas in prima digeſtione,cum cibus non bene tranſmutetur,& quia in almeliletu eſt caliditas præter naturam,licet non ſit febris additur fœtor in egeſtione. Poteſt ẽt eſſe qñ ante morbi initium aliquæ partes malorum humorum deriuantur ad inteſtina,quæ ibi recipientes aliquem modum putredinis augent quantitatem fecis,& fœtorem.& hoc habeatur pro uno ſigno ſumpto ab exiſtentibus. Decimum tertium eſt grauitas capitis eius, cauſa patet ex ſupraſcriptis. Decimumquartum eſt excitatio.i.diſpoſitio in facie ſimilis diſpoſitionis faciei hominis excitati à lõgo ſomno,in quo partes circa oculos ſunt ĩflatæ pp vapores illuc eleuatos, pp longũ ſomnũ nõ reſolutos.& iſta diſpoſitio eſt ſimilis cachexiæ eueniens pp defectum digeſtiuæ hepatis, per quem ſit nutrimentum valde vaporoſum. Decimumquintum eſt ꝙ accidit frequentia in pulſu,non a cauſa extrinſeca.ſ. forti,& inconſueta,immo ex labore, aut ira parua, & ſimilibus paruis cauſis conſuetis,ex quibus non conſueuit pulſus tẽ

pore

pore ſanitatis frequentari,& non eſt abſq; cauſa, cum almeliletu ſit caliditas præter naturam excedens caliditatem naturalem. Quidam tamen exponunt ly immo pro ſicut,ut ſit ſenſus ꝙ accidit frequentia in pulſu,non a cauſa primitiua, ſicut ira aut labores.& poteſt tolerari, quia cum ſit uirtus grauata, & neceſsitas aucta pulſus frequentatur.

Cum ergo accidit in eo coarctatio,tunc iã venit paroxyſmus,& coarctatio quidẽeſt ſubmerſio pulſus,& paruitas diuerſa,in quo accidunt pulſationes magnæ fortes, & non eſt velocitas eius fortis.

In iſta parte oſtendit quando poſt almeliletu initiat febris, & quæ ſint ſigna diſtinguentia initium feb.ab almeliletu,& dicit duo. Primum,ꝙ quando accidit coarctatio in pulſu, tũc iam uenit paroxyſmus. & hoc uerum eſt ſi feb. illa ſit putrida, non tamen continua concluſa, quia illa non habet excreſcentias,neq; paroxyſmos. Secundo deſcribens coarctationem pulſus ꝙ coarctatio eſt ſubmerſio pulſus, & paruitas diuerſi.i. paruitas cum diuerſitate.Et itaq; pulſus coarctatus, pulſus ſubmerſus,paruus,& diuerſus in quo accidũt pulſationes magnę, & fortes,& non eſt uelocitas eius fortis. Nã ut eſt apud Gal. in commento pulſuum.commento 14. aggrauata uirtute propter uehementem pugnam inter uirtutem, & morbum fiunt pulſus diuerſi,intra quos ſunt pulſationes aliquæ fortes, & magnæ.Et ſi uirtus ſit multum debilis per aggrauationem,percuſſiones fortes ſunt ualde paucæ.in uirtutibus autem diſſolutis ſemper procedit pulſus debilitando, niſi aliquando ageret ſm ultimum conatum.non autem eſt uelocitas fortis, quia nondũ additio multa facta eſt in calore.Gal.enim primo de differentijs feb.c.8.deſcribens pulſum coarctatum,quem ipſe appellat conſtrictum dixit quòd eſt paruus,& inæqualis, nihil plus addens in eius deſcriptione.Auic.tamen præter hęc addidit duo. primum quòd in ipſo accidunt pulſationes magnæ, & fortes. & ſecundum quòd uelocitas eius non eſt fortis.

Credo non fuiſſe intentionem Auic. hæc duo debere poni in decriptione pulſus coarctati.ſed uoluit hæc frequenter concomitari pulſum coarctatum.

Solet quæri utrum ſemper in principijs febrium putridarũ fiant pulſus ueloces. Et uidet̃ ꝙ ſic de intentione Gal.primo de differentijs febrium.cap.8.Et ratione arguit̃,cum ſit neceſſitas aucta reſpectu diſpoſitionis naturalis. In oppoſitũ eſt Auic.in cap.de phlegmatica.& Aue.4. colliget. Et Gal.2. de criſi.& de ſignis quartanæ. Præterea. In ſyncopali quandoq; ſunt pulſus parui,tardi,& rari. Pro ſolutione præmittendũ duplex eſſe principium.quoddã excluſiuum, quoddam incluſiuum febris. quid ſit utrunq; patet. Quo præmiſſo dicit̃ ad dubium de intentione Thomæ de Garbo ꝙ in principio excluſiuo febris ſunt aliqñ pulſus parui,tardi, & rari. Nã in hoc tempore cor multotiens, & alia membra interiora ſunt frigidiora quàm in diſpoſitione naturali ſicut in ſyncopali humoroſa,phlegmatica,& quartana. Sed in principio incluſiuo febr. pulſus ſemꝑ ſunt ueloces,niſi uirtus ſit aliunde debilitata præterquã merito febris, quia non obſtãte ꝙ uirtus ſit aggrauata à materia. tamen quia non eſt notabiliter debilitata poteſt uelocitare pulſum.

Ego autem credo etiam in principio incluſiuo febris poſſe pulſum eſſe tardiorem,quàm in diſpoſitione naturali. Nã contingit hominem ſyncopizari in principio tam uniuerſali,quã particulari febris.qua ꝑꝑ multum debilitata a uirtute non poterit ſatisfacere neceſsitati per uelocitatem.aſſumptum maninifeſtum eſt tam in ſyncopali minuta, quàm humoroſa in qua poteſt accidere ſyncopis etiam in primo paroxyſmo, & tamẽ hæc debilitas accidit ſolum merito febris,& materiæ eius.

Et confirmat̃,quia poteſt mori in hoc principio. Præterea contingit in principio incluſiuo cor eſſe frigidius quàm in diſpõne naturali uaporibus non putridis eleuatis a phlegmate uitreo ad cor exiſtentibus pluribus,quàm ſit putridi ſicut in epiala in qua interiora frigent. In hoc enim caſu,& ſimilibus cor eſt minus actu calidum, quàm in diſpoſitione naturali.

Nec poteſt dici ꝙ quando cor,& interiora ſunt frigidiora quàm in diſpoſitione naturali, tunc non eſt febris. ſic enim epiala nunquàm eſſet febris contra Auicen.& cæteros. Dictũ autem Gal.adductum in principio quæſtionis ſonans contrarium ueritatem habet in pluribus.

Sed diuerſitas in principio,& in augmento eſt ex proprietatibus ſignificantibus putredinem,quamuis non appareat in tertiana plurima apparitione propter leuitatem materiei.

Hic ponitur quinta collectio ſignorum, & eſt ꝙ diuerſitas pulſus in principio,& in augmento eſt de ſignis proprijs feb. putridæ,quamuis hæc diuerſitas non appareat in tertiana,quãtum in alijs febribus propter leuitatem materiei. Pro quo ſciendum ꝙ hæc diuerſitas eſt in principio propter ſuffocationem caloris,& in augmento propter non eſſe materiam uniformiter calefactam.ſed in tertiana pura ſit minor hæc diuerſitas,quia materia eſt læuis, ſubtilis parum aggrauãs uirtutem. & cum hoc cito uniformiter inflammabilis.

Et de ſignis quidem quòd febris ſit putrida, eſt euacuatio periodi primi,ſudoris, & humectationis. ephemera enim eſt econtrario illius,licet in initio ſit in tertiana propter leuitatẽ prædictam,vt ſit ſimilis ephemeræ.quæ tamen ephemera nõ permutatur ad putredinem.Et quando fuerit augmentũ eius non permixtum,non proportionatum,non ſimile.

Hæc eſt ſexta collectio ſignorum.In hac parte dicit duo indigentia expoſitione. Primum ꝙ de ſignis ꝙ feb.eſt putrida eſt euacuatio periodi primæ ſudoris,& humectationis ideſt ꝙ prima periodus putridæ terminatur ſine ſudore humectatiuo ſimili ſudori naturali, ut ſuperius dictum fuit in cap.de ſignis ephemer.licet in principio ita ſit in tertiana propter lenitatẽ prædictam,quia in tertiana.ſ.pura propter leuitatem,ſubtilitatem materiæ,& eius paucitatem accidit aliqñ ſudor ſimilis illi qui eſt in ephemera,ſaltem in paucitate,licet non in alijs conditionibus cum ſit magis acutus. Secundus modus exponẽdi hunc paſſum eſt, ꝙ de ſignis ꝙ febris eſt putrida, eſt euacuatio periodi primi ſudoris,& humectationis ideſt ꝙ prima periodus primę terminatur cum ſudore humectante copioſo, ꝙ aliqñ accidit ꝑꝑ multitudinẽ materiæ eius. Sed epheme.eſt ecõtrario eius,quia terminat̃ cum ſudore pauco ſimili ſudori naturali, & etiã aliqñ tertiana terminat̃ cum ſudore ſimili ſudori ephemeræ. In hoc enim ab alijs putridis aliqñ tertiana pura excipit̃.§Si tamen ephemera.§hoc eſt ſm indigens expoſitione,& intendit ꝙ hæc quæ dicta ſunt de ephem.uera ſunt,ſi ephemera non mutat̃ ad putredinem ideſt ad febrem putridam.Cuius non permutationis ſigna ſunt tria. Primum, qñ non fuerit eius augmentum permixtum ex diſpoſitione principij,quæ eſt caloris profundatio,& calore procedente intendendo in omnibus membris.nam quando ephemera permutatur ad putridam apparet primo caloris profundatio cum coarctatione pulſus,poſtea pulſus ſubleuatio,& caloris proceſſus, & intenſio per uniuerſum corpus. horũ ergo priuatio ſignificat ꝙ non permutatur ad putridam. Secundum ſignum non ꝑmutationis eſt qñ augmentum non fuerit non proportionatum ideſt fuerit proportionatum.Nam augmentum ephemeræ quæ non permutat̃ ad putridam uniformiter intendendo ꝓcedit.non enim fit diuerſitas ex parte etherogeneitatis materiæ.ſ.in partibus augmenti putridarum,in quibus aliqñ apparent ſtationes,& non fit uniformis intenſio caloris. Tertiũ ſignum, qñ augmentum non fuerit non ſimile principio ideſt fuerit ſimile principio. quia in epheme. quæ non permutatur ad putridam augmentum in calore ſimilat̃ principio.ſed quando permutat̃ multum diſsimilat̃ cum poſt calorem principij epheme.abſque pulſus coarctatione appareat poſtea caloris occultatio cũ pulſus coarctatione,& poſtea ſubleuatio pulſus, & caloris cum acuitate. Aliter poſſumus exponere ꝙ hæc tria ſigna ſunt ſigna permutationis ephemeræ in putridam.

Primum enim ſignum eſt, quia augmentum paroxyſmi eſt diſtinctum à principio,nõ autem eſt ſibi permixtum. Dicitur enim permixtum cum principio quando modus caloris principij,& augmenti parum differant.Vel dicitur permixtũ,quia ſubito aſcendit nullam faciens moram. Similiter augmentum putridæ eſt non proportionatum ideſt non ſeruans proportionem in partibus ſuis modo ſuperius expoſito. Et tertio augmentum non fuerit ſimile principio modo ſuperius expoſito.nam ſecũdum hanc ultimam expoſitionem duobus ultimis ſignis ly non ſemel additur,ſed in prima bis.

Et prolixitas augmenti iterum ſignificat quòd ipſa eſt putrida, & additio pulſus in magnitudine ſecundum proceſſionem

sionem significat augmentum.

Hic ponit septimam collectionem signorum, & duo dicit. Primum. ꝙ prolixitas augmenti significat ꝙ ipsa est putrida. nam augmentum ephemeræ non transit duas horas, ut dixit Aui. superius in. c. de signis ephemeræ in generali. & causa ibidem dicta est. Secundum ꝙ augmentum cognoscitur, & per additionem pulsus in magnitudine ẽm proportionem. s. arithmeticam. hoc enim verum est ẽm plurimum constante uirtute deductis accidentalibus impedimentis. Et quamuis aliquãdo contigat contrarium sicut in phlegmatica, & plerisq; alijs, in quibus non uniformiter pulsus magnificatur in augmento, hoc tñ uerum est ꝙ pulsus magis uniformiter magnificatur in toto augmento, q̃ in alijs temporibus. ut patet intuenti.

Amplius autem est interpolata incipiens, cum rigore, aut horripilatione, & dimittit secundum plurimum cum sudore, & humorositate, & resoluitur cum paroxysmis, aut est inseparabilis cum tepore.

Ponit octauam collectionem signorum dicẽs, quòd febris putrida differt ab ephemera, & hectica, quia si est interpolata incipit cum rigore, & horripilatione. supplete aut frigore, & dimittit ẽm plurimum cum sudore, aut humorositate. i. sudore multo, aut pauco, & resoluitur cũ paroxysmis. hæc autem tria simul non reperiũtur in ephemera, aut hectica. si autem sit putrida inseparabilis est ẽm plurimum cum tepore, id est remissione inter unam exacerbationem, & aliam. ẽm plurimum dico propter synocham, quæ est omnino sine tepore, & pp causonem quæ est sine tepore manifesto.

Et non est similis ephemeræ in vrina, & pulsu, & complemento mundificationis, & quiete accidentium.

Ponit nonam collectionem signorum dicens quòd differt putrida ab ephemera in urina, quia in ea est parũ permutata à dispositione naturali, sed in putrida magis.

Item in pulsu, quia in ephemera ẽm plurimum est magnus, uelox, & frequens absq; coarctatione, & diuersitate, & debilitate. sed in putrida est frequens, diuersus, debilis, coarctatus. in hectica uero est durus, paruus, manens ẽm habitudinẽ unã. Dẽ pulsu tñ dictum est quantum oportet in signis generalibus ephemerarum. Itẽ differt ab ephemera in complemento mundificationis. nam post paroxysmum ephemeræ subsequitur uera quies. non ita post paroxysmum putridę. Nam ẽm plurimũ uapores, & materia non integre resoluuntur. Item immediate post ephemeram accidentia sicut dolor capitis, & similia integre sedantur, non ita post paroxysmos putridæ, quia remanent uapores grossi, qui non ita resoluuntur.

Et plurimum quidem putridæ sunt accidentia plurima, ex siti, & dolore capitis, & nigredine linguæ, et proprie apud statum, & multiplicatur inquietudo ex angustia, et agitatione vehementi quam facit pugna materiei et virtutis. quandoq; enim eleuatur materia, et quãdoq; consurgit virtus. Et pulsus similiter quandoq; tendit ad magnitudinem, et fortitudinem, et quandoq; ad paruitatem, et debilitatem. et coarctationem.

Hic ponit decimam collectionem signorum, & est sumpta ex accidentibus. accidentia namq; sæua multiplicantur in putridis sicut est dolor capitis, nigredo linguæ, & proprie tẽpore status qñ. s. uapores, sunt magis acuti, & materia magis calefacta, & multiplicatur inquietudo ex angustia propter nocumentum oris stomachi, sequens raptum materiæ ad ipsum. Itẽ multiplicatur inquietudo ex agitatione uehementi sequente pugnã inter uirtutẽ, & materiã. Nã quãdoq; materia uincit. qñq; uirtus. & uirtute uincẽte pulsus magnificaẽ, & fortificatur. Et econtra uincente materia pulsus debilitatur, & paruificatur. huiusmodi autem accidentia non accidunt in ephemeris, neq; in hecticis.

Durities autem fit quandoq;, et non oportet semper vt sit, nisi sit cum feb. apostema durũ in quocunq; membro sit. Aut apostema im membro duro quamuis non sit durum. Aut iam acciderit potus aquæ frigidæ, aut aliquid aliud de illis quæ indurant pulsum, de illis q̃ dicuntur in libro pulsuum.

Hæc est undecima collectio signorum, & vult quòd pulsus durus non appropriẽ putridis, sed accidit propter cãs quas ponit. Et ponit eas Gal. secundo de differentijs feb. Non. n. accidit solum quãdo apostema durum est in aliquo membro, quodcunq; membrum sit illud, siue durum, siue molle. Aut quãdo apostema est in membro duro, quamuis apostema non sit durum, sed sequitur aliquando potum aquæ frigidæ, aut aliam causam de illis quæ dicuntur in libris pulsuum. Sunt enim præter has plurimæ aliæ, inter quas est siccitas membrorũ sequẽs hecticam. propterea durities pulsus hecticis appropriatur. & in hoc differunt à putridis, & ephemeris.

Diuersitas autem in principio, et augmento est ex proprietatibus febris putridæ, et de significationibus eius fortibus, quamuis non appareat in tertiana secundum plurimum propter leuitatem materiei, et dum non fit pulsus fortis, et nõ sit velox velocitate prædicta, tunc febris adhuc est ephemera, et non permutatur ad putredinem.

Hæc est duodecima collectio signorum. & dicit primo ꝙ diuersitas pulsus in principio, & in augmento sequens uarium modum se habendi caloris quo ad principium, & augmentũ particulare, necnon uarium modum se habẽdi materiæ penes digestionem, & cruditatem quo ad principium, & augmentum uniuersale est de signis ,pprijs putridarum, per quę distinguuntur ab ephemeris, & hecticis. In principio enim particulari pulsus etiam coarctatus propter caloris suffocationẽ sub materia, & in augmento dilatatur cum calor expanditur. Similiter cęteris paribus materia existẽte cruda sicut est in principio uniuersali pulsus, nõ ita dilatatur, & expanditur sicut in augmento materia existente manifeste digesta, tanta diuersitas non apparet in tertiana in principio, & in augmento quã ta in alijs pp materiæ subtilitatem. Aliter potest dici quòd diuersitas de qua hic loquiẽ est diuersitas caloris cũ calor principij magis diuersificatur a calore augmenti in putridis q̃ in ephemrris aut hecticis. Dicit secundo, & cum nõ fit pulsus fortis, & non sit velox uelocitate prædicta. s. magna, tunc feb. adhuc est ephemera & nõ permutatur in putridam. q. d. quòd quando fit fortis & uelox tunc permutatur ad putridam. Contra. in ephemera est uirtus fortior q̃ in putrida quæ facit pulsum fortem. igitur fortitudo non significat transitum in putridam. Quidam faciunt literam affirmatiuam. Et dum fit pulsus fortis, & non fit uelox &c. Alij dicunt quòd licet uirtus sit fortior in ephemera quàm in putrida, tñ quia non est ita necessitata non facit pulsum sic fortem. Nam naturales uirtutes necessitatem aliquam assumentes fortius operantur tertio interiorum. Aliter dicit quòd uirtus est uere fortior in ephemera quàm in putrida, attñ in putrida est apparenter fortior. nã magnitudo cum uelocitate facit ut pulsus appareat fortis, licet fortitudo uera non iudicetur per magnitudinẽ, & uelocitatem, sed per pulsationes fortes constantes, & perseuerãtes.

Et est urina in principio indigesta, aut parum digesta, & fortasse est acuta.

Hæc est decimatertia collectio signorum. & dicit ꝙ in principio putridarum est urina indigesta aut parum, idest occulte digesta. & fortasse est acuta, aut mordax, & acuti odoris. Hic nota primo, ꝙ principium nõ excludit occulta signa digestionis. Nota secundo, quòd licet aliqñ in principijs putridarum appareant manifesta signa digestionis, sicut qñ febris incipit a materia digesta aut quando hypostasis non deciditur a materia faciente febrem, tamen secundũ plurimum in principijs putridarum est urina indigesta. Et econtra in ephemeris ẽm plurimũ apparet digesta, & paucæ tincturæ, & mordacitatis.

Et scias quòd à febribus acutis interficiẽtibus raro fit euasio, nisi cum contractione membri.

In præsenti parte Auic. ponit duos canones. quorum primus est iste quòd a febribus acutis. i. uelocis terminationis interficientibus in quibus apparent signa mortalia, raro fit euasio nisi cum contractione membri. i. cum impedimẽto motus alicuius membri, siue illud impedimentum sit contractio, quæ est spasmus, siue impedimentum alterius generis. Causa dicti, quia apparentibus signis mortalibus utputa sumptis ex multitude materiæ, aut malignitate, & inobedientia materiæ cum debilitate uirtutis, si debet sequi euacuatio, oportet ẽm plurimum, ut materia critice permutetur ad aliquod membrũ. non enim

enim eſt uirtus ſufficiẽs criſi perfecta ipſam euacuare, quæ materia deriuata ad illud membrum facit apoſtema malignum ſui multitudine, aut malitia, quod erit cã impedimenti motus illius membri. Apoſtemata.n. & vlcera critica ſunt ſm plurimum ualde maligna, & difficilis curationis. quarta quarti. tracta, tertio. Et hoc uidi in domino Malateſta de ceſena, & in pleriſq; alijs. Dixit autem raro. quia ex conditionibus indiuidualib⁹ aliquando mirabiles procedunt effectus inopinati, aliquando ad bonum aliqñ ad malum. Vnde fit aliquando ut nulla præcedente digeſtione fiat criſis perfectę euacuationis. hãc autem ſententiam accepit Aui. ex Hippo. ſecundo prognoſticorum ſuper illo uerbo, ut ſi labor. & illa ſm translationẽ arabicam, exituræ autem quæ in pedibus.

Et quando alleuiatur febris poſt quietem apoſtematis in pleureſi, & ſimilibus, tunc ſcias quod de materia remanſit aliquid, & quòd materia declinat ad locum vbi apparet dolor.

Hic ponit ſecundum canonem. & eſt ſenſus ꝙ quando alleuiatur febris poſt quietẽ apoſtematis ſicut in pleureſi, & ſimilibus apoſtematibus intrinſecis in quibus fit ſedatio febris, & doloris per reſolutionem materiæ; non tñ integra, eſt ſignũ quòd remanſit aliquid de materia ſub forma cauſæ antecedentis. & ꝙ materia illa declinat ad locũ ubi apparet dolor. Propterea uidemus aliquando apoſtemata intrinſeca poſt eorum ſedationem diu prolongari. & ſimiliter febres ipſa ſequentes, quod ṗuenit aut quia materia q̃ remanſit eſt groſſa, inepta reſolutioni, aut quia materia antecedens tranſit in coniunctam. Aliter poteſt exponi ꝙ quando alleuiatur febris poſt quietem apoſtematis, *ſicut in pleureſi, & ſimilibus* apoſtematis intrinſecis, & dolor fit in aliqua alia parte. ſcias ꝙ de materia remãſit aliquid, quia non fuit in totũ reſoluta. ſed pars eius eſt permutata ad locum, vbi apparet dolor.

Signa febris inſeparabilis. Cap. III

IN continua eſt diuerſitas pulſus, quæ eſt ſecundum febrẽ apparens valde, & eſt in plurimo eius non habens ordinẽ, neque pondus.

Poſtquàm Aui. in præcedenti capitulo poſuit ſigna febriũ putridarũ in generali. hic magis in ſpeciali ponit ſigna quibus abinuicem diſtinguuntur. & primo ponit ſigna febris continuæ, quibus ab interpolata diſtinguitur. In ſecunda parte ibi§ Febris quæ eſt.§ ponit ſigna quibus cholericæ, ſanguineæ, phelgmaticæ, & melãcholicę ab inuicem diſtinguuntur. Primam diuido in quatuor ſm quatuor ſigna. primum eſt diuerſitas pulſus quæ eſt merito febris ualde manifeſta in continua. & dixit merito febris ad differentiam diuerſitatum, quæ ex cauſis accidentalibus contingere poſſũt, quę ſunt communes tam febribus continuis, quàm interpolatis. Vel dixit merito febris ad differentiam diuerſitatum merito typi. hæ .n. manifeſtiores ſunt in interpolatis qnàm in cõtinuis. Et eſt in plurimo eius non habens ordinem. eſt.n. inordinatus in diuerſitate ſua. & hæc omnia fiunt quia uirtus magis grauatur, & læditur in continuis quàm in interpolatis. Nec pondus. Pro quo nota quòd pondus accipitur dupliciter. aliquando pro pondere muſico in quo notantur conſonantiæ muſicales. Aliquando accipitur pro portione pulſus ad diſpoſitionem habentis eũ, & taliter ſumitur hic. Pro quo ſciendum eſt quòd quidam pulſus eſt boni põderis, & eſt proportionatus diſpoſitionibus naturalibus habentis eum complexioni, ętati, ſexui. Quidam eſt mali ponderis. & eſt triplex. quidam dicitur mutatus. i. parum diſtans à diſpoſitione habẽtis eũ, ſicut cũ iuuenis haberet pulſum pueri. Aliter dicit̃ ſeparatus ſicut ſi puer hẽret pulſum ſenis. Tertius eſt egrediens a pondere, ut ſi quis' haberet pulſum qui non aſſimulatur pulſui alicuius ætatis. Et ſicut exemplificatum eſt in ætate, ita poteſt exemplificari in ſexu, & cõplexione. Et multa egreſſio pulſus à pondere magnam in diſpoſitionibus arguit mutationem. hæc autem magna mutatio magis eſt apta fieri in continuis, quàm in interpolatis. Põdus autem apud Raſim decimoſexto continentis, ſecundo capitulo, dicitur trutina.

Et perſeuerat febris, & non ſeparatur poſt uigintiquatuor horas.

Hoc eſt ſecundum ſignum quòd quando perſeuerat feb. & durat ultra. 24. horas eſt ſignum quòd non eſt tertiana pura interpolata cuius paroxyſmus non trãſit. 12. horas, nec quotidiana interpolata quæ durat. 17, vel. 18. ad plus horis, nec quartana quæ non tranſit. 24. horas. quapropter iudicatur quòd non ſit interpolata. hoc autem iudicium habet veritatem ſm plurimum, ſed non ſemper. durat enim paroxyſmus tertianæ nothæ qñq; .30. horis.

Et non aſſociant ei quod diximus de diſpoſitionibus eradicalibus ex anteceſſione rigoris, & alijs.

Hoc eſt tertium ſignum in quo dicit ꝙ non aſſociatur ei. i. continuæ de diſpoſitionibus eradicalibus quas diximus ex anteceſſione rigoris, & terminatione cum ſudore, & ſimilibus. Incipiunt enim continuæ ſecundum plurimum ſine typo, & non terminantur cum ſudore. Interpolatę autem incipiunt cũ typo fere ſemper, & frequenter terminantur cum ſudore.

Et de illis quæ ſigngificant eam eſt eius aſſiduitas, & uehementia diuerſitatis diſpoſitionis eius apud augmẽtum, minuitur enim quandoque, & augetur uice alia.

Hoc eſt quartum ſignum. & intendit ꝙ aſſiduitas, & uehementia diuerſitatis eius tempore augmenti ſignificat eam. Nã tempore augmenti quandoq; minuitur, qñq; augetur calor febrilis, ſed in interpolatis magis uniformiter augetur, & intenditur uſq; ad ſtatum cum in continuis materia ſit magis difformis, & uirtus minus potens ad inflammandum materiam uniformiter, cum qñq; ſuperet quãdoq; ſuperetur ita quòd ly aſſiduitas, & uehementia debent exponi cum ly diuerſitatis, & non debent ponĩ duo ſigna diſtincta. ſic .n. ſequeretur ꝙ idẽ eſſet ſignum, & ſignificatum.

De rebus in quibus differunt feberes putredinis, & in quibus communicant. Cap. IIII.

FEbris quæ eſt propter putredinẽ choleræ motus eſt tertianus, ſiue ſit motus principij paroxyſmi, aut principij uehementiæ. niſi ſpecies eius quæ dicitur aduſta cuius motus eſt occultus ualde. & eſt ſicut inſeparabilis concluſa. Et tertiana quidem pura eſt acuta propter ſubtilitatem materiei. & eius caliditas eſt magna, mordicatiua propter fortitudinem choleræ. ſed eſt ſalutifera, propterea quòd cholera eſt læuis ſuper natutam, & quoniam ipſa facit quietem. Tertiana uero nõ pura eſt lõgioris ſpatij, quàm pura. & pura quidẽ raro pertranſit ſeptem periodos, niſi ab errore. cõtinua quandoq; conſumitur in hebdomada.

In hoc capitulo ponit ſigna generalia quibus abinuicẽ differunt febres putredinis ſm prima generalia, & quibus adinuicem conueniunt. Et habet tres partes. primo ponit ſigna quibus adinuicem differunt. ſecundo ſigna quibus adinuicem conueniunt. tertio ponit canones. ſecũda ibi§ Et quartana quidem.§ tertia ibi§ Et ſcias.§ Prima iterum in quatuor. primo ponit ſigna cholericarum. ſecundo ſanguinearum. tertio phlegmaticarum. quarto melancholicarum. ſecunda ibi§ Et illa§ tertia ibi § Phlegmatica.§ quarta ibi§ Quartana autẽ.§ De prima parte dicit ꝙ febris pendentis a putridine choleræ motus eſt tertianus, ſiue ſit motus principij paroxyſmi quo ad interpolatas, ſiue principij uehemẽtię quo ad cõtinuas, niſi ſpecies quę dicitur aduſta. i. cauſon cuius motus eſt occultus ualde. & eſt ſicut inſeparabilis concluſa. Ex qna parte elicimus feb. cholericas eſſe tres. ſ. tertianam interpolatam, tertianã continuã, & cauſonem. Secundo elicimus, quòd omnes habent motum de tertio in tertium. uerum duæ primæ manifeſtum, ſed tertia. ſ. cauſon occultum. ideo dixit quòd eſt ſicut continua concluſa, licet non ſit uere concluſa ſicut ſanguinea cui non eſt aliquis motus ſm proportionẽ ad aliquẽ diẽ manifeſtus, aut occultus.

Tres ſpecies febr. cholericarum.

Secundo dicit quòd tertiana pura eſt acuta. i. uelocis terminationis. non enim tranſit ſeptem periodos. hoc autem eſt ratione ſubtilitatis materiæ cum paucitate. eius autem caliditas eſt magna mordicatiua propter acuitatem choleræ puræ. nam cholera pura inter omnes humores non aduſtos eſt caliditas eſt magna mordicatiua propter acuitatem choleræ puræ. nam cholera pura inter omnes humores non aduſtos eſt calidiſſima, & ſiccitati coniuncta, eſt tamen ſalubris, quia cholera pura non aggrauat uirtutem cum ſit ſubtilis, & pauca. & ſecũdo qm̃ cadit quies inter paroxyſmos. Tertio dicit ꝙ tertiana non pura eſt longioris ſpatij q̃ pura, & hoc propter multitudinẽ, & groſſitiem choleræ non puræ. nam pura raro ṗtranſit. 7. periodos

periodos nisi sit ab errore.& est aphoris.57.quartæ particulæ. Tertiana uero in.7.periodis iudicatur longissima, continua autem consumitur in hebdomada. Nam quod interpolata facit in periodo, continua facit in die, ut est apud Gal. cōmento aphorismi allegati. Causon citius terminaẽ quàm continua cum sit sæuiorum accidentium, quę natura nequit diu tolerare unde aliquando terminatur in quarta. Contra.quia tertiana pura terminaẽ per euacuationem choleræ puræ quæ requirit ipsius digestionem per ingrossantia,& infrigidantia.Simus ergo in instanti in quo est ad medium per digestionẽ reducta.

Et arguiẽ sic.possibile est immo de facto frequenter contingit ꝙ aliqua cholera nō pura nō facta digestione in ipsa sit cũ pura digesta æqualis grossitiei. ergo sequiẽ ꝙ magis est parata expulsioni,quã ipsa pura in sui principio fuerit. ergo sequiẽ ꝙ procedẽte digestione in utraq; a sui principio citius expelleẽ maxime supposita paritate ex parte quãtitatis utriusq; non puræ quã puræ,& sic tertiana non pura breuior erit ipsa pura. Nec obstat ipsa ꝓprietas quæ per digestionẽ acquiriẽ,quia ita deest in sui principio choleræ puræ, ex quo nondum digestio processit sicut choleræ non puræ. Verum pro auctoritate Auic.quod diciẽ intelligitur,ut in pluribus,sicut & aliæ ꝓpositiones medicinales.nã non semꝑ, immo raro reperiẽ cholera non pura æque grossa,immo frequenter est grossior q̃ debet, quã per distinctionem oportet subtiliari. Adde adhuc ꝙ maior est multitudo non puræ quã puræ. etiã pars puræ ꝑ resolutionem terminaẽ,& multo maior quã non puræ, quia est magis subtilis. Et si insteẽ ꝙ phlegmatica, & sanguinea sit minus grauis quã tertiana pura auctoritate Gal.secundo pronosticorum.commẽto.46.Intelligiẽ illud dictũ merito acuitatis materię,nō autẽ merito subtilitatis,& facilitatis resolutionis.

Et illa quæ est ex putredine sanguinis est cōtinua inseparabilis.& eius calor est plurimus communis cũ lenitate nō cum mordicatione choleræ, & quandoque peruenit ad statum in quatuor diebus.

Notificat sanguineã dicẽs ꝙ est continua inseparabilis conclusa. Secũdo dicit ꝙ calor eius est plurimus quantitatiue pp multitudinẽ uaporũ,non autem intensiue.& est communis propter eandem causam.nam multitudo uaporum facit, ut calor toti communicetur notabilirer.& est cũ lenitate non mordicatione choleræ,quia caliditas sanguinis est cōiuncta humiditati. Tertio dicit ꝙ qñq; peruenit ad statũ in quarta die in qua critice terminaẽ fluxu sanguinis narium,aut alio modo,licet raro uisa sit crisis quartæ diei.scdã quarti.& tertio de crisi.

Phlegmatica autẽ accessionẽ faciẽs omni die,est lenis caliditatis, per comparationẽ ad cholericã. lōga propter viscositatem materiei,& frigus eius, & multitudinem eius. & est magni timoris, quoniã habet paruũ spatium interpolationis, & quietis,& quoniã ipsa associatur corruptioni,et debilitati in ore stomachi,quæ non excusatur.& illud est de illis,quæ attrahunt accidentia mala ex syncopi & pulsu cordis, & casu, appetitus.

Hic ponit res appropriatas phlegmaticæ interpolatæ.secũdo cōtinuæ.secunda ibi§Et ꝙ de ea.§In prima parte dicit tria. primum ꝙ phlegmatica paroxysmans omni die est remissæ caliditatis per cōparationẽ ad cholericã. ẽm ꝙ est longa tam ẽm paroxysmos quã ẽm totam eius cōsistentiam pp uiscositatem, frigiditatem,& multitudinẽ materiæ phlegmaticæ. tertium ꝙ est magni timoris pp paucitatem interpolationis quietis. Cũ hoc enim ꝙ non habet nisi sex aut septem horas interpolationis & quietis.illa tñ non est uera quies: sed est neutralitas febris.& etiã cum ipsa coniungiẽ debilitas & corruptio oris stomachi,quæ non excusaẽ idest quæ quasi de necessitate secũ cōiungiẽ.Et hæc corruptio & debilitas oris stomachi est de illis quæ interdũ ꝑducũt ad accidentia mala,sicut est syncopis, pulsus cordis,& casus appetitus. Nota primo ꝙ cum appetitus approprieẽ ori stomachi, ꝑ corruptionẽ debemus intelligere corruptionẽ appetitus eius:quia appetunt res non conueniẽtes speciei humanæ.& ꝑ debilitatẽ,diminutionẽ eius, aut ablationẽ.hæc autem fiunt pp multiplicationem phlegmatis in eo. Est enim stomachus minera phlegmatis:& plurimum ꝙ in eo multiplicatur est phlegma:ut est apud Auic. decimatertia tertij.Cum autem adest febris phlegmatica multo magis multiplicaẽ.& sic magis lædit:sicut febres cholericæ lædunt hepar pp chystim fellis,& melancholicæ splenem:ut dicit Rasis.16. &.17.continentis. Et ex his nocumentis stomachi sequunẽ accidentia mala de quibus supra.s. syncopis, pulsus cordis, & tremor eius.& non differunt nisi ẽm magis & minus.Est enim tremor cordis cum maiori debilitate.qua pp pulsationes non fiunt magnæ sicut ĩ pulsu cordis:sed cũ maiori diuersitate. Est ergo pulsus cordis uia in tremorẽ,& tremor in syncopĩ.nã ori stomachi facile cōpatiẽ pp sensibilitatem,& propinquitatem.

Et quæ de ea est inseparabilis,est res magis similis hecticæ, si non esset lenitas pulsus, quãuis quandoq; fiat durus etiam, & quãtum est minus pura est minoris,& breuioris paroxysmi nisi declinet cũ paruitate suæ puritatis ad melancholiam.

In parte præsenti ponit duo quæ approprianẽ phlegmaticę cōtinuæ. Primũ ꝙ assimilaẽ hecticæ multum. sed distinguiẽ ab ea:quia in latica pulsus est mollis: in hectica durus: quamuis quandoq; in latica pulsus reperiaẽ durus pp alias causas indurantes pulsum,quæ dictæ sunt superius. Secundo ꝙ quãto est minus pura est breuioris paroxysmi:& similiter est breuior quo ad totam consistentiam nisi cum paucitate puritatis suæ declinet ad melancholiã. Circa primum notandum ꝙ latica similatur hecticę in modo caloris:quia non est acutus & mordax neq; multus sicut calor cholericarum,& sanguinearũ secundo in continuitate,tertio in corporis extenuitate pp nocumentum stomachi. Notandum secundo ꝙ sicut in latica reperiẽ aliquãdo pulsus durus pp alias causas:ita in hectica aliquando reperiẽ pulsus mollis sicut in ea quæ sequiẽ empyema. qua propter hoc signum sumptum à mollitie, & duritie nō est efficax.sed inuestiganda sunt alia signa distinctiua ex proprijs ipsarum capitulis colligenda. Ratio secundi dicti est. quia si phlegmati admisceaẽ sanguis,uel cholera phlegma calefit, & subtiliaẽ:& sic digeriẽ,& paraẽ expulsioni Si uero misceaẽ ei melancholia ingrossaẽ,& fit ineptum expulsioni. nam melancholia addit uiscositati phlegmatis grossitiem terream. Cōtra tamen hanc determinationem sunt instantiæ plurimæ. Nã quãdoq; cholera mixta cũ phlegmate est causa ut faciat phlegma in porositatibus magis imbibi, & profundari:qua propter fiat ineptius expulsioni.sufficit tamen ꝙ secundum plurimum ita est sicut dicit Aui.

Quartana autẽ est non acuta propter frigus materiei, longa propter illud,& fortasse extenditur quæ de ea pura est anno vno.& nō pura est breuioris spatij,verũ in ea nō est timor quoniam quietem facit in spatio lōgo,& quoniam ipsa non est talis acuitatis,quam sequãtur accidentia vehementia.

Res quæ appropriantur quartanæ interpolatæ & continuæ est.primo quia non acuta est idest nō est acuti caloris propter frigiditatem materiæ: licet calor eius sit acutior quàm calor phlegmaticæ cum sit coniunctus siccitati. Existimandũ tamen est illam quæ pendet à putredine melãcholiæ,genitæ per adustionem choleræ esse acutiorẽ aliqua certa cholerica. Aliter est non acuta idest non uelocis motus. secundo est longa propter frigus & grossitiem materiæ. Et licet aliqua melancholia adusta sit calida facit tamen febrem longã propter grossitiem terream. Tenendum tamen est quartanam pendentẽ à melancholia naturali esse cæteris longiorem.nam quæ pendent à melãcholia adusta sunt breuiores: cũ materia per adustionem calefiat.Et licet melancholia genita per adustionem melancholiæ naturalis forte sit grossior: citius tamẽ perducit ad cineritium,quod amplius non potest facere febrem.Melancholia autem genita per congelationem forte est grossior & frigidior:sed raro facit febrem, & si facit est secundum plurimum de genere quintanæ & sextanæ. similiter melancholia mixta cum alijs humoribus facit quartanam breuiorem, nam quæ pura est durat per annum, & non pura est breuioris spatij iuxta textum. Contra. quia posset fieri non pura per phlegma quòd inuiscat melancholiam & prohibet eius resolutionem. Respondetur primo quòd phlegma non prohibet eius resolutionem:immo mouẽdo à fixione terrea, & ducẽdo ad aqueam præparat ad resolutionẽ.Ex toto enim genere melãcholia difficilius resoluitur phlegmate. Tertio dicit quòd

non eſt timoroſa:tum propter quietem lõgam inter paroxyſmos,& quia non eſt tantæ acuitatis ut faciat accidentia uehementia.quartana autem continua eſt timoroſa ex cauſis contrarijs.

Et quartana quidem,& tertiana aſſidua, & interpolata conſumuntur per vomitum,& ſolutionem ventris, aut ſudorem,aut prouocationem vrinæ.Incenſiua autem conſumitur per huiuſmodi,& per fluxum ſanguinis narium.

Hic ponit quædam in quibus communicant, & dicit quòd quartana,& tertiana continua, & interpolata terminãtur per uomitum,ſolutionem uentris, ſudorem, aut prouocationem urinæ.Incenſiua autem ideſt cauſon terminatur per huiuſmodi,& fluxum ſanguinis narium.Et quamuis quartana, & tertiana poſsint fluxu ſanguinis narium terminari: de his tamen nõ fecit mentionem:cum hoc rarius contingat. Sæpius enim accidit cauſonem fluxu ſanguinis narium terminari, cum cholera exiſtens in uenis magnis circa cor ſit multum ſanguini admixta.non ita eſt de melancholia,nec de cholera faciente tertianam.Poſſumus etiam per incenſiuam intelligere ſynochã, quæ fluxu ſanguinis ſępe terminatur.& quandoque uomitu, ſolutione uentris,ſudore,& per uias urinæ.Nam quòd ſudore terminetur teſtatur Ariſto.ſecundo de partibus animalium illo cap.habitum autem utique eſt.Quod autem per uomitum, fluxum uẽtris,& urinam teſtatur Aui.13.16.17.tertij:& Gal. 7.therapeuticæ. De phlegmatica non fecit mẽtionem. Sed certum eſt ipſam terminari uomitu,ſolutione uentris,ſudore, & urinæ prouocatione.Frequenter tamen accidit phlegmaticam paulatim cõſumi abſque notabili euacuatione manifeſta ſicut etiam contingit de quartana.

Et ſcias quòd principium prolongatur in tertiana,& ſtatus in concluſa,& declinatio in incenſiua,& ſtatus,& declinatio in continua,& ſtatus,& declinatio in quotidiana, quãuis raro inueniatur quartana continua,et quotidiana integræ eradicationis.

Hic ponit duos canones.ſecunda ibi{Et febres.} prima in duas.nam primo ponit cano.ſecundo remouet dubium.ſecunda ibi{Quamuis.} De prima dicit quòd prolognatur principium in tertiana,ſtatus in concluſa,declinatio in incenſiua.ſtatus,& declinatio in quotidiana.In ſecunda parte remouet dubium.quia enim ſuperins in hoc capitulo diuiſerat febrẽ cholericam in contiuuam,& interpolatam,& ſimiliter phlegmaticam,non autem melancholicam.potuiſſet aliquis quærere,nõ ſic diuiſit melancholicam,ſicut phlegmaticam,& cholericam. Tacite reſpondet.quia raro reperitur quartana continua, & quotidiana integræ eradicationis. Et ſi inſtetur. ergo à ſimili non debebat diuidere phlegmaticã in continuam, & interpolatam poſtquàm raro integre eradicatur. Reſpondeo ꝙ licet phlegmatica interpolata raro integre eradicetur,tamen in tempore intermedio non eſt febris,ſed cum hoc etiam pendet à materia putrente extra uenas. Contra.materia melãcholica difficilus expellitur extra uenas, quàm alij humores propter groſsitiem,& frigiditatem ſuam, ratione quarum eſt tardi motus.ergo frequentius deberet putrere ad intra uenas quàm reliqui humores. Reſpondetur quòd ſicut melancholia tardius mouetur extra uenas, quàm alij humores, ita tardius putrefit propter cauſas ſupraſcriptas, & proprietatẽ ſuã reſiſtẽtem putrefactioni,licet ergo uirtus expulſiua membrorũ,nõ poſſet expellere melãcholiam ita cito ſicut expellit choleram,aut phlegma,ut puta in ſecunda,aut tertia die, nõ tamẽ obſtat quin poſsit expelli longiori tempore ut puta in quarto die.nam æqualis potentia poteſt inducere eundem effectum in paſſum magis reſiſtens in longo tempore,quem poteſt inducere in minus reſiſtens in paruo tempore, præcipue cum melancholia det inducias ſuæ putrefactionis uſque ad quartũ diẽ.

Circa primam partem huius canonis cadit dubium non paruum, quod ut dicit Gentilis difficultat multos medicos. (Duplex eſt tẽpus febris.) utrũ principiũ prolongetin tertiana,ſtatus in concluſa, & declinatio in quotidiana. Pro intellectu tituli quæſtionis eſt intelligendum quòd duplex eſt tempus febris particulare, & uniuerſale.Etiam uniuerſale eſt duplex, quoddam diſtinctum penes materiam,quoddam penes accidentia,aut morbi eſſentiam. quid utrunq; iſtorum ſit, eſt ex ſupraſcriptis manifeſtũ.

Sciendum ſecundo quòd principium ſimiliter,& quodcũq; aliud tempus prolongari,poteſt intelligi dupliciter. Vno modo quòd comparetur principium, & quodcunque aliud tempus ad alia tempora eiuſdem morbi. ſecundo modo quòd cõparetur principium unius febris ad principia aliarum febriũ, de quibus hic ſit mẽtio,& ſimiliter ſtatus unius ſtatui alterius, & ſic de alijs.& hæc cõparatio poteſt eſſe dupliciter.uno modo abſolute,ut uerbi gratia.an principium tertianę ſit longius principio aliarũ febrium. Alio modo reſpectiue an principiũ tertianæ ſit longius in comparatione ad ſua tẽpora quàm quotidianæ principium in comparatione ad ſua, & ſic de alijs.

Arguitur primo quòd principium non prolongetur in tertiana in comparatione ad ſua tempora. nã humor cholericus eſt cito accẽſibilis uelut ignis in lignis ſiccis, ſecũdo de differẽtijs febrium. iõ cito ad augmentum, & ſtatum deueniet.Si enim principium tertianę comparetur ad principium phlegmaticæ abſolute manifeſtum eſt ipſum eſſe breue. Si ergo reſpectiue manifeſtum eſt ex fundamẽto prioris rationis ipſum etiam non prolongari in comparatione ad principium phlegmaticæ.Quod autem ſtatus non prolongetur in concluſa manifeſtum eſt, tã de concluſa epacmaſtica, quã paracmaſtica in quibus abbreuiatur in comparatione ad alia ſua tempora, & ad ſtatus aliarum febrium,ſiue fiat comparatio aliarum febriũ abſoluta,ſiue reſpectiua. Quod autem declinatio non prolongetur in continua ideſt in cauſone. Nam ſecundum plurimum criſi terminatur cum incipit in ſtatu, & finit in declinatione ſecundum plurimum in die naturali,& ſic declinatio eſt breuiſsima. Quod autem ſtatus,& declinatio non prolongẽtur in quotidiana.arguitur, quia Auice. in capitulo proprio. longior partium phlegmaticæ eſt augmẽtum. Amplius tertio de criſi.cap.3.ponit Gal. quòd quando febris eſt longi ſtatus etiam eſt acuti motus. & quando eſt breuis ſtatus eſt tardi motus.ſecundum hoc igitur uidetur quòd ægritudo tardi motus non poſsit habere ſtatum longum.quia ſi haberet ſtatum lõgum eſſet uelocis,& acuti motus. Et quia reperitur alia litera,licet in paucis libris,quæ dicit. quòd ſtatus, & declinatio prolongetur in continua.Contra arguitur.quia continua non poteſt comparari niſi interpolatæ, ſed certum eſt interpolatã habere omnia ſua tempora longiora quàm continuam. unde 16.continentis. Continuum eſt breuius interpolato ſui generis. Huius dubij ſolutionem omiſsis longis ambagibus doctorum paucis perſtringam. (Cõtinuũ ẽ breuius interpolato ſui generis.) Opinio Gentilis quæ inter cæteras ueritati eſt ſatis conformis eſt hæc. Dicit primo quòd textus Auic.eſt acceptus à Raſi decimoſexto continentis cuius eſt hæc ſeries.Partes temporis febrium diuerſę ſunt.in tertiana prolixum eſt principium,in ſynocha ſtatus prolixus, in cauſone declinatio prolixa. ſed illa tria tempora prolixa erũt in quartana.ſecundo dicit quòd Auic.ſolũ loquitur hic de tribus temporibus,non autem de augmento, quia cõſuetudo eſt Auic.frequenter diuidere augmentum in duas partes, & primam partem coniungit principio,ſecundam ſtatui,ſicut ſupra fecit.4.cap.huius primæ fen.Et quæcũque dicit de principio, ſtatu,& declinatione uera ſunt comparando has ægritudines de quibus hic loquitur,tam in temporibus uniuerſalibus, quã particularibus.hoc modo in tertiana tam principium particulare paroxyſmi,quàm uniuerſale eſt longum, eam ad ſynochã homotenam comparando,in qua principium eſt ocultum, in concluſa homotena prolongatur ſtatus,reſpectu ſtatus tertianę,quia homotena eſt fere tota ſtatus. Sed diceres quòd poterat dicere ꝙ in tertiana declinatio eſt longa reſpectu homotenæ.Dicendum ꝙ uerum eſt,ſed non placuit ſibi omnia tempora comparare.In cauſone declinatio eſt longa reſpectu declinationis homotenæ,& etiam tertianæ continuæ, uel interpolatę,quia in cauſone in qua materia critice euacuatur remanet longiori tempore flamma circa ſpiritualia,quã in alijs cholericis,& etiã in ſanguinea homotena,& hoc ex intenſiori caliditate,quàm ſit caliditas tertianæ, aut homotenæ, qua propter non ita cito remittitur. Poſtea dicit quòd ſtatus, & declinatio prolongatur in quotidiana. Pro quo ſciendum ꝙ tempus prolixius in phlegmatica eſt augmentum,ut infra. Et cauſa eſt quia phlegma eſt humor difficile accenſibilis. Et ideo ſi ſermones Auice. fuiſſent de augmento diſtinctio ab alijs temporib.dixiſſet,augmentum prolongaẽ in phlegmatica ſed ſequendo Raſim non loquitur de eo hic, ſed partitur augmentum

mentum in duas partes. Vel aliter dicit, quòd placuit sibi tacere de ea cum notissimum sit augmentum quotidianæ esse longius alijs tẽporibus eius. Et placuit sibi dicere quòd in phlegmatica status, & declinatio sint prolixi respectu prĩcipij phlegmaticæ. Phlegma enim cum recipit calorem diu retinet, & de difficili declinat sicut à uiridi ligno semper est aliquid effumãs ut intelligit Gal. secundo de differentijs febrium. Si autem litera dicit status, & declinatio prolongatur in continua, oportet quòd comparet continuam interpolatæ. Si enim una cholera continua terminatur in septem diebus, & interpolata in tredecim status, & declinatio in continua magis prolongatur nõ absolute, sed proportionabiliter in comparatione ad principium, & augmentum eius, quàm interpolata, ut puta status, & declinatio occupauit quatuor dies in cõtinua, & principiũ, & augmentum tres. Sed in interpolata status, & declinatio occupauit septem dies, principium, & augmẽtum sex. Nunc certum est ꝙ maior est proportio quatuor ad tria, quàm septem ad sex, & ita dico de phlegmatica continua, & cæteris in comparatione ad suas interpolatas. Nam proportionabiliter status, & declinatio sunt longiores quàm principium, & augmẽtum, difficillima enim accidentia in continua multum tempus occupant, & flamma maior tardius recedit. maxime hæc uera sunt quando febris huiusmodi non cirtice terminatur. Si autem quæras, quæ tẽpora in his febribus absolute magis prolõgantur: Credo quòd in phlegmatica magis augmentum, & ita sentiunt auctores. In quartana credo quòd magis declinatio, in synocha homotena status, in epacmastica augmẽtum, in paracmastica declinatio, in tertiana continua status, in interpolata nunc unum tempus, nunc aliud. Et quæ hic dico maxime uera sunt de temporibus uniuersalibus distinctis penes accidẽtia. Breuiter pertranseo in hac materia, quia horum determinatio nec dictis auctorum, nec euidentibus rationibus concludi potest.

Et febres qnando non curantur secundum quòd oportet, & propric apostemosæ conuertuntur ad arefactionẽ, & proprie in febribus acutis in quibus oportet vt patientes eas cibentur, & non cibantur propter intentionem, vt perueniat natura supra materiam, aut oportet vt uidetur in potu aqua frigida, & non datur in potu propter intentionem vt non fiat cruda, & non succurritur cum extinctione alia, quoniam si fuerit alia intentio quàm dicturi sumus in cibatione, & dando in potu aquam frigidam, fortior duarum intentionum prædictarum præmittatur super eas ambas, & dimittatur obseruatio illarum duarum.

Hic ponit alium canonem dicens quòd febres, & proprie apostemosæ acutæ quando non curantur secũdum quòd oportet, ut puta exhibẽdo cibum, & dando in potu aquam frigidã, quia medicus timet ne per cibum exhibitum suggeratur materia febri, & natura diuertatur à pugna contra morbum. & per potum aquæ frigidæ ne materia ĩcrudetur, nec succuratur cum epithematibus, & alijs auxilijs exigentibus perducunt ægrum ad arefactionem, ad quam sequitur hectica, & fortasse spasmus de inanitione. Quando duæ intentiones scilicet de exhibendo cibum, & potũ aquæ frigidæ fuerint fortiores quã duæ oppositæ scilicet augmentum materiæ cum diuersione naturæ à pugna, & materiæ incrudatio, qua propter istæ duæ scilicet exhibitio cibi, & potus aque frigidę sunt supra alias duas præmittendæ. Et supple quòd quando aliæ duæ fuerint potiores prẹmittantur, nam propter exhibitionem cibi, & potus aquæ frigidæ materia multiplicatur, & incrudatur, & sic prolongatur ægritudo, & forte sequitur mors festina extincto calore naturali, & uirtute facta impotente ad materiæ expulsionem. In his igitur ambiguis præualent medici scientificij, & exercitati, & bonæ existimationis alios non tales. Et ideo bene dicit Gale. 7. therap. Exercitatum, & natura prudentem oportet esse medicum. In his autem casibus, & similibus non sunt oppositæ intentiones minus potentes negligendæ. & hæc nota sunt quarta primi. ultimo cap. Sed quid faciendum sit si huiusmodi indicationes contrariæ sunt æquipotentes Auic. non dicit. Sed ego credo potum aquæ hordei tepidæ esse conuenientem in hoc casu, & etiam ubi indicatio de non exhibendo aquam frigidam esset potentior sicut in febre apostemosa, tam ratione febr. quã ratione materię. Similiter credo in his casibus potius aliquid cibi esse exibendum subtilis alteratiui, sicut ptissana hordei subtilis, & maxime tempore nostro in quo homines pluri cibo sunt assueti quã tempore Hippo. in quo huiusmodi diætæ ualde tenues præcipiebantur.

De significationibus accidentium febrium. Cap. V.

SCias quòd acceptio significationum febrium est ex regimine antecedente, & quomodo fuit, & ex dispositionibus antecedentibus, & præsentibus, & regionibus, & tẽporibus, & ex ætate, & cõplexione, & ex pulsu, & vrina, et vomitu, & egestione, & fluxu sanguinis narium, & ex dispositione febris, in rigore, & sudore, et qualitate caliditatis, et ex paroxysmis, et ex dispositione appetitus, et siti: et ex dispositione anhelitus, et ex coniunctis sicut dolore capitis, et vigilijs, et alienatione, et inquietudine, et alijs.

Hoc capitulum intitulatur de signis accidentium febrium idest conditionum quæ accidunt febribus uerbi gratia utrum sint magnæ uel paruæ, utrum phlegmaticæ uel cholericæ, utrũ salubres uel mortales. Similes enim conditiones quæ accidũt feb. docet per propria signa cognoscere. Diuiditur hoc capitulum in duas partes. In prima parte ponit quædam genera signorum quæ debemus considerare pro cognoscendis febriũ dispositionibus. In secunda per huiusmodi signa docet significare super uarias febrium dispositiones. secunda ibi § Febribus enim adsunt. § In prima ponit. 19. collectiones rerum per quas significamus super febrium dispositionibus. Prima est regimen præcedens sex rerum non naturalium, & quomodo fuerit in particulari quantum ad ordinem, & mensuram earũ. non enim (exempli gratia) sufficit cognoscere quòd regimen præcedens fuit calidum uel frigidum, sed quantum ad calidũ aut frigidum declinauerit, & quæ in speciali fuerint res huiusmodi calefacientes aut infrigidantes. Secunda est sumpta ex dispositionibus antecedentibus idest quæ ante diu præcesserint, idest quas ægritudines, & dispositiones alias non ęgritudinales superiori tempore passus fuerit, & prę sentibus idest quas ægritudines, ut alias dispositiones ad præsens patitur prę ter febres. Tertia, nam secundum diuersitatem regionum, & ciuitatum, & locorum diuersificãtur febres, & in aliquibus magis cholericæ, in quibusdam magis phlegmaticæ, & in quibusdam longiores sicut in maritima senarũ, & ubi aeres sunt grossi, & in quibusdam breuiores sicut in regionibus calidis, aut subtilis aeris. Quarta est ex temporibus anni, æstas namque facit feb. cholericas breues, hyems phlegmaticas longas, autunnus frequenter melancholicas diu durantes. Ego enim uidi febres inchoantes in autunno diutius durantes quàm inchoantes in alijs temporibus. Debemus etiam considerare cõstitutiones temporum utrum pluuiales, uel siccæ, calidæ, uel frigidæ, nam in calidis, & siccis fiunt febres acutiores, in contrarijs minus acutæ, & longiores. Quinta est ætas. sexta cõplexio. septima pulsus. octaua urina, nona uomitus. decima egestio. Vndecima fluxus sanguinis nariũ, & per hunc alios fluxus sanguinis intelligamus. Duodecima ex rigore idest utrum feb. incipiat cum typo, & cum quo typo, uel incipiat absque typo. Decimatertia utrum sit cum sudore, uel absq;, & quali sudore. Decimaquarta est qualitas caliditatis utrũ mitis, uel mordax, uel multa. Decimaquita paroxysmi quo ad tempus inuasionis, & durationis. Decimasexta est dispositio appetitus. Decimaseptima est sitis. Decima octaua dispositio anhelitus. Decimanona sunt accidentia coniuncta aliter coniugata cum febrę sicut dolor capitis, uigiliæ, alienationes, inquietudo, & similia quæ, dicuntur cõiuncta cum feb. quia plurimum sequuntur feb. inquantum feb.

Sed contra. paroxysmi, & qualitas caliditatũ sequunt̃ feb. inquantum feb. ergo sunt ex coniunctis. Respondet̃ ꝙ non sequunt̃ feb. sed sunt ipsa feb. nã paroxysmus febris est febr. & caliditas ipsa mordax, aut acuitas est ipsa feb. Aliter dicit̃ ꝙ ly ex cõiunctis est quidã modus loquẽdi, ut sit sensus ꝙ prædictis signis hæc signa adduntur. Alij dicunt ꝙ hæc dicuntur coniuncta: quia non ita essentialia sicut priora, immo sunt accidentia uirtutis animalis nõ ita immediate sequẽtia dispõnes uirtutũ

naturalium, ſicut ſitis & fames: ideo remota videntur, & magis accidentalia febri. Aliter dicunt ꝙ quia ſtatim dixerat de ſiti & fame, quæ pertinent ad virtutes naturales: & de anhelitu qui eſt magis voluntarius quàm naturalis, addit has diſpoſitiones quæ ſunt coniunctæ cum illis tribus in hoc ꝙ ſunt diſpoſitiones animales. Tu ergo de iſtis collige. Sed hic nota ꝙ iſtæ res ex quibus ſignificamus ſuper diſpoſitiones febriũ poſſunt ad ordinem reduci: quia res huiuſmodi aut ſunt intrinſecæ aut ſunt extrinſecæ. Si extrinſecæ ſicut eſt regio, tẽpus, & regimen præteritum, & in ſumma res nõ naturales, & ſibi annexæ: & quædam res extraneæ, quæ nõ computantur inter res non naturales: omnes enim res extrinſecæ ad res non naturales aut extraneas reducuntur, ſicut ſunt percuſsiones & huiuſmodi. Si autem huiuſmodi res ſint intrinſecæ, aut ſunt res naturales: ſicut complexio, ætas, aut res præter naturam & ſic actio læſa, qualitas mutata, aut exiens mutatum: & prædicta omnia ad hæc reduci poſſunt: & quanuis ſomnus & vigilia de quibus hic agitur, poſsint computari inter res non naturales, eo quòd neceſſario corpori humano occurrentes poſſunt cõuenienter, & inconuenienter applicari: poſſunt tamen computari inter res naturales pro quanto ſunt operationes ingredientes conſtitutionem corporis humani: & poſſunt computari inter res præter naturam pro quãto poſſunt eſſe morbus, cauſa morbi, & accidens morbi: & ſic poſſunt computari inter res intrinſecas, & extrinſecas.

Febribus enim adſunt accidentia, ex quibus ſignificantur diſpoſitiones earum, de quibus ſunt accidentia ſignificantia magnitudinem earum, & ipſarum paruitatem, ſicut qualitas caliditatis, & quantitas ipſius. Et de ea eſt quæ eſt mordicatiua vehementer ex quo prius inuadet vſque ad finem ſuum. Et de ea eſt quæ mordicat in primis, deinde minuitur propter reſolutionem materiei, & lenitur. Et de eis ſunt quæ mordicant: & de eis ſunt quarum caliditas eſt humida: & de eis quarum caliditas eſt ſicca.

In parte præſenti ex huiuſmodi generibus ſignorum docet ſignificare ſuper varias febrium diſpoſitiones. Habet hæc nouem partes. In prima per ſigna docet cognoſcere an febris ſit magna, vel parua. In ſecunda ſpeciem febris. In tertia febris malitiam. In quarta digeſtionem vel oppoſitũ. In quinta promittit dicturum ſigna criſis. In ſexta promittit dicere ſigna ſalutis, vel mortis. In ſeptima docet cognoſcere diſpoſitionem virtutis, & membrorum, & humorum. In octaua tempora febrium. In nona redit ad docendum ſignificare febrium ſpecies. ſecunda ibi § Et ſunt accidentia. § tertia ibi § Et ſunt accidentia ſignificantia malitiam. § quarta ibi § Et accidentia ſignificantia digeſtionem. § quinta ibi § Et accidentia quæ ſignificãt criſim. § ſexta ibi § Et accidentia ſignificantia ſoſpitatem. § ſeptima ibi § Et formæ. § octaua ibi § Et accidẽtium febrium. § nona ibi § Et res ex quibus. § In prima parte dicit quòd febribus adſunt accidentia ſignificantia magnitudinem ipſarum & ipſarum paruitatem ſicut qualitas caliditatis, & quantitas ipſius. De ea enim eſt aliqua quæ mordicat tactum a principio cum ſibi occurrit, & continuat ſuam mordicationem cõtinue dum tactus perſeuerat ſuper infirmũ. Et aliqua eſt caliditas ſiue febris quæ mordicat ſolum primo occurſu: ſed perſeuerante manu minuitur mordicatio propter reſolutionem materiæ, & leniter quia apparet minus mordax in fine ſicut tertiana interpolata. tertio ſunt aliquæ febres quæ parum mordicant a principio cum occurrunt tactui: ſed poſtea in fine mordacitas intenditur, ſicut phlegmaticæ, quintanæ: & ſimiles pendentes a materia multa, & groſſa non facile reſolubili. ſecundo dicit ꝙ de febribus ſunt aliquæ quarum caliditas eſt humida ſicut caliditas ſanguineæ & phlegmaticæ. Et de eis ſunt quarum caliditas eſt ſicca ſicut caliditas hecticæ febrium, cholericarum, & melancholicarum. Notandum primo quòd per accidentia febrium intelligit quæcunque potentia ſignificare aliquas febrium diſpoſitiones. Notandum ſecundo ꝙ per qualitatem caliditatis intelligit mordicationem caliditatis. & per quantitatem caliditatis intelligit longam & extenſam actionẽ eius, vel horum oppoſita. Nam mordicatio fortis, item lõga, & extenſa actio caliditatis ſignificant febris magnitudinem: ſed parua mordicatio, & breuis & remiſſa eius actio ſignificãt paruitatem febris ſicut effectus ſignificat ſuas cauſas. Notandum tertio ꝙ cauſæ mordicationis caliditatis necnon longæ & intenſæ actionis eius ſunt tres. ſ. intenſio caliditatis, multitudo formæ eius: & coniunctio ſiccitatis cum ea. Denſitas enim & multitudo ſui ſubiecti concurrunt ſolum de per accidẽs, cum materia de ſe nullius ſit acuitatis. Quãdo ergo caliditas febrilis eſt intenſa habet multum de forma, & ſiccitati coniuncta mordicat, & fortiter agit a principio uſque ad finem ſicut cauſon, & tertiana continua a multa materia. Quædam autẽ mordicat a principio: ſed poſtea ceſſat cito mordicatio quando caliditas eſt intenſa cum pauca multitudine formę ſicut tertiana pura pendens a materia pauca ſubtili. Quædam parum mordicat a principio, poſtea in fine mordicat, quando caliditas eſt remiſſa non coniuncta ſiccitati: habet tamẽ multum de forma ſicut phlegmatica. Melancholia tamen magis mordicat: quia eſt coniuncta ſiccitati. Quædam autẽ parum mordicat a principio & in toto proceſſu ſuæ actionis quæ habet omnino oppoſitas cõditiones ſicut ephemera, hectica autem eſt intra has media. Nam licet ratione ſiccitatis deberet eſſe mordax: attamen ſecundum plurimum eſt remiſsior quàm febres cholericæ: immo quàm multæ melancholicæ & phlegmaticæ: & cum hoc habet minus de multitudine formæ cum ſit immaterialis.

Et ſunt accidentia quæ ſignificant genus earum, ſicut accidentia propria cum tertiana: ſicut principium paroxyſmi cum punctione, & horripilatione, & mordicatione caliditatis in eo.

Hic docet cognoſcere genus, ſiue ſpeciem febris quæ cognoſcitur per accidentia propria vniuſcuiuſque ſpeciei, necnon per accidentia cõmunia, de quibus agitur in proprijs capitulis. Sed exemplificans de tertiana pura dicit: ſicut principium paroxyſmi cum punctione in ambitu totius ac ſi acubus pungeretur, & cum horripilatione de qua infra in proprio capitulo: & mordicatione caliditatis in primo occurſu tactui licet non perſeueret multum. Et hęc ſunt ſatis propria: ſed cõmunia ſicut dolor capitis, vigiliæ, ſitis, & huiuſmodi iuuant ad cognoſcendum eam de quibus infra.

Et accidentia ſignificantia malitiam earum, ſunt ſicut inquietudo, & alienatio & vigiliæ.

Tertium ſignificatum eſt malitia febris, & cognoſcitur per inquietudinem quando homo nõ poteſt in uno ſitu quieſcere: quia plurimum moleſtatur a materia febris. Alienatio autem ſignificat plurimum nocumentum cerebro communicari, & ſimiliter prolixæ vigiliæ. & tu ex his concipe alia accidentia timoroſa malitiam febris ſignificantia.

Et accidentia ſignificantia digeſtionem & indigeſtionem, ſunt ſicut illud quod dicemus de diſpoſitionibus vrinæ.

Aut eius oppoſitum quæ potiſsimum ſumuntur ex diſpoſitionibus vrinæ de quibus dictum eſt ſecunda primi. & dicetur ſecunda quarti. Sputum etiam, & feces, & ſudor habent hoc ſignificare: ſed magis vrina præcipue in febribus humoralib⁹, quæ non ſunt apoſtemoſæ, eo ꝙ ipſarum materia a qua deciditur hypoſtaſis plurimum in venis continetur.

Et accidentia quæ ſignificant criſim quæ dicemus.

Hic ponens quintum ſignificatum promittit ſe dicturũ accidentia ſignificancia criſim. videlicet ſecunda quarti.

Et accidentia ſignificantia ſoſpitatem, & contrarium eius & dicemus omnia illa.

Hic ponit ſextum ſignificatum promittens ſe dicturum accidentia ſignificantia ipſam. ſ. ſoſpitatem, aut eius contraria. ſ. ſecunda quarti.

Et formæ inſunt iudicia plurima, ſicut illæ cuius conuertitur color ad plumbeitatem ex albedine, & viriditate: & ſignificat frigiditatẽ humorum, et paucitatẽ caloris innati, aut excitationem, & inflationẽ, ſicut accidit ei cuius cauſa eſt ſatietas nauſeatiua, et ſicut velocitas detumitionis faciei, et tornatilitas eius, & tenuitas naſi: & ſignificant aut vehemẽtiam caliditatis, aut ſubtilitatem humorum, & velocitatem reſo-
lutionis

lutionis eorum propter amplitudinem pororum, & motus in seipsis, & exitus eorum a consuetudine, aut casus eorum habent significationes, & res de illis quas decimus.

Hic ponit septimum significatum dicens, ꝙ formæ habitudinum insunt iudicia plurima: quia per eam possumus significare super dispositionem humorum: necnon super dispositionem corporis febrientis, sicut ille cuius color conuertitur ad plumbeitatem ex albedine, & uiriditate idest quę plumbeitas est color mixtus ex albedine & uiriditate. hæc enim plumbeitas significat abundantiam humorum frigidorum scilicet phlegmatis aut melancholiæ aut utriusque. nam alij humores sunt rubei, aut citrini. Aliter tamen potest exponi ꝙ ly ex. dicat terminum a quo & erit sensus quòd ille qui primò erat albus aut uiridis fiat plumbeus: & per uiridem possumus intelligere citrinum. talis enim conuesio ex naturali albo, aut citrino ad plumbeitatem non erit nisi ex humoribus frigidis, qui uerisimiliter debent facere febrem, si qua adsit: cum fere semper febris pendeat ab humoribus dominãtibus. Aliquando tamen hæc conuersio significat paucitatem caloris innati, cum qua oportet esse parũ spiritus, & sanguinis: unde corpus non est rubeum. illud enim paucum sanguinis quod reperitur prope cutem propter frigiditatẽ denigratur: Ex isto igitur, & colore cutis in se albo resultat color plumbeus.

Secundum exemplum est de illo cuius facies conuertitur ad excitationem, & inflationem idest cachexiam aut dispositionem sibi propinquam, quæ dispositio dicitur excitatio. similatur enim dispositioni hominis nuper ex lõgo somno excitati: in quo partes oculos circũdãtes sunt tumidæ. & hæc dispositio significat repletionem uaporosam sequentem nauseatiuã satietatem: & aliquando errorem digestiuæ hepatis conuertẽtis chylum in massam phlegmaticam uaporosam. Tertium exemplum est uelocitas detumitionis faciei idest ꝙ facies cito perdat suos tumores naturales, quos habet ex pręsentia carnis mollis, & spongiosæ in fronte, naso, & temporibus: quæ dispositio uocatur tornatilitas: & significat uehementiam caliditatis, humorum subtilitatem, pororum amplitudinẽ: propter quæ fit uelox resolutio: & est malum signum nisi ex aliqua causa primitiua contigerit, sicut ex uigilijs, timore, tristitia, parcitate cibi, potu medicinæ soluentis, & similibus. Propterea subiungit. Et motus eorum idest ęgrorum in seipsis propter aliquam, aut plures ex causis statim dictis: ut quia uigilat nimis, timet, tristatur præter modum, &c. Et motus eorum ægrorũ a consuetudine sua, ut quia consueuit multum comedere, delitiari, nunc uero non: aut casus eorum a consuetudine sua in ↄtrariũ. Aliud enim est dimittere consuetudinẽ: aliud est non solum dimittere, sed cadere in contrarium. hæc omnia significant tornatilitatem faciei, sicut causæ significant effectus. Sunt autem alij modi exponendi hunc passum quos omitto: quia hic cæteris est melior. Et res aliæ habent significationes super dispositionem corporis, & humorum sicut ætas, sexus complexio, regio, tempus anni: & similia a medico considerã da, cum uult uenire in notitiam febris, necnon dispositionem corporis patientis.

Et accidentium febrium, quædam sunt quorum hora est hora status, sicut alienatio, & commixtio mentis propter inflammationem capitis: & de illis sunt quorum hora est principium sicut horripilatio, & frigus, & sicut profunditas somni, quæ consequitur plurimum principiorum febrium, non propter debilitatem cerebri, & declinationem caliditatis ad interiora corporis, vbi est materia: & multitudinem vaporũ eleuatorum ab eo per commotionem incipientem in corpore vsquequo resoluit eos inflammatio: & adiuuat illud frigus cerebri in seipso, & frigus humoris: qui vult putrefieri, & calefit.

Hæc est octaua pars in qua docet significare tempora particularia febrium propter accidentia propria in illis contingentia. Et dicit quòd sunt quædam quæ appropriantur statui sicut alienatio idest imaginationis corruptio cum imaginatur aliquid esse præsens quod non est: & mixtio rationis idest existimationis, cum non recte iudicant de honesto, & utili, & similibus quæ non sensu percipiunt̃, licet forte melius pp corruptionem rationis possumus intelligere corruptionẽ cogitatiuę circa discursum, cõpositionẽ, & diuisionẽ. Et huiusmodi accidunt propter magnam inflammationem capitis tempore status, & multitudinem uaporum ad ipsum peruenientium. Et de eis sunt quæ appropriantur principio sicut frigus, rigor & horripilatio, quorum causa ponetur in sequenti capitulo.

Et sicut profunditas somni quæ accidit magis in principijs febrium propter causas infrascriptas. Prima propter debilitatem cerebri, unde cogitur retrahere sanguinem, & spiritũ. est enim cerebrum febriens debilius quàm in dispositione naturali. Secunda est declinatio caliditatis ad interiora ubi materia continetur ut succurrat eorum nocumento, & ea fortificet ad expellendum materiam ad exteriora. Tertia causa est multitudo uaporum eleuatorum ab eadem materia propter commotionem idest ebullitionem illius materiæ in corpore durantem, usque quo inflammatio idest calor putredinalis nec non membrorum resoluit illos uapores. Et nota ꝙ non solum eleuantur uapores a materia putrente: immo etiã ab alijs non putrentibus: propterea in causone quamuis sit cholerica accidit aliquando subeth propter uapores a sanguine, & phlegmate eleuatos. Quarta causa est frigus cerebri in seipso: idest in dispositione naturali. Est enim magis pronũ ad somnum seu somni profunditatẽ, quàm cerebrum naturaliter calidum. Quinta causa est frigus humoris qui dum putrefit calefit, per quam calefactionem multi uapores non putridi eleuantur simul cum putridis, qui nõ putridi sunt frigidi cum ipse sit ex se frigidus, sicut phlegma. non enim subito totus humor putrefit: & hi non putridi sunt causa somni infrigidando, & oppilando, omnes enim istæ causæ adiuuant ad faciendum somnum profundum in principio paroxysmorum.

Sed contra spiritus animalis, & uitalis in principio paroxysmi attrahitur ad cerebrum: igitur calefit, & fortificatur.

Respondetur quòd licet spiritus trahatur ad cerebrum, & ratione huius debeat fortificari: tamen cum ipso trahuntur etiam humores, & uapores qui debilitant ipsum, & sunt causa somni ipsum oppilando. Vel dic quòd hi spiritus magis trahuntur ad cor, & partes uicinas quarum læsio in talibus paroxysmis est maior: & sic cerebrum remanet magis debile, & sic impotens ad transmittendum spiritus ad membra exteriora sensitiua: & hoc modo est causa prolongationis somni.

Et res ex quibus scitur dispositio febris, & ex qua specie sit, sunt dispositio febris in acuitate sua, & sua lenitate: & dispositio febris in hoc quòd ipsa accidit a causis primitiuis, & antecedentibus secundum conditionem prædictam: & dispositio febris in adhærentia sua, & eradicatione: & tepore sito & dispositio febris in acutitate sua cum rigore, & frigore, & hor ripilatione, aut eius contrario, & quod est ex eo, & dispositio febris in dimissione sua cum sudore pauco, aut plurimo. Aut dispositio præterita regiminis, & ætas, & forma, tempus, & ars, & dispositio pulsus, & vrinæ.

In præsenti parte Auicen. complet modum cognoscendi conditiones febrium tam accidentales, quàm essentiales: sed maxime essentiales pertinentes ad cognitionem speciei eius. Et per species intelligite non solum speciem specialissimã: sed etiam subalternam speciem. propterea dixit Auicen. Et res quibus scitur dispositio febris quo ad conditionales accidentales, ex qua specie sit quo ad essentiales sunt. Prima dispositio febris in acuitate sua, & lenitate. Nam per hoc comprehendo quantitatem febris, & si est acuta comprehendo ꝙ est de genere cholericarum. Et secunda dispositio febris in hoc ꝙ accidit a causis primitiuis, nam per hoc comprehendo quòd est ephemera. si aut prouenit a causis antecedentibus cũ alijs conditionibus superius dictis in capitulo de signis putridarum in generali comprehendo quòd est putrida. Et tertia dispositio feb. in adhęrentia sua, scilicet uniformi, uel quasi qđ pertinet ad conclusas, uel causonem, & eradicatione quantum ad interpolatas, & tepore quantum ad continuas proportionabiles. Et quarta dispositio febris in acuitate idest in reditu suo: tunc enim acuitur cum redit scilicet an redit cum typo. scilicet rigore, frigore, & horripilatione: & tunc scitur ꝙ

est interpolata, aut e contrario.idest sine typo : & tunc scitur quòd est continua : & ꝙ est ex eo, idest si redeat cũ accidentibus sequentibus typum, quæ sunt pulsus paruitas, submersio, & coarctatio : & significant magis interpolatam ; aut sine his, & significatur magis continua, & proprie conclusa:nam in cõtinuis proportionalibus parua, in conclusis nulla. Et quinta dimissio febris in dispositione sua.idest merito eius absq; magno auxilio cum sudore plurimo:& significatur putrida,&maxime interpolata,aut pauco & significatur ephemera. Et sexta est dispositio præteriti regiminis, an fuerit regimen multiplicatiuum humorum calidorum,aut frigidorum : & quorum scilicet sangui.chole.phleg.an melancholiæ.nam hoc iuuat ad cognitionem speciei febris. Septima ætas. Octaua forma quæ est habituatio in toto consurgens ex carne,pinguedine,& colore,grossitie, & extenuatione. Nona tẽpus anni. Decima ars. Vndecima dispositio pulsus. Duodecima vrinæ.hæc enim quomodo significẽt super dispositionem febris, necnon alias dispositiones magis accidentales manifestum est satis. Hoc ergo capitulum est ad dandum nobis notitiam omnium dispositionum febrium.i.omnium quæ medicus diligens debet inquirere: & scire de febribus vt per hæc sciat ponere casum in terminis.& secundo pronosticari. & tertio habere ingeniũ curatiuum : quod nullatenus poterit habere nisi cognita ægritudine secundum has octo dispositiones, quas omnes particulariter docemur in hac prima fen quarti, præter quintam,& sextam. Non enim signa crisis neq; signa salutis & mortis hic particulariter docemur, sed secunda huius quarti.

Sermo de rigore & frigore, & horripilatione, & fractione. Cap. VI.

Horripilatio est dispositio in qua inuenit corpus diuersitatem in frigore & punctione in cute, & in lacertis: & antecedit eam pigritia, & fractio.

Quia huiusmodi dispositiones frequenter antecedunt putridas feb.conueniens fuit post sermonem generalem de causis diuersitatis, & signis ipsarum vt de his determinetur. Hoc capitulum habet tres partes. In prima describit huiusmodi dispositiones. In secunda ponit causas earum,& significationes. In tertia subdit canones.secunda ibi§Et de causis vehementię rigoris.§Tertia ibi. §Et commotio animæ periodi.§Prima in quatuor. In prima notificat horripilationem. In secunda fractionem. In tertia frigus. In quarta rigorem. secunda ibi § Et quasi fractio.§ tertia ibi §Frigus. § quarta ibi § Rigor vero. § In prima parte describens horripilationem dicit quòd est dispositio in qua corpus inuenit diuersitatem in frigore.i.frigus diuersum non æquale, nec vniforme in partibus cutis : immo sentit diuersitatem, & delationem frigoris secundum partes diuersas cutis, quasi nunc deferatur ad vnam partem, nunc ad aliam in cutis superficie:quæ diuersitas accidit propter humores,& vapores ad cutem delatos non æqualiter secundùm omnes partes,& punctionem in cute, & lacertis, qui sunt instrumenta motus voluntarij,eo quòd huiusmodi humores, & vapores acuitate participant. Et vos addite de intentione Gal. in libro de iectigatione,& tremore commotionem in superficie cutis,& partibus musculorum propinquis cuti, quæ commotio sequitur frigiditatem cutis cõtrahentem ipsam, ad quã contractionem sequitur pilorum erectio : propterea dicitur horripilatio,horror in quo fit pilorum eleuatio.hæc autem infrigidatio raro per se sequitur humores,aut vapores ad cutim delatos:cum illi secũdum plurimum sint calidi: sed reuocationem caloris:scilicet ad intra. fit etiam commotio, quia uirtus expulsiua cutis conatur ad expulsionem nocitiui, & commouet cutim:&sic habemus descriptionem horripilationis:quòd est dispositio in qua corpus, scilicet horripilantis inuenit diuersitatem in frigore,& punctionem in cute, & in lacertis:& commotionem quandam solum in cute,& partibus vicinis ad differentiam rigoris, in quo fit totius corporis concussio. & antecedit eam pigritia.i. difficultas ad motus inchoandos, & continuandos. Et fractio.i.lassitudo secundum plurimum vlcerosa sequens humores,& uapores acutos ad cutim, & lacertos delatos.Et potest esse aliquando extensiua sequens humores non acutos.fit enim aliquando sed raro,horripilatio, sicut & rigor ab humoribus frigidis, quos lassitudo extensiua, & non vlcerosa antecedit. Et de vtraque loquitur aphorismus secundæ particulæ. Labores spontanei narrant morbos.

Et quasi fractio est maneries eius.

Hic describit lassitudinem dicens : quod ipsa est maneries horripilationis.idest via in horripilationem : causæ enim paruæ quæ faciunt lassitudinem auctæ faciunt horripilationem. Vel aliter est maneries horripilationis. idest aliquid inclusum in quidditate eius. Nam lassitudo vlcerosa est sensatio pũctionis in cute, & lacertis, quæ includitur in quidditate horripilationis.

Frigus autem est, vt sentiat in membris suis, & dorsis lacertorum suorum, frigus purum.

Frigus autem est vt sentiatur in membris suis.s. extremis, & pro vel dorsis lacertorum.i.partibus grossis, & carnosis eorum frigus purum .i. sine admixtione punctionis, & commotionis:quæ punctio, & commotio sentiuntur in horripilatione,& rigore. Quærenti autem vtrum si quis patiatur horripilationem, aut rigorem in quorum quidditate includitur sensatio frigoris : possumus conuenienter dicere ipsum pati frigus, quod est dispositio hic descripta : potest responderi quòd sic.Et si instetur quòd illud frigus non est purum, cum sit punctioni,& commotioni admixtum ; Respondetur quòd licet sit illud admixtum tamen non connotat in quidditate sua eorum admixtionem. Melior tamen responsio & communi opinioni conformior est, quòd illud non debeat dici frigus hic descriptum cum non sit purum.

Rigor vero est vt non poßit continere membra sua ex cõmotione, & tremore eueniente in eis,et motibus inuolũtarijs.

Hic describit rigorem.secundo remouet dubium. secunda ibi § Et fortasse. § De prima parte dicit quòd rigor est supple dispositio, vt non posit ipse rigens continere membra sua a commotione,& tremore.i.concussione,& motibus inuoluntarijs:quia non corrigibilibus per voluntatem. Et vos supplete de intentione Gal.in libro de iectigatione,& tremore sensationem frigoris, & punctionis quæ debent includi in quidditate rigoris. Et ex hoc patet non esse differentiam inter rigorem, & horripilationem nisi quia in rigore totum corpus commouetur, & concutitur : sed in horripilatione sola cutis commouetur,& motu satis paruo.Et quærenti quæ istarum dispositionum debeat dici rigor.Respondetur quòd ad mentem medicorũ rigor principalis debet dici ille motus concussiuus connotando sensationem frigoris, & punctionis:cũ ille sit manifeste & magis notatus : sed in horripilatione principalior est punctio,& commotio cutis. Ex his manifestum est horrorem esse horripilationem,&certam infrigiditationem esse frigus. Typus autem est terminus cõmunis ad frigus, rigorem, & horripilationem. Sed nota tremorem positum in descriptione rigoris accipi communiter pro quacunque corporis concussione:& non accipi prout describitur secũda tertij, scilicet pro aggregato ex motu voluntario facto a virtute & inuoluntario facto a grauitate membri. Nam rigor solum fit immediate a virtute animali motiua quæ est in lacertis:quæ sunt instrumenta motus voluntarij stimulata ab humore, & vapore pungente:licet non sit rigor ille corrigibilis per voluntatẽ. Et similiter differt rigor a saltu;cum saltus sit dispositio neruorum:qui aliquando ab aere immediate fit:aliquando ab humore,ventositate, vel vapore:& non connotat punctionem, vel frigiditatem sibi admixtas. Differt autem iectigatio ab horripilatione,cum non connotet frigiditatem,aut punctionem sibi admixtas sicut horripilatio:& eius causa immediata est uapor,aut ventositas & non uirtus sicut in commotione horripilationis.Pruritus autem licet cõueniat cum horripilatione in sensatione rei pungentis:& etiam in motu cutis prurientis ad excussionem nocitiui iuxta Gal. differt tamen ab ea:quia non connotat frigus. Et ex his manifestum est quòd pigritia antecedit fractionem, idest lassitudinem : & fractio antecedit horripilationem, & horripilatio rigorem. Nam inferius in hoc capitulo horripilatio fit ex causis paucioribus causis rigoris.nam causæ cum sunt paucæ,siue remissæ faciunt pigritiam: auctæ faciunt fractionem:magis auctæ horripilationem:maxime auctæ rigorem. Et nota ꝙ aliqñ rigori associatur tremor membro-

membrorum uirtute membrorum motiua debilitata. Similiter ante frigus præcedit pigritia & lassitudo extensiua: & aliquando ex frigore fit transitus ad rigorem acceptum pro motu concussiuo membrorum: sicut aliquando ad frigus fit transitus ex horripilatione, accepta pro commotione cutis.

Et fortasse est frigus forte: & non fit rigor fortis sicut in febribus phlegmaticis, & quartana.

In præsenti parte remouet dubium. posset enim quis dubitare an frigori forti semper associetur rigor fortis. Respondet quòd aliquando est frigus forte, & nõ fit rigor fortis sicut in febribus phlegmaticis & quartana. Et accipit his frigus non connotando ꝙ non sit admixta punctio, & membrorum commotio. nam cum punctio, & membrorum commotio sint de quidditate rigoris proprie sumpti, & excludantur a quidditate frigoris hic descripti non possent frigus, & rigor coniungi. & sic de hoc nullum esset dubium: sed accipit hic rigorem pro sola membrorum concussione: & frigus pro frigiditate. Et certum est quòd in multis phlegmaticis, & quartanis est frigus forte absque rigore forti: immo absq; rigore notabili: nunqnàm tamen in his febribus est rigor fortis absq; notabili frigore: in multis tamen earum contingit rigor fortis cum frigore forti: harum diuersitatum causæ statim patebunt. Gentilis tamen, & Marsilius de hac parte faciunt duas, & primam dicunt esse aliam notionem rigoris: ut dicat & fortasse rigor est frigus forte: quod confirmant auctoritate Gale. in libro de iectigatione, & tremore. Dixit enim ibi quòd frigus forte potest dici rigor. sed in secũda parte dicit Auicen. ꝙ nõ fit rigor fortis sicut in febribus phlegmaticis & quartana. Nã fortis rigor est a forti mordicatione: & fortis mordicatio est a materia calida mordicante impetuose mota ad membra. Et sic a frigida qualis est materia quartanæ, aut phlegmaticæ non fit fortis rigor, sumendo rigorem pro motu cõcussiuo. Alio modo potest intelligi quòd in nulla febre sit ita fortis rigor sicut in phlegmatica & quartana: & hoc sumendo fortem pro diuturno. est enim in his febribus longior rigor quàm in alijs. Et tertio modo potest intelligi iste textus sumendo rigorem pro frigore: & est sensus quòd ĩ nulla febre fit ita fortis rigor, idest frigus sicut est in phlegmatica & quartana: cum in istis sit materia frigida. Prima tamẽ expositio mihi uidetur melior. Sed infra erit dubium a qua materia fiat maior rigor. Notandũ tamen ne huiusmodi termini faciant te errare, quòd medici multum his abutuntur, ita ut aliquando rigor accipiatur pro horripilatione. aliquando econtra. similiter aliquando rigor pro frigore & econtra. Nonnũquam rigor est communis ad omnem typum iuxta aphorism. Quibus quotidie rigores fiunt, quotidie febres exoluuntur. qua propter omissis nominibus rebus intendendum est.

Et de causis vehementiæ rigoris est vehementia virtutis expulsiuæ in lacertis: & propter illud quanto est causa rigoris viscosior, est rigor vehementior.

In parte præsenti. Auicen. ponit causas & significationes harum quatuor dispositionum. Habet hæc pars tres partes. In prima ponit causas & rigoris & frigoris. In secunda ipsorum significationes. In tertia ponit causas horripilationis. secunda ibi § Et quandoque significant. § tertia ibi § Horripilatio uero. § Primam partem diuido in octo partes secundum quòd octo ponit modos causarum. secunda ibi § Et sanguis. § tertia ibi § Et scias. § quarta ibi § Et multotiens. § quinta ibi § Et quoniam accidit. § sexta ibi § Et rigor & frigus. § septima ibi § Et quandoque accidit. § octaua ibi § Et quãdoque accidit rigor. § Et hic notate ꝙ ponendo causas rigoris & frigoris, & horripilationis: ponit etiam causas fractionis: cum eadem sint causæ fractionis, & aliarum licet remissiores. nam causæ remissæ quæ faciunt fractionem, auctæ faciunt alias dispositiones. Sed prima parte dicit ꝙ de causis uehemẽtiæ rigoris est uehemẽtia idest fortitudo cum conatu uirtutis expulsiuæ quæ est in lacertis. Pro cuius dicti notitia sciendum est ꝙ causæ rigoris sunt duplices. Quædam se tenentes ex parte humorum. Quædam se tenentes ex parte uirtutum. Primæ sunt tres, scilicet quantitas humoris. requiritur enim notabilis quãtitas, & quanto est maior alijs paribus tanto rigor est maior. secunda

Causa rigoris.

est humoris acuitas, nam quanto mordacior, magis stimulat expulsiuam. tertia est impetuosus motus ipsius in mẽbra sensibilia. Sed causæ se tenentes ex parte uirtutum sunt quatuor secundum quadruplicem uirtutẽ ad rigorem cõcurrentem. una est uirtus uitalis, quæ tanquam agens uniuersale concurrit ad omnes operationes. secuuda est uirtus naturalis, & proprie expulsiua quæ quanto fortior impetuosius expellit materiam in membra sensibilia. tertia est uirtus sensitiua in membris sensibilibus ad quæ expellitur materia: quæ quãto acutior magis stimulat expulsiuam quæ est in lacertis sibi subordinatam. quarta est expulsiua membrorum, & sic ipsa expulsiua quæ est quarta mouet fortius, & concutit membra ad nocitiui expulsionẽ. & ex hoc notato patet ueritas dicti. Nam quanto humor faciens rigorem est uiscosior, & difficilius expellibilis oportet uirtutem expulsiuam lacertorum magis conari, & membra cõcutere ad ipsius expulsionem. Et certum est ꝙ maior uirtus cũ æquali conatu magis concutit membra, quàm debilior.

Sed hic cadit dubium discussione dignum. Nunquid fortitudo uirtutis expulsiuæ quæ est in lacertis sit causa rigoris. Et uidetur ꝙ sic auctoritate Auic. in præsenti parte. Et confirmatur ratione. Nam de intentione Gal. in libro de accidenti, & morbo, Causa immediata rigoris est uirtus expulsiua stimulata ab aliquo prҽternaturaliter imprimente, quod uirtus illa nititur a membris expellere membra concutiendo. illa autem membrorum concussio est rigor, de quo est sermo in præsenti titulo. In oppositum est Gale. decimo therapeuticæ cap. quarto sic. d. Rigor quidem erit propter multitudinem & acredinem eorum quæ ferunt, & propter uelocitatem delationis & propter uirtutis imbecillitatem. Nam multa paucis, & subtilia his quæ non talia mordent magis: sicut & demum quæ citius feruntur his quæ tarde. Et uirtus fortis quidem existens contemnit, & sustinet omnia. imbecillis uero facta a quibusdam contristata succumbit. Hæc Gale. Si ergo debilitas uirtutis est causa rigoris, non ergo fortitudo.

Gentilis pro decisione huius dubij dat tres responsiones. Prima quòd materia est duplex, quædam subtilis, & respectu huius uirtus fortis nõ est causa rigoris: cum eam insensibiliter resoluat. Sed uirtus debilis non potens ipsam insensibiliter resoluere, expellit ipsam agitando eam, & commouendo, & sic est causa rigoris. Et dicit hanc fuisse intentionem Gal. loco superius allegato. Quædam est materia grossa, & respectu huius, uirtus fortis est causa rigoris. cum non posit eam insensibiliter resoluere: sed solum ipsam expellit sensibiliter eam agitando, & commouendo: & respectu huius quanto uirtus est fortior, rigor est uehementior: cum eam impetuosius moueat, & hæc fuit intentio Auicen. Hanc solutionem nõ acceptat Gentilis. d. ꝙ sicut datur uirtus fortis potens materiam subtilem insensibiliter resoluere: ita & datur fortis respectu materiæ grossæ: & sic poterit ipsam insensibiliter resoluere. hic tamen assumptum Gentilis non probat quòd necessario a respõdẽte deberet negari. Cum etiam uirtus fortissima non habeat tantam proportionem ad materiam grossam notabilis quantitatis sufficientis ad faciendum rigorem, ut eam insensibiliter resoluat. Hæc tamen rñsio non est conueniens, cum uideamus uirtutem fortҽ materiam subtilẽ, qualis est tertiana non insensibiliter resoluere: sed eam agitare, & commouere ita ut faciat rigorem. Secunda responsio Gentil. ꝙ uirtus aliquando est fortis in interioribus: & hæc est causa rigoris pellendo materiam impetuose ad membra sensibilia extrinseca: & de hac loquitur Auicen. ꝙ quanto est fortior, est causa maioris rigoris. alia est uirtus fortis in exterioribus, ut puta in cute, & in lacertis: & hoc quanto est fortior est causa minoris rigoris: eo ꝙ magis resistit uirtuti pellenti humorem ad membra sensibilia exteriora: & cum resistentia sit causa tarditatis motus erit tardior: & sic minor rigor, aut forte nullus ꝑꝑ supfluam tarditatẽ.

Hanc solutionem non acceptat Gentilis neque Hugo Senensis. immo dicit Hugo eam non esse dignam uerbo: eo ꝙ sicut materia pulsa ad exteriora est causa rigoris: ita pulsa ad interiora per membra sensibilia erit causa rigoris intrinseci, quҽ materia pelletur a uirtute forti in parte extrinseca. Ratio tamen Hugonis est parum ualida contra hanc responsionem. Est enim certũ tam resistẽtiam intrinsecã, quàm extrinsecam esse causam tarditatis motus materiæ tam ad exteriora quàm interiora: & sic esse causam diminutiõis, aut nullitatis rigoris. hæc

tamen reſponſio non eſt ad mentem Auicen. nec Gale. cum Auic. loquatur de uirtute expulſiua quæ in lacertis:& Gale. loquatur de alia uirtute, ſicut oſtendetur inferius. Reſponſio autem Gentilis tertia ſuper quam quieſcit eſt quòd duplex eſt uirtus: quædam fortis in comparatione ad ſua ſuperflua inſenſibiliter reſoluenda:& hæc dicitur fortis abſolute. quædam autem eſt fortis reſpectiue in comparatione ad ſua ſuperflua ſenſibiliter expellenda, ſed nõ inſenſibiliter. Et dicit quòd uirtus fortis abſolute nõ eſt cauſa rigoris. eſt enim illa quæ apud Gale. contemnit omnia. ſed ſecunda uirtus fortis reſpectiue eſt de qua loquitur Auic. in præſenti: quæ quanto fortior, rigorẽ facit uehementiorem.

Contra. Ex hac opinione ſequitur hæc concluſio. quòd per ſolam debilitatem uirtutis, omnibus aliis paribus rigor fortiſſimus ſubito acquiretur. concluſio eſt impoſſibilis ut oſtendetur:& ſequitur ex reſponſione: quare &c. Sed concluſio ſic deducitur. Certum eſt enim ꝙ fortitudo abſoluta eſt maior quã reſpectiua. Signemus ergo abſolutam fortitudinem ipſius eſſe ab octo uſq; ad ſex excluſiue, & ſignemus fortitudinem reſpectiuam eſſe a ſex incluſiue uſque ad certum gradum. utpura uſque ad quatuor. tunc pono fortitudinem uirtutis abſolutam remitti ſucceſſiue donec in fine diei ſit ut ſex: ſtantibus omnibus aliis paribus ad rigorem ſufficientibus: tunc manifeſtum eſt ꝙ nunquam erit rigor niſi cum uirtus erit ut ſex. & tunc erit fortiſſimus: quia per poſitionem quanto fortitudo reſpectiua eſt maior, rigor eſt uehementior. Quòd autem concluſio ſit impoſſibilis oſtenditur. nam cauſæ effectui debent proportionari. ergo ſi cauſæ rigoris ſucceſſiue acquiruntur:& rigor ſit ſucceſſiue acquiſibilis: rigor etiam debet ſucceſſiue acquiri. ſed cauſæ rigoris ſucceſſiue acquirentur. ergo ſimiliter & rigor. ſed minor arguitur. nam cauſæ rigoris ſunt debilitas uirtutis, & maior conatus ipſius & minor contemptus. ſed hæ ſucceſſiue acquiruntur. ergo & rigor. Et ſic ſequitur ꝙ prius fiet rigor remiſſus, quàm intenſiſſimus. Et confirmatur. ſimus inſtanti in quo rigor eſt per reſponſionem intenſiſſimus. tũc arguitur. immediate poſt hoc rigor erit intenſior, quàm nunc ſit. ergo nunc non eſt intenſiſſimus. tenet conſequentia. & antecedens probatur: quia cauſæ rigoris immediate poſt hoc intendentur ſcilicet maior conatus, minor contemptus, & uirtutis debilitas. ergo &c. Forte dicitur quòd plus facit ad minuendum rigores debilitas uirtutis, quàm intenſio conatus ad ipſos intendendum. Cõtra. nunc & immediate ante hoc plus faciebat conatus ad intenſionem rigoris, quàm debilitas uirtutis ad eius remiſſionem. ergo in aliqua proportione. Cum ergo nulla ꝓportio ſubito deperdatur immediate, poſt hoc plus faciet conatus ad intenſionem rigoris, quàm debilitas uirtutis ad eius remiſſionem.

Hugo autẽ ſenenſis uolens ponere concordiam inter Auicen. & Gale. dicit quòd Gal. loquitur de uirtute uitali. hæc. n. cum fortis eſt contemnit omnia. ſed facta debilis a quibuſdam contriſtata ſuccumbit. Auicen. autem loquitur de uirtute expulſiua quæ eſt in lacertis quę quanto fortior, poteſt magis mẽbra concutere, & ſic maiorem facere rigorem. Modus autem eſt iſte, ut ſummatim referam quæ dixi longo ſermone. Dicit enim de mente Gal. ad rigorem eſſe neceſſarium caloris reuocationem interius, & poſtea ipſius reuocatione exterius, expanſionem ad materiam quæ eſt cauſa rigoris, ut ipſam expellat. omnibus enim membris dolentibus cor compatitur, ita ut Ariſt. propter hanc cauſam dixit tactum, & guſtum cordi continuari:& cum compatitur retrahit calorem, & ſpiritum interius: ut deinde ipſum ad membra læſa tranſmittat ad tuendum ea, & excutiendum nocumentum ab ipſis. Quapropter cum membra extrinſeca infrigidantur, aut mordentur ab humoribus ad ipſa delatis, ſpiritus non potens procedere ſuo curſu naturali ad membra oppreſſa confugit ad ſuum principium, ibiq; fortificatus iuxta Gal. in lib. de tre. & rig. reuertiẗ ad pugnandum, & expellendum rem nociuam. Cum ergo addit ad rem nociuam neceſſario prohibet continuare proceſſum ſuũ, tremitq; tunc forte totum corpus colliſione caloris naturalis, & reluctatione ad rem nociuam. Hæc Gale. in dando modum euentus rigoris. Ex quibus ſequitur ꝙ ad eſſe rigoris requiritur ſpiritum retrahi ad interiora: & iterum ad exteriora remitti. nunc autem quanto uirtus uitalis eſt fortior, magis ſpiritu & ſanguine fulcita minus retrahit ſpiritum & ſanguinem ad interiora, omnia contemnens & conſequenter ipſos minus impetuoſe expellit ad membra læſa ad expellendum rem nociuam: & ſic fit minor pugna, commotio, & agitatio, & conſequenter minor rigor. Si uero ſit debilis, nõ tamẽ multum debilis retrahit multũ calorem ad interiora, quem attractum poſtea impetuoſius expellit ad pugnãdum cum re nociua agens ſecundũ ultimum conatum: propterea fit maior membrorum concuſſio.

Modus euentus rigoris.

Alia reſponſio eſt ut dicamus ꝙ Gale. intelligit de uirtute ſenſitiua, quæ eſt in lacertis quæ quãto eſt fortior eſt cauſa minoris cõcuſſionis cõtemnendo cauſam imprimentẽ. ſed quãto eſt debilior eſt cauſa maioris ꝑpter maiorẽ conatũ, dũ modo non ſit multum debilis. Sed Auicen. loquitur de expulſiua quæ eſt in lacertis: quæ quãto fortior cum æquali conatu eſt magis apta membra concutere. Sed contra. quanto uirtus ſenſitiua eſſet fortior magis ſentit cauſam imprimentem: ſed quãto magis ſentit eam magis ſtimulat expulſiuam ſibi ſubordinatam ad concutiendum membra. ergo &c. Reſpõdetur negando minorem. nõ enim maior ſenſatio eſt cauſa ut magis ſtimulet expulſiuam: ſed maior eius lęſio a cauſa imprimente. nunc autem quanto eſt fortior, licet magis ſentiat: non tamen magis lęditur a ſenſibili, ſed minus:& quanto minus læditur: tanto minus ſtimulat expulſiuam. fortitudo enim uirtutis expulſiuæ penes duo attenditur:& penes melius ſentire, & penes magis reſiſtere cauſis imprimentibus, quæ maiori reſiſtentia, & minori læſione arguitur.

An maiores rigores fiant a cā frigida q̃ a calida.

Secundum dubium, utrum maiores rigores fiant a cauſa frigida, quàm a cauſa calida. Et arguiẗ quòd ſic. primo ex textu Auicen. in parte præſenti dicentis quòd quanto cauſa rigoris eſt uiſcoſior, rigor eſt uehementior. Item ex ſentẽtia eiuſdem ſecunda primi. d. quòd humores frigidi ſunt cauſa rigoris: ſed calidi horripilationis. Et confirmatur ratione, quia quanto cauſa difficilius expellitur, requiritur maior concuſſio. ſed cauſa frigida cum ſit magis uiſcoſa quàm calida difficilius expellitur. ergo exigit maiorem concuſſionem. Tertio arguitur auctoritate Auer. tertio colliget, & rationibus eius, quarũ prima eſt. Simile eſt de cauſa extrinſeca, & intrinſeca: ſed cauſa extrinſeca frigida maiorem facit rigorem, quàm cauſa extrinſeca calida. ergo ſimile erit de humoribus qui ſunt corpori intrinſeci. ſed antecedens probatur, nam aer frigidus & aqua frigida occurrẽs corpori maiorem facit rigorem, quàm aer calidus, aut aqua calida. Secunda ratio Auer. quia una de cauſis rigoris: immo non fit ſine ea, eſt concluſio caloris interius: ut uult Gale. in libro de tre. & rig. ſed cauſa frigida magis concludit calidum interius quàm cauſa calida. ergo erit cauſa maioris rigoris. tenet conſequentia. & aſſumptum probatur: quia cauſa frigida fugat calidum interius: tum ratione mordicationis, tum quia ſibi contrariatur: ſed cauſa calida fugat calidũ interius ſolum ratione mordicationis: non autem ratione contrarietatis, cum calidum non contrarietur calido. Præterea. Calidum naturale fugatum interius mouetur ad expellendum ſuum contrarium, ſiue ſit calidum, ſiue frigidum: ſed frigidum eſt plus ſibi contrarium: quare mouetur fortius contra ipſum. Et cum ipſum fortius reſiſtat opus eſt ad ipſius expulſionẽ maiori concuſſione. hæ ſunt rationes Auer. Præterea. Medici curant rigorem a cauſa frigida, non calida. ergo uidetur quòd ille rigor ſit intenſior cum indigeat cura. Præterea. Rigor a cauſa frigida ſicut quartanæ eſt longior, quàm rigor tertianę, ut omnes concedunt. Sed ſm plurimum uſq; ad medium temporis intendẽdo procedit. ergo magis debet intendi, cum longiori tempore intendatur quàm rigor tertianę. Præterea, Fortiores tuſſes fiunt a cauſa frigida in pulmone inuiſcata ꝑpter difficultatẽ ſuæ expulſionis. ergo & ſimiliter rigor a cauſa frigida erit intenſior ꝑp difficultatẽ expulſionis materię frigidæ. aſſumptũ autem declarat experientia, & eſt de intentione.

In oppoſitum & quòd rigor a cauſa calida ſit intenſior arguitur: quia tres cauſæ concurrunt ad intenſionem rigoris ſe tenentes ex parte materiæ. Prima eſt multitudo materiæ. ſecunda ipſius acuitas. tertia læſio impetuoſa in membra ſenſibilia. ſed hæc tria ſunt in cauſa calida. ſ. materia cholerica: & non in cauſa frigida. nã in cauſa frigida deficit acuitas, & delatio impetuoſa ꝑp groſſitiem materiæ: licet in quãtitate ſupponi poſſit paritas. Nã ſẽper in cõparatione ſupponiẗ omniũ paritas, præterquàm eorum quæ ſequuntur ad comparata. Iſtæ. n.

tres

tres conditiones requiſitæ ex parte materiæ ad fortitudinem
rigoris ſunt de intentione. Gal. in libro de tremore, & rigore.
necnon. 5. de accidẽti & morbo: Pro ſolutione huius dubij
Gentilis ponit duas rationes. Prima ꝙ dupliciter dicit rigor
magnus intenſiue, quando fit fortis membrorum cõcuſſio, &
extenſiue ſine duratione: & tunc dicit certum eſſe ꝙ rigor a
materia frigida ſicut in phlegmatica, & quartana eſt longior.
ſed rigor a materia cholerica eſt intenſior. Et conſequenter
dicit ꝙ intentio Gal. fuit ꝙ rigor a materia calida eſſet inten-
ſior. Sed de intentione Auic. & Auer. fuit ꝙ rigor a materia
fridida eſſet diuturnior. Et hoc modo uult ponere concordiã
inter illos, qui uolũt eſſe diſcordes. Secunda ſolutio eiuſdẽ
eſt ꝙ duplex eſt cauſa rigoris, quæ de mẽte auctorum elicitur.
Vna eſt ꝯcluſio caloris interius: & hæc fit magis a cauſa frigi-
da. Alia eſt uehemens membrorum mordicatio: & hæc fit ma-
gis a cauſa calida. Prima eſt de intentione Aui. & Auer. ſecun
da Gal. Sed tamen non propter hoc ponit inter eos concor-
diam: quia adhuc reſtat dubium qui rigor ſit intenſior, an qui
ſequitur concluſionem caloris, ſicut ille qui magis pendet a cã
frigida, an qui ſequitur membrorum mordicationem ſicut ma
gis pendens a cauſa calida.

Ego itaq; credo non eſſe ponendam concordiam inter eos
qui a propoſito uolunt eſſe diſcordes præcipue inter Auer. &
Gale. qui quarto colliget dicit ſentire contra medicos. Videa-
mus itaq; cuius partis rationes ſint potiores: quod maxime pa
tebit ex ſolutione rationum partium ipſarum. Ad rationes
ergo Auicen. & Auer. reſpõdetur. Ad primam negetur maior
ꝙ quanto cauſa rigoris difficilius expellitur, maior fiat cõcuſ-
ſio. ſed bene ſequitur ꝙ fiat maior, uel diuturnior. nam motus
debilis facit in multo tempore, quod motus fortis facit in par
uo. minor tamen concuſſio fit à cauſa frigida, quia minus ſti-
mulatur expulſiua ab ea. Ad rationes Auer. Ad primam
negetur ꝙ ſimile fit de cauſa intrinſeca, & extrinſeca. Ratio di
uerſitatis eſt, quia cauſa extriſeca ſiue calida, ſiue frigida æque
cito occurrit cuti, & membris ſenſitiuis corporis, ſed cauſa in
trinſeca calida citius occurrit mẽbris ſenſibilibus cũ uelocius
ſua ſubtilitate feratur in membra ſenſibilia, quã cauſa frigida.

Ad ſecundam rationem Auer. dicitur ꝙ licet cauſa frigida
magis concludat calidum interius, & ratione huius deberet
fieri intenſior rigor, tamen cauſa calida eſt cauſa maioris rigo
ris pungendo magis, & ſtimulando mẽbra ſenſibilia quã cauſa
frigida. negetur itaq; conſequentia ſecundæ rationis Auer.

Ad aliam rationem reſpondetur concedendo ꝙ medici ma
gis curant rigorem à cauſa frigida ſicut quartanarum, phleg-
maticarum, quàm rigorem cholericarum. hæc enim faciunt
quia ille plus lædit longa duratione, quàm rigor cholericarũ
intenſione. Ad aliam rationem conceditur ꝙ rigor à cauſa
frigida diutius intenditur, à quo tamen non ſequitur ꝙ magis
intendatur. Ad ultimam rationem pro hac parte reſpondet
qđ longiores tuſſes fiunt ſecundum plurimum a cauſa frigida
propter difficultatem expulſionis materiæ frigidæ. Non tamẽ
ſequitur qđ fiat intenſior tuſſis, cum cauſa calida magis ſtimu-
let expulſiuam pulmonis. Eſſet tamen dubium à quo humore
fieret longior, & intenſior tuſſis, an ab humore cholerico ſub
tili inbibito, aut ab humore phlegmatico ſalſo, inuiſcato, uter
que enim multum imprimeret in pulmonẽ, & uterq; difficul-
ter reſolueretur. ſm tamen opinionem magis conſentaneam
Gal. eſſet tenẽdum ꝙ longior, & intenſior tuſſis fieret ab hu-
more calido. Contrarium eſſet tenẽdum ſm Auic. & Auer.
Simile iudicium eſt de ſternutatione. Ad rationem autem
Gal. reſponderetur tenendo Aui. & Auer. ꝙ præter tres cau-
ſas rigoris ſumptas ab humore, ſcilicet multitudine, acuitate,
& uelocitate motus, eſt ponenda uiſcoſitas humoris quæ facit
ut humor difficilius expellatur. Ego tamen credo ſicut etiã
ſentit Gentilis, Marſylius, & Vgo ꝙ communiter maiores, &
intenſiores fiunt rigores in phlegmaticis, & quartanis, quàm
in cholericis. Et hoc quia ſm plurimum pendent a pluri mate
ria quã cholericæ. Vbi tñ ſupponeretur paritas ex parte quã-
titatis materiæ, credo cholericas intenſiores facere rigores.

Et ſanguis ſubmergitur cum rigore ad interiora.

Hic dat cauſam frigoris accidẽtis in rigore. Et dicit ꝙ ſan-
guis, & ſupplete ſpiritus cum rigore idest dum fit rigor, ſub-
mergitur ad interiora, & recedit à partibus extremis, quia ex-
trema infrigidãtur, & hoc uerum eſt ex quacunq; cauſa rigor
proueniat. Et frigus illud licet dicatur priuatiuum, quia ſequi
tur priuationem ſanguinis, & ſpiritus in parte exteriori, eſt ta
men poſitiuum ſequens cauſas poſitiuas, quæ ſunt tres, aut ali-
qua earum. una eſt frigiditas elementorũ. ſecunda frigidæ hu-
miditates in membrorum poris inuentæ. tertia eſt frigiditas
continentis. Notandum primo ꝙ in rigore coniungitur in-
frigidatio, ut dicit Gal. in libro de rigore ubi dicit. Mihi ergo
uidetur, & expedit ei qui uult ut eius ſermoni fides adhibea-
tur in notificatione rigoris, ut huius prorſus recordetur, ꝙ ri
gor eſt apud infrigidationem caloris naturalis frigiditate ſu-
bito, & fortiter lædente. Idem patet auctoritate Gale. ſupe-
rius poſita in deſcriptione rigoris. Sed cõtra. Aliquis rigor
curatur ſola infrigidatione. ergo cum illo non coniungitur fri
giditas præter naturam. tenet conſequentia. cum omnis cura
fiat per contrarium. antecedens tamen eſt de intentione Gal.
quinto de accidenti, quia diximus rigorem fieri à calore, ſiue
frigore, ſi ex cauſa contingit calida. Et eſt de genere cuius ſo-
la infrigidatio ſibi ſufficit ad curationem.

Reſpondetur tenendo, ut ſupra, quia in quidditate rigoris
includatur frigiditas. Et ad textum Gale. ꝙ rigor contingẽs
a cauſa calida eſt ſine frigore, quod ſit cauſa eius ſaltem princi
palis, licet ſequatur ut ſupra fugam interius. Et hæc curatur
per ſola infrigidantia, remouentia cauſam principalem eius
per medicum applicita. frigus autem ſequens fugam caloris
interius remouetur a calore redeunte ad exteriora. Notan
dum ſecundo de intentione Gale. quinto de accidenti. qđ in
rigore ſanguis, & ſpiritus mouentur ad exteriora a cordis uir-
tute. Et probat per hoc, quia ſanguis, & ſpiritus mouẽtur uno
modo ſm exigentiam paſsionum cordis. Nam quandoque ad
exteriora ſicut in gaudio, quandoq; ad interiora ſicut in timo-
re. Si autem mouentur ex ſe non concurrente uirtute cordis
ſemper mouentur ad unam differentiam ſcilicet interius aut
exterius, præcipue tenendo ſicut tenet communis opinio ꝙ
ſint inanimati. Sed dubitatur circa partem præſentem, quia
uidetur quòd ſanguis, & ſpiritus debent mitti ad cutim, & ad
muſculos extrinſecos cum illis inferatur nocumentum in rigo
re, ſicut etiam natura mittit ſanguinem, & ſpiritum ad mẽbra
doloroſa, ſicut in percuſsionibus in quibus pp ſanguinem ad
illa membra delatum fit tumor, & apoſtema. Reſpondetur
dupliciter. primo qđ mittit ad mẽbra ſenſibilia læſa. hæc autẽ
non ſolum ſunt membra ſenſibilia extrinſeca, ſed etiam mem-
bra ſenſibilia intriſeca, de quibus natura eſt magis ſollicita, un-
de plus de ſanguine, & ſpiritu ad illa tranſmittitur, ſcilicet ad
panniculos, & ad muſculos intrinſecos, qua propter ſanguine,
& ſpiritu ad illa membra conuerſo extrema infrigidantur in-
terioribus calefactis. Secundo reſpondetur de intentione
Gale. in libro de tremore, & rigore, quòd primo ſanguis, &
ſpiritus trahuntur ad cor tanquam ducem, & fontem caloris:
poſtea fortificati mittũtur a corde ad membra læſa, & proprie
a quibus materia expellenda eſt, ut eorum uigoretur expulſio
& poſtea ad membra ad quæ fit materiæ expulſio, ſcilicet ad
cutim, & ad muſculos, ut materia cito reſoluatur. Et uidetur
uelle Gale. quòd reluctatio quæ eſt inter malum humorem, &
ſanguinem qui ad iſta loca mouetur, fit cauſa agitationis, &
concuſſionis, quæ ſunt in rigore.

*Et ſcias quòd humor frigidus eſt quietus, quem iam con-
ſueuit membrum in quo eſt, & quieſcit paſſio eius ab eo, qua-
re nõ ſentit frigus eius. Cum ergo mouetur, & ſpargitur ſpar
ſione plurima, aut pauca, propter aliquam cauſarum, ſcilicet
propter caliditatem ſeparante, aut aliud, patitur ab eo mem
brum quod erat non occurrens ei, & ſentit frigus eius pro-
pter cauſam complexionis diuerſæ. & tu quidem iam ſciui-
ſti hoc in radicibus uniuerſalibus ſcientiæ medicinæ.*

Hic ponit tertiam cauſam rigoris quantum ad frigus in eo
perceptum, dicens quòd humor frigidus quieſcens in aliqua
parte non ſentitur, tum quia eſt conſuetus illi parti, tum, quia
non mouetur, qui humor motus ad aliquod membrum motu
pauco, aut plurimo propter aliquam cauſam mouẽtem ipſum,
& ſeparantem eum a loco in quo eſt, ſicut caliditas, ſcilicet in-
trinſeca, aut extrinſeca ſicut balnei, ſolis æſtiui, & ſimiliũ ſen-
titur ab illo membro ad quod mouetur pp malitiam comple-
xionis

xionis diuersæ,quam inducit in membro illo,cui nuper occurrit, & tu iam sciuisti hæc in sermone uniuersalis scientiæ medicinalis, scilicet secunda primi.in cap. de causis doloris absolute, & sexto naturalium cap. de tactu. Pro quo sciendum quòd complexio æqualis est quæ est in membro consueta, fixa, & habituata, & non dependens ab aliqua causa diuersa spāli dependentia,sicut hectica,& hæc & similes nō sentiuntur.Complexio autem diuersa non est membro consueta, neq; fixa,immo pendens ab aliqua causa spāli depēdētia, quia ex se non est apta conseruari,& hoc sentitur.humor itaq; frigidus quietus in aliquo membro,in quo diu steterit non sentitur,motus aūt ad aliquod membrum sensibile,cui non est cō suetum sentitur ab illo propter malam complexionem diuersam, quàm imprimit in membrum illud. Sed diceres, sequitur quòd cum primo venit ad illud membrum debebat ab eo sentiri cum nō esset adhuc sibi consuetus. Dr̄ quòd ab illo mēbro forte nunquàm sensatus fuit,quia forte illud mēbrum non sentit,aut est paucæ sensibilitatis sicut os. secundo lecet illud membrum esset sensibile forte ille humor fuit in eo paulatine cōgestus,aut forte ad illud paulatine defluxit. quod aūt paulatine fit non sentitur,quia nunquam imprimit comploxionem diuersam sufficientem ad sensum.

Et multoties quidē accidit à phlegmate uitreo sparso in corpore rigor non perducens ad febrem, & quandoq; sunt ei periodi: & non est fortitudo eius fortitudo rigoris perducentis ad febrem.

In parte ista ponit quartam causam rigoris.secundo remouet duas diuersas dubitationes.secūda ibi § Et materia. § De prima dicit quatuor. Primum ꝙ multotiens accidit a phl'ate uitreo sparso in corpore.s.per membra sensibilia rigor. Secundum quòd non perducit ad feb.cuius causa est,quia nō putret. Tertium quòd insunt ei periodi,qui uerisimiliter debent esse quotidiani ſm proprietatem phlegmatis. Quartum quòd fortitudo huius rigoris non est fortitudo rigoris perducentis ad feb.i.ꝙ non fit tantus rigor ab hoc phlegmate nō putrefacto quantus fieret si putrefieret,eo ꝙ si putrefieret subtiliaretur,& moueretur uelocius in mēbra sensibilia.& hoc uerum est quando totum subtiliaretur,non tamen totum putrefieret,quia si totum putrefieret totum acquireret caliditatem fixam,& non noceret mēbris sensibilibus sua frigiditate. Aliter ꝙ fortitudo huius rigoris non est tanta quanta fortitudo multorum rigorum aliarum febrium.

Et materia quæ facit laßitudinem rigoris per paucitatē suam,facit rigorem per suam multitudinem antequam putrefiat.nam si non putrefit,non perducit ad febrem.

In parte pn̄ti remouet dubia. Primum nunquid eadem materia sit causa lassitudinis siue fractionis,& rigoris. Et rn̄detur quòd sic,quia materia q̄ facit lassitudinem paucitate sua facit rigorem sua multitudine,eo quòd sua multitudine magis terreat,& commouet membra sensibilia magis stimulās ad expellendum. Nec solum est dr̄ia ex parte qualitatis,sed etiā ex parte motus.nam eadem materia quiescens facit lassitudinē, quæ mota facit rigorem magis expulsiuam stimulando,& hęc est sententia Gal.5.de accidēti. Horripilatio autem inter has duas dispositiones est media ex parte magnitudinis causæ.

Secundum dubium.nunquid inchoante rigore perducente ad feb.incipiat feb.Et respondet quòd non semper, quia pōt inchoare rigor materia nondum putrefacta putrefactione sufficiente ad feb.& sic post rigorem sequetur feb.Vnde secundū hoc nota,quòd aliquando feb.antecedit rigorem. aliquando sequitur ad rigorem,& secundum plurimum inchoat inchoāte rigore.nam cum mouetur ad membra sensibilia putrefit,& sic secundum pulurimum incipit febris incipiente rigore. De hoc tamen fuit superius dubium speciale in cap. de putredi.

Et quandoq; accidit frigus, & rigor propter submersionē caloris in corpore causa cibi, & quæ sunt ei similia.

Hic ponit quintā causam d.quòd quandoq; accidit frigus, & rigor propter submersionem caloris causa cibi,& similium rerum primitiuarum sicut timoris,somni,aeris. Huius autem causa pōt esse duplex.Prima,quia calor trahitur interius à natura ad stomachum ad uigorandum eius digestionem. Secunda,quia cibus sit contrarius cibato in principio,ut dicitur secundo de anima.nam pōt suis uaporibus quodammodo calorem suffocare in interioribus, propter quod cogitur uirtus retrahere calorem ab exterioribus ab interiora.Ex quibus infertur hoc esse malum signum a quacunq; causa proueniat. significat.n.paucitatem caloris naturalis.licet aliquo modo posset esse bonum per uiam causæ.

Et rigor, & frigus antecedūt febres, quoniam humor crudus effunditur ad lecertos in primis, & nocet frigore suo per comparationem ad lacertos,deinde cum incipit putrefieri, incipit calefieri.

Hic dat sextam causam rigoris,& frigoris antecedentium febres putridas præcipue interpolatas.Et dicit quòd rigor, & frigus antecedunt febres,quia in illa hora effunditur materia ad lacertos,quæ est cruda.i. frigida sicut phlegma,aut melancholia,& nocet frigore suo propter comparationem ad lacertos.q.d.licet illa materia esset actu calida, tamē lacerti sunt calidiores.deinde cum illa materia frigida incipit putrefieri incipit calefieri,quia omne quod putrefit per se calefit, & sic cessat rigor,& frigus in lacertis succedente febre.

Et quandoq; antecedit rigor febres propter mordicationē humoris, & fortitudinem virtutis expulsinæ quæ est in lacertis,sicut excutitur homo ex effusione aquæ calidæ ualde super cutem, & proprie cum est salsus, & fortasse fit nocumentum eius quòd mordicat causa,ut refugiat calor innatus ad interiora, & dominetur frigus, quare fit cum mordicatione caloris frigus,quasi frigus dominetur, & mordicatio quidē caloris est apud panniculum tegentem interius.

Hic dat septimam causam.d. quòd quandoq; antecedit febres rigor propter mordicationem humoris, sicut choleræ, phlegmatis salsi,& similium. Et secundo propter fortitudinem uirtutis expulsiuæ quæ est in lacertis,sicut excutit homo ex effusione aquæ valde calidæ super cutim,& humor est causa huius proprie cum est salsus.

Secundo dicit ꝙ fortasse nocumētum eius quod mordicat est causa ut fugiat calor innatus.s.sanguis, & spiritus ad interiora,& dominetur frigus in exterioribus.quare cum mordicatione caloris fit frigus quasi frigus dn̄etur.i.quasi frigus superet mordicationem caloris. Aliter quasi frigus dominet.i. quasi fiat indicium materiam illam effusam ad lacertos esse a prædominio frigidam. Tertio dicit quòd mordicatio caloris est apud panniculum tegentem interius idest in panniculo qui tegit interius.

Sed circa partem istam cadunt quatuor dubia. Primo. si humor calidus propter suam mordicationem est causa frequētis rigoris,sequeretur quòd quanto humor est calidior deberet facere maiorem rigorem,& cum continue caliditas acquiratur per putredinem,& consequenter mordacitas. sequeret quòd in statu paroxysmi deberet esse maior rigor q̄ in principio. Respondetur quòd ad mordicandum membra sensibilia mordicatione faciente rigorem,non solum sufficit acuitas humoris,sed etiam requiritur uelox motus eius ad membra sensibilia,qui motus deficit propter collectionem humoris in membris sensibilibus. Ad hoc facit, quia humor in mēbro interim assuefit,unde mala complexio per ipsum inducta quæ in principio erat diuersa fit æqualis.

Secūdum dubium,quia dixit quòd rigor fit ab humore proprie cum est salsus.Nam uidetur quòd acutus cum magis mordicet sui acuitate,& subtilitate maiorem deberet facere rigorem. Respondetur quòd dedit exemplum de humore salso. quia facit rigores longiores quàm humor acutus,sicut cholera. Aliter magis ad mentem Auic.dicitur quòd humor salsus maiorem facit rigorem intensione,& duratione quàm humor acutus, cum plus faciat ad intensionem adhærentia salsi, quàm subtilitas acuti.

Tertium dubium. quia non dixit de mordicatione materiæ frigidę:quia frigidum mordicat:ut dixit Gal.4.de simplici medicina,dans exemplum de mordicatione aeris hiemalis. Præterea. Frigidum ulceribus mordax apho.quinta. Respondet Gentilis, quòd humores frigidi in corpore nostro nō ueniūt ad hāc dispotionem cum qua possint mordicare:quia ad mordicationē materiæ acetosæ,de qua magis uerisimile quàm de uitreo,

uitreo,aut de alio humore frigido,requiritur acetositas intensa,& ipsius subtilitas cum qua possit cito moueri.nunc autem licet primum sit,secundum deficit.materiæ enim acetosæ sunt grossæ in corpore humano.Et Aui.inferius in de signis phlegmaticæ dixit. Et hæc quidem feb.non est de materia quæ faciat punctionem,ita ut sit causa rigoris:& tamen in eodẽ cap. dixit,quòd fit quandoq; a phlegmate acetoso . Vel dici potest ad dubium , quòd locutus est de mordicatione materiæ calidæ:quia fortior est quàm mordicatio materiæ frigidæ . Vnde frequenter accidit ab humore calido fieri mordicationem sufficientem ad rigorem,quàm ab humore frigido .

Quarta dubitatio quare dixit,quòd mordicatio est apud pãniculum tegentem interius. dubitatur enim,de quo panniculo intelligat. Respondet Gentilis ꝙ intelligit de panniculis tegentibus musculos.sunt enim sensitiui magis alijs partibus musculorum . Et tunc ẽm hanc responsionem textus debet ordinari sic. Mordicatio caloris est interius apud panniculũ tegentem.i.in panniculo tegente musculum . Et de hoc fecit magis mentionẽ quàm de alijs partibus exterioribus sensibilibus.licet reperiantur chordæ exterius multum sensibiles: quia panniculi sunt valde multi , & maiores q̃ sint chordæ : & sunt in ambitu totius corporis,in quo rigor percipitur . Aliter tamen dici potest quòd loquitur de panniculis intrinsecis, sicut est pleura,diaphragma,mediastinum, panniculus tegens pulmonem,nam isti ut manifestum est tegunt interius.hoc aũt dixit,ne quis crederet quòd omnis rigor,& frigus sequatur solum mordicationem membrorum exteriorum:immo etiam sequitur mordicationem membrorum sensibilium interiorum .

Et quãdoq; accidit rigor propterea,quia refugit calor ad interiora,sicut fit in apostematibus intrinsecis .

Hic ponit octauam causam dicens,ꝙ quandoq; accidit rigor:quia calor fugit ad interiora:sicut in apostematib⁹ intrinsecis magnis.& nõ solum hoc accidit propter apostemata, sed accidit quandoq; propter materiam stimulantem,& deprimẽtem membra intrinseca sua multitudine,aut malitia: immo aliquando uidi hoc accidere propter ulcus in hepate . Et per rigorem non tantũ intellige rigorem proprie : sed etiam frigus purum.& hæc est sententia apho.primi.septimæ particulæ . Et ex iam dictis potes colligere tres modos fugæ caloris ad interiora . Vnum propter mordicationem,uel frigus materiæ , q̃ spargitur super membra sensibilia extrinseca.secundum ꝑpter cibos,somnum,aerem,accidentia animæ , & similia.tertiũ ꝑꝑ apostemata,ulcera,materiam multam lædentem interius,sicut nuper dictum est . Hic autem rigores qui sequuntur causas dictas eueniunt immediate : aut propter conatum expulsiuæ , aut propter reluctationem,quæ est inter calorem naturalẽ , & materiam.differt tamen ille qui sequitur apostemata,aut huiusmodi nocumenta intrinseca duratione,diutius .n. cæteris durat:ita ut quãdoq; perseueret rigor pluribus horis,frigus autẽ aliquando pluribus diebus .

Et quandoq; significant rigor & horripilatio sanitatem in febribus inseparabilibus:quoniam significant quòd materia expellitur ex uenis, & egreditur.verum quando non est cum digestione,& in hora critica,& non sequitur eam leuitas,est significatio quòd expulsio illius quantitatis nõ est: quoniam uirtus est uincens:immo quoniam materia multa expellitur propter multitudinem suam .

In parte præsenti ponit duas significationes rigoris. secũda ibi§Et de rigore.§ Prima:in duas.primo ponit significationes, secundo remouet errores qui contingere possent.secunda ibi, §Verum quando nõ est.§In prima dicit ꝙ rigor & frigus superuenientes in febribus inseparabilibus.i.continuis.quandoq; significant sanitatem futuram:quia significant ꝙ materia expellitur a uenis:& egreditur uel egredietur a corpore:qua expulsa sequetur sanitas:& est sententia apho.quartæ particulæ. A causone habito rigore superueniẽte solutio fit . Vbi notandũ ꝙ ad hoc quòd iste rigor significet sanitatem,requirũtur quatuor conditiones positæ a Gal.5.de accidenti:& in libro de rigore. Prima . quòd istum rigorem sequatur euacuatio,aut per sudorem:aut per uomitum,aut per alium modum,licet frequenter fiat per sudorem.nisi enim sequeretur euacuatio potius esset malus tam per uiam signi,q̃ per uiam causæ . Secunda , quòd præcesserint signa digestionis.nam quando fit ante signa digestionis rigor,aut euacuatio significant materiæ multitudinem: aut malignitatem per quam ita stimulatur uirtus ut cogat̃ ante complementum digestionis expellere, uel conari ad expellẽdum:& talis significat potius malum quàm bonum . Et proprie si uirtute conante nulla sequatur expulsio . Vbi uero aliqua sequatur expulsio:non est ita pessima significatio,nec necessario mortalis.habet .n. uirtus dominiũ supra partẽ quam expellit:licet non supra totam . Tertia conditio quòd fiat in die critica:& præcipue non fiat in die sexta,quæ significat recidiuam:ut est apud Gal.in libro de mirabilibus pronosticorum de filio regis . Quarta:quia sequatur alleuiatio. ille .n. rigor sequitur expulsionem materiæ mordicãtis uelociter supra mẽbra sensibilia,siue ad stomachũ,siue ad intestina : aut super ambitum totius.ueruntamen cum aliquis rigor nõ est cũ euacuatione, & in hora critica.s.laudabili:& non sequitur leuitas.tũc istæ dispositiones.s.rigor,& horripilatio cum euacuatione materiæ significat quòd euacuatio non fit ex uictoria uirtutis supra totam materiam:sed expellitur propter multitudinẽ eius, aut malitiam præter modum uirtutem stimulantem .

Et de rigore est qui significat mortem:& est ille quẽ sequitur debilitas uirtutis:& casus caloris innati : & siccitas .

Rigor significans mortem.

Hic ponit secundam significationem.d. quòd aliquis est rigor in febre continua qui significatmortẽ:& iste est rigor quẽ insequitur debilitas uirtutis,casus caloris innati,& siccitas:& per debilitatem uirtutis intelligit debilitatem trium uirtutum simul:aut saltem uirtutis uitalis notabilem,quę maxime ex pulsu dinoscitur . Casus autem.i.notabilis diminutio caloris innati cognoscitur per frigiditatem extremorum . Sed siccitas.i. arefactio per faciem tornalitatem:& de hoc rigore est sermo in aphoris.Si in febre non deficiente rigor inciderit iam debili existente uirtute,mortale . Vbi nota quòd duobus modis possumus intelligere rigorem his tribus accidentibus complicari,uno modo quia hic antecedant rigorem:& ad hũc intellectum loquitur aphorismus.secundo modo quia sequãtur rigorem,aut eius causam:& ad hunc intellectum loquitur Auic.& utroq; modo talis rigor significat mortem.nam siue antecesserint rigorem,siue subsecuta fuerint uirtute iam existente debili:aut rigor est cum euacuatione aut sine. Si sine,significabitur naturam tentasse euacuationem,& fuisse impotentem: & erit pessimum signum:& cum hoc materia agitata , & non educta citius interficiet.& sic erit etiam malum per uiam causæ. Si uero sequatur euacuatio,forte non tolerabit eam : & proprie si fuerint multi rigores cum multis euacuationibus . Rigore tñ semel eueniente cum euacuatione completa humoris facientis:licet non necessario sequatur mors,erit tamen illa crisis nõ absq; maxima molestia . Et nota quòd hic rigor non solum significat mortem in feb.continuis:sed etiam in uulneribus mẽbrorum nobilium:sicut in fractura cranei,vulneribus membrorum neruosorum,& similibus . Significat enim nocumentum communicari,aut dilatari in aliquo mẽbro nobili : & proprie significatur mors si fuerint rigores plures:& hi rigores fiunt a uirtute tentante crisim . Sed est aliquis motus prope mortem siue rigor,siue tremor appellandus sit:qui non fit a uirtute , de quo est sermo apud Auer.3.colliget in cap.de causis accidẽtiũ uirtutis expulsiuæ totius corporis quæ sunt tremor,rigor , & horripilatio.& in fine cap.cuius textus series est hæc . Sed tremor qui fit in hora mortis est motus uirtutis expulsiuæ ꝑpter impotentiam sustentandi membra: & propterea extinguitur calor extrinsecus:& ex toto resoluitur:& assimilatur iste motus motui qui non habet principium, nec finem: neq; causam : sed solum defectum:sic uidetur in motum flammæ candelæ : & in casu foliorum siccorum citrorum propter cõsumptionem : & propterea quando aduenit aliquid ab extrinseco , quod sit mortiferum ipsa expellit tunc superfluitates ꝑꝑ tremorem: sicut accidit in illis qui decapitantur .

Rigor letalis i uulneribus.

Ego credo quicquid alij dicant,ꝙ hic tex.Auer. sit intelligẽdus de tremore proprie sumpto, qui est motus compositus ex uoluntario motu intendente mouere,uel quietare membra:& ex motu facto a grauitate membrorum huic contrario,& non de rigore proprie sumpto propter duo . Primum quòd Auer. intitulauit hoc capitulum de causis tremoris,& rigoris,& horripilationis.Cum autem in hoc cap.posuisset causas rigoris,&

horripi-

horripilationis:congruum erat ut ipſe poneret cauſas tremoris:aliter capitulum fruſtra fuiſſet intitulatum de tremore, ſed nullibi poſuit cauſas tremoris niſi hic. Secundo, quia totus textus adaptatur tremori,& non rigori. Ecce.ſed tremor qui fit in hora mortis.i.ualde prope mortẽ eſt motus uirtutis expulſiuæ.ſ.quæ eſt in lacertis, & non naturalis. quia ſubiungit propter impotentiam ſuſtentandi membra. In hoc enim .ſ.ſuſtentare membra pertinet uirtuti motiuæ lacertorum, cuius duplex eſt operatio.prima primi. doctrina ſexta. una mouere mẽbra,altera ipſa quietare:& hæc uirtus motiua eſt ſimul quietiua membrorum,& motiua eorum,& expulſiua ſuperfluitatũ quæ ſunt in ipſis:ut manifeſtum eſt.non autem pertinet expulſiuæ naturali ſuſtentare membra ut notum eſt. Et propterea cum hic æger eſt prope mortem.ſ.in eo extinguitur calor extrinſec⁹.i.ſprititus qui eſt in lacertis extrinſecis deſeruiẽs uirtuti motiuæ,& ex toto reſoluitur. Deinde dicit.& aſsimilatur hic motus motui qui non habet principium, neque cauſam.ſ. totalem tenentem ſe ex parte hominis inquantum uiuẽs neq; finem.ſ.intentum ab aliquo,aut ab aliquibus agentibus ſe tenẽtibus ex parte hominis inquantum uiuens. Sed habet ſolum defectum.i.impotentiam continendi membra.fit enim hic tremor a duabus cauſis ſimul. quarum nulla intendit ipſum: quia uirtus intẽdit quietem,& grauitas membrorum motum deorſum:ſicut uidetur in motu flammæ candelæ palpitantis,cũ uult extingui:quæ palpitatio prouenit a duplici cauſa .ſ. a leuitate ignis mouente ſurſum:& a forma ignis intendente ipſam adhærere lycinio propter ſui conſeruationem, & in caſu foliorũ arborum propter conſumptionẽ.i.humido ipſorũ conſumpto. nam grauitas foliorum inclinat deorſum: & ſtipes cui folium adhæret intendit ipſius adhæſionem:& ſic fit ipſorum agitatio donec cadant.propterea in hominibus qui ſunt decapitãdi ſuperfluitates propter timorem egrediuntur inuoluntariæ propter grauitatem ſuperfluitatum ſeparãtem contẽtiuam muſculorum.ſ.ani,& colli ueſicæ.non quia intendatur illorum ſuperfluorum expulſio ab aliqua uirtute hominis.

Dubitatur circa prędicta:quia pręter ſupraſcriptas ſunt alię cauſæ rigoris:utputa rigoris ſequentis ſubitam eradicationem materiarum,ſiue fiat ab arte,ſiue a natura,de quo loquiť Auic. ſecunda huius in capitulo de narratione ſignorũ bonorum: & ponit ibi inter ſigna bona:& hic rigor ſequitur infrigidationẽ factã ab aere ingrediẽte poros cutis,qui occurrens membris ſenſitiuis ſub cute & exiſtẽs eis frigidior eſt cauſa cur rigeant etiam tempore æſtatis. Et ſi ſequatur hanc cauſam reducitur ad quintam cauſam ſupraſcriptam. Nam ſub cibo de quo ibi loquitur comprehenditur aer: & reliquæ res non naturales quæ poſſunt eſſe in cauſa. Aliter poſſet dici quòd roridæ partes & phlegma ſub cute infrigidant partes illas propter depauperationem ſpiritus ſequentem euacuationem.& aliquando immediate poſt mictum accidit rigor aere frigido ſubingrediente ꝑ poros,& foramen urinæ ad ueſicam.

Horripilatio uero fit a cauſis paucioribus cauſis frigoris.

In hac parte ſuperius diuiſa ponit cauſas horripilationis dicens:ꝙ horripilatio fit a paucorib.i.debilioribus cauſis rigoris.& hoc poteſt eſſe manifeſtum ex ſæpe dictis. Nam humor paucus parũ acutus tarde motus poterit cauſare horripilationem:qui ſi augeatur in quãtitate,aut acuitate,aut uelocius moueatur ad membra ſenſibilia erit cauſa rigoris. Poteſt etiam intelligi quòd horripilatio fit a paucioribus cauſis numero: utputa ſi ad rigorem requiruntur tres dictæ cauſæ:duæ ex ipſis ſufficient ad horripilationem.

Nota ergo circa prædicta ꝙ pigritia eſt leuior inter omnes illas:maior ea eſt fractio.i. laſsitudo ulceroſa,uel extenſiua:deinde frigus:deinde horripilatio:deinde rigor. Vltimo de intentione Gale.in libro de rigore eſt tremor ſequens debilitatem,propter fortem concuſsionem. Nota ſecundo ꝙ licet ſint poſitæ hoc ordine:non tamen neceſſario quælibet de prioribus eſt leuior aliqua de poſterioribus. Quandoq; enim cõtingit frigus eſſe fortius:& a fortioribus cauſis contingere aliquo certo rigore.ſimiliter fractionem aliqua certa horripilatione:nec intelligas quòd ſemper ſit manifeſta gradatio de leuioribus ad maiorem:cum quandoq; propter fortitudinẽ cauſę uelociter occurrentis nõ percipiatur ab ægro prioritas, aut poſteritatis in iſtis. Sed bene dico quòd ſi omnes iſtæ diſpoſitiones deberent contingere ab eiſdem cauſis paulatim,& ſucceſsiue auctis,perciperetur manifeſtus tranſitus de minoribus ad maiores.

Et commotio animæ periodi indicat periodum.

In parte iſta Auic.ponit quoſdam canones: & poſſet diuidi in ſex partes,ſm quòd ſunt ſex canones.Primus canon eſt iſte: commotio animæ periodi.i.imaginationis periodi indicat periodum de proximo ſecuturum:quia imaginatio caſus facit caſum. Et proprie apud Auic.qui uoluit imaginationes non ſolum proprium corpus,ſed etiam alienum immutare:& ſm hũc intellectũ eſt hic textus cõmuniter allegatus. propterea præcipiunt febrientes debere diuerti a cogitatione paroxyſmi. Et nota quòd imaginatio periodi indicat periodum tam per uiam cauſæ:ut dictum eſt ꝙ̃ per uiã ſigni:eo quòd humores cõmoti aduentante paroxyſmo mittunt uapores ad cerebrum:& cauſant huiuſmodi imaginationes in cerebro propter obediẽtiam uirtutis inter ſe. Nam hoc modo cum aliquando ſperma commouetur in ſomnis,eſt cauſa cur fiat imaginatio mulieris cum qua imaginatur coire. Alius ſenſus quòd commotio animæ periodi.i.ſequens cauſas periodi indicat periodum: & tũc dicimus quòd cõmotio animæ.i.oris ſtomachi. nam anima ꝓ ore ſtomachi aliquando accipitur:ſicut inferius in cap.de quartana.commouetur nanq; ſtomachus frequenter in principijs paroxyſmorum,& exacerbationum propter deriuationem materierum ad os ſtomachi cholericarum in febribus cholericis: phlegmaticarum in phlegmaticis:melancholicarum in quartanis propter uiam quæ eſt a ſplene ad os ſtomachi:& ſic per has fiet inclinatio ad uomitum:aut fortis dolor in ſtomacho incipit fieri. Tertius ſenſus.commotio animæ.i.permutatio operationum animalium:ut quia multum dormit male libenter loquitur,& difficilis ad motum,aut forte iraſcitur aut triſtatur: iſta quidem ſequuntur cauſas periodi ſcilicet motus humorũ, & uaporum peruenientium ad cerebrum,& ad cor:& ad reliqua membra quæ ſunt cauſa mutationum huiuſmodi. Propterea cum uidemus has mutationes in ægro fieri ſm tres ſenſus ſupraſcriptos iudicamus periodum de proximo ſecuturum: & hoc eſt bonum ſignum.& notandum in febribus maxime cõtinuis in quibus latent aliquando initia exacerbationum.

Et ſenum quidem febres ſunt ſepultæ.

Hic ponit ſm canonem di.ꝙ feb.ſenum ſunt ſepultæ: & per febrem ſepultã intellige fe.multum lædentem interiora:cuius tamen calor eſt mitis exterius. Et non intelligit hic per feb. ſepultam febrem remiſſam iuxta intentionem aphoriſmi primæ particulæ.propter hoc enim ſenibus feb.non fiunt ſimpliciter acutæ.frigida enim corpora habent:ſed intelligit ut iam dixi feb. fortem & ualde lędentem interius:licet exterius quo ad tactum leues appareant. Quod intelligitur non ſolum in principijs paroxyſmorum aut exacerbationũ: ſed etiam in reliquis temporib.harũ cauſæ ſunt humores groſsi,& proprie ingroſſati per aduſtionem:qui propter multitudinem caliditatis cum putrent:quæ eſt in ſubiecto denſo multum lædunt partes uicinas, uapores tamen eorum groſsi nõ poſſunt exterius expandi.ad quod etiam concurrit uirtutis impotentia maior in ſenibus quàm in iuuenibus aut pueris. & hæ ſunt male ſm plurimum ſignificantes humorem multum lædentem:nec uirtuti facile obedientem:& cum hoc ipſius uirtutis impotentiã. Et hæ feb.licet poſsint accidere in alijs ætatibus: tamen illud rarius euenit cum non adſit in eis tanta uirtutis impotẽtia:nec humores ita groſsi tardi. Exemplum autem harum feb. eſt ferrum ignitum nondum cãdens,quod ſubito lædit multum tãgentem:& tñ non calefacit multum ad diſtantiam. Oppoſitum eſt in flãma quæ non multũ ita immediate calefacit tãgentem quæ tamen ad maiorem calefacit diſtantiam.

Et quandoq; eſt cauſa in longitudine febris groſſitudo in uiſceribus,quare reſupinetur febriens,& extẽdat pedes ſuos, & tangantur uiſcera ſua.

Hic eſt tertius canon in quo dicitur quòd quandoq; cauſa in longitudine feb. eſt groſsitudo in uiſceribus. Et ex iſto infert ægrum debere reſupinari & extendere crura:& tangere uiſcera ad percipiendum in qua parte eſt groſsitudo. Pro cuius canonis declaratione nota quòd per groſsitudinẽ in uiſceribus intelligit aut apoſtema alicuius mẽbri intrinſeci ſicut

hepatis,

hepatis, ſplenis, ſtomachi, inteſtinorum, ueſicæ, matricis, meſenterij: & nõ ſolum intellige apoſtema, ſed etiam groſsitiem non apoſtemoſam ſiue ſit oppilatio, ſiue ſit humor alicuius mẽbri intrinſeci: in cuius poris ſint humores collecti, non tamen ſoluẽtes continuũ. cauſa canonis eſt: quia per huiuſmodi groſsitiem debilitata digeſtiua, & expulſiua horũ membrorũ multiplicantur ſuperfluitates quæ ſuggerunt materiã febri, & cũ hoc ſuis malis uaporibus lædunt cor, & reliqua mẽbra. Sed nota quòd aliquando groſsitudo iſta tactui occurrens non eſt in uiſceribus: ſed eſt in ſyphach, & myrach uentris, & comprehenditur: quia leui cõpreſsione occurrit tactui. nec adſunt nocumenta tanta, quanta ſolent euenire propter groſsitiem mẽbrorum intrinſecorum nobiliũ. Nota tertio quòd licet crura ægri reſupini debeant eſſe aliqualiter extenſa: non tñ omnino: ſic enim nimium tenderetur cutis uentris, & tactus uiſcerum impediretur.

Et quando denigratur lingua febrientis cum alleuatione febris, tunc febris eius eſt ſepulta.

Hic ponit quartum caſum dicens. ꝙ quando denigratur lingua, & febris eſt leuis exterius, tunc febris eſt ſepulta. ſignificatur enim per nigredinem linguæ fortitudinem febris in interioribus, & paruitatem eius in exterioribus, quę iuxta dicta ſuperius eſt febris ſepulta.

Sed contra ſi lingua multũ diſtans a minera putredinis multum patitur: quia multum denigratur, & areſit propter humores, & uapores putridos ſibi communicatos: etiam deberẽt exteriora multum calefieri, ſimiliter uaporibus notabiliter communicatis. Reſpondetur ꝙ nõ ſunt cætera paria, licet ſit ęqualis ſubſtantia. nam uiæ peruenientes ad linguam ab interioribus ſunt ualde amplę & multę ſicut canna pulmonis, & arterię per quas a ſpiritualibus ad linguam poſſunt facile tranſire humores & uapores. & ſimiliter meri, & uenæ per collum aſcendentes per quas a membris naturalibus linguæ poſſunt facile uapores communicari. Et nota hic quòd magis mirabile videtur, quòd quanuis pulſus non ſit multum in his febribus a differentijs naturalibus permutatus: tamen ſm plurimum ſunt mortales: parua enim fit pulſus permutatio: quia cor parũ caleſit, læditur in comparatione ad reliqua mẽbra intrinſeca, natura exiſtente magis ſollicita de eo q̃ de reliquis. Tandẽ uirtute debilitata propter longitudinem febris ſequentis materiæ groſsitiem, & inobedientiam opus eſt ægrum ſuccũbere: aut forte cauſa eſt, quia materia huius feb. magis lædit cor malitia occulta, quàm manifeſta.

Et quandoq; aſſociatur febri paralyſis: ergo curetur febris in primis: & de illis quæ conueniunt eis eſt ſyrupus acetoſus permixtus cum geleniabim, & aqua ciceris cum oleo, ſi tolerat febris.

Hic eſt quintns canon in quo dicit, ꝙ quandoq; aſſociat̃ febri paralyſis: & tunc oportet quòd cura feb. ſit dignior. in quo caſu conuenit ſyrupus acetoſus permixtus cum geleniabim .i. melle roſato. & conuenit etiam uia cibi aqua ciceris cum oleo communi. Nota primo quòd ꝑ paralyſim intelligimus mollificationem non uniuerſalem: quia hæc eſt fe. periculoſior nõ dãs inducias niſi paruas. ſed intelligimus mollificationẽ unius medietatis: aut unius membri particularis. & per febrem intelligit febrem fortem: ſicut cauſonem, ſynocham, tertianã cõtinuam: & ſimiles quæ ſunt periculoſæ. nam de febribus leuibꝰ non intelligit: immo iſtæ pro cura paralyſis prouocantur cum exhibitione confectionis anacardinæ. Nota ſecũdo ꝙ licet principalis intentio ſit ad febres: non tamen negligenda eſt paralyſis: propterea pro digeſtiuo dat ſyrupum acetoſum conuenientem in febre, & ſecum permiſcet geleniabim conueniens in paralyſi. ſimiliter exhibet aquã cicerum conuenientẽ in pluribus febribus & iuuantem in paralyſi. addit autem oleum pro condimento. Eſt enim mos arabum, immo etiam hiſpanorum tempore noſtro omnia uſq; ad carnes condire cum oleo. Dixit autem Aui. ſi tolerat fe. quia poſſet eſſe tanta feb. uehemẽtia quòd mel roſatum noceret: loco cuius eſſet exhibendũ iulep. roſ. & zuccharum optimum. & non eſſet exhibendum ius cicerũ cũ oleo: ſed ptiſana ordeacea: aut aliquod ſimile.

Et raſio capitis eſt ex eis quæ inſpiſſant cutem eius. quare reuertuntur uapores, & ſit febris fortis.

Hic eſt ultimus canon in quo dicit ꝙ nõ fiat raſio capitis: & tu intellige etiã de raſione barbæ: & eſt de illis quæ inſpiſſant cutim capitis & barbæ, & oppilant: quare retinentur uapores conſueti per illas regiones trãſpirare: ita ut redeat feb. fortis. nam magnificatur: aut fit recidiua. Huius autem cauſa eſt, quia in raſione fit pilorum contractio, & dolor quidam per quẽ humores fluunt ad poros, & oppillant, ad quod adiuuat maior infrigidatio aeris pilis remotis. Ex quo canone nobis conſulit̃ ut non facile ægris cõcedamus abraſionem capitis, aut barbæ: niſi forte propter magnam neceſsitatem. Quandoq; .n. oportet radere caput in febre ut applicentur medicinæ capiti neceſſariæ pro ſedatione doloris: aut prohibitione aduẽturi apoſtematis, & ſimilium. ſed non concedamus huiuſmodi raſionẽ ut conplaceamus eis dum conqueruntur à pilis noceri, & faſtidiri: ſed cum forpice poſſumus concedere huiuſmodi amotionem pilorum. Vltimo nota ꝙ ſi oporteat concedere elaborãdum eſt ad tranſpirationem vaporum ne febris redeat, aut fortificet̃ uaporãdo partẽ faciei cum panno calido: & prohibendo ne ſe commutet ad aerem frigidum.

Intentio ad curationes vniuerſales feb. put. Cap. VII.

Scias quòd intentio in medicando has febres quãdoq; uertitur ad partem febris. quare eſt neceſſarium ut infrigident, & humectent. & quandoq; ad partem materiei, ubi neceſſe eſt ut maturetur, uel digeratur: aut neceſſe eſt ut euacuetur.

Poſtq̃ Auic. in parte ꝑcedenti poſuit cãs & diuerſitates febrium putridarum: & ſigna earũ in generali: necnon ſigna quorundam accidentium quæ frequenter antecedũt febres & proprie interpolatas. In parte præſenti ponit curationes uniuerſales feb. pu. Habet hæc pars quatuor partes. In prima parte quæ eſt primum capitulum ponit duas intentiones generales pro curatione uniuerſali feb. putri. necnon canonem: & inſtrumenta quibus hæ intentiones perficiuntur. In ſecunda parte docet cibare febricitantes huiuſmodi febribus putridis. In tertia parte ponit curationes feb. acutarum. In quarta parte curat accidentia quædam quæ frequenter febribus, & proprie acutis complicantur. ſecunda pars incipit ibi. §Scias ꝙ conuenientiores cibi.§ in principio ca. immediate ſequẽtis. tertia ibi §Quod dictum eſt de regimine.§ in princpio quarti cap. ſequẽtis. quarta ibi §Loquimur itaq;.§ in principio quinti. c. Primũ autem capitulum in quo ſicut dicit rubrica Auic. ponit intentiones ad curationes feb. putri. diuiditur in quinq; partes. In prima ponit duas intentiones generales pro cura harum feb. Poſtea notificando, & comparando eas ad inuicem. ſecundo ponit ea cum quibus complẽtur dictæ intentiones ponẽdo in uſu eorum canones. In tertia parte ponit canones obſeruandos pro cura quorundam accidentium quæ aliquãdo febribus complicantur. In quarta parte deſcribit quædam ſolutiua. In quinta parte pro complemento doctrinæ ſubdit quoſdã canones. ſecunda ibi §Et cum tu infrigidas.§ tertia ibi §Et ſcias ꝙ quandoq; aggregantur.§ quarta ibi §*De ſolutiuis.*§ quinta ibi fere in fine ca. §Et febricitans quidem.§ Prima in tres. nam primo ponit intentiones prædictas. ſecundo alteram ipſarum declarat. tertio comparat eas quo ad uſum noſtrum. ſecunda ibi §Et digeſtio.§ tertia ibi §Et quandoq; ſunt contraria.§ In prima parte dicitt ꝙ tu debes ſcire ꝙ intentio in medicando feb. putri. quãdoq; *uertitur ad partem fe.* & rõne huius oportet ꝙ infrigidet & humectet. quandoq; ad partem materiei. & ratione *huius oportet quòd ipſa materia maturetur aut* digeratur: aut oportet quòd euacuetur.

Notandum primo ꝙ licet in rubrica ſit mentio ſolum de fe. putridis; tamen Aui. ponit hic regulas communes pro curatione omnium fe. humoralium. Notandum ſecundo quòd medicatio accipit̃ dupliciter. uno modo pro remotione morbi: & taliter non ſumitur hic. ſecundo modo pro operatione, per quam tandem morbus remouetur, & taliter accipitur hic. Notandum tertio quòd ſtatim ſicut feb. comprehẽditur humoralis: comprehenduntur duæ res præter naturam abijciẽdæ. ſ. febris, & humor faciens febrem. propter quod in omni tali febre recte curanda occurrunt duæ intentiones, una ad febrem remouen- **Duæ curatiuæ intẽtiones in omni feb. putrida.**

remouendam,& est infrigidatio & humectatio. Altera contra humorem,& est digestio uel maturatio:per quas humor est ad benignum reducendus, aut euacuationi præparādus:& ratione reductionis ad benignum dicitur digestio:sed ratione præparationis ad euacuationem dicitur maturatio. propter quod in textu addit tertium sub disiunctione: aut necesse est ut euacuetur: quia non debetur euacuatio nisi illis quæ non possunt ad benignum reduci:ideo intentio quę est ad humorem tripartitur in digestionem,maturationem,& euacuationem. Notandum quarto quòd istarum intentionum: quarum una uertitur ad febrem,altera ad humorem: quandoque una est fortior altera.i.quòd si omittatur,maius imminet periculum.& medicus magis se conuertet ad illam, alia non neglecta, propterea ut dicet quandoque magis se uertit contra febrem quandoque magis contra humorem:& quandoq; sunt æquæ fortes.& tunc æqualiter contra ambas se conuertit.de hac tamen Aui.non facit mentionem dans ipsam per alias intelligere. Notandum ergo pro cura febrium putridarũ non potuit Auic. ponere intentiones magis generales istis per quas medicus dirigeretur in ueram curam ipsarum.cum sumantur à febris essentia, & à modo essendi ipsarum. pendēt enim febres putridæ immediate ab humoribus putrentibus: sed mediate ab humoribus non putrentibus,oppilationibus,& similibus. Sed cum febris si formaliter calor,& effectiue siccitas sibi debetur infrigidatio, & humectatio. Sed ratione causæ sibi debetur digestio, maturatio aut euacuatio. Omisit autem Aui.intentionem ad uirtutē: quoniam supponit ipsam esse notam ex canonibus generalibus.quarta primi.capitulo primo.

Vtrum sit prior intē tio ad causam. q̃ ad febrem.

Hic penes Gentilem & reliquos cadũt tria dubia. Primum vtrum sit prior intentio ad causam quàm ad febrem aut econtra. Et videtur ꝙ prior sit intētio ad causam ex intētione Gal. tertio techni. Oportet prius causam abscindere: deinde uenire ad eam,quæ facta est discrasiam. Idem dicitur.6.therapeuticæ.cap.8.& 7. therapeuticæ.cap.13. Et confirmatur:quia illi prius est intendendum sine cuius remotione reliquum remoueri non potest,sed sine remotione causæ febris non potest febris remori:quare &c.

In oppositum est Auic. in hoc.c.parum distante à principio illi parato. Et scias ꝙ febris quandoque est tantæ vehementiæ. Item Gal.8.therapeuticę ca.vltimo ubi dicit.quòd indicatio à febre obumbrat omnes alias. Et confirmatur ratione: quia prior intentio medici est ad id quod magis infestat, & est magis præter naturam.talis autem est febris, & nō humor qui est causa febris. Pro notitia tituli huius dubij præmittendũ primo.ꝙ aliquid esse prius potest intelligi dupliciter. vno modo prius in intentione.i. primum quod medicus intendit: & hoc modo certum est ꝙ prior intētio est ad febrem.nam gratia curationis eius intendimus reliqua. nam primum in intentione est finis operis:& finis est prius & principalius intētus his quæ sunt ad finem. Alio modo aliquid dicitur prius executione.s.à quo prius operando incipere debemus & de priori hoc modo sumptum est præsens dubium. Pro cuius decisione præmittendum ꝙ cura feb. est duplex regularis & coacta. Regularis est aliqua cura dupliciter. vno modo. quia accepta à modo essendi feb.i.quòd sicut se habet febris ad esse: ita se habet ad curari.secundo modo dicitur cura regularis: quia sine nocumento notabili.& hęc a Gal.11.therapeuticę uocatur sine fallacia. Similiter cura coacta dicitur dupliciter.vno modo ut opponitur curæ regulari primo modo sumptæ: & est quæ alio modo oppositionis opponit̄ febri quàm sit eius modus essendi à causis suis. secundo modo dicitur cura coacta quæ opponitur secũdo modo curæ regularis: & est cura facta cum notabili nocumento:licet magis sit iuuatiuum nocumento. Hac distinctione præmissa sit hæc prima conclusio.Cura regulari primo modo sumpta prior est intentio ad causam quàm ad feb. probatur quia s̄m hunc modum sicut se habet febris ad esse: ita se habet ad curari.sed feb.habet esse à causa sua. ergo prior est intentio ad causam.modus enim destruendi febrem debet esse proportionalis modo producendi ipsam: & s̄m hunc modum prior erit intentio ad causam antecedentem,quàm ad coniunctam. & hæc est intētio Gal. decimoquarto therapeuticæ in principio. quòd in febribus quæ habent causam antecedentem prima intentio est causa. & secundo therapeuticæ. quarto.c.non cessat febris nisi cesset putredo. Secunda conclusio.cura regulari secundo modo sumpta æque prima intentio est febri & causæ secundum plurimum. probatur, quia secundum plurimum non posset fieri cura sine nocumento notabili:nisi illa cura conferret utrique. Sed illa conferente utrique est æque primo a cura utriusq; inchoādum. ergo &c. Dixi autem s̄m plurimum,quia possibile est quòd fiat cura regularis.s. absque notabili nocumento:quæ tamen non debetur æque primo febri & causæ.Nā possibile est quòd feb.sit ualde uehemens: & causa eius sit cholera citrina non multum grossa:cuius tamen nocumentum per ingrossationem factam à potu aquæ frigidæ non sit notabile: tunc manifestum est in hoc casu hũc potum aquę frigidæ prius deberi febri quàm causæ.s.choleræ citrinæ. Tertia conclusio. cura coacta primo modo prior intētio est ad febrem quàm ad causam. probatur:quia aliquando febris est tantæ uehementię sicut causon: quòd additione aliqua facta in feb. æger succumbet. Et certum est quòd in hoc casu dimissa causa oportet attendere ad febrem infrigidando ultima infrigidatione. Et hęc cura ut manifestum est sumitur à modo contrario modo essendi fe. Quarta cōclusio. cura coacta secundo modo quandoq; prior intentio est ad causam quandoque ad febrem, probatur. nam quandoq; opponuntur intentio ad causam & intentio ad febrem ut statim dicet Auic.quia id quod confert uni nocet alteri. prior ergo intentio erit ad illud cuius cura potest perfici cum maiore iuuamento, & minori nocumento. Sed iam superest ut respōdeamus ad rationes in contrarium. Ad primas tres auctoritates Gal. dicitur illas habere locum in cura regulari primo modo. Ad rationem negatur maior, nam febris aliquando est tantæ uehementiæ quòd non licet uti regimine causæ:ut statim dicet Auic.uerum sicut ipse dicet ibidem sedata febre, & confortata uirtute oportet postea redire ad causam. febris enim non potest perfecte sanari nisi remota causa. Sed ad positiones in oppositum respondetur primo ad auctoritates quòd uerum dicunt.s.priorem esse aliquando intentionē ad febrem,quàm ad causam:sed non semper. Ad rationē negetur maior si uniuersaliter accipiatur: immo aliquādo minus lædenti oportet prius & potius intendere quàm magis lædenti:quoniam minus lædens est causa magis lædentis, sine cuius remotione magis lædens remoueri non potest.

Vtrum digestio debeat causæ antecedēti an cōiunctę.

Dubitatur secundo an digestio debeatur causę antecedenti an coniunctæ.Et arguitur quòd causæ coniunctæ per Aui. inferius dicentem ꝙ sedimen laudabile nihil aliud est q̃ humor faciens ægritudinem: sed humor faciens ægritudinem est causa coniuncta ægritudinis. Secundo digestio debetur humori putrido:sed humor putridus est causa coniuncta. ergo &c. tenet consequentia.& assumptũ est Gal. tertio techni.dicentis quòd digestio facit cessare putredinem manente substantia.

In oppositum arguitur:quia humor putridus est qui per putredinem aduritur.i. incineratur humido exhalante. Sed huic non debetur digestio.quia nō potest ad benignum reduci. nec oportet ut præparetur ad euacuationem:cum cōtinue finiatur humidis partibus euaporantibus: & cineritio remanente. & hanc sententiam uoluit Gal.primo regiminis acutorum.super illo uerbo. Ptisana hordeacea.

Pro cuius dubij decisione tenendum est quòd tam causæ antecedenti quàm causæ coniunctæ debetur digestio: licet quandoque soli causæ antecedenti:sicut in fe. interpolatis habentibus materiam pro pluribus paroxysmis: sicut communiter accidit.Aliquando soli causæ cōiunctæ debetur digestio: sicut in fe.tam interpolatis quàm continuis: quæ non habent nisi causam coniunctam.Aliquando utrique debetur digestio, sicut in feb.continuis quæ habent causam coniunctam & antecedentē ad intra uenas. quarto aliquando in febribus nec causę antecedenti, nec coniunctæ debetur digestio. Primum declaratur. nam in feb. interpolatis.exempli gratia. tertiana habente materiam pro pluribus paroxysmis debetur digestio causæ antecedenti:ut ipsa uel ad benignũ reducatur:uel euacuationi præparetur faciendæ uel a natura uel ab arte. Causæ autem eis cōiunctæ putrenti ad extra uenas, & actu facienti paroxysmum non debetur digestio ad intentionem medicorum:cum neque posit ad benignum reduci. neque oportet ipsam euacuationi præparari: cum in paruo tempore finiatur: & per poros cutis sensibiliter sub forma sudoris, aut insensibiliter transpirando euacuetur. Et si quæ digestio huic debetur,non esset nisi subtiliatio quædam facta per fricationē, aut similia ut cito euacuetur:

Curatio duplex, regularis & coacta.

tur:sed de hac non est sermo impræsentiarum apud medicos. Secundum autem .s. quòd soli causæ coniunctæ debeatur digestio ostenditur in febribus non habentibus nisi causam coniunctam:sicut in continuis in quibus incipit tota materia putrere a principio:ita vt non remaneat causa antecedens in coniunctam transitura. In his enim febribus si humor ille qui actu facit febrem non sit digestus:& non sit paruo tempore finiendus debetur digestio, vt vel ad benignum reducatur si nondum sit multum infectus aut euacuationi præparetur. Tertium autē .s. quòd utrique debeatur digestio,manifestum est in cōtinuis: siue sint continuæ proportionabiles: siue conclusæ quæ habent materiam non solum actu putrentem: sed de proximo putrefiendam. Quartum autem .s. quòd neutri debeatur digestio ostenditur in febribus interpolatis vnius paroxysmi & in febribus interpolatis plurium paroxysmorum non habentibus causam antecedentem quæ sit materia: sed solum malam complexionem hepatis: & venarum generatiuam humorū qui debent esse causa cōiuncta paroxysmi. Similiter hoc manifestum est febribus incipientibus a materia summe digesta.

Sed iam superest vt respondeamus ad rationes factas in cōtrarium. Ad primam cum dicitur quòd sedimem laudabile non est nisi humor faciens ægritudinem: dicitur ꝙ illud est verum. Sed dicitur quòd humor est faciens ægritudinem dupliciter .s. actu:& hoc facit causa coniuncta,& aptitudine,& hoc facit causa antecedens: & certum est hypostasim apparentem in vrina ab utraq; posse decidi. Ad 2m dicitur quòd digestio debetur humori putrido: & etiam non putrenti qui de proximo putrefaciendus est.Et ad auctoritatem Gal. rñdetur quòd digestio facit cessare putredinem manente substantia .i. humore nō corrupto:immo remanente cum sua forma substantiali. Intelligit enim Gal. de digestione per quam humor ad benignum reducitur, siue sit sub forma causæ antecedentis siue coniunctæ. Nam in i lo qui non est actu putridus facit cessare putredinem futuram.sed in illo qui est actu putridus facit cessare putredinē præsentem, illum ad benignum reducēdo si semiputridus sit .i. nō valde putridus. Ad rationem autem in oppositum dicitur quòd humor putridus non debet digeri digestione reducente ipsum ad benignum:quia hæc reductio esset impossibilis. Nec etiam debet digeri digestione præparante ad euocationem qñ iam esset digestus:aut quando esset ita paucus aut taliter dispositus vt breuissimo tempore finiendus sit:sicut accidit in materijs febrium interpolatarum. Quando autem esset multus & non in breui tempore finiendus sicut accidit in continuis in quibus tota materia incipit putrere: tunc humor putridus digeri debet. & hæc est sententia Gal. primo regiminis acutorum super illo passu. ptisana hordeacea.

Tertium dubium vtrum sint eadem digestiua causæ antecedentis & coniunctæ. Pro cuius dubij decisione præmittitur ꝙ digestiua sunt contraria ei quod digeritur. dantur enim digestiua ad remouendum ea quæ prohibent ne humor euacuetur, aut ne ad benignum reducatur. Istorum autem quæ prohibent ne humor euacuetur, aut ad benignum reducatur. quædā sunt in quibus conueniunt causa antecedens,& coniuncta: vt puta grossities, & viscositas tam in phlegmate non putrente stante sub forma causæ antecedentis in phlegmatica, quàm in phlegmate putrente sub forma causæ coniunctæ eiusdem:& ratione istorum digestiua debent esse eadem vtputa æqualiter incisiua & subtiliatiua. Sed in quibus non conueniunt non debent esse eadem vtputa in caliditate. Nam phlegma putridum est factum calidum per putredinem. phlegma autem non putridum stans sub forma causæ antecedentis est frigidum. digestiua itaq; phlegmatis putridi deberent esse minus calida quàm digestiua phlegmatis non putridi stantis sub forma causæ antecedentis. Ex quo sequitur quòd tempore quietis digestiua debent esse magis calida quàm tempore paroxysmi. vnde in phlegmatica tpe paroxysmi dabimus syrupū acetosum cōpositum de zuccaro:sed tpe quietis oxymel compositum. sunt .n. æqualiter incisiua subtiliatiua.sed oxymel cōpositum calidius.

Et digestio quidem in grossa est æquatio eius cum subtiliatione:in subtili est æquatio eius cum ingrossatione.

Positis duabus intentionibus generalibus pro curatione febrium putridarum: quarum una est contra febrem & est infrigidatio & humectatio. Alia contra humorem & diuiditur in digestionem & euacuationem. Digestionem accipiendo generaliter ut est communis tam digestioni nocitiui reducibilis ad benignum quàm digestionem nocitiui præparabilis ad expulsionem: sicut Auic. hic accipit eam notificans. Sed cum sint tres tantum unam illarum trium Auic. describit reliquas omittens tanquam notas. est enim satis notum quòd infrigidatio & humectatio est inductio frigiditatis & humiditatis. Similiter est manifestum quòd euacuatio est humoris a corpore eductio.sed non est bene notum quid sit digestio de qua hic loquitur.ideo eam notificat dicens: quòd digestio est æquatio .i. reductio uersus æqualitatem siue mediocritatem materiæ grossæ cum subtiliatione:& subtilis cum ingrossatione:ambo enim dicunt ad medium reduci in grossitie & subtilitate:non autem ad extrema. Pro cuius descriptionis declaratione est primo sciendum: quòd Auic. intendit hic describere digestionem in nocitiuo, tam reducibili ad benignum, quàm præparabili ad expulsionem. Si enim Auic. describeret solum digestionem in nocitiuo præparantem ad expulsionem sicut opinatur Gentilis posset argui de insufficientia. Notandum secundo ꝙ hæc descriptio non est completa,sed a nobis est hoc modo supplenda. Digestio in nocitiuo est æquatio .i. versus mediocritatem reductio materiæ nociuæ grossæ cum subtiliatione: subtilis cū ingrossatione: viscosę cum incisione: incisę cum inuiscatione: necnon s̄m omnem dispositionē manifestam cum acquisitione proprietatis occultæ:per quam fiat naturæ obediens vt expellatur,aut ad benignum reducatur. Pro cuius notitia sciendum est:quòd digestio in nocitiuo debet remouere quascunque dispositiones impedientes ipsius dispositionem ad euacuationē, aut ad benignum reductionem. Hęc autē sunt grossities superflua,per quam fit ut non sit naturæ conueniens,neq; etiam facile possit expelli,cum non possit per meatus angustos transire. Item per subtilitatem superfluam est naturæ inconueniens: & quia in poris imbibitur non potest facile expelli. Item viscositas facit ipsam naturæ inconuenientem, & etiam expulsioni: vt si materia sit aspera facere ipsam lenem & lubricam. Idem de reliquis dispositionibus manifestis est iudicium. Proprietas autem occulta est addenda. Videmus enim in synocha pendente a sanguine quantuncunq; temperato,a natura in principio non fieri crisim:sed post aliquos dies, in quibus est sanguis factus secundum omnes eius dispositiones manifestas deterior fieri crisim: quod non potest esse nisi per acquisitionem alicuius proprietatis occultæ per quam facile expulsioni obedit. Notandum tamen quòd finis per se intentus a uirtute digerente non est materię expulsio sed ipsius ad benignum reductio ut nutriat. conatur enim uirtus digestiua quæ est in membris radicalibus sibi assimilare materiam in quam agit,sicut est proprium uniuscuiusq; agentis. propterea ipsam dealbat sicut videmus in sanie,& hypostasi. dat enim sibi dispositiones præcedētes actum nutricationis. Accidit autem quòd pręparetur expulsioni: uel quia ęquatur substantia: vel quia acquirit proprietatem per quam fit conuenientius obiectum uirtutis expulsiuæ:licet forte in modo substantię fiat ineptior expulsioni. quapropter cum uirtus nutritiua non potest ipsum assimilare sicut intendebat ipsa grauante membra,& eis nocente: virtus expulsiua mouetur ad eius expulsionem,cui facile obedit propter causas iam dictas, aut alteram earum.

Dubitatur vtrum digestio in iuuatiuo procedat ingrossando. nam de digestione in nocitiuo iuxta iam dicta est satis manifestum quòd quandoq; ingrossando, quandoque subtiliando procedit. Quòd autem digestio in iuuatiuo ingrossando procedat est sententia Arist. quarto metheororum. In contrarium autem sunt quæ quotidie apparent. Nam digestio in piris,ficubus,subtiliando procedit. subtiliora enim fiunt quanto digestiora.similiter cum sanguis in spiritum conuertitur subtiliando procedit. Pro notitia tituli quæstionis est sciendum quòd digestio accipitur dupliciter. quādoq; pro motu quo res digeritur.quandoq; pro complemēto eius quod digestum est: & vtrique diffinitio data per Aristot. congruit. In dubio tamē nostro digestio accipitur pro motu quo res digeritur. Notandum secundo quòd digestio apud Arist. quarto metheororum. sic describitur. Digestio est perfectio in vnoquoque humido a proprio:& naturali calido ex oppositis passiuis:perfectio ponitur loco generis, & significat idem quod completio, siue complementum in vnoquoque humido .s. complexionali

Vtrum digestio ī iuuatiuo ꝓcedat ingrossādo.

mixti.

mixti.ideſt in quo eſt ipſa complexio mixti poſtquam genitũ eſt:aut in quo futura eſt ipſa complexio mixti:antequàm mixtum genitum ſit,humidum perficitur per actionem calidi naturalis proprij illi mixto:quia intendentis formam illius, & cõplementum diſpoſitionum eius. Nam ſi nondum genitum ſit mixtum intendit ipſius productionem,& ſi genitum eſt intendit ipſius geniti conſeruationem & complementum diſpoſitionum eius quibus debet perfici & conſeruari ex oppoſitis paſsiuis.uel ſm aliam tranſlationem ex contraiacentibus paſsiuis: & in idem redit adinuicem debite permixtis.ſ. humido aqueo & aereo ex una parte. & ſicco terreo & igneo ex alia parte q̃ ſunt elementa inuicem permiſcenda ſm exigentiã formę mixti & complementi diſpoſitionum eius:quæ elemẽta ut paſsiua debent adinuicem agere & pati. Permiſcentur autem debite per actionem calidi proprij naturalis intendentis illius mixti eſſe,& perfectionem.

Sed contra ſequitur ꝙ per actionẽ huius caloris permiſcentis non intenditur niſi complexio media inter paſsiuas qualitates: cum ipſa elementa non agant niſi ut paſsiua. Secundo ſequitur hanc digeſtionem non reperiri niſi mixto ex alio mixto generando:quia non exiſtente mixto non eſt cõplexio: & ſic non eſt humidum complexionale. Ad primum dicitũ quòd elementa quæ permiſcentur,debẽt adiniucem agere ſm qualitates actiuas & paſsiuas ut reſultet complexio media inter ambas contrarietates.propterea poſſet exponi ex oppoſitis paſsiuis.i. ex elementis oppoſitis patiẽtibus adinuicem ſm omnes qualitates. Aliter dicitur quòd magis in diffinitione expreſsit qualitates paſsiuas:quia id quod magis manifeſtatur poſt digeſtionem eſt durities & mollities & ſimilia, quę magis conſurgunt ex qualitatibus paſsiuis. tertio aliter dicitur quòd expreſsit qualitates paſsiuas & non actiuas quia illæ paſsiuæ ſunt materia actiuarum ſm quarum proportionem, & temperamentum acquiritur temperamentum actiuarum ſm plurimum. Ad ſm dicitur quòd ſi uolumus digeſtionem hic deſcriptam competere digeſtioni cuiuſcunq; mixti tam ex mixtis, q̃ ex elementis immediate generandi intelligamus in unoquoq; humido ſcilicet tã aqueo, quàm aereo ex oppoſitis paſsiuis.ſ. ſicco,terreo,& igneo ſecũ permiſcendis,& non ſubdamus illã particulã cõplexionali mixti. Vel ſi uis eam addere ſicut addit Alb.mag.dicamus quòd humidum aereum & aqueum poteſt dici complexionale:non quia ſit ſubiectum complexionis: ſed quia eſt futurum partiale ſubiectum complexionis.nam ly cõplexionale non ſolum dicit actum ſed etiam aptitudinem.

His præmiſsis ad dubium reſpõdetur quòd digeſtio in iuuatiuo aliquando procedit ingroſſando, aliquando ſubtiliando, aliquando neq; ingroſſando,neq; ſubtiliando. Primum manifeſtum eſt in his in quibus humidum aqueum & aereum perficitur per ſiccum terreum ſibi adueniens ſicut in amygdalis, auellanis,& ſimilibus:aut in quibus ſit ſeparatio humidi aquei per digeſtionem ſicut cum uinum conuertitur in chylũ: & humiditates ſecundæ in carnem,& oſſa. Secundum eſt manifeſtum in quibus econtra ſiccum terreum perficitur per humidũ aqueum,& aereum ſibi adueniens ſicut in piris, ficubus, & ſimilibus in principio duris,& terreis: quod humidum attrahitur a calore digerente tanquam conueniens ad perfectionem, & complementum eorum quæ digeruntur. Similiter in quibus per digeſtionem excluduntur partes terreæ ſicut cum panis,uel caro conuertitur in chylum,& ſanguis in ſpiritũ. Tertium eſt manifeſtum in quibus per digeſtionem ſeparatur tantum de partibus terreis groſsis quantum de partibus aqueis, & aereis,ſicut cum ſanguis conuertitur in primam humiditatem,aut in lac,aut in ſperma: ſed tamen credam lac ſm plurimum eſſe ſangnine ſubtilius. Item ſicut quando ptiſana conuertitur in chylum. Et ſimiliter poteſt eſſe quando per digeſtionem tantum traheretur ad id quod digeritur de humido aqueo & aereo,quantum attrahitur de ſicco terreo:aut quando tantũ excludatur de uno contrario,quantũ attrahitur de alio, quorum exempla difficile eſt reperire. Secunda concluſio ad intentionem Ariſto.qui vult ꝙ digeſtio procedat ingroſſando excluſa quacunq; additione,aut ſeparatione humidi aquei, aut aerei.& ſimiliter ſicci terrei præter humidi reſolutionem, quæ fit per actionem caloris digerentis, omnis digeſtio in iuuatiuo ingroſſando procedit.probatur,quia per actionem calidi digerentis ſemper humidior pars diſſoluitur. Vnde quod

Digeſtio ingroſſando procedit.

digeritur continuo efficitur terreſtrius. Correlarium.humidum adæquatum quod digeritur, ſiue digeſtio pręparet ad nouam formam mixti, ſiue compleat in mixto diſpoſitiones ſibi conuenientes continue ingroſſatur. Et nota ut ſupra dictũ fuit,quòd digeſtio de qua fuit quęſtio noſtra accipitur pro motu quo res digeritur.& ſimiliter perfectio,ſiue completio poſita pro genere.pro motu accipitur quo mediãte res perficitur, digeritur,& completur. Vnde ſi quæratur quæ res ſit digeſtio. Reſpondetur quòd eſt motus. Si uero digeſtio accipiatur pro complemẽto,& integritate eius quod digeſtũ eſt. Reſpondetur quòd eſt terminus,& finis a calore naturali per motũ illud intẽtus: & illud eſt integritas,& perfectio mixti,q̃ integratur ex complexione propria,duritie, & mollitie, colore,& odore,ſapore & ſimilibus,necnon proprietate,& forma per quæ mixtum habet eſſe:& eſt perfectum in ſpecie ſua.

Digeſtio quid nam ſit.

Et quandoq; ſunt contraria illa quæ requirit febris de infrigidatione:& illud qđ requirit humor de digeſtione,& euacuatione,& reſolutione. Quandoq; enim eſt digeſtiuũ & euacuatiuum calidum:immo eſt ſecundum plurimum ita.

In hac parte tertia primæ partis comparat Auic.has intentiones ad inuicem quo ad caſum noſtrũ: & habet tres partes. In prima oſtendit iſtarum duarum intentionum contrarietatem:quarũ altera debetur febri.altera cauſæ: declarans in generali cui magis uacandum ſit. In ſecunda parte oſtendit harum conuenientiam in quadam re iuuante reſpectu utriuſq;. & eſt ſyrupus acetoſus ſimplex. In tertia parte oſtendit in ſpeciali quomodo utriq; vacandum ſit.ſecunda ibi§Et multotiens.§ tertia ibi §Et ſcias quòd quandoq;.§ Primam partem diuido in tres. In prima Auic. innuens contrarietatẽ inter duas intentiones quarum altera debetur febri,altera humori: declarat quomodo illud quod cõuenit ratione humoris nocet ratione febris. In ſecunda parte oſtendit in generali cui intentioni magis uacandum ſit. In tertia parte declarat, quomodo illud quod conuenit ratione febris,nocet ratione humoris,ex hoc inferens tria correlaria.ſecunda pars incipit ibi §Et tunc oportet.§tertia ibi§Et fortaſſe contrarium.§ In prima parte dicit duo.primum quòd quandoq; ſunt contraria illud ꝙ requirit febris de infrigidatione,&illud quod requirit humor de digeſtiõe:euacuatione,& reſolutiõe. ſecũdũ dictũ eſt ꝙ digeſtiuum & euacuatiuum aliquando:immo ſm plurimũ eſt calidum. Vnde hoc quod confert ratione humoris digerẽdo & euacuando nocet ratione febris,quæ curatur per frigida. primum dictum eſt manifeſtum.

Sed pro declaratione ſecundi cadunt duo dubia. Primum utrum digeſtiuum ſit ſecundũ plurimum calidum. Ad partem negatiuam primi dubij arguitur:quia frequenter digeſtio materiæ eſt ingroſſatio,ut patuit ex diffinitione digeſtionis. hoc autem fit a frigido. Item aqua frigida ut patebit inferius,digerit materias calidas ſubtiles. Item febres ſecundum plurimum ſunt cholericæ ſecũda de criſi.capitulo ſexto.ergo materia febrium digerenda ſecundũ plurimum eſt cholera: quæ cũ ſit calida naturaliter,& per putrefactionem frigido digerẽda eſt. Præterea.Plures febres accidunt tempore calido,q̃ frigido in quibus oportet totum regimen ratione temporis ad frigidum declinare. Præterea.Plurimæ febres ſunt peſtilentiales,in quibus pro digeſtiuis utimur oxyzachara,ſyrupo de acetoſitate citri,aqua frigida,& ſimilibus extinguentibus,cor cõfortantibus,& a maligna putredine præſeruãtibus. Præterea. Medici pro digeſtiuo in febribus utuntur ſyrupo acetoſo ſimplici:ſyrupo byzantino,ſyrupo acetoſo compoſito:& aqua ordei,endiuiæ,quæ omnia ad frigidum declinant: & plures iſtis utuntur in feb.quàm in omnibus reliquis ſimul. In oppoſitum eſt hic Auicen.

Vtrum digeſtiuũ ſit ſecũdum plurimum calidum.

Pro ſolutione præmittit primo ꝙ digeſtiuum eſt triplex: quoddam eſt uis animæ,& hæc nõ eſt calida nec frigida:quoddam eſt calor naturalis,quod eſt calidum & humidum:ſiue per ipſum intelligamus ſpiritum,ſiue cõplexionem naturalẽ: hæc enim ſunt inſtrumenta animę in quacunq; operatione. Quoddam eſt uirtus medicinarum,ſiue medicinæ ipſæ quæ gratia digeſtionis adhibẽtur.& de hoc ultimo digeſtiuo eſt quęſtio noſtra.In hac parte dicit Pluſquàm commentator tertio techni in commento illius partis.Sed dicta quidem ſpecies alterationis. Et ſimiliter ſequens eum quòd digeſtio cauſæ cõiunctæ.ſ. humoris

Digeſtiuũ triplex.

humoris putridi, quæ aqud Gal. est alteratio faciens cessare putredinem manente substantia pficitur per frigida & sicca: quia frigida & sicca opponuntur causis putrefacientibus, quæ sunt caliditas & humiditas. cuius signũ, quia auster facit & cõseruat putredinem qui est calidus & humidus. Econtra boreas frigidus & siccus ꝓhibet eam. Preterea. Omne quod putresit calesit & humectat̃. quare frigidis & siccis auferenda & ꝓhibenda est putrefactio. Huius uiri & sequentiũ ipsum dicta sunt uera loquendo de digestione putridi ut putridum est: per quã dẽt ad benignũ reduci. omne enim tale ut putridũ est calidũ & humidũ respectu suę dispositionis naturalis. quare cũ cura fiat per contraria opus est p frigida & sicca hi lapsus corrigant̃, & nõ solum hoc uerum est in humoribus putridis ad benignũ reducendis: sed etiam pro ipsorum præseruatione à putredine huiusmodi frigida & sicca adhibenda sunt. Aui. tñ & medici nõ curantes de reduplicatiuis dicunt digestiua esse ut plurimum calida. Nam multoties humor putresit pp grossitiẽ, & uiscositatem: & pp oppilationẽ ꝓhibentẽ ipsius euentationem. Et multotiens idem humor factus putridus ꝓpter easdem cãs nõ potest ad benignum reduci: quare multotiens opus est calefacientibus, incidentibus, subtiliantibus, & aperientibus. hæc necessaria sunt in humore putritudo, aut non putrido ad expulsionem præparando. Raro enim cõtingit ꝙ humores putrentes ẽt leui putredine ad benignũ reducant̃. Cum ergo diligẽs cõputatio facta fuerit oĩum digestiuorum quibus medici utuntur tam pro humoribus ad benignũ reducẽdis, siue putridi sint, siue non putridi quàm in humoribus ad expulsionem præparandis inueniemus esse plura digestiua calida, quàm frigida. Nã digestiua frigidorum humorum semp sunt calida: sed digestiua calidorum ẽt secundum plurimum sunt calida, cum ſm plurimum humores calidi sint grossi, aut uiscosi, aut oppilationi cõiuncti. raro enim fiunt febres ex putredine choleræ naturalis. Sed plurimę fiunt ex putredine cholerę citrinæ, uitellinæ, & choleræ minoris famæ. Similiter sanguis putrens raro peccat subtilitate: sed plurimũ grossitie: & horum putredines sunt ſm plurimum oppillationibus coniunctæ. Præterea humores siue sint coniuncta causa febrium, siue antecedens ſm plurimũ præparantur ad expulsionem, & raro ad benignum reducunt̃: cuius signum, quia ſm plurimum post digestiones fit ipsorum euacuatio ab arte, uel à natura: sed humorum euacuatio impeditur ſm plurimum propter grossitiem, & uiscositatem facientes ipsos figi, & adhærere: & impedientes transitum eorum per uias angustas, sicut super extremitates uenarum: & raro impediuntur propter subtilitatem qua in membrorum porositatibus imbibantur: quare ſm plurimum necessaria sunt calida subtiliantia, incidentia, & aperientia. Et similiter qui ad benignum reducendi sunt frequenter propter tales causas impediuntur, quare &c. Nec obstat ꝙ inueniantur aliqua frigida aperitiua, sicut aqua endiuiæ & similia. Et aliqua frigida incisiua sicut acetum, quod adiuuat ad subtiliationem: quia ista sunt leuiter aperientia: & subtiliantia quæ utplurimũ non sufficiunt sed opus est fortioribus quæ sunt calida: quare non solum in causis antecedentibus febrium putridarum digerendis: sed ẽt in cõiũctis: aut saltẽ oĩbus cõputatis tam antecedẽtibus, quàm cõiunctis siue ad benignũ reducendis siue ad expulsionem pręparandis digestiua ſm plurimũ sunt calida. Et hoc uoluit Aui.

Ad rationes autem in contrarium conceditur ꝙ aliquando digestio est ingrossatio, quæ fit à frigido: & ꝙ aqua frigida est digestiua humoris calidi subtilis: sed hi humores subtiles taliter digerendi raro reperiuntur in comparatione ad humores qui digerendi sunt per subtiliationem. Sed ad Gal. secundo de crisi respondetur ꝙ quocunq; unico humore capto secundum speciem plures accidunt febres a cholera quàm ab alio humore: & non solum hoc est uerum sed etiam plures accidũt febres à cholera quàm a reliquis humoribus simul ut manifestum est his qui diu uersati sunt in practica: & hæc fuit mens Gal. ex qua tamen non cõcludit̃ contra determinationẽ: quia illæ choleræ ſm plurimum sunt grossæ. Vnde febres ſm plurimũ occurrentes sunt tertianæ nõ purę, quarum materia subtiliatione indiget, & ſm plurimũ sunt cõiunctæ oppilationi. quare &c. Ad rationem aliã concedit̃ ꝙ plures febres accidunt tẽpore calido, quàm frigido: cũ quo tñ stat ꝙ pendẽt ab humoribus grossis cum maxime accidant in autumno. Ad quintã concedit̃ plurimas esse febres pestilentiales in quibus ab initio utimur aqua frigida, & digerentibus frigidis quàmtuncunq; ſm plurimum pendeant ab humoribus grossis: sed illud facimus coacte non regulariter: sed postea in processu procedimus cum subtiliantibus, & aperientibus cura regulari. Ad ultimum conceditur ꝙ pluries syrupo utimur acetoso simplici, & composito & syrupo byzantino: quia ualẽt in materia calida & frigida, & aperiunt oppilationes. Sed nisi esset auctoritas Mesuę, dicerem syrupum byzantinũ, & acetosum cõpositum ad calidũ declinare. Sed quicquid sit digerunt maxime per calida ipsorũ cõpositionẽ ingredientia, quæ sunt subtiliantia, aperientia, & ꝓuocatiua. Ad rationem aũt Plusquàm cõmentatoris quæ uidetur uniuersaliter cõcludere ꝙ digestiuum causæ cõiunctæ est uniuersaliter frigidũ & siccum cum debeat opponi caliditati, & humiditati eius quod putresit. Respondet̃ ꝙ multoties grossities, & uiscositas sunt cã putredinis: & multoties prohibita transpiratio: quæ remouendæ sunt per calida & per frigida: & sicca fouerentur & augerentur: unde magis nocerent, quàm iuuarent corrumpendo caliditatem & humiditatẽ superfluam eius quod digeritur.

Secundum dubium utrum euacuàntia sint ſm plurimum calida. Arguitur ꝙ non quia euacuantia comprimendo sunt ſm plurimum frigida sicut mirabolani, citonia & similia. & euacuãtia leniendo sunt frigida sicut uiolæ: & aliquando sunt circa tẽperamentum sicut manna, cassia. Et euacuantia labificando sunt frigida sicut pruna: & euacuantia eligendo quædã sunt frigida, sicut rosæ, mirabolani. Item euacuantia per uomitũ sunt frigida sicut acetum: & aqua ordei simul mixta. Similiter euacuantia per urinam sicut semina communia. Item euacuãtia per sudorem sicut aqua ordei cum pauco uino. In oppositum est Auicen.

Pro solutione notãdum ꝙ euacuantia sunt sexcuplicia: quædam euacuant per secessum: quædam per uomitum: quædam per urinam: quædam per sudorem: quædam aperiendo orificia uenarum apertione sanguinem manare facientes: quædã euacuant membra particularia per ductus, & uias sibi proprias: sicut cerebrum per nares, & colatorium: pulmonem per cannã eius: matricem per collum eius. Euacuantia autem per secessum: quædã euacuant comprimendo .i. constringendo intestina in parte superiori, ita ut p cõstrictionẽ fiat expressio obiecti expellendi ad inferiora: & ex hoc genere sunt mirabolani: & licet ẽt euacuent eligendo. Item citonia, pira & similia styptica post alium cibum sumpta. Et quædam euacuant labificando sicut pruna. i. applanando supficiem mẽbri. i. intestinorũ per quæ fit expulsio: ita ut superficies ipsorum fiat plana non aspera, & inæqualis ut obiectum expellendum lubrificet per ipsam. Quædam euacuant leniendo. i. humectando & mollificando obiectum expellendum sicut uiolæ manna, & cassia. Euacuare autem lubricando credo ꝙ sit idem quod euacuare labificando ut uocabulum sonat: aut si differt credo ꝙ simul cõprehendat euacuationem labificatiuam, & lenitiuam. sicut euacuatio facta p oleũ, & iura pinguia quę simul obiectum mollificant, & supficiem applanãt. Quædam autem euacuant eligẽdo. i. determinatũ humorem per suam ꝓprietatem ad se attrahendo. Et hæc sunt duplicia. quædam fortia dicta exoluentia: & hæc uniuersaliter sunt calida. quædam sunt debilia quæ dicuntur solutiua benedicta. Et horum quædam sunt calida sicut rhabarbarum, aloe, & similia: quædam sunt frigida sicut mirabolani, uiolæ, rosæ, & similia. licet forte huiusmodi secundum partem secundum quam eligunt sint calida. *Sex species euacuãtium.*

Ordinauit nãque natura ut ꝓprietati specificæ attrahẽti cõiungeret̃ qualitas prima attractiua. s. caliditas ut p eã iuuaret̃: quapropter cõprehendimus uiolis & ꝓprie siccis amaritudinẽ quandã significantẽ caliditatẽ, qua sua ꝓprietas specifica iuuat̃ in attrahẽdo hoc. Quædã euacuãtia p secessum euacuãt dissoluẽdo sicut pip: quædã abstergẽdo ut mel: quædã pungẽdo, & stimulando sicut acetum: & similia acuta: quapropter decimasexta tertij inuenies quædam antidota solutiua in quibus nullum est solutiuum secundum aliquem quatuor modorum suprascriptorum. Multa tamen reperiuntur solutiua quæ multis modis ex suprascriptis possunt euacuare, sicut mirabolani qui euacuant comprimendo, & eligendo: sicut pruna, & tamarindi qui euacuant labificando, & eligendo: & manna & cassia lenien-

leniendo & eligendo. Succus autē granati acris, & granati dulcis expressus cum cortice interiori quantitatis quatuor unc. cum duabus unc. zuccari euacuant abstergēdo per zucca. leniendo, per succum granati dulcis, incidendo, pungendo, stimulando, per succum granati acris, & comprimendo, per stypticitatem suam.

Breuiter euacuantia oīa recenset.

Sed respondendo ad quæsitum dico, quòd solutiua exoluētia sunt uniuersaliter calida. Soluentia benedicta quædam calida, quædam frigida. Soluentia comprimendo sunt secundum plurimum frigida. Solutiua leniendo sunt humida, quandoque frigida, quandoque calida, quandoque temperata. Solutiua labificando, quandoque frigida, quandoque calida. Euacuantia autem dissoluendo, abstergendo, pungendo, & stimulando sunt secundum plurimum calida. Euacuantia autem per uomitum leuia] quædam sunt frigida sicut semen atriplicis, & aqua tepida cum pauco aceti. quædam sunt calida sicut flos genestræ, agaricus. Fortia autem uomitiua sunt uniuersaliter calida sicut succus raphani, granum regum, siue catapucia. Elleborus autem est ultimus: & hæc uomitiua quandoque prouocant per qualitates manifestas, ut puta pungendo, stimulando, & in stomacho lęuigando. Quædam per proprietates occultas eligendo proprios humores secundum naturam uomitiui. euacuantia autem per urinam quædam euacuant per proprietates, humores eligendo sicut assarum eligens choleram, & phlegma. Quædam a proprietate petunt uias urinę licet non eligāt humores determinatos sicut cātharides. quare tanta est uis ut etiam exterius applicitis prouocent urinā, & quandoque excoriant uias urinę, & proprie uesicam ita ut ex ea sanguis emanet: & hæ omnes sunt calidæ. Quædam euacuant per qualitates manifestas, & hæc sunt duplicia: quædam prouocāt urinam sua aquositate lauante sicut aqua cucurbitæ, melonis, & anguriæ: & hæc sunt frigida. Quędam sunt diuretica, idest prouocātia urinam dissoluendo humiditates in humiditatem aquosam sicut apium, radices sparagi, & similia, & hæc sunt calida. Sed dubium est de seminibus communibus frigidis, & quomodo prouocant urinam. Aliqui crędunt hoc esse ex humiditate aquosa in ipsis derelicta. Aliqui credunt hoc esse propter caliditatem aliquam in ipsius existētem. Aliqui dicunt hoc esse a proprietate, & forte omnia hæc simul concurrunt: hæc autem frigida sunt. Euacuantia autē per sudorem, quædam sunt leuia sicut aqua hordei cum pauco uini subtilis: & hęc sunt frigida. Quædam sunt prouocātia sudorem dissoluēdo humiditates in uaporem grossum, & hæc sunt calida, & calidiora quàm prouocantia urinam præter cantharides, opus enim est maiori caliditate ad dissoluendum humiditatem in uaporem grossum, quàm ad subtiliandum humiditates grossas in aquositatem. Et medicamen de assa, est de fortiter prouocantibus sudorem. Euacuātia autem aperiendo extremitates uenarum apertione sanguinem manare faciente: quædam faciunt hoc a proprietate, sicut aloe necnon multæ ex medicinis exoluentibus: quædam faciunt illud per qualitates manifestas sicut omnia aperitiua: & manifestum est hæc omnia esse notabiliter calida. Euacuantia autem membra particularia sicut cerebrum, pulmonem, & matricem. omnia hæc s̄m plurimum sunt calida. Ex quibus tandem concluditur responsio ad quæsitum per has conclusiones. Prima conclusio. Euacuantia autem de entibus mundi per quācunque uiam ex iam dictis plura sunt calida, quàm frigida. hæc conclusio patet ex suprascriptis. Secunda conclusio euacuātia quibus utimur pro curatione febrium putridarum sunt secūdum plurimum calida. probatur. nam electiue euacuantia materias proprias feb. per secessum quibus utimur, sunt secundum plurimum calida. euacuantia autem materias communes aliquando sunt calida. Simiter euacuantia per alias uias quibus utimur secundum plurimum sunt calida: ut patet discurrēdo per singula. Et ex his facilis est respōsio ad rationes adductas ante oppositum.

Semina cōia frigida qūo ducunt urinam.

Et tunc oportet vt obseruetur magis timorosa de vna duarum rerum.

In hac parte Auicen. ostendit in generali quę harum duarū intentionum cum adinuicem contrariantur sit obseruanda dicens: quòd oportet ut obseruetur magis timorosa de una duarum rerū. idest duarum intentionū adinuicem contrariarum.

Illa autem dicitur magis timorosa quæ si omittatur maius imminet periculum. ergo si intentio ad febrem sit magis timorosa obseruabimus illam & procedemus cum infrigidātibus, extinguentibus, non neglecto tamen humore. Si uero intentio ad humorem sit magis timorosa digeremus, & euacuabimus non negligendo febrem. Et hanc sententiam uult Auice. quarta primi ultimo capitulo.

Et fortasse contrarium est illud quod conuenit febri de infrigidatione cum eis quæ sunt sicut melones indi, & reliqua olera ei quod conuenit materiei de minoratione.

In parte præsenti Auicenn. declarat quòd aliquando illud quod conuenit rōne febris nocet ratione humoris. secundo infert tria correlaria, secunda ibi ʒ Quare. ʒ De prima parte dicit quòd fortasse. id est aliquando illud quod conuenit febri de infrigidatione cum eis quæ sunt sicut melones indi, & reliqua olera contrariantur illi quod requirit humor de digestione, euacuatione, & resolutione.

Quare prohibet illud dare ea in potu nisi vbi non est materia: & oīno sollicitudo sit vt postponatur aqua fructuū vsq; ad hebdomadam: & sit contentus aqua hordei. Et omnes fructus nocent febricitantibus, cum ebullitione sua, & corruptione sua in stomacho.

Aqua f… ctuum.

In præsenti parte infert tria correlaria. Primum ꝙ illud scilicet conferre febri, & nocere humori, prohibet ea scilicet melones indos & reliqua olera, & aquam eorum dari in potu nisi ubi non est materia idest nisi in febribus immaterialibus, sicut est hectice & ephimera. Secūdum correlarium: quòd omnino sollicitudo sit idest medicus sit sollicitus quòd hæc aqua fructuum scilicet melonis indi, & reliquorum similium sicut cucumeris, citrulli, & similium fructuum facile putrescibilium postponātur usque ad hebdomadam in febribus putridis & interim sit contentus aqua hordei.

Tertium correlarium. omnes fructus nocent febricitanti scilicet febre putrida cum ebullitione sua, & corruptione sua in stomacho. Nota primo. quòd melo indus: melo magnus uiridis, cucumer saracenicus, dualha, anguria idem significant. Et apud Serapionem auctoritate Rasis est fortis humectationis, & extinctionis: & conuenit in febribus adurentibus, est frigidior alijs speciebus melonum. Cucumer uero aliter dictum chiar est duræ digestionis generans chymum malum paratum corruptioni, siue corrumpi & fieri materiā febrium putridarum. quamuis melo sit citius corruptibilis, & est frigidus & humidus in secundo: & hoc est illud quod uocatur cucumer in Lombardia, & in marchia triuisana & mollificat uentrem, & prouocat urinam. Citrullus autem aliter dictus ghache est frigidior cucumere, & generat chymum uiscosum, & humores crudos in uenis, & accidunt ex usu eius febres antiquæ malæ: nec prouocat urinam sicut melo: & nocet stomacho. aqua cucumeris, & citrulli confert inflammationi febrium, & sedat sitim & laxat uentrem laxatione bona, & sine nocumento aliquo: & debet bulliri cum zuccaro albo: dosis cuiuscunque eorum est ab unc. iiij. usque ad vi. nō oportet tamen ut detur habenti naturam duram ad mouendum, quia non laxaret.

Credo quòd citrullus minor sit cucumere. Melo aliter dictus batheca apud Serapionem cuius substantia dum est maturus est subtilis: & non perfecte maturi substantia est grossa infrigidat, & humectat in secundo gradu. & secunda uirtus abstergit, & incidit: sed tertia prouocat urinam. Credo ꝙ apud Auicenn. batheca sit terminus communis ad plures species melonum. dicit enim quòd melo est melioris humoris quàm reliquæ bathechæ. Concordat tamen cum Serapione in uirtutibus eius. Pepo autem est melo: sed dicitur pepo quasi pepasim passus. Et Simon Ianuensis non discrepat ab Aui. nec a Serapione: dicit enim sic. Dulla arabice melo magnus uiridis. batheca arabice melo magnus uiridis, qui anguria a quibusdam uocatur, uel alius melo qui apud cuneti uocatur sic. locus est enim sub disiunctione. Ego tamen credo quòd pepo, siue melo bene conditionatus parum transcendat primū gradū

pro-

propter bonitatem suę dulcedinis. Et quia Auicenna. in capitulo de quartana comparans ipsum lactuctę innuit ipsum esse minus frigidum lactuca: cum tamen lactuca secundo canone sit frigida in secundo. Est tamen multum prouocans urinam cum non concedat ipsum in quartana propter uehementiā ꝓuocationis producendis ad ingrossatioñe sanguinis.

Cucurbita autem frigida, & humida in secundo pauci, & boni nutrimenti,& uelocis digestionis si non corrumpitur in stomacho,& cōfert febribus cholericis. Melongena apud Auicennam secundo canone capitulo proprio est calida & sicca in secūdo:licet apud quosdam sit frigida,generat humores melancholicos præparantes ad ægritudines melancholicas. recens tamen est minus mala antiqua. Cum ergo hic dicat Auicenna. melonem indum & reliqua olera conuenire ratione febris intelligit de omnibus præterquam de melongena. Nocent autem ratione humoris cum neruos infrigident, & humectent,& prohibeant resolutionem & generent chymos malos putrescibiles. Cucurbita tamen est minus mala cæteris; immo optime confert in febribus cholericis: & proprie si debite coquatur,& præparetur. Notādum secundo quòd hoc uocabulum olus est latius apud arabes, quàm apud nos.

Nam apud nos solum herbas significat,sed apud Arabes significat herbas & etiam fructus qui non nascuntur ex planta lignea sicut illi de quibus sermo præcessit.

Aqua fructuum.

Dubitatur utrum aqua fructuum debeat postponi usque ad hebdomadam. Pro solutione huius notandum aquam fructuum & cuiuscūq; alterius rei tria apud medicos significare. Quandoque enim significat succum,quandoque aquam decoctionis: quandoq; aquam distillationis. Et de his tribus modis est sermo in textu præsenti. Notandum secundo tres apud medicos reperiri aquas fructuum differentes secundum diuersitates eorū ex quibus fiunt. Prima est aqua decoctionis quorundam fructuum solutiuorum sicut prunorum, tamarindorum,iuiubarum,sebesten cum quibus ad bulliendum aliquando adduntur uiolæ, & cum horum decoctione aliquādo cassia,uel manna distemperatur. Et hæc aqua fructuum multotiens datur in principio febrium ante hebdomadam ad infrigidandum,leniendum uētrem:& quandoque ad minorandum materias proprias:& sunt eius uariæ descriptiones apud auctores secundum diuersarū febrium exigentiam. Et Mesue ponit distinctione septima descriptionem aquæ fructuum & multas alias decoctiones & infusiones: & de hac aqua fructuum non intelligit hic Auic. Secunda aqua fructuum est succus quorundam fructuum acetosorum sicut granatorum,limonum,citrullorum,acetositas citri.& hæc multotiens datur in principio febrium ante hebdomadam ad extinctionem caliditatis,& prohibēdam malignam putredinem, aut ipsius additionem, & cordis confortationem secundum quòd multotiens est necessarium in pestilentialibus: & de hac non est hic sermo. Tertia aqua fructuum est aqua decoctionis, aut expressionis, aut distillationis fructuum superius memoratorū sicut anguriæ,melonis,cucumeris,citrulli,cucurbitæ. His adde aquam pomorum,pirorum,persicorum, & similium facile putrescibilium,quæ aqua non est lenitiua sicut prima licet sit prouocatiua: nec prohibet putredinem sicut secunda: immo potius est parata ad inducēdum, aut augendum putredinem, de hac est sermo ĩ textu.Et prohibetur ante septimū quousq; materia sit manifeste digesta,& multum minorata: tunc enim minora potest facere nocumenta.

Sed contra quia Halyabas in principio tertianæ concedit aquā anguriæ. Idem facit Auerro.septimo colliget. Amplius Auicenna in regimine acutorum dat aquam cucurbitæ cucumeris,& melonis gratia extinctionis caloris putredinalis, sed necessitas extinctionis potest esse ante digestionem. Amplius Auicēna multotiens laudat melonem, cucumerem, & cucurbitam in tertiana,non determinādo tempus digestionis. Amplius Auicenna in cura syncopalis minutę dat panē in aqua fructuum,& uidetur quòd intelligat de aqua melonū, & similium: necnon pirorum, pomorum: quod apparet.non enim intelligit quòd panis detur cum aqua in qua sit cassia & huiusmodi solutiua:nec cū aqua granatorum,aranciorū,& similiū:quia statim de his dixerat in isto capitulo. Amplius Cassius fælix in causone utitur succo cucurbitæ. Præterea. Si aqua huiusmodi disponit ad putredinem non debet concedi ante hebdomadam, nec post hebdomadam.

Pro solutione horum sciendum quòd aqua anguriæ, cucumeris,& similium facile putrescibilium ex parte iuuat in febribus putridis extinguendo caliditatem febrilem.propterea dixit quòd melones indi,& reliqua olera conueniunt feb.infrigidando; & similiter eorum aqua. Ex parte autem nocet: quia aqua huiusmodi,& similiter fructus ipsi ex ꝗbus, sit sunt parati corruptioni propter humidum aqueum aptum & ebullitioni,& putrefactioni,& quia a proprietate quasi generant & materias malignas,ut intelligitur a doctoribus arabis omnibus.unde hæc aqua est apta multum nocere ratione humoris. Verum si detur post hebdomadam, idest apparentibus signis manifestæ digestionis,& materia minorata est apta minus nocere cum uirtus magis dominetur materiei: nec sinit in ea malignam procedere putredinem.uerum secundum diuersitatem febrium putridarum est apta magis,aut minus nocere,& iuuare.in phlegmaticis quidem nullo modo cōuenit: quia ratione febris non est proportionatum infrigidans:immo nimium excedens & ratione humoris; ut manifestum est apta maxime nocere, nisi forte esset causon a phlegmate falso. In melancholicis autem similiter ratione febris est nimis excessiuum infrigidans:& ratione humoris nō conuenit quia nimis ingrossat,& facit ineptum euacuationi:& forte superflue prouocādo nocet:ut uoluit Auic.in capitulo de quartana loquens, de melone dulci qui minus cæteris fructibus de quibus supra infrigidat. Verum in quartana continua pendente a melancholia genita per adustionem choleræ fortasse posset concedi, aut saltem minus noceret quàm in reliquis quartanis.

Sed in sanguinea esset proportionatū infrigidans,sed forte noceret superflue humectando: sed ratione humoris, scilicet sanguinis putretis est apta multum obesse, & parum prodesse:sed in febribus cholericis & proprie pendētibus a materia subtili est apta multum prodesse.tum ratione febris, tum ratione humoris. Propterea in his auctores quidam sicut Halyabas,Auerrois,Auicen.in capitulo de tertiana, concesserūt eam a principio æstimantes ipsam plus iuuare, quàm nocere: sed in cholericis pendentibus a cholera grossa est melius expectare digestionem,& aliqualem minorationem.In cholericis itaque a cholera subtili ab initio concessa posset magis iuuare, quàm nocere. Sed in cholericis a cholera grossa ab initio magis noceret quàm iuuaret.Sed post hebdomadam ad intellectum datum est apta magis iuuare,quàm nocere. In reliquis autē putridis est ante hebdomadam,& post apta multū nocere,& parum prodesse,minus tamen noceret in causone, a phlegmate salso.& in quartana continua a melancholia genita per adustionem choleræ:sed in pestilentialibus est multo magis apta obesse, quàm ꝓdesse cum in eis semper oporteat tueri cor, & defendere a maligna putredine: quod magis facit aqua fructuum acetosorum. In ephemeris autem est apta cōferre.In hecticis infrigidando & humectando confert:uerum superflue prouocando noceret. Verum aqua hordei est conuentior quàm aqua huiusmodi.conuenit enim ratione humoris,& ratione febris.Propterea dixit Auic. Sis contentus aqua hordei,& postponatur aqua fructuum. Verum in febribus ardentibus fortasse non esset in ea sufficiens infrigidatio, & humectatio sicut in aqua anguriæ, & cucurbitæ.

Sed hic considerandum quādo cogit te necessitas ad usum huiusmodi aquæ fructuum,medicus debet eius malitiam corrigere cum decoctione,quæ fiet hoc modo.Inuoluimus anguriam,aut cucurbitam in pasta,& ponimus in furno:& quando pasta exterius apposita erit decocta,confidimus quòd aqua in intrinseca auguriæ aut cucurbitæ erit decocta:& tunc remota pasta perforamus cucurbitam,aut anguriam ac si esset ueges, & extrahimus aquam quam uolumus: & postea claudimus cū spina & haurimus de ea secundum opportunitatem. uerūm non est ita gustui delectabilis, saltem aqua anguriæ sicut succus eius ore expressus. Et ex his patet responsio ad rationes probantes aquam huiusmodi competere in principio: & ad ultimam rationem probantem ipsam conuenire post hebdomadam. Dubitatur pro declaratione tertij correlarij. utrum omnes fructus noceant cum ebullitione sua & corruptione sua in stomacho. Arguitur quòd non. primo quia granata acetosa,& pruna damascena,acetositas citri & limonis

Modus faciendi aquam cucurbitæ.

Vtrū oēs fruct⁹ noceant.

limonis recentis , & arantiȩ prohibent ebullitionem, & corru
ptionem in ſtomacho, et reprimũt choleram: quod non facerẽt
ſi ebullirent, & corrumperentur in ſtomacho. ergo nõ nocent
febricitanti. tenet conſequentia. & aſſumptum eſt Auic. & reli
quorum auctorum in capitulis proprijs . Et confirmatur, quia
ab omnibus auctoribus, & ex communi vſu practicãtium con-
ceduntur in febribus peſtilentialibus ad extinctionẽ caloris fe
brilis, & prohibitionem malignæ putredinis .

Amplius in capitulo de cura tertianæ vult Aui. quòd qñ eſt
neceſſaria ſubtiliatio regiminis detur in potu aqua granatorũ,
& aqua melonis indi. cõſtat aũt quòd ſubtiliatio eſt neceſſaria
in ſtatu quando eſt maxima ebullitio: ergo videtur quòd iſti
fructus non ſint apti ebullire . Amplius dicit Auicenn. quòd
melo indus eſt vehementis iuuamenti in tertiana, & quòd for-
taſſe non nocet niſi parum, & ſimiliter de ſucco limonis non ſa
liti, & de ſucco acetoſitatis citri . Præterea in febribus mul
te inflammationis ſicut eſt cauſon, tertiana ab omnibus auctori
bus hi fructus conceduntur . Et dicunt de melone indo quòd
eſt maximi iuuamenti . Nam cum hoc quòd ſoluit, & prouo
cat, & frangit vehementiam caloris, & facit ſudare, fortaſſe nõ
nocet niſi parum . Præterea medici moderni concedunt fe-
bricitantibus poma, & pira cocta, & aliquãdo cõcedunt amyg-
dalas, pineas, & fiſticos .

Pro ſolutione huius dubij pręmittendum quòd aliqui fru-
ctus ſunt opori, ideſt multi humidi ſiue ſucci: ſicut vuę, ficus, pe
pones, anguriæ, cucurbitæ, poma, pira, ceraſa, pſica: & ſimilia .
Quædã ſunt pauci ſucci ſicut auellanæ, caſtaneæ, pineæ nuces,
amygdalę, fiſtici: & ſimiles . Sed de primis fructibus multi ſuc
ci primo dubiũ expediemus : deinde de fructibus pauci ſucci .

Pro declaratione primi præmittantur quædam propoſitio-
nęs . Prima : omnes fructus multi ſucci habent aliquam par-
tem ſui humidi aptam ebullire, & in ſtomacho corrũpi . Se-
cunda propoſitio . Non omnes fructus multi ſucci æqualiter
participant de hoc humido apto ebullitioni , & corruptioni :
immo quidam multum de ipſo participant ſicut vuę, ficus, & a-
lia ſupraſcripta . Quidam parum ſicut granata, & proprie mu-
za, & accetoſa, acetoſitas citri, arantiæ, limonis, pruna damaſce
na: & ſimiles . Tertia propoſitio. multũ participãtes de humi
do putreſcibili quidam ſunt debilis cõplexionis, quorũ aquoſi-
tas p primã digeſtionem ſeparatur a parte in ſanguinem cõuer
tẽda ſicut ficus, & vuę. hinc eſt quòd tales lubricãt ventrẽ . Qui
dam ſunt fortis cõplexionis quorũ humiditas non ſeparatur a
ſanguine nec a parte in ſanguinem cõuertenda, nec per primã
digeſtionem, nec per ſecundã ſicut pira, poma, perſica, & ſimi-
lia: & iſti cum comeduntur neque leniũt ventrem, neque pro-
uocant vrinam: & iſtorum humiditas remanet in ſanguine, qui
ſanguis facile putret: quia calor naturalis non poteſt ſufficien-
ter ſuum humidum regulare . Quidam aũt ſunt complexio-
nis mediæ, & horum humiditas non ſeparatur a parte in ſangui
nem conuertenda per primã digeſtionẽ: propterea nõ lubricat
ventrem: ſed bene ſeparatur per digeſtionem ſecũdam propte
rea prouocant vrinã ſicut pepones, anguriæ, & ſimiles . Com-
plexio autẽ iſta fortis debilis & media: ita etiam poteſt reperi-
ri in parũ participantibus de hoc humido putreſcibili ſicut in
multum participãtibus de eo . Quarta propoſitio , in multis
fructibus præter partẽ ebullitioni, & corruptioni paratã inue-
nitur pars infrigidatiua quæ in ſtomacho ꝓhibet ebullitionẽ
malã, & corruptionẽ: & quæ ad venas tracta infrigidat ſangui-
nem in venis, & reprimit calorem . Et iſtorum quidam ha-
bent talem partem multum reſiſtentem putrefactioni ſicut gra
nata, & alia acetoſa de quibus ſupra ſicut acetoſitas citri, limo-
nis, arantiæ, prunorum damaſcenorum, & ſimilium . Quidam
habent talem partem non multum reſiſtentem ſicut, poma, pi-
ra, ceraſa, & ſimilia . Ex quo infertur quòd in multis fructi-
bus reperitur virtus reprimens ebullitionem dominans ſupra
virtutem ebullire facientem , & prohibitio maior putredinis
quàm aptitudo ad putrefactionem: & in aliquibus econtra .

His ita præmiſsis reſpondeamus ad quęſitum per infraſcri-
ptas concluſiones . Prima. omnes fructus & proprie opori
nocent febricitantibus febribus putridis cum ebullitione ſua,
& corruptione ſua in ſtomacho , & quandoque in alijs mem-
bris . Iſta concluſio patet ex prima propoſitione : & hæc eſt
reſponſiua ad dubium .

Secunda concluſio . fructus magis participantes humido
ebullitioni, & corruptioni parato magis vitandi ſunt in febri-
bus putridis: & econtra qui minus participant liberius concę-
di poſſunt. horum autem exempla patent ex ſupraſcriptis .
Tertia concluſio. fructus debilis & mediæ complexionis libe-
rius concedi poſſunt quàm fructus fortis complexionis cæte-
ris paribus. probatur. nam in primis humiditas putreſcibilis ſe
paratur a ſanguine & a parte in ſanguinem conuertenda per
primam, aut ſecundam digeſtionem, in alijs autem minime .

Quapropter ex ipſis generatur ſanguis maxime putreſcibi-
lis . Præterea in his eſt apta fieri ebullitio , & corruptio in
prima , ſecunda, & tertia digeſtione magis quàm in aliis quo
rum exempla ſuperius poſita ſunt . Quarta concluſio. fructus
in quibus reperitur humidum multum reſiſtens ebullitioni, &
corruptioni : cũ hoc tamẽ eſt de humido ebullitioni & corrup
tioni parato: liberius cæteris in febribus putridis concedi poſ-
ſunt ſicut granata, acetoſitas citri, limonis, & ſimiles . Et ecõ
tra oppoſito modo ſe habentes magis prohibendi ſunt in febri
bus putridis ſicut poma, pira, perſica : & ſimilia . In primis e-
nim dominatur virtus reſiſtens ebullitioni, & corruptioni ſu-
pra virtutem parantem ebullitionem , & corruptionem: in a-
lijs autem econtra . Quinta concluſio. hi fructus multum e-
bullitioni, & corruptioni parati multum per decoctionem cor
riguntur, ſicut poma, pira, & perſica . Vnde in febribus pu-
tridis magis cõcedi poſſunt quàm ipſa cruda. ꝓpterea pira co-
cta concedunt aliqñ in quartanis, & poma cocta in cholericis.

Similiter dicitur de ſuccis ad ſolem , vel per decoctionem
inſpiſſatis : eorum enim humidum putreſcibile euaporat . Et
ſimiliter de vuis , & ficubus ſubſolatis , aut in furno coctis .
Verum iſta poma & pira cocta ſimiliter vuæ ſubſolatæ, & ſimi-
lia conceduntur multotiens gratia reſtaurationis appetitus ,
magis quàm gratia febris . Et huiuſmodi poma, pira , & cito-
nia, cum conceduntur ratione appetitus , & vt minus ſint pu-
treſcibilia debent aſſari . Si vero quæris eorum maiorem in-
frigidationem , & humectationem in febribus potius elixen-
tur . De pomis tamen dicit Auerrois quinto colliget auctori-
tate Auenzoar , quòd ſunt peſsima generatiua ventoſitatis in
digeſtione tertia, quæ difficulter diſſoluuntur . Et Rabi Moy-
ſes ſecunda particula aphoriſmorum auctoritate filii zoar .
Malum ſui odore corroborat cor , & cerebrum , & eius odor
eſt vtilis phthiſicis, & melancholicis: ſed cibatio eius eſt peior
omni cibatione fructuum: quia ſui proprietate generat vento
ſitatem in neruo, & lacerto quæ non niſi cum difficultate diſſol
uitur. propterea non ex leui cauſa in putridis concedenda ſunt
neque cruda, neque cocta, & non concedantur in multa quan-
titate . Pira tamen , & citonia vbi cum febre coniungeretur
fluxus ventris conceduntur, ratione fluxus, non ratione febris.
Similiter ad ſiſtendum vomitum . Et hæc ſufficiant de fructi-
bus oporis de quibus maxime in parte præſenti intellexit Aui.

Sed de fructibus pauci ſucci nũc agendũ eſt, ſicut ſunt caſta-
neæ, auellanæ, amygdalæ, pineæ, nuces, fiſtici. hi quidẽ fructus
in cõparatione ad opiros hẽnt parũ de humido ebullitioni , &
corruptioni parato . Nocent tñ cõiter in febribus putridis .
Caſtanea nocet quia ſtyptica, oppilatiua, difficilis digeſtionis .

Auellanæ calidæ ſunt nullo modo comedendæ in febribus
acutis . Sed aliqualiter rorefactæ communiter ab ipſis medi-
cis conceduntur in confortatione hepatis frigidi . Sed amyg
dalæ ſunt temperatæ in actiuis declinantes ad humidum diffici
lioris digeſtionis quàm nuces . Quapropter ſi volumus eas
concedere mundandæ ſunt cum aqua calida a cortice exterio-
ri . Et terendæ ſunt forti contritione, & in ferculis ponendæ,
ſunt enim guſtui delectabiles . Pineæ declinantes ad cali-
dum & humidum ſatis nutriunt , & pulmonem mundificant a
ſanie . ſed ante exhibitionem præparandæ ſunt quater ipſas la-
uando cum aqua calida, & quater ipſas exiccando: & hoc mo-
do præparatæ conueniunt phthiſicis, & febricitantibus in qui-
bus eſt neceſſarium mundificare pulmonem . Fiſtici calidi in
fine ſecundi declinantes ad humidum multum valent in cõfor-
tatione hepatis, & ſtomachi frigidi: & aperiunt oppilationes ,
conceduntur ergo in febribus phlegmaticis, & melancholicis,
& proprie iam digeſta & minorata materia , quando eſſet o-
pus confortatione ſtomachi & hepatis . In nuce nullum
inuenio iuuamentum in febribus , eſt enim notabiliter calida

ſecundum

ſecundum aliquos in principio tertij, eſt mala ſtomacho, difficilis digeſtionis, mali chymi conuertibilis ad choleram.

Ad rationes in oppoſitum. Ad primam dico quòd granata, acetoſitas citri, & ſimilia: licet habeant aliquid humidi ebullibilis,& corruptioni parati: conceduntur tñ in febribus acutis cum magis iuuent per partem frigidam reſiſtentem putredini,quàm noceant per paucum humidum putreſcibile.

Ex quo infertur quòd ſi ſucci huiuſmodi fructuum eſſent depurati,aut inſpiſſati ad ſolem,aut per decoctionem,eſſent præſtantiores,& ſecurius adminiſtrarentur, quã ipſi nouiter expreſsi.Et ad confirmationem dr̃ ſimiliter ipſos magis conferre in peſtilentialibus,& reliquis febribus ardentibus per partem reſiſtentem putredini,quã noceant ꝑ partem ebullitioni paratam. Ad aliam confirmationem rñdetur ſimiliter quòd qñ in ſtatu eſt maxima ebullitio ꝯfidimus ipſos ꝑ partem infrigidantem magis ſedare ebullitionem, quã augere ꝑ paruam partem ebullitioni paratã. Et ſimiliter rñdetur ad reliquas replicationes. Vbi uero febris non eſſet tantæ intenſionis & penderet ab humore groſſo horum nocumentum quod faceret ingroſſando materiã, & ꝑ partem ebullitioni paratam eſſet maius quã iuuamentũ per partem infrigidantem: immo ſimul nocerent per utranque partem. Conceduntur itaque in febribus multæ inflammationis,& pendentibus ab humoribus ſubtilibus etiam ab ipſo initio. Sed ubi eſſet groſsities materiæ cum multa inflammatione concedatur poſt hebdomadã,ideſt materia digeſta,& minorata. Vbi uero materia eſſet groſſa,& febris paucæ inflammationis nullo modo conceduntur. De pomis autem,& piris dico quòd multotiens conceduntur,per errorem,& pro uoluptatibus ęgrorum:cum aliqñ plus conferant rectificando appetitum,& faciendo ſtomachũ melius amplecti cibum,quã noceant propter humidum ebullibile ut dictum fuit in corpore quæſtionis: & proprie quãdo ſunt ſufficienter aſſata.ſed de his ſatis. De fructibus autẽ pauci ſucci ſicut amygdalæ,auellanæ,caſtaneæ,nuces,pineæ,fiſtici ſufficienter dictum eſt,in quibus caſibus conferunt, in quibus noceant,& quomodo ſint præparandi.

Et multoties quidem inuenitur res quæ digerit,et ſubtiliat & infrigidat cum euacuatione ſicut ſyrupus acetoſus.

In parte præſenti Auic.oſtendit in uſu cuiuſdam rei utilis, & conuenientis qñq; duas intentiones conuenire ſupraſcriptas .ſ. in uſu ſyrupi acetoſi. Dicit ergo ꝙ multoties reperit res quæ digerit,& ſubtiliat,& euacuat: infrigidãs etiam ſicut ſyrupus acetoſus. Circa quã partem notandum quòd quando abſolute ꝓfertur ſyrupus acetoſus intelligitur de illo qui fit ex aceto,aqua & zuccaro,quorum proportio ponetur inferius in capitulo proprio:& dicẽtur ibi iuuamenta ſua. Sed hic dicemus quantum eſt expediens huic propoſito. Hic ergo ſyrupus per aquam,& acetum infrigidat, & ſic cõuenit ratione febris: & per acetũ incidit materias uiſcoſas, & per zuccarũ abſtergit eas a membrorum ſuperficie: & ſic per utrunq; digerit. Euacuat autem quia omne abſterſiuum eſt quodammodo uentris ſubductiuum,& proprie ubi fuerit inciſiuo cõiunctum adiuuante abſterſiuum diuidendo obiectum expellibile,& punctione ſua expulſiuam ſtimulando.

Et ſcias quòd febris quandoque eſt tantæ vehementiæ, & acuitatis:quòd non licet vti regimine cauſæ:immo indiget infrigidatione vltima:& proprie cum nõ inuenis virtutem fortem reſiſtentem,tolerantem.

Cum Auic.in parte generali oſtẽderit, ſtante contrarietate in executione duarum intẽtionum, quarum altera debetur febri,altera debetur humori ad quam intẽtionem debeat medicus ſe cõuertere,quia ad illam quæ eſt magis timoroſa ideſt de cuius omiſsione minor ſequitur timor. In parte præſenti oſtendit hoc in ſpeciali.Et habet hæc pars tres partes. In prima oſtendit in quo caſu,& ex quibus cauſis medicus ſe debet conuertere ad febrem.In ſecunda parte oſtendit in quo caſu, & ex quibus cauſis medicus debet ſe conuerte ad cauſam.ſ.ad humorem.In tertia parte remouet dubium.ſecũda ibi{Quòd ſi.}tertia ibi{Quòd ſi.} In prima parte dicit.Scias quòd febris quandoq; eſt tantæ uehementiæ, ſcilicet quo ad multitudinem caliditatis,& acuitatis quo ad intenſionem. quòd non licet uti regimine cauſæ, ideſt humoris ipſum digerendo,& euacuando: immo indiget, ſcilicet ipſa febris infrigidatione ultima ad feſtinam ipſius extinctionem: & proprie cum non inuenis uirtutem reſiſtentem ſcilicet ipſi humori tante inflammationis tolerantem ſcilicet tantam reſolutionem abſque cibo.Et hæc eſt ſententia Galeni.14.therapeuticæ in principio cum dicit.Si intolerabilis fuerit laboranti magnitudo febris, nõ oportet per ea per quæ cauſam abſcindimus augere febrẽ. ſimul enim interimemus hominem,& febrem. Notandum primo,quòd ultime infrigidare poteſt ĩtelligi duobus modis. Vno modo quòd infrigidetur quantum eſt poſsibile: & hunc modum nunquàm ſequi debemus quia interimit. Secundo modo poſſumus intelligere quòd infrigidemus cum medicina una uice, aut in paruo tempore remouente totũ,aut quaſi totum exceſſum caloris ſupra temperamẽtũ proprium patientis.Et hic modus eſt hic obſeruandus, & uniuerſaliter quãdo timemus ne operando paulatim ita uirtus diſſoluat,ut in pauco tempore ſuccumbat. Hęc autem extinctio fit per potum aquæ frigidæ,epithemata, & ſimilia. Ratio autem canonis quare oporteat attendere feb. & dimittere cauſam eſt: quia quamuis digeſtiua,& euacuatiua non adhærent in calore:uita tamen cum tanta inflammatione non poſſet tanto tẽpore durare,quantum requiritur ad digeſtionem, & euacuationem. Propterea opus eſt quaſi ſubita,& feſtiua extinctione.

Notandũ ſeccũdo,quòd medicus tunc eſt certus eſſe opus tanta feſtinantia ad extinctionem caloris febrilis qñ cum tanto caumate febrili inuenit uirtutem non reſiſtentem calori febrili diſſoluenti: eo quia forte habet humidum ſubtile, poros latos,& eſt cholericæ complexionis,& pauci humidi,& forte paucorum ſpirituum:unde non poteſt multum diſſolutionem tolerare:& forte non poteſt tolerare ieiunium: quia eſt paratus ſyncopi propter eaſdem cauſas:aut forte propter debilitatem oris ſtomachi. Nam ſi cum magno caumate febrili eſſet reſiſtens diſſolutioni,& tolerans abſtinentiam a cibo:quia forte eſſet humorum groſſorum, denſorum pororum, & fortis oris ſtomachi, nõ aptus ſyncopi,conſuetus ieiunare,phlegmaticæ complexionis: medicus non curabit infrigidare ultima infrigidatione:immo utetur digeſtiuis,& euacuatiuis ſm̃ exiſtentiã cauſæ & leuibus extinctiuis nõ incrudãtibus humorẽ.

Quòd ſi inuenis eam reſiſtentem,tolerantem,abſcinde cauſam,& expelle humorem:& abſcinde cibum: & non infrigides infrigidatione,quæ prohibeat reſolutionem.

Hic eſt ſecundus canon, in quo oſtendit quando medicus intentionem ſuam uertit ad cauſam.ſ.materiam,& negligit febrem, aut parum illi intendit: & dicit. quòd ſi inuenis eam.ſ. uirtutem reſiſtentem diſſolutioni, & tolerantem eam & a cibo abſtinentiam ꝑꝑ cauſas ſtatim ſupraſcriptas, abſcinde cãm & expelle humorem manifeſte euacuando per ſeceſſum, uomitum,& alias manifeſtas euacuationes: & abſcinde cibum, ut fiat humoris inſenſibilis euacuatio: neq; natura diuertatur à pugna cõtra eum:& non infrigides infrigidatione qua prohibeat humoris reſolutionẽ,& ingroſſando faciat ipſum ineptum ad alias manifeſtas euacuationes. Notandum primo, quòd cauſa quare uirtus reſiſtit diſſolutioni, & facile tolerat eſt duplex.una ſumpta ex parte agẽtis,quia forte calor febrilis non eſt ualde magnus: altera ſumpta ex parte reſiſtentiæ: quia licet calor febrilis ſit magnus,reſiſtentia tñ ex parte ægri eſt fortis ꝑꝑ cauſas ſtatim enumeratas. Et quomodocunq; ſit ſi æger bene tolerat,procedendum eſt cura regulari digerendo,euacuando humorem,& pro parte extinguendo caliditatem febrilem:ita tñ ut illa extinctio non incrudet humorem. Auic.tñ hic non fecit mẽtionem de digeſtione dans ipſam intelligi.Notandum ſecundo quòd nõ debemus penes hunc canonem ſemꝑ cum æqualibus extinctiuis procedere. Nã caumate exiſtente magno,& uirtute bene tolerante debemus cæteris paribus cum fortioribus extinguentibus procedere,quã caumate exiſtente paruo & uirtute non bene tolerante:oportet enim quòd gradus, & potentia frigiditatis extinguẽtis ſit gradus,& potentiæ caloris extinguendi proportionatus.

Quòd ſi inuenis virtutẽ deficientẽ ſis occupatus in æquando complexionem contrariam ei:quare infrigida eam,& vi-

viuifica virtutem cum cibo. Cumque sit fortis per viuificationem suam, et uincit contrarium suum, redi ad causam.

In parte pñti Auic. remouet dubium circa primum dictum. Diceret.n.quis, quamuis medicus extinxerit febrem, & uiuificauerit uirtutem cum cibo: tñ adhuc æger non erit curatus: cũ remaneat humor a quo pendet febris: quid ergo tuuc erit agẽdum? Rñdet quòd cũ tu feceris hæc, redi ad causam.s.ad humorem digerendum, aut euacuandũ ẽm quòd erit expedieus. Dicit ergo quòd si inueneris uirtutem deficientem.s.aut ex parte resistentiæ ægri pp causas suprascriptas: aut uehementiam caloris febrilis sis occupatus in quietando complexionem contrariam ei.s.ægro in extinguendo caliditatem febrilem: quare infrigida eam.s.complexionem febrilem: & viuifica.i.conforta uirtutem cum cibo, non curãdo de humore, q̃ duo fiunt cura coacta. Cumq; virtus sit fortis per uiuificationẽ suam.i.per cibi assumptionem, & uincit cõtrarium suum.i.calorem febrilẽ redi ad causam.i.ad humorem ad ipsum digerendũ, & euacuandum. hæc.n.est cura regularis. quia humore digesto & euacuato facile cessat febris cum ipsa pẽdeat ab humore in esse, & in conseruari: quo non remoto, non potest integre curari.

Sed dubitatur de primo dicto. Nã huius contrarium dicit Gal. 10. therapeuticæ. primo cap. vbi dicit primum prædictorum.s.sanare febrem, & contemnere cãm non laudatur. Pro concordia Auic. & Gale. dicit Franciscus de pedemontium ꝙ Gal. vult quòd non intendatur ita ad unum, quòd non intendatur ad aliud. Hæc rñsio vt bene dicit Gentilis non est ad mentẽ Galeni. quia hoc est tertium membrum diuisionis.s. intendere plus ad unum, reliquum non omittendo. Sed pro horum cõcordia sciendum quòd Gal. loco allegato sic dicit ad literam. Scrutatio uero diligentiæ utiq; tibi generabitur diuidenti totam intẽtionem in tres has scrutationes. Primum utrum ne febris est sola sananda, te contemnente causam, aut cã abscindenda te nullam curam febris hñte, uel plurimum auxiliorũ ad alterutrum eorum est faciendum, nõ aũt reliquum negligendũ. Deinde dicit. igitur primum quidem prædictorum non laudatur, si.n. quibuscunq; sanauerimus auxilijs id febris quod semper generatur, hæc nobis augebunt causam, quę facit eam nec interimemus unquam gñationem eius, nec magnitudinem destruemus. nam & generatio sequitur speciem cãæ q̃ facit eam, & magnitudo illi coaugebitur. Ex quibus uerbis elicimus triplicem scrutationem. Prima ut intendamus febri omnibus auxilijs omnino cã neglecta. Secunda ut attendamus causæ omnibus auxilijs oĩo febre neglecta. Tertia ut utriq; attendamus notabiliter sed principalius, uni quã alteri. Sed pro concordia Auic. & Gal. dicamus quòd attendere febri, neglecta causa potest esse dupliciter. Vno modo quòd oĩbus, aut fere omnibus auxilijs intendamus febri omnino causa neglecta. vtputa cum potu aquæ frigidę, balneo, eiusdem epithematibus capiti, & cordi, & hepati. Et breuiter omnib. auxilijs quæ præcipiuntur ab Auic. inferius in capitulo curationis febrium acutarũ: & nihil faciamus circa causam. Et hic modus non laudatur a Gal. Nam auxilia quæ faciemus ratione febris augebunt putredinem oppilando, & uaporum putridorum trãspirationem prohibendo, & putredo aucta augebit febrem. Et quòd hoc sit verum uide textum Galeni supra positum. Si enim quibuscunque sanauerimus auxilijs &c. Secundo possumus intendere febri pluribus auxilijs, non tñ omnibus. Vitabimus.n. illa quæ verisimiliter possunt augere causam. Sicut exempli gratia, balneationem in aqua frigida, sed solum ipsam dabimus in potu, nihil tñ proprium faciẽdo circa causam. Et hic modus placeat Auic. in parte præsenti quem non uituperat Gal. Nam tertius modus Galeni multum differt ab hoc. Nam ẽm illum modum notabiliter attendimus utriq;: sed principalius uni, quàm alteri: sicut exempli gratia, uolentes attendere magis febri quàm causæ, cã non neglecta daremus aquam hordei notabiliter frigidam in magna quantitate, aut daremus syrup. acetosum cum aqua ualde frigida mixtum in notabili quantitate. Et econtra volentes magis attendere humori quàm febri nõ neglecta febre daremus aquam hordei, aut endiuię calidam cum oxymelite simplici, aut oxymelite composito. Si aũt uellemus magis attendere humori quasi oĩno febre neglecta daremus oxymel simplex, aut compositũ in phlegmatica cũ aqua feniculi. Et ex his patet concordia & modus procedendi cũ his intentionib⁹.

Et cum tu infrigidas de istis febribus: tunc non infrigides eam cum eo in quo sunt stypticitas, et exiccatio: sicut sunt trochisci infrigidantes, nisi post digestionem, & euacuationem.

In hac parte quæ est una de quinq; principalibus partib⁹ huius capituli ponit cum quibus dictæ intentiones perficiantᷣ ponendo in usu earum cañ. Et habet tres partes. In prima ponit unum canonem in usu infrigidantium, q̃ debentur febri. In secunda ponit duo documenta. In tertia redit ad ponendũ canonem tam circa euacuationem q̃ circa infrigidationem. secũda ibi §Et scias ꝙ cura feb.§ tertia ibi §Et prouide.§ In prima parte dicit. qñ tu infrigidas aliquã de istis febrib. nõ infrigides eã cum aliquo in quo sit stypticitas, & exiccatio sicut sunt trochisci infrigidantes, qui sunt styptici ẽm plurimum nisi digesta materia, & pro parte euacuata. Notandum circa partem pñtem ꝙ Auic. ante digestionem, & minorationem materię prohibet infrigidationem cum frigidis siccis, & stypticis. non aũt prohibet infrigidationem cum frigidis & siccis absq; notabili stypticitate sicut est acetum uini. prohibet aũt frigida styptica, sicut sunt trochisci de spodio de berberis & similes. Nam trochisci frigidi ab auctoribus descripti ẽm plurimum sunt styptici. Nocent autem hmõi styptica immobilitando materiam, necnon claudendo ductus, & uias per quas debet fieri euacuatio. licet igitur stantibus duabus intentionibus una infrigidandi ratione febris, altera digerendi, & euacuãdi ratione humoris: sit aliqñ maior intentio ad febrem pp uehementiã inflammationis, quàm ad humorem. Attamen non debemus infrigidare cũ his stypticis, q̃ noceãt magis prohibendo digestionem, & euacuationem propter stypticitatem, quàm iuuent infrigidãdo. Et ẽt quia non tã faciliter alijs paribus penetrant infrigidando usq; ad uenas distãtes a stomacho: & ꝓcipue trochisci, sicut syrupi, & aquæ nõ stypticæ. De trochiscis tñ erit speciale dubium in fine capituli qualiter conferant, aut non conferãt in febribus, & q̃ fuit necessitas eorum. Notandum secundo ꝙ cũ dicimus non esse infrigidandum cum stypticis ante digestionem, & euacuationem: intelligimus merito duarũ intentionum generaliũ dictarum. non.n.est dubium ꝙ aliqñ merito nimiæ fluxibilitatis contingentis in principio febriũ putridarũ, conueniunt styptica: est.n. tunc eorũ maius iuuamentum prohibendo casum uirtutis, quàm nocumentum, prohibendo digestionẽ materię.

Sed quia zuccarum rosatum multotiens a medicis conceditur in febrib. putridis. Solet hic dubitari utrum conueniat in principio putridarum nondum digesta, aut minorata materia. Et arguiᷣ quòd sic, quia practicantes cõiter concedunt ipsum, & iuleb rosatum distemperantes ipsum cum aqua. Præterea Auic. in principio de cura phlegmaticæ a principio concedit secaniabim, quod est cõditum de rosis cum zuccaro, aut melle: & sic est mel rosatum, aut zuccarum ros. Præterea Rasis. 16. Continentis in almeliletu. ergo multo magis cõcedendum est in principio feb. Amplius apud Mesuẽ in antidotario confortat stomachum, & cor quorum confortationem maxime in febribus intendimus. Et apud Auic. 5. cano. tracta. 7. iuuat ad febrem. Amplius zuccarum roſ. per zuccarum abstergit, per rosas infrigidat, & lenit uentrem, & confortat, & ad lenitionem iuuat zuccarum sua abstersione.

In oppositum est Auic. in parte præsenti. Non infrigides cũ eo in quo est stypticitas, & exiccatio: sed in zuccaro ros. sunt hæc duo. Item Raſ. tertio tracta. Almã. loquens de zucca. ros. dicit ꝙ qui patiuntur calorem, & ardorem nullo modo ipsum comedere debent maxime si æstas fuerit: calefacit enim & sitim affert, licet Simon inuaensis innuat quòd translator errauit: quia loquitur Rasis de melle rosa. & credo quòd errauit: vt patet ex textu sequenti. dicit enim Simon quòd in textu arabico principium capituli non dicit zuccarum rosatum: sed secaniabin, quod est commune ad illud quod fit de zuccaro, & melle. Et ideo dicit Rasis in fine quòd si necessitas cogit dare secaniabin ad abstergẽdum stomachum in calefactis, detur illud quod est factum de zuccaro, innuens ꝙ nocumenta quæ dixit fiunt ab illo quod est factum cum melle, & hoc est calidum.

Pro solutione huius dubij præmittendum est quòd secaniabim arabice est rosæ conditæ siue cum zuccaro, siue cum melle. Est itaq; duplex. scilicet zuccarum rosatum, & mel rosatum. Descriptio zuccari rosati. Recip. foliorum rosarum albarum, aut rubearũ partem unam, expandantur super tabula in umbra

usque

usque dum superfluum humiditatum resoluatur:& sint rosæ ha
bentes medioeritatem inter completionem, & acerbitatem.
terant in uase lapideo. deinde proijciatur super eas zuccari
tabarzet.i.albissimi,& depuratissimi triplum põderis earum.
reponant in uase uitreo, & obturet os eius cum pergameno:
& opponat soli mensibus tribus omni die sæpe agitando cum
pistello,uel spatula.deinde remoueat a sole & reseruetur. Et
quidam faciunt illud cum rosis non habentibus aliquid de cõ
pletione,& est magis stypticum. Et quidã non terunt rosas
sed incidunt cum forficibus, & fricant manibus fricatione ul-
tima rosas & zuccharum: deinde exponũt soli. Mel rosatum
sic fit.Recip.foliorum rosarũ præparatarum, ut supra partem
unam:mellis partes tres.coquant cum facilitate sicut oportet.
Et sunt qui ponunt mellis & succi rosarum partes æquales, &
non ponunt ex folijs aliquid.Et sunt qui ponunt foliorum ro-
sarum partẽ.i.5.succi eius partem.i.5.mellis partes tres. Pri-
mum est magis confortatiuum,& minus lenitiuum. Secundũ
minus confortatiuum,magis abstersiuum, & plus solutiuum.
Tertium uero est medium inter hæc, & præstantius forte est
cæteris. Et mel rosatum factum cum folijs est duplex,quod-
dã colatum a rosis,& est minus stypticũ,& minus cõfortatiuũ.
Quoddã non colatum,& est magis stypticũ,& magis confor-
tatiuum. Sed iuleb rosatum fit ex aquæ infusionis,aut distil-
lationis rosarum lib.3.zuccari optimi lib.2.bulliant cum faci-
litate usq; ad sufficientẽ inspissationẽ.Et qđ fit ex rosis recenti
bus est magis lẽitiuum: sed ex siccis,aut aqua rosata est magis
stypticũ. Et ex his manifesta est uirtus zuccari rosati. decli-
nat enim leuiter ad frigidũ,& est magis siccum q̃ frigidũ eo ꝙ
zuccarum tabarzet ponit quasi tẽperatũ in utraq; ꝯtrarietate,
licet sit discordia de eius cõplexione. Rosæ autẽ sunt frigi-
dæ in primo,siccæ in secundo,quare,&c.Est tamen dr̃ia ex par
te rosarum,Nã albę sunt frigidiores,quã rubeę,sed minus cor
diales:& cõpletæ minus frigidæ & minus stypticæ quã non cõ
pletæ.Et syluestres sunt frigidiores, sicciores & magis stypti-
cæ domesticis:& similiter rosæ siccæ quã recentes. Succus tñ
rosarum est calidus & siccus,& resolutiuus, abstersiuus,aperi-
tiuus oppilationum. Similiter est dr̃ia ex parte zuccari, nã
rubeum notabiliter declinat ad calidũ,& est magis abstersiuũ.
Sed zuccarum duarum coctarum est medium inter hæc:zuc
carum tñ rosatum debet fieri ex zuccaro depuratissimo ꝑ tri-
nã decoctionẽ,aliter forte declinaret ad calidum. Mel autẽ
rosatũ est calidũ, & siccũ,& calidius est illud quod fit cũ succo
rosarum,& minus stypticũ. Iuleb autẽ rosatũ est in uirtute
zuccari rosati,sed minus stypticum: & magis lenitiuum est il-
lud quod fit cum aqua infusionis,q̃ illud quod fit cum aqua di
stillationis. Et zuccarum rosatum antiquum est magis styp-
ticum quàm nouum: & nouum est magis abstersiuum, & cor-
diale, & aliqualiter solutiuum.

His ita præmissis pro solutione dubij ponuntur istæ conclu
siones. Prima in nulla febre fortis inflammationis compe-
tit zuccarum rosatum:quia non est proportionatũ infrigidãs.
nam si aqua cucumeris aliquando in eis inflammatur quinto
colliget,multo magis zuccarum rosatũ. Secunda conclusio,
zuccarum rosatum quantum ad duas intentiones generales
non competit in febribus putridis ante digestionem, & eua-
cuationem. probatur primo, quia nullus auctorum concedit
ipsum in principio. Cũ enim auctores nominent plurima cõ-
uenientia in principio febrium putridarum de zuccaro rosato
nunquã fecerunt mentionẽ: & locus ab auctoritate negatiue
tenet in practica medicinę, nisi manifesta ratio aut experien-
tia sit in contrarium:Ratione autẽ ꝯfirmatur, quia styptica nõ
conueniunt a principio ratione digestionis cum uias oppilẽt,
& materias faciant ineptas euacuationi.Nec etiam conuenit
ratione euacuationis materiæ: quia a principio nõ debet fieri
euacuatio cum re quæ succedat cũ stypticitate: unde mirabo-
lani prohibẽtur ab initio ut post apparebit. Tertia conclu-
sio.zuccarum rosatum aliqñ conuenit a principio ratione cõ-
fortationis stomachi,aut cordis:quia aliqñ indigemus in prin
cipio febrium:& ꝓprie ubi sit aliqua materia subtilis euacuã-
da:ꝑpea in phlegmatica aliqñ cõceditur mel rosatũ ab initio.
Quarta conclusio.digesta materia, & minorata zuccarum
rosatum conuenit in febribus putridis, & proprie in declina-
tione cum opus est confortare membra lassata ex ægritudine,
& præcedentibus solutiuis. Ad rationes in oppositum rñde
tur. Ad primam quòd practicantes aliqñ male operantur.
Ad secũdũ concedit aliqñ mel rosa.in phlegmatica coacta
intentione confortationis stomachi:& minus nocumentum fa-
cit quando pendet ab humore subtili. Ad tertium dicitur
quòd Rasis concedit ipsum in almeliletu sequente febrem.
Et ad reliquas rationes ex his quæ dicta sunt facilis est rñsio.

*Et scias quòd cura febris putridæ est diuersa à curatione
febris hecticæ.curatio enim hecticæ est contenta super contra
rietatem ægritudinis:& curatio febris putridæ non est contẽ
ta super contrarietatem ægritudinis tantum:immo super ab-
scisionem causæ eius:quamuis illud quod est coueniens ægri-
tudini,& cibationi sit amicum uirtuti ex parte sui scilicet uir
tutis:& inimicum virtuti ex parte sui,scilicet virtutis:& ini
micum virtuti ex parte quoniam est amicum inimico eius,
& est materia,quare est adiuuans vtramque earũ:quamobrẽ
indigemus in regimine eius canone: & nos singulare capitulũ
ei,si deus voluerit,faciemus.*

Hic Auic. ponit duo documẽta: & sic diuit in partes duas.
In prima ponit primũ. In secunda ẽm secũda ibi.§Et scias ꝙ nõ
est tibi.§De prima parte dicit,ꝙ cura febris putridæ est ualde
diuersa a cura febris hecticæ:quia cura febris hecticæ est con-
tẽta sup una ꝯtrarietate tñ:q̃a sufficit sola infrigidatio.Sed cu
ra putridę ultra ꝯtrarietatem ægritudinis oportet ꝙ fiat cũ ab
scisione causę eius a qua depẽdet:quãuis sit et alia dr̃ia.s.ex par
te cibationis,& infrigidationis:qm illud ꝙ est cõueniens ægri
tudini & cibationi.s.infrigidatio, & cibi exhibitio est amicũ
uirtuti ex parte sui.s.uirtutis:quia uirtus ꝯfortat ꝑ infrigida-
tionẽ rectificãtẽ cõplexionẽ quæ est instr̃m uirtutis,& per ci-
bationẽ restaurãtẽ spiritus & sanguinẽ.Est etiã ex parte sibi.s.
uirtuti inimicũ,quia est amicũ inimico eius.s. materiei a qua
pendet putrida feb.quia infrigidatio multotiens incrudat ma-
teriã,& cibus auget ipsam:quare sequit ꝙ infrigidatio & ciba
tio est adiuuans utrunq;.s.uirtutem,& materiam. Et ideo ꝑꝑ
hanc cõtrarietatẽ indigemus in usu ciborũ in putrida feb.cañ.
siue regula supple magis quã in usu ciborum ĩ hectica. Et ideo
nos Auicen. faciemus de cibatione febricitantiũ singulare ca-
pitulum statim post præsens capitulum:ut cibemus febricitan-
tes cum minori nocumento q̃ sit possibile. Notandum pri-
mo ꝙ quia feb.hectica est feb.facta & non habet cãm corpori
intrinsecã a qua pendeat speciali dependentia.ideo circa cau-
sæ remotionem inquantum talis febris,non oportet sollicita-
ri,sed oportet ipsam extinguere cum cõtrario.s. infrigidante:
sicut dicet in capitulo proprio.Febris autem putrida ut huius-
modi habet cãm ad intra corpus,a qua dependet speciali depẽ
dentia:qua ꝑꝑ oportet ipsius cãm abscindere iuxta superius
dicta,& cum hoc infrigidare ẽm ꝙ est expediens. Notandũ
secundo ꝙ licet Auic.statim dixerit quòd infrigidatio & ciba-
tio ex parte amicant uirtuti:quia infrigidatio rectificat cõple-
xionẽ,& cibatio auget sanguinem,& spiritus, ex parte inimi-
cant uirtuti:quia amicant inimico eius.s.materiæ incrudando
& augendo ipsam.non dixit tamen se uelle dare cañ.quibus in
frigidemus cum minori nocumento possibili:sed solum se fa-
cturum capitulum generale,ut cibemus cum minori nocumẽ-
to possibili eo,quòd cañ.circa infrigidationem iam incepit ꝓ
sequi, & prosequitur in præsenti capitulo.

*Et scias quòd non est tibi possibile curare febrem nisi co-
gnoueris eam:quod si ignoraueris:tunc subtilia regimen.*

In parte præsenti ponit tertium canonem,siue tertium do-
cumentum dicens duo. Primum quòd non est tibi possibile
ut cures febrem,nisi postquàm cognoueris eam. Secundum,
quòd si ignoraueris eam tunc subtilia regimen. Primum sic in
telligitur quòd non est possibile, ut cures febrem cum pro-
prijs secũdum quòd oportet nisi a casu:nisi post integram eius
cognitionem. Vnde non sufficit scire genus ægritudinis, nec
speciem:sed oportet scire utrum materia sit grossa,uel subtilis
cruda,uel digesta, multa uel pauca, quanta sit febris, & sic de
cæteris dispositionibus: quarum sermo præcessit in capitulo
de signis accidentium febrium. In secundo dicto Auice.re-
spõdet tacitæ quæstioni.Posset enim quis quærere cũ ignora-
uero ægritudinẽ:sicut sæpe mihi cõtingit, debeo ne aliquid fa
cere?Dicit quòd tu debes subtiliare diætam: in subtiliando.n.
non potest esse error: cum quilibet æger debeat subtilius diæ-

 tari,

tari, quàm tp̃e ſanitatis, ſaltem in vna cibatione: cum virtus ſit debilior, & etiam ſm̃ plurimum in toto ægritudinis proceſſu præcipue in ægritudinibus materialibus debet ſubtilius dięta-ri, quàm tp̃e ſanitatis. Et hoc dictum conforme eſt ſententiæ Auic. quarta primi dicẽtis: quòd cum tu ignoras ægritudinem committe eam naturæ: qm̃ aut ſuperabit, aut manifeſtabit: attenuando namq; diætam committimus ægritudinem naturæ. ipſa.n. cibo non impedita mouebitur contra ægritudinem. vnde eam aut ſuperabit, aut ſaltem manifeſtabit. Sed dices hæc diæta quantum debet eſſe ſubtilis: Rñdeo quòd hoc nõ poteſt determinari: ſed reſpice ad uirtutem tunc præſentem, & ad ægri conſuetudinem, & cæteras conditiones quæ poſſunt eſſe pro tunc tibi manifeſtæ. ſm̃ plurimum tamen minus errabis, ſi ordinaueris ſibi diætam mediam, quæ eſt ptiſana hordeacea tẽpore noſtro in brodio pulli, aut panis lotus in eodem. Non enim tempore noſtro propter hominum conſuetudinem multæ comeſtioni, oportet ita attenuare diætam ſicut præceperunt antiqui. Cum hac.n. diæta media minus potes errare quàm ſi tu ordinaueris diętam extremam: cum extrema magis diſtent inter ſe, quàm medium ab extremis. Secundo quæreres quanto tp̃e licet ſtare in hac ignorantia. Rñdeo ꝙ Raſis. 16. continẽtis tibi aſsignat tempus duorum dierum. cui Auic. conſentit in hac fen. in cap. de febrib. compoſitis, vbi dicit. Turpe eſt medico cognoſcenti ſignificationes cuiuſcunq; febris non cognoſcere earum complexionem a prima die, uel a ſecunda. Tertio quæreres translatis duobus diebus ſi non cognouero eam, quid mihi agendum eſt. Rñdeo quòd debes quærere ſocium: ꝙ ſi forte eum nõ poſsis habere, facias aliqua communia quæ ita poſsint prodeſſe, quòd non obeſſe ſicut clyſteria communia, exhibe ſyrupum acetoſum cum aqua zucchari, & ſimilia.

Et prouide ne occurrat paroxyſmo, niſi vẽtrẽ hẽat vacuũ.

Hic Auic. redit ad cañ. & primo ponit canones magis concernentes opus contra materias cões. ſecundo magis concernentes opus contra calorem febrilẽ. tertio ponit canones magis concernentes opus contra materias proprias febriũ. ſecunda ibi § Et non prohibeas ei aquam. § tertia ibi § Et cum adminiſtraueris iſtos. § Canones autem cõiter dati contra materiam quidam ſunt ad prohibendum impedimẽta digeſtionis, & euacuationis: quidam directe reſpiciunt euacuationem. Hæc pars diuiditur in tot partes quot ſunt canones. partes patebunt legendo literam. Primus canon eſt de prohibendo impediẽs digeſtionem, & euacuationem materiæ. Et dicit, prouide ne æger occurrat paroxyſmo niſi uentrem habeat vacuum. Et per uentrem intelligite tam ſtomachum, q̄ inteſtina inferiora. hæc enim regulariter operando debent eſſe uacua ante aduentum paroxyſmi, & exacerbationis. Nõ dico quòd omnia inteſtina, & groſſa & ſubtilia debeant eſſe uacua: hoc.n. eſſet ualde difficile, & raro contingens ẽt ſi æger abſtineret a cibo per 12. horas, aut plures ante aduentum paroxyſmi. Ratio autem canonis eſt: quia cibus in ſtomacho corrumpitur a paroxyſmo ſuperueniente, & corruptus ſuggerit materiam morbo. Et ſecũdo natura circa cibum occupata non poteſt uacare digeſtioni, & reſolutioni materiæ. feces autẽ in inteſtinis repertæ in magna copia euaporantes per actionem caloris febrilis addũt inflammationem, & iuuãt ad corruptionem cibi, chyli, & humoris. Et ex his patet quõ hic canon eſt ad prohibendum ea quæ poſſent impedire materiæ digeſtionem, & euacuationem. propterea pro huiuſmodi canonis obſeruatione multis fecib. exiſtẽtibus in inteſtinis ipſas educimus cum ſuppoſitorio, aut cliſteri lenitiuo: & ſimiliter ante aduentum paroxyſmi cibamus tanto tp̃e in quo veriſimiliter cibus ſit digeſtus in aduentu paroxyſmi; & hæc omnia intelligantur cura regulari. Nam cura coacta multotiens ab hm̃oi canonis executione impedimur.

Et non moueas in die paroxyſmi aliquid quantum poßibile eſt tibi, neque cures febrem.

Hic eſt ſecundus canon in quo dicitur quòd non moueas in die paroxyſmi aliquid. ſ. euacuãdo materiam quantum eſt tibi poſsibile. Et ſubdit incidentaliter quòd in tali die non cures febrem. De prima parte canonis ſtatim erit dubiũ cuius deciſio declarabit ipſam. Sed eſt ſciendum pro notitia ſecundæ partis licet de hoc erit ſpecialis ſermo inferius ubi dicit Auic. ꝙ non debemus frangere paroxyſmum: ẽt cum iuleb. Auic. hic remouet errorem quorundam medicorum qui fere in omni febre etiam mediocris intenſionis q̄ primum in paroxyſmo, & exacerbatione properant ad epithemata infrigidãtia circa caput, cor, hepar, renes & cętera membra exteriora: quorum error eſt non paruus. Nam oppilando poros, ingroſſando materiam prolongant paroxyſmos: cum oporteat materiam paroxyſmalem tranſpirare per poros. Non.n. opus eſt ut faciamus hæc niſi in febribus acutis in quibus timemus corporis arefactionem. Et ſi omnino uelint hęc approximare ut uideanẽ plura facere, melius eſt ut approximent in hora quietis ad extinctionem caliditatis ſuperfluæ in membris illis forte fouẽtis febrem, & reaggregantis materiam pro ſequẽtibus paroxyſmis. De his autem quæ ſumuntur pro curatione febris tp̃e paroxyſmi ſicut aqua cocta, iuleb, & ſimilia erit ſpecialis ſermo ĩferius qñ, & in quibus caſibus conueniant, & qualia debeant eſſe.

Sed pro declaratione primæ partis dubitatur utrum medicus debeat euacuare in die paroxyſmi. arguiẽ quòd ſic. Primo quædam febres ſunt paroxyſmantes omni die in quibus neceſſaria eſt euacuatio. ergo &c. Secundo in febribꝰ continuis, ſiue ſint continuæ proportionales. ſiue concluſæ oportet euacuare. & certum eſt ꝙ nõ põt fieri niſi in die paroxyſmi: immo non niſi in hora afflictionis. Et confirmatur, quia in cõtinuis licet euacuare hora afflictionis. ergo multo magis in interpolatis licebit euacuare hora afflictionis. tenet cõſequentia, cum in cõtinuis ſit uirtus debilior, maior ebullitio, & agitatio q̄ in interpolatis quæ omnia in euacuando timentur. Tertio medicus tunc debet euacuare qñ materia eſt maxime apta motui: ſed in paroxyſmo eſt magis apta motui, quàm tẽpore quietis: quod manifeſtum eſt: cum tunc maxime agitetur, & cõmoueatur. Et confirmatur, quia propter hanc cauſam plures medici in quartana præcipiunt euacuationem inchoante paroxyſmo.

Amplius propter hanc cauſam quidam phlebothomant quartanarios in reuolutione lunæ. Præterea. Dixit Gal. prima aphoriſmorũ aphoriſmo ſecundo ꝙ medicus debet mouere hora motus humoris: ſed hora motus humoris eſt hora qua mouetur ad paroxyſmãdum. Quarto principaliter medicus debet eſſe imitator naturæ, & ſic debet euacuare eo tp̃e quo natura euacuat: ſed natura criticat, & euacuat in paroxyſmo: tertio de criſi. Quinto, qñcunq; natura tentat euacuationem adiuuãda eſt. ſed frequenter natura tẽtat euacuationem in principijs paroxyſmorum & proprie per uomitum, quare eſt iuuanda. Et confirmatur hoc idem de intentione Auic. in præſenti capitulo. & ſecundo aphor. Vndecunque natura repetit inde ducere oportet &c. Sexto. ſudor frequentior, & electiue à medicis prouocaẽ in paroxyſmo: & ſimiliter euacuatio inſenſibilis per poros cutis cum fricantibus. Septimo. medici frequenter coguntur euacuare in paroxyſmis, & exacerbationibus timore apoſtematis, aut cum materia fuerit furioſa, aut uenenoſa, & in omnibus caſibus in quibus nõ dantur induciæ. Vltimo arguitur auctoritate Raſis. 16. continentis. cap. vltimo, & ratione eiuſdem. Dicit.n. quòd euacuatio quę non debet fieri in hora paroxyſmi eſt euacuatio per fluxum uẽtris: ſed euacuatio per uomitum põt fieri: & aſsignat cauſam in his uerbis: utendum eſt euacuatione in temporibus paroxyſmorum per ſuperius: in tẽporibus quietis per inferius: quoniam in temporibus paroxyſmi humores ſunt turbati declinantes ad ſuperius: & in maiori parte fit vomitus, & fluxus ſanguinis narium. Sed in tempore quietis eo quòd tunc natura, & humores quieſcunt facilis erit euacuatio per urinam, & egeſtionem.

Pro ſolutione dubij præmittẽdum quòd per euacuationem intelligimus quancunq; euacuationem ſenſibilem, aut inſenſibilem. Et per diem paroxyſmi poſſumus intelligere diem. ſ. 24 horarũ in qua accidit paroxyſmus: & ẽt horã afflictionis ipſius paroxyſmi: & de utroque modo eſt ſermo apud Auic. Notandum ſecundo quòd duplex eſt cura, quædam regularis & eſt cum iuuamento notabili abſque notabili nocumento: & econtra coacta fit cum notabili iuuamento, & notabili nocumento: ſed iuuamentum eſt maius nocumento.

His p̃miſsis ſit hæc prima concluſio. in interpolatis pro euacuatione eligẽda eſt dies quietis & ſi habeat plures dies quietis eligẽda eſt magis diſtans ab hora febris pręterq̄ in euacuatione q̄ eſt per poros cutis. vñ in quartana eligimus tertiã diẽ à die paroxyſmi: & ſir̃r ĩ quintana. Dixi præterq̄ in euacuatione quæ eſt per poros cutis: nam ſm̃ plurimũ ſudor paroxyſmalis, & criticus ſunt in declinatione paroxyſmi prouocandi: & ſimiliter

similiter euacuatio insensibilis per poros cutis. & si interpolata inuadit quotidie eligenda est hora quietis: conclusio probatur, cum tunc uirtus sit magis tolerans, & corpus minus resolubile, & humores minus agitabiles, & corpus minus à pharmaco iflammabile: & etiam quia in hora periodi materia mouetur à centro ad circunferentiam & pharmacum trahit à circunferentia ad cẽtrum. Secunda conclusio, in cõtinuis proportionalibus eligenda est hora teporis. sed in conclusis hora frigidior diei: sicut hora matutina: in his enim horis corpus est minus inflammabile, & resolubile: & humores minus agitabiles, & uirtus magis tolerans. Tertia conclusio, quacunq; hora natura tentauerit aliquam euacuationem ꝑ aliquam regionem, si natura non fuerit potens ad complendum eam est, adiuuanda per eandem regionem. hæc conclusio est de intentione Auic. in præsenti capitulo. Estq; apho. secundæ particulæ, Vndecunq; natura repetit inde ducere oportet per conuenientes regiones. Quarta conclusio, aliquando medicus cogitur, & debet in hora paroxysmi, & exacerbationis phlebothomare, & pharmacare, & alijs modis euacuare, gratia maioris nocumenti euitandi, quàm sit nocumentum consequens euacuationem. conclusio manifesta est: cum aliquãdo fere subito oporteat phlebothomare, gratia apostematis euitandi in membro nobili: & aliquando oporteat materias furiosas, aut uenenosas subito educere, & sic de alijs euacuationibus posset exemplificari. Et aliquando materiæ sunt ita propinquæ uijs ductuum ꝙ sine magna molestia ægri possunt educi cum leui clysteri, aut leui uomitiuo: & si in hoc casu esset cognitũ posset regulariter euacuare quacunque hora.

His ita determinatis superest ut respondeamus ad rationes in contrarium. Ad primam & secundam ex dictis patet solutio. Sed ad confirmationem negatur ista consequentia. in continuis debemus euacuare tempore afflictionis. ergo multo magis in interpolatis. Nam quamuis uirtus sit fortior, & corpus minus inflãmabile in interpolatis quàm in continuis, & in summa minus noceret euacuatio: tamen quia debemus semper eligere maius bonum & uitare maius malũ: debemus in interpolatis eligere horam quietiorem in qua non est afflictio: sed in continuis non possumus istud facere cum corpus semper febriat: eligimus tamen horam minoris febris. Ad tertiam rationem dicitur ꝙ in periodo natura est magis apta motui: sed ille motus est cõtra motum euacuationis pharmaci, & cum hoc sunt alia nocumenta dicta in probationibus cõclusionum. Ad confirmationem ꝙ quidam curant quartanarios dando solutiuum in principio paroxysmi. Respondetur ꝙ licet aliquando succedat: immo hoc modo curaui meipsum à quartana: ut plurimum tamen non succedit: & maiora sequunt̃ nocumenta quàm iuuamenta. Ad aliam confirmationem de illis qui phlebothomãt quartanarios in reuolutione lunæ, ego quantum est in me illam phlebothomiam uitupero: nec uidi aliquẽ, nec audiui qui ex illa phlebothomia iuuaretur: sed bene multis nocuit. Ad aliam confirmationem de Gal. dicente ꝙ debet fieri euacuatio hora motus humoris. Respondetur ꝙ hora motus humoris de qua loquitur non est hora paroxysmi, qui est motus præternaturalis: sed est hora motus naturalis unde unicuique humori est aliqua hora diei attributa: phlegmati enim prima hora noctis inclusiue usq; ad sextam. sed melancholiæ a sexta usq; ad duodecimam. sanguini uero a duodecima usq; ad decimamoctauam: sed choleræ, a decimaoctaua usq; ad uigesimamquartam. In his enim horis si apte possent fieri euacuationes essent humores paratiores euacuationi.

Medicus quomodo imitetur naturam.

Ad quartum respondetur, sed Marsilium ꝙ medicum debere imitari naturam, non intelligitur ꝙ medicus ita operetur semper sicut natura, immo intelligimus ꝙ medicus debet agere id quod est melius naturæ. nũc autem quia melius est naturę ꝙ fiat euacuatio in hora quietis: ideo hoc debet facere medicus: hoc modo imitatur naturã. Hæc tamen solutio non est ad mentem ponentium dictum illud. Aliter dicitur ꝙ medicus debet imitari naturam inquantum potest. Vnde si medicus posset operari cum instrumentis quibus utitur natura. s. cum calore naturali, & uillis membrorum: tunc forte deberet facere euacuationem hora paroxysmi, sicut facit natura. sed quia non potest uti his instrumẽtis, quibus utit̃ natura: immo oportet ꝙ utatur pharmaco aut phlebothomia quæ calefaciũt & agitant humores, & debilitãt. ideo debet facere euacuationem in hora quietis, in qua sunt apta minus sequi hæc nocumenta. Aliter & clarius dicitur, ꝙ medicus debet imitari naturam mere naturaliter operantem inquantum potest. nũc uero quia natura facit fortia accidentia, & motus uirtuti molestos: sicut quotidie uidemus in crisi: quæ omnia ueniunt præter intentionem naturæ. ideo medicus non debet in hoc imitari naturam: quia non mere naturaliter operatur, immo hoc facit natura tẽpore paroxysmi stimulata a forti impressione materiæ ꝓ quam stimulationem mouetur ad euacuationem. In tempore autem quietis, quia non est stimulata, non mouet̃ ad crisim. Medicus itaq; non debet ipsam in hoc imitari: quia non agit mere naturaliter: immo debet facere euacuationem cum minori nocumento possibili. hoc autem fiet in die quietis. Ad quintum, & sextum cum confirmationibus suis patet responsio ex his quæ dicta sunt in determinatione quæstionis. Ad septimum dicitur argumentũ illud procedere. Nam sicut dictum fuit in determinatione quæstionis: oportet aliquando in paroxysmis & exacerbationibus phlebothomare, & pharmacare cum ægritudo non dat inducias usq; ad horam quietis aut minoris tẽporis. Propterea dixit Auic. in cañ. Non moueas in die paroxysmi quantum est possibile: quia aliquando non est possibile sicut determinatum fuit in quæstione.

Ad ultimum dicitur ꝙ intentio Rasis. 16. continentis fuit ꝙ medicus debet adiuuare naturam in quibus deficit. & quia natura in tempore paroxysmi pluries tentat euacuationem per uomitum, quã per secessum a cuius complemento frequenter deficit, oportet medicum ipsam adiuuare. Quòd autem hoc sit uerum manifestum est. nam in cholericis quorum materia leuigat ad os stomachi frequenter accidit inclinatio ad uomitum. In phlegmaticis similiter propter multitudinem plegmatis, reperti in stomacho. Similiter in melãcholicis propter communitatem splenis ad os stomachi mediante uena deferẽte melancholiam ad os stomachi sed non ita frequenter in paroxysmis inclinatur ad fluxum uentris. Similiter fluxus sanguinis narium frequentius prouocatur in paroxysmis quã quicunque alius fluxus sanguineus: ideo medicus frequentius debet adiuuare naturam ad has duas euacuationes, quã ad alias tempore paroxysmi, & semper cum leuibus. Si autem natura nullam istarum euacuationum tentaret medicus non debet ipsam inchoare nisi coacte gratia minoris nocumenti euitandi: & sic est finis, &c.

Et oportet vt obserues in omnibus illis dispositionem virtutis: quòd si fuerit fortis, & fuerit illud quod vincit sanguis, aut cum humore qui vincit sanguis: tunc phlebothomia est magis conueniens, & proprie cum vrina est rubea grossa, non citrina ignea ex qua timeatur apud phlebothomiam victoria choleræ, & acuitas eius.

Hic est tertius canon, & est cum quatuor alijs sequentibus principaliter de euacuatione materierum, quæ communiter peccant in febrientibus præter naturam propriam febrium: quarum euacuatio a medicis dicitur exiccatio. Et iste primus canon de phlebothomia cum quatuor alijs sequentibus sunt magis speciales præcedẽtibus: quia sunt de speciali modo euacuationis scilicet phlebothomia, lenitione uentris, prouocatione urinę, prouocatione sudoris, & prouocatione uomitus. Et dicit primo ꝙ in omnibus illis febrientibus febre putrida oportet ut obserues dispositionem uirtutis: ut non cõtradicat operationi tuæ maxime in phlebothomia. ea enim non consentiente nulla faciẽda est euacuatio: sed maxime phlebothomia. Si ergo uirtus febriẽtis fuerit fortis, & humor qui uincit fuerit sanguis aut cum humore qui uincit fuerit sanguis: tũc phlebothomia est melior res. s. inter euacuationes: & proprie cũ uideris ꝙ urina est rubea, grossa. Sed si fuerit citrina ignea: tunc non est facienda phlebothomia: quia ex ista urina ignea timetur ꝙ apud phlebothomiam sequatur uictoria choleræ, & acuitas eius.

Vtrum in oi humorali febre cõueniat phlebothomia.

Pro declaratione huius canonis dubitatur, utrum in qualibet febre humorali competat phlebothomia. Et arguitur ꝙ sic, auctoritate Gal. 11. therap. 15. cap. ubi dicit optimum est uenam incidere non solũ in synochis febribus: sed in omnibus alijs, quæ ex putredine humorum fiunt. Amplius quarta primi, capitulo de phlebothomia: licet phlebothomia non sit ne-

cessaria est tamen conueniens: quia efficit ut natura fiat fortis supra residuum materiæ. Et confirmatur: quia quandocunq; sanguis peccat, quanto, aut quali competit phlebothomia alijs non contradicentibus: sed in omni febre sanguis peccat saltē in quali: quia est ita inflammatus ut per ipsum a corde ad alia membra febris deferatur.

In oppositum est Auic. in parte præsenti qui negat phlebothomiam cum urina est acuta ignea.

Febris humoralis ūde dicaī.

Pro solutione huius est sciendum ꝙ febris dicitur humoralis. quia pēdet a calefacto esse humorum, siue illi humores sint in corde, siue in alijs membris dummodo uapor calefactus ab illis eleuatus cordi communicetur. Et consequenter feb. dicitur sanguinea quia pendens a calefacto esse sanguinis, & nō calefacto esse aliorum humorum. Et febris aliqua specifice denominatur ab aliquo humore quando pendet a calefacto esse eius, & non alterius. Si uero pendeat a plurium denominatione denominatur ut sanguinea, cholerica &c. Et per calefactum esse humorum in proposito intelligo tam calefactum esse cum putredine, quàm sine putredine. Et ex his infertur quòd si aliqua febris penderet a calefacto esse alicuius humoris, & calefieri sanguinis: non diceremus ipsam sanguineā, nec a sanguine pendere ad intellectum dictum. Nam sic omnis febris esset sanguinea. Et ex his pater quòd in textu per humorem uincentem debemus intelligere illum a cuius calefacto esse pendet feb. & sic sanguinem dicemus uincere si a calefacto esse eius pendeat febris. & si pendeat a calefacto esse alterius humoris, dicemus alium humorem uincere. Et si pendeat a calefacto esse plurium humorū nos dicemus plures humores uincere. f. in comparatione ad alios a quorum calefacto esse non pendet febris. Tunc restat ut videamus quid Auic. intelligat cum dicit quòd cū humore qui uincit fuerit sanguis. Et potest dupliciter intelligi. uno modo quòd ultra humorem in quo fundatur calefactum esse faciens febrem sit in corpore sanguis amplior opportuno, aut in comparatione ad propriū temperamentum, aut amplior quàm debeat esse in isto corpore taliter febriente: siue sanguis sit admixtus peccanti humori, siue non. Secundo modo intelligit quòd cū humore qui uincit fuerit sanguis mixtus. i. secū ad minima diuisus, ut per apertionem uenæ facile cum sanguine egrediatur. Nam quāuis largo modo possemus dicere omnem humorem existētem in uenis esse sanguini mixtum: tamen sic nō intelligitur hic: quia si sit parietibus uenarum adhærens sua uiscositate: aut in ipsarū porositatibus imbibitis sua subtilitate: aut stans in magnis frustis sit in uenis cum sanguine non dicitur sanguini mixtus: & multo minus dicitur mixtus si sit extra cor, & extra uenas, & arterias. Ad hoc ergo quòd humor dicatur mixtus cum sanguine requirirur quòd sit in corde, uenis, aut arterijs cum sanguine ad minima diuisus: ita ut minimum unius tangat minimum alterius. Sed præter hanc conditionem addamus aliā de intentione Dyni, & Gētilis ꝙ ille humor qui est admixtus cum sanguine modo suprascripto sit etiam uicinus naturæ sanguinis tam in qualitatibus primis, quàm secundis. i. ꝙ non obtineat in latitudine sua gradus cōtrarios naturę & dispositioni sanguinis: sed sit sibi satis proportionalis. Hæc tamen sola cōditio non sufficit. stat enim ipsum paruo tempore stetisse in uenis, ita ut nondum secum potuerit ad minima diuidi: aut forte naturam ipsum separauisse a sanguine sicut aliquando fit in crisibus ante exitum eius a uenis. Sed quando adsunt istæ duæ conditiones: tunc est maxime mixtus cum sanguine: & aptus educi cum euacuatione sanguinis absq; nocumēto. i. absq; hoc ꝙ corpus ducatur ad cholericorum ebullitionem, aut ad frigidiorum crudationem, seu cruditatem.

Humor mixtus cō sanguine.

Humor uincens.

Notandum tertio ꝙ per humorem uincentem non solum debemus intelligere humorem qui actu facit febrem: sed etiam humorem qui stās sub forma causæ antecedentis est de proximo facturus febrē. Non enim solum in continuis facimus phlebothomiam: sed etiā in interpolatis tēpore quietis, quando nullus humor actu putret, ut educamus humorem qui de proximo facturus est febrem. Notandum quarto quòd quando humor faciens febrē est mixtus sanguini ſm duas conditiones iam dictas, urina plurimum apparet rubea, grossa, quia per talem mixtionem cum humore putrente fit ꝙ quando natura pellit aliquam partem humoris peccātis cum urina, etiam secum pellitur aliqua pars sanguinis ad minima diuisi cū humore illo. Vnde urina tingitur ſm exigentiam humoris peccantis: & etiam secundum exigentiā sanguinis qui secum pellitur: & dat urinæ colorem rubeū, & substantiam grossam. Quando autem cum sanguine peccat cholera, aut plurimum dominans in quantitate, aut plurimum distans a natura sanguinis utplurimum non fit urina rubea grossa: sed subtilis ignea, uel notabilis citrinitatis. Similiter quādo esset phlegma plurimum, aut ualde crudum multum distās a natura sanguinis communiter non fit urina rubea, grossa, sed grossa, alba: aut subtilis, alba propter oppilationes, & priuationem digestionis. Similiter quando esset melancholia plurima, aut multum distans a natura sanguinis nō esse urina rubea grossa: sed tendens in fuscedinem nisi forte propter oppilationem fieret subtilis alba. Auicenna autem per hoc quod dixit non citrina ignea: uoluit etiam alios modos urinarum intelligi, qui significant aut humorem multū distare a natura sanguinis aut esse multum superantem sanguinem proportionabiliter in qualitate. Nam in his casibus etiam peccāte sanguine nō debet phlebothomia fieri nisi præcedat purgatio, si aliud indicans non fuerit: nam timetur aut cholericorum ebullitio, aut frigidorum incrudatio.

His præmissis sit hæc prima conclusio. In omni specie febris humoralis potest a principio competere phlebothomia. Nam in cholericis, phlegmaticis, melancholicis tam cōtinuis, quàm interpolatis potest humor faciēs febrem esse mixtus cū sanguine ad intellectum datum. propter quam mixtionē phlebothomia euacuans sanguinem, & humorem peccantem exonerabit uirtutem: unde fiet potentior supra residuum digerendum, & euacuādum: & sic sequetur magnū iuuamentum absq; notabili nocumento. In synochis autem non est dubiū phlebothomiam summe iuuare: & hæc est mens Gal. secūdo therapeuticæ. cap. 15. in auctoritate posita ante oppositum. Secūda conclusio, non in qualibet febre pendente a putredine aliorum humorum a sanguine, etiam constante uirtute conuenit phlebotomia: probatur, nam multæ sunt febres pendētes a putredine aliorum humorum a sanguine: quarum humores non sunt mixti sanguini, nec sunt uicini naturæ sanguinis: & aliquādo multum sanguini dominantur. Vnde euacuato sanguine per phlebotomiam qui est frenum aliorum humorum, & pauco de humore peccante euacuato fiet notabile nocumentum: utputa cholericorum ebullitio, aut frigidorū incrudatio absq; iuuamento notabili. Et ex his patet clarus intellectus multorum textuum quorum aliqui præcipiunt phlebotomiam: utputa quando humor peccans est mixtus sanguni propinquus naturæ eius. Aliqui prohibent phlebotomiam, utputa quando non est mixtus sanguini multum distans a natura eius, aut forte minus proportionabiliter excedens ipsum. Non. n. tunc cōuenit phlebotomia nisi ipso humore multum dominante prius euacuato. Et hæc fuit mens Gal. 4. de regimine sanitatis: ubi dixit. quando humor parum distat a natura sanguinis audacter phlebotoma. quando uero plus distat phlebotoma cum reuerētia, i. parum. Quando uero plurimum distat nequaquam.

Et ex his patet solutio ad duo argumenta facta ante oppositum. Sed ad corfirmationem negatur maior. non. n. quandocunq; sanguis peccat quanto aut quali etiam constante uirtute competit phlebotomia. sic enim in ephemeris & hecticis competeret phlebotomia cum in omnibus calefiat sanguis. si tamē sanguis calefieret caliditate fixa alijs consentientibus cōpeteret phlebotomia.

Deinde fac sequi phlebotomiam solutionem uentris subtilem, proprie si fuerit illic siccitas, cum eis quæ sunt sicut aqua hordei & alsiracost pauco, & aqua hordei cum syrupo acetoso. Et si natura non fuerit lenis adde in eo, quod est sicut siracost, quod si sicut syrupus uiolatus: & sit vltimitas lenificatio, non fluxus uentris, & non solutio laboriosa. Et magis dilectum est apud me administratio clysteriorum secundū ultimitatem qua indigetur in virtute. Et de clysteribus communis iuuamenti lenibus est clystere factū ex oleo violato & succo foliorum siclæ & vitello oui, & zuccaro rubeo, & baurac. Cum ergo lenieris hac lenificatione: fortasse indigebis eo debiliore, quàm illud quo indiguisti in principio: & illud est quando natura est obediens.

Hic

Hic est quartus canon,& est de euacuatione per uentrẽ :&
dicit tria . Primum deinde post phlebotomiam fac sequi so-
lutionem uentris subtilem.i.facilem,siue paruã . Et proprie
hanc debes facere si uenter fuerit siccus cum eis quæ sunt sicut
aqua hordei sumpta quantitate .v.aut.vi. vnc. debitæ calidita.
Secundũ lenitiuum est paruũ siracost.i.mãnæ,utputa a quinq;.
vnc.vsq; ad unam.vnc.cum quatuor.vnc.aquæ hordei, aut cir
ca . Tertium est syrupus acetosus qui debet dari solus quan
titate quatuor,aut quinq;.vnc.si sit longus.si uero sit abbreuia-
tus per decoctionem sicut communiter fit,debet accipi de eo
a quantitate duarum vnc.aut trium cũ tribus .vnc. aquæ coctæ
aut pluribus ut commode bibi possit:& debet misceri cũ aqua
hordei ut dicetur inferius . Et si natura non fuerit leuis.i.uen
ter nõ fuerit facile obediens medicinis solutiuis, adde in eo s.
syrupo acetoso,aut in aliquo ex solutiuis de quibus supra ali-
quid adiuuans,quod sit sicut siracost,aut syrupus uiolatus maxi
me factus ex uiolis recentibus:quia est magis lenitiuus,aut ad
das utrunq; . Et sit ultimitas.i.ultimum quod intendis in hac
euacuatione lenitio uentris educens materias, quæ in intesti-
nis reperiuntur . Non fluxus uentris.i.nũ euacuatio per quã
materiæ trahantur a longe ad fluendum per intestina . Nec so
lutio laboriosa.i.solutio difficilis requirens forte pharmacum.
Secundo dicit quòd magis dilectũ est apud ipsum administra-
tio clysteriorum secundũ ultimitatem,qua indigetur in uirtu-
te ipsorũ id est quæ clysteria sint magis,aut minus uigorosa se
cundum necessitatem.Sunt enim aliqua corpora quæ pro edu
cendo materias communes quæ in intestinis continentur,indi
gent clysteribus magis acutis:aliqua minus acutis.immo unus
& idem secũdum maiorem , aut minorẽ uentris constipationẽ
indiget clysteribus aliquando magis acutis,aliquando minus :
aliquando magis mollitiuis:aliquando magis incisiuis, aut ab-
stersiuis . Et subdit ꝙ ex clysteribus communis iuuamenti .i.
secundũ plurimum in tali casu sufficientibus,lenibus.i.ventris
lenitiuis est quod fit ex oleo uiolato,succo foliorũ siclæ .i. bli-
tis.uitello oui:zucca.rubeo & baurach.i.sale . Descriptio po-
test esse talis.recip.succi siclæ lib.unam.olei uiolati.unc.vi.ui-
telli oui numero.i.uel duo:zuccari rubei.unc.i.salis. drach.ij.
& est satis acutum,abstersiuum,& lenitiuum . Et potes face
re magis acutum addendo plus de sale , & succo blitis : & ma-
gis abstersiuum multiplicando zuccarũ & succum blitis, & ma
gis lenitiuum,multiplicando oleum & uitellos oui . Tertio
dicit quòd cum tu lenïueris hac lenitione siue per clystere , si-
ue per medicinam exhibitam fortasse indigebis debiliori leni
tiuo,quàm illud quo indiguisti in principio . Et illud erit quã-
do natura.i.uenter erit factus obediens per lenificantia præ-
cedentia . Et dicit fortasse : Sunt enim quidam qui post usum
clysteriorum, & medicinarum lenientium efficiuntur magis
styptici.aliqui efficiũtur magis lenes orificijs meseraicarũ de
oppilatis,q̃ primo erãt a fecib⁹ duris & phlegmate cõstipata .

Notandum primo circa partem præsentem quòd euacuatio
de qua hic est sermo,est ad educendum materias cõmunes quę
in stomacho,intestinis,& uenis meseraicis , aut saltem earum
extremitatibus continentur. Quapropter si huiusmodi super-
fluitates fuerint in intestinis grossis sola sufficiunt clysteria .
Si uero in intestinis gracilibus & stomacho indigemus medi-
cina exhibita per os:cum clysteria non ascendant nisi usq; ad
ileon.& huiusmodi lenificatio est necessaria in principio om-
nium febrium putridarum,nisi uenter sponte fuerit lenis . Si
uero in febribus sit opus phlebotomia, prima præcedat huius-
modi lenificatio:deinde fiat phlebotomia.Deinde post phlebo
tomiam iterum uenter leniendus est,si non fuerit lenis . Si ue
ro non sit necessaria phlebotomia ab hac lenitione inchoandũ
est:nec reg̃r in principio sunt exhibendæ medicinę euacuãtes
materiã febris . Hæc autem lenitio facienda est ad educẽdum
superfluitates primę digestionis,chylum corruptum,humores
& quæcunq; nociua continentur in stomacho,intestinis,& ex
tremitatib.uenarum meseraicarũ.Hæ enim materiæ in febriẽ-
tibus putridæ facile corrumpuntur:& corruptæ fouent, & au-
gent febrem:quamuis non sint materiæ propriæ febris . Et
secundo ad contemperandum caliditatem febrilem . Qua-
propter debent diuersificari ẜm gradum caloris febrilis.Et ter
tio ad aperiendum uias,ut natura faciliter possit expellere su-
perflua a toto corpore ad intestina . Notandum secundo ꝙ
solutiua superius scripta in textu posita sunt satis leuia : & in
habente uentrem notabiliter stypticum parum operarentur ,
aut forte nihil.fortius enim inter ea est mãna,quod exhibitũ in
parua quantitate sicut iubet,parum operaretur . Et si detur in
notabili quantitate:utputa.ij.vnc.solum cholerã sua proprie-
tate,& aliquando phlegma secundum diuersitatẽ rerum super
quibus cadit . Horum autem humorum electio non est illud
quod quæritur ab Aui.in hac lenitione. propterea necessariũ
est ipsum in parua quantitate miscere cum notabili quantitate
aquæ ordei.aut alterius lenientis,& non eligentis. Medici ta-
men huius temporis communiter utuntur cassia dissoluta cũ — *Cõmunis usus medicorũ in leniẽdo uentrem.*
decoctione fructuum . ut.recip.floris cassiæ.vnc. i. aut drach.
x.trahantur cum decoctione fructuum quæ hoc modo est ordi
nanda.recip.prunorum numero.iiij.iuiubarũ.sebesten.añ.nu-
mero.x.uiolarum.drach.i.bulliant in sex.vnc.aquæ ad consum
ptionem medietatis:sed uiolæ ponantur in fine decoctionis &
cum hac cassia trahatur,& dissoluatur.ꝙ si calor febrilis fuerit
magnus,his potes addere tamarindos . Et quamuis cassia ele
ctiue educat choleram,& phlegma,de hoc non curat cum ope
retur sine agitatione & molestia:& in melancholicis poneren
tur ad coquendum cum suprascriptis flos boraginis,& buglos-
sæ & in phlegmaticis aliquid mellis . Tertio notandum quòd
clysteria sunt magis dilecta q̃ medicinæ exhibitæ per os maxi-
me post phlebotomiam,regulariter factam quæ nõ debet fieri — *Vsus clysteriorum.*
nisi stomacho,& intestinis prius a superfluitatibus mundatis .
Clysteria.n.sufficiunt ad educendũ feces quæ in intestinis gros
sis continentur,quæ de facili in eis in paruo tempore congerũ
tur:& cũ hoc minus agitant,& debilitant quàm medicinę sum
ptæ per os . Sed ubi non est opus,phlebotomia aliquãdo me-
lius est uti clysteribus : aliquando medicina leniente secũdum
diuersitatem repletionis intestinorum grossorum tantum, aut
stomachi & intestinorum gracilium,ad quę clystere non ascen
dit . Notandum quarto ꝙ licet clystere ab Auic.descriptum
sit communis iuuamenti:describuntur tamen alia a medicis an
tiquis , & modernis quæ etiam sunt communis iuuamẽti.Cly-
stere commune apud medicos nostri temporis est huiusmodi .
recip.hordei,maluarum,blitis.añ.M.unum.bulliant in sufficiẽ
ti quantitate aquæ ut in vi.lib.aquæ in qua prius hordeum per
xij. horas fuerit infusum usq; ad sufficientem decoctionem,de
qua decoctione accipiatur unc.xviij.olei communis uel uiola
ti si indiges maiori infrigidatione un.iij. uitelli oui numero.i.
salis.drach.ij.misce . Et aliquãdo huic addimus duas.unc.mel-
lis uiolati,ubi opus est maiori abstersione . Aliqui tamen sicut
Gal.ij.therapeu.& moderni quidam faciunt clystere ex aqua
mellis.unc.xv.& olei.vnc.iij.& est optimum in febribus pau-
cæ inflammationis . Et potes facere aquam pluris mellis, aut
paucioris secundum necessitatem maioris, aut minoris abster
sionis . In febribus aũt incensiuis sicut causones,tertianæ con-
tinuæ & similes:& proprie tempore æstatis facimus clysteria
notabiliter infrigidantia ex aqua decoctionis hordei,& matrũ
uiolarum quibus addimus succos infrigidantes sicut semperui
uæ,solatri,& similium quantitate duarum aut trium.vnc.& ali
quando,scrup.5 .cãphoræ:& ponimus in eis oleum uiolatum ,
aut nenufarinum,& parum zuc cari loco salis & supponitur te
pidum . Meliores tamen esse succi anguriæ,citrulli, cucume-
ris,& portulacæ,quia sunt frigidi & humidi lenientes , & pos
sunt poni in maiori quantitate . Notandum quinto ꝙ sicla
idem est quod bleta:& est duplex domestica,& syluestris: quæ
syluestris uocatur blitis.siue olus iamenum . Domestica ãt est
duplex:altera alba:altera nigra.i.viridis obscura:& alba ẽ me-
lior:quia in ip̃a est uirtus abstersiua,& pungitiua iuuans ad le-
nitionem.sed in nigra est uirtus styptica quæ nõ conuenit huic
proposito.utraq; tamen declinat ad frigidum,licet in utraq; sit
uirtus composita . Vtrum autem stante necessitate phlebo-
tomiæ & pharmaciæ eligentis materiam propriã quæ sint prę-
mittendæ non est hic discutiendum : sed determinabitur infe-
rius . Similiter si quæratur utrum clysteria acuta notabiliter
exoluentia competant in febribus; Dicendum est ꝙ merito fe
bris non conueniũt . Nã, quarta primi,capitulo, de enemate,
quę ex eis sunt acuta debilitant hepar,& perducunt ad febres:
& proprie in principio non conueniunt quando materiæ sunt
crudæ cum de intentione Aui.decimasexta tertij.cap.de cura
colicæ . Clysteria acuta exigant digestionem materiæ: dige
sta tamen materia possumus uti clysteribus acutis sicut utimur
medicinis exoluentibus p os . sed merito aliorũ quæ aliquãdo
coniun-

coniunguntur febribus:quandoq; conueniunt ficut in conca, fubet,ftupore,dolore capitis ab humore phlegmatico,apoplexia,& fimilibus quando fortius indicarent quàm febris indicet oppofitum.nam in his cafibus etiam ab initio nulla præcedente digeftione eft eorum ufus neceffarius, Similiter fi quęratur utrum in omnibus febribus humoralibus debeat præmitti hæc lenificatio. Dicendum eft quòd fic,nifi uenter fuerit lenis quę aliquando debet perfici cum clyfteri,aliquando cũ medicina fumpta per os fm quòd materiæ communes educendæ continentur in inteftinis grofsis,aut in ftomacho & inteftinis gracilibus ad quæ clyfteria non attingũt:& fecundum uarietatem difpofitionis recipientium in aptitudine ad clyftere, aut ad medicinam per os fumendam. Verum aliquando oportet ab initio nõ folum educere materias communes,fed etiã proprias, ficut oftenditur inferius.

Deinde fac ipfum fequi ea quæ urinam prouocant: ficut fyrupus acetofus decoctus cum radice apij,& fimilibus.

Hic eft quintus canon,in quo docet euacuare per urinã: & dicit.deinde.i.poft phlebotomiam fi expedierit & poft lenitionem uentris fac ipfum ægrum fequi ea quæ prouocẽt per uias urinæ:ficut eft fyrupus acetofus decoctus cum radice apij:& fimilibus aperientibus,& prouocantibus. Pro cuius declaratione primo nota non effe intentionem Aui.educere per uias vrinæ materias proprias febrium:fed quafdam aquofitates, & partes ferofas in uenis cõtentas,& pro magna parte multiplicatas per actionem caliditatis febrilis agentis in maffam fanguineam:quæ licet nõ fint materia propria feb.fouent tamen ipfam,impediuntq; naturam a digeftione,& euacuatione materierum propriarum.uerumtamen aliquando accidit ut cum his euacuetur materia propria feb.propter propinquitatem, aut mixtionem eius cum huiufmodi ferofitate: licet eius euacuatio hic non principaliter intẽdatur.iuuant etiam huiufmodi prouocantia ad materiæ propriæ digeftionem incidẽdo, & fubtiliando,necnon ad uariarum apertionem. Secundo notandum quòd Aui.dixit deinde:ad fignificandum ꝙ huiufmodi prouocatio debet fequi phlebotomiam fi fuerit expediẽs, aut uentris lenitionem:phlebotomiam quidem ne per huiufmodi cum fint calida fiat inflammatio,& fecundo ne ftante plenitudine fiat præcipitatio materierum cum huiufmodi aperientibus ad uias urinæ & loca angufta,& fequatur oppilatio.fed uẽtris lenitionem,ne materias corruptas in ftamacho,& in inteftinis contentas præcipitent ad hepar & ad uenas. Tertio notandum ꝙ per fyrupũ acetofum decoctum cum radice apij, & fimilibus poffumus duo intelligere.f. aut fyrupũ acetofum fimplicem exhibitum cum decoctione radicis apij, & fimiliũ: ficut eft radix brufci,fæniculi, fparagi, aut petrofelini. ex quibus,aut aliquibus eorum poteft fieri decoctio.cuius tres unc. poffunt exhiberi cum duabus fyrupi acetofi fimplicis. Et poffumus intelligere fyrupum acetofum compofitum defcriptione Mefuæ & aliorum:qui fi non fit liquidus debet cum aliquo liquorum diftemperari iuuante ad prouocationem, ficut cum aqua decoctionis aut diftillationis fæniculi, apij, & fimilium. Et hi fyrupi aliquando poffũt fieri ex zuccaro, aliquando ex melle in febribus minus calidis,& ubi neceffaria effet maior abfterfio. Et dicuntur oxymel fimplex & compofitũ: & ubi neceffaria effet maior infrigidatio, daremus duas unc. fyrupi acetofi fimplicis cum tribus unc.decoctionis, aut emulfionis feminum communium frigidorum.

An prouocatiuũ urinæ præcedat fudoris prouocatiuũ.

Sed quæreres fi fyrupus acetofus fimplex cũ decoctiõe apij, & fyrupus acetofus compofitus:aut oxymel compofitum conueniat in principio:quando exhibẽdus erit fyrupus acetofus.f. zuccarinus,aut mellinus qui eft prouocatiuus minus, & minꝰ aperitiuus:cum notabiliter aperientia & prouocantia debeãt, poftponi. Ad quod refpondetur dicendo ꝙ conueniet ante compofitum:ut puta in initio principij exhibebis fyrupũ acetofum.f.zuccarinum,aut mellinum cum aqua zuccarata, aut fimili non aperiente,aut prouocante faltem notabiliter. poftea parum poft eductis materiebus communibus,& facta phlebotomia.fi expedierit dabimus huiufmodi aperientia, & prouocantia hoc ordine feruato: ut gradatim procedamus a minus aperientibus & prouocantibus ad magis aperientia,& prouocantia:ficut incipiendo a fyrupo acetofo compofito duarũ radicum.f.apij,& fæniculi,zuccarino,aut mellino fecundum diuerfitatem materiæ:& procedendo ad compofitum de quinq; radicib. & fi materia erit notabiliter calida dabimus in principio prnicipiãte fyrupum acetofum fimplicem zuccarinum cũ aqua cocta.deinde parum poft cum aqua endiuiæ. deinde poft cum emulfione feminum communium frigidorum: poftea digefta materia propria,& notabiliter minorata utendũ eft magis aperientibus, & prouocantibus intenfiue, & quantum ad multitudinem, & proprie cum uolumus per urinam educere materiam propriam feb.

Deinde fac ipfum fudare, & aperi meatus cum illis in quibus non fit calor fortis:ficut cum inunctione ex oleo chamæmelino,& fricatione cum uino albo:& cũ aqua dulci tepida.

Hic eft fextus canon, & eft etiam de euacuatione materierum communium. Et dicit quòd poft phlebotomiam lenitionem uentris,prouocationem dictam facias infirmum fudare: & aperi meatus.i.poros cũ his in quibus non eft fortis calor, ficut eft inunctio cum oleo chamæmelino: & fricatio cũ uino albo potente,& cum aqua dulci tepida in qua blaneetur, aut cum aqua fomentetur. Et fubdit ꝙ fi febris fuerit acuta, nõ inuenis excufationem ab inunctione,& embrochatione. Notandum circa partem præfentem primo ꝙ ftante plenitudine euacuabili per phlebotomiam ante prouocationẽ fudoris debet præcedere phlebotomia. Nam prouocatiuum fudoris inflammando,& diffoluendo augeret illam. Similiter debet pręcedere uentris lenitio,ne prouocãs fudorem trahat materias corruptas inteftinales ad hepar,& ad uenas.

Sed an prouocatiuũ urinæ debeat præcedere prouocatiuũ fudoris eft dubium:quod hoc modo,& bene a Gentili determinatur. Præmittit ergo quòd medicamen prouocans fudorem eft duorum modorum. Vnum ab extra approximatum quod prouocat fudorem temperata caliditate aperiente,& leuiter trahente materias ad exteriora ficut fricatio,debita coopertura pannorum,& inunctio cum oleo chamæmelino, & fimilibus de quorum numero eft etiam retẽtio anhelitus.Aliud eft prouocatiuum fudoris ab intra fumptum.f.quod facit illud eliquando materias;fubtiliando,& mouẽdo eas uerfus cutim. Et fecundum hoc idem poteft effe prouocatiuum fudoris, & urinæ fecundum diuerfas aptitudines corporis in uiis urinæ, & in uiis fudoris,& ineptitudines. Nam radix fæniculi fubtiliando fanguinem,& quafi eliquando in omnibus aptis fecundum renes ad receptionem materierum propter latitudinem eorum,& habentibus fortitudinem attractiuam cum notabili caliditate prouocabit urinam:in alio uero homine debiliũ renum in attrahendo.& cum hoc habente uias ftrictas, fed raro in poris uerfus cutim faciendo eliquationẽ euaporofam, prouocabit fudorem. Ex quibus apparet ꝙ medicamen prouocans fudorem fumptũ ab intra eft fortius quàm prouocãs urinam cæteris paribus:loquendo de prouocantibus per qualitates manifeftas,& non per proprietates. Cuius ratio eft: quia prouocans per urinam fubtiliat ad aquofitatẽ,& facit eos tranfire ad renes:& iuuatur in hoc a renibus trahentibus aquam,a qua proprium eft eorum aquofum de humoribus trahere. Sed medicamen prouocans fudorẽ fubtiliat ad aquofitatem uaporofam debẽtem penetrare ad loca ftrictiora,quàm fint uię urinales:& cum hoc non iuuantur ab attractiua membrorum fudantium.f.cutis,& fibi affiniũ,ficut medicina urinatiua a membris urinalibus.

His præmifsis refpondetur ꝙ medicamen prouocans fudorem primo modo.f.uias dilatando occurrẽs ab extra:licet poffet cadere in ufu ftatim facta aliqua minoratione, aut lenificatione:fecurius tamen eft ꝙ euacuationes & prouocationes urinæ præcefferint,fi aderunt in uenis materiæ debentes præcipitari cum urina:uel fi effent in uenis oppilationes indicantes homo prouocatiuo urinæ non ut prouocatiuo urinæ: fed ut aperitiuo uiarum. Dicit fecundo quòd prouocans fudorẽ fecundo modo multo magis debet fubfequi prouocatiuũ vrinæ:cum prouocare fudorem fit difficilius quàm prouocare vrinam ex caufis fuprafcriptis,cæteris paribus ex parte fitus, materiæ & reliquorum.

Contra,quia natura multotiens facit contrarium. Refpondetur ꝙ hoc eft:quia natura melius diftinguit materiam a materia q̃ ars.vnde non femper licet arti quæ põt facere natura. Si enim conftaret medico materias effę circa extremitates ue-

narum

narum quæ terminantur ad cutim,& non in uenis magnis quæ terminantur ad uias urinæ,inciperet a prouocatione sudoris: & forte omnino obmitteret prouocantia vrinam.sed hoc sibi verso in dubium incipit,a uia faciliori. Aui.itaq; considerans ordinem prædictorum in arte dixit.deinde fac ipsum sudare: & declarauit de sudatiuo debili,cum dixit aperi meatus.i.poros:& si hæc leuis prouocatio sudoris debet sequi prædictas euacuationes multo magis prouocatio fortis. Nec obstat dictum Gal. secundo therap. dicentis: quòd euacuato corpore licet rarificare cum tepidum calorem habente: quale est oleũ chamæmelinum.nam quanuis liceat:tutius tamen est vbi vertatur in dubium de situ materierum aptarum prouocari per vtramq; viam incipere a prouocatione vrinæ. Notandum secundo hunc textum debere exponi sicut dictum fuit ab initio: vt Auic.hic uelit aperitionem pororum, & prouocationem sudoris cum tribus auxiliis. Primum est inungendo cum oleo chamæmelino & bene fricando vt subtilietur, & penetret: & etiam abstergatur a pororum superficie ne eos oppilet sua viscositate. Secundum auxilium est potus vini.s.subtilis,quod debet esse limphatum magis,aut minus secundũ exigẽtiam caloris febrilis,& vini potentia,tempus anni, & ægri consuetudinem.communiter tamen debet esse vinum si est notabilis vinositatis a sexta parte vsq; ad octauam,& debet sumi notabiliter calidum. Tertium auxilium est balneum, siue fomentatio cũ aqua calida:& fomentatio fit infundendo petias in aqua calida,& bene compressas applicare multotiens partibus aptis ad sudorem,sicut sunt ſm plurimũ dorsum,& pectus:& postea ipsum bene pannis cooperiendo ut dormiat. Et hæc expositio est conformis dictis Gal.secundo therap.vbi dicit. Totum corpus antequàm euacuetur,rarificare non oportet: euacuato tamen licet rarificare per oleum chamæmelinum: & in hoc tempore uinum aquosum album subtile bibitũ vniuersas mouet excreationes,& euacuationes,& balneum ex aqua dulci.verum si hoc uinũ aquosum albũ sufficeret medietas aquę.i. vt aqua pro medietate poneretur.

Et si febris fuerit acuta non inuenis excusationem ab inunctione,& embrocatione.

Hic respondet tacitæ quæstioni. Posset enim quis quærere: licet ne cum istis in febribus acutis procedere? Respondet quòd si febris fuerit acuta non licet procedere cum his:etiam si sint temperatæ caliditatis:maxime quando illa febris fit multi caumatis dissoluens corpus, & ducens ad hecticam: immo procedẽdum est cum vnctionibus frigidis,sicut oleo violato, nenufarino,& similibus:& procedendum est embrocatiõe .i. epithematibus frigidis ex aqua rosata, spodio ſm exigentiam quod dicitur in curationibus febrium acutarum. Quod autẽ embrocatio possit exponi pro epithemate,apparet quarta primi capitulo de embrochis in litera Gerardi extra:sed de his latius in capitulo de regimine febrium acutarum.

Quòd si inuenis humorẽ in primis declinare ad stomachũ: fac vomere cum eis in quibus non fit diuersitas consuetudini: immo cum eis quæ sunt sicut syrupus acetosus cum aqua calida: cum natura mouet humorem ad vomitum, & non diuersifices eam.

Hic est septimus canon de prouocatione vomitus. Et dicit quòd si tu inuenis humorem in primis.i.principaliter declinare ad stomachum supple faciendo nauseam. Aut aliter in primis id est in principijs tam vniuersali,quàm particulari: & supplete quocunq; alio tempore fac ipsum vomere cũ eis quæ sunt sicut syrupus acetosus mixtus cum aqua calida, & similibꝰ leuibus cum natura mouet ad uomitum:& nõ diuersifices eã: id est nõ facies operationem diuersam illi euacuationi, quam intendit natura facere iuxta aphor. Vndecunq; natura reperit inde ducere oportet. Et hic etiam est textus Gale. secundo therapeuticæ. Si a casu quandoq; impetum ad os uentris, & ad os stomachi per vomitũ fecerit aliquid non oportet præter idem contra naturam prouocare. Notandum primo quòd in principio vniuersali regulariter operando nõ debemus vomitum prouocare nisi cum lenibus. sed digesta materia licet. Notandum secundo quòd huiusmodi uomitiua debent esse nõ calida,neq; frigida:ideo expone cum aqua calida id est tepida. Notandum tertio quòd vbi natura non tentaret vomitum, nõ licet ipsum in principio quãtum est merito curæ febris prouocare neque cum lenibus, neq; cum fortibus. Dico merito curationis febrium:quia propter aliam causam licet ipsum prouocare: vtputa ꝓpter dolorem stomachi, aut alia huiusmodi.

Quòd si fuerit illic declinatio ad intestina,& senserit rugitum, & descensum fæcis: tunc adhibe quòd soluat ventrem.

Hic est octauus canon,& dicit ꝙ si est illic declinatio ad intestina quòd comprehenditur per rugitum.i. sonitum ventositatis descendentis:& per descensum fæcis versus anum. tũc adhibe quòd soluat ventrem.s.leniendo,aut clysteri, aut medicina sumpta per os leniente:aut saltem cum suppositorio. illa.n. est conueniens regio per quam debet fieri euacuatio. Hi tamen duo cañ.sicut priores sunt principaliter de euacuatione materierum communium,quæ accidentaliter febribus cõplicantur:licet non sint materia propria febris. Et nota ꝙ in ponendo istas duas euacuationes non dixit deinde.non enim est opus euacuationes de quibus supra ante has præmitti. immo quacunq; hora natura tentauerit vomitum,aut secessum:quod frequenter accidit in principio vniuersali,& in principijs particularibus:& etiam in aliis temporibus tam vniuersalibus, ꝙ̃ particularibus est per eandem regionem adiuuanda.

Sed contra sequitur ꝙ similiter in prouocando urinã, & sudorem non debeat ponere ly deinde:cum etiam natura ꝑ illas regiones quandocunq; tentauerit euacuationem, sit adiuuanda. Respondetur quòd quandocunq; natura tentauerit aliquam quatuor istarum euacuationum est adiuuanda. Sed inter eas est hæc differentia:quia natura non tentante euacuationem per vrinam,nec per ventrem,nec per sudorem:est tamen merito curationis febris quælibet istarum a medico tentanda in principio. Sed si natura non tentaret euacuationem per vomitum in principio vniuersali non est a medico in eodem principio artificialiter tentanda. Dicitur secundo quòd stãte ęqualitate istarum quatuor euacuationum præmittenda est euacuatio per ventrem. deinde sequitur vomitus.tertio. prouocatio vrinæ.quarto.prouocatio sudoris:propterea loquens de prouocatione vomitus post prouocationem vrinæ & sudoris non dixit deinde. Similiter loquens de solutione uentris post uomitum,non debuit dicere deinde.

Pro declaratione dictorum dubitatur. Vtrum medicus iuxta quinq; canones suprascriptos faciens quinq; euacuatiões.s. phlebotomiam:lenitionem uentris:prouocationẽ urinæ:prouocationem sudoris:prouocationẽ uomitus euacuet,aut euacuare intendat materias cões,aut materias proprias febrium humoralium. Et arguitur primo quòd euacuet materias proprias. Nam faciens phlebotomiam iuxta primum canonem si febris fuerit synocha euacuat, & intendit euacuare sanguinem,qui est materia febris propria. Similiter in aliis febribus non pendentibus a sanguine cum faciat phlebotomiam intendit euacuare cum sanguine humorem facientem febrẽ. Cuius signum,quia iuxta determinata superius de intentione Auic. non faceret phlebotomiam nisi humor faciens febrẽ esset mixtus cum sanguine aptus cum eo simul euacuari. Secundo cũ lenit uentrem,cum prouocat vomitum multoties euacuat materias proprias,quæ quandoq; præcipitantur in principio ad stomachum,& intestina:& quia utile est ipsas euacuare,debet intendere ipsarum euacuationem. Et confirmat,quia frequẽter chylus,& humiditates corruptæ existentes in stomacho, & in intestinis cum putrent faciunt febrem putri.Earum itaq; euacuatio est euacuatio materiarum propriarum febrium. Tertio aliquãdo contingit aquositatem sanguinis aptam cum prouocatione vrinæ educi esse causam coniunctam febris putridæ.ergo &c. Et confirmatur,quia frequenter cum aquositate illa admiscẽtur humores qui sunt materia propria febris: & sic illi humores,& aquositas cum medicina prouocante educuntur. Vltimo cum medicina sudatiua educitur frequenter causam coniunctam febris ut patet in interpolatis, & etiam in aliis:quarum paroxysmi cum sudore terminantur.

In oppositum arguitur de intentione Auic.in hoc capitulo. illo.§.Et cũ administraueris cañ.prædictos vbi manifeste ostẽ dit huiusmodi euacuationes non esse ordinatas ad euacuationem materierum propriarum. Et confirmatur,quia in principio nondum digesta materia non debent educi materiæ propriæ febris:propterea pro lenitione ventris dicit sibi clysteria magis

magis dilecta. Et certum est clysteria saltem lenitiua nõ euacuare cãm antecedentem, quę est in uenis, neq; coniunctã quę est in ambitu totius. Præterea. Euacuãtia materias ꝓprias ꝑ urinã, & sudorẽ a principio nõ cõceduntur: immo non cõceduntur nisi materia propria prædigesta, & euacuata.

Pro solutione præmittendum primo ꝙ per materiam feb. non intelligimus fumos, aut uapores quantuncunq; sint causa coniuncta febris: & quamuis per suprascriptas euacuationes possint educi: & medicus intendat ipsorum euacuationem: sed materiam febris intelligimus humores, chylum, fęces, & similes res corpulentas, quę possunt uisu comprehendi potentes facere febres, aut ipsas fouere, aut augere. Et sunt duplices, quædam propriæ: quędam communes. Proprię sunt antecedentes & coniunctæ. Causa coniuncta febris est a cuius calefacto esse immediate pendet febris. Sed causa antecedens est quę est notabiliter disposita vt acquirat calefactum esse, & fiat cã coniuncta febris. Et ex his infertur ꝙ semper est causa antecedens febris quęcunq; sit feb. eo ꝙ semper est causa antecedens febris antequàm sit causa coniuncta febris: & non potest esse febris nisi sit causa coniuncta eius, loquendo semper de febribus humoralibus. Materiæ autem communes sunt duplices: nam quædam sunt necessariæ in omnibus febribus saltem putridis repertę: quędam contingenter. Primę sunt triplices. s. fæces, & quędam viscositates quæ in stomacho, & in intestinis continent̃: & sm̄ plurimum superfluitates primæ digestionis, quæ in febribus putridis inflammantur, & inflammatæ euaporantes ad cor fouent, & augent febrem, & iuuant ad corruptionem digestionum. Secundę sunt aquositates serosę quę generantur in secunda digestione, & generatę transeunt permixtæ cum alijs humoribus ad venas: hę etiam per actionem caliditatis febrilis, & vapores putridi secũ permixti inflammantur: & etiam multiplicantur per viam cuiusdam liquefactionis, per quam separatur pars aquosior a massa sanguinea: & inflammatæ & multiplicatę fouent, & augent febrem: quàmuis non sint materia propria febris antecedens, aut coniuncta. Tertiæ sunt superfluitates quæ reseruantur in tertia, & quarta digestione; nec non vapores qui ex actione caliditatis febrilis eleuãtur a materijs nõ putrentibus, & sparguntur in ambitu totius: & aliquando condensati circa cutim sub forma sudoris educuntur. Vapores autem putridi siue uadant ad cor, siue ad reliqua membra numerantur inter causas coniunctas febris putridæ. licet oppositum senserit Gentilis in hac quæstione non volens ꝙ aliqui vapores putridi sint causa febris nisi qui reperiuntur in corde: de hoc tamen dictum est superius in primo capitulo huius primæ fen. quantum est opportunum. & etiam in quæstione de maioritate morbi: & hę materiæ sm̄ plurimum non sunt causa antecedens, neq; coniuncta febrium: licet quandoq; febrem foueant, & augeant.

Materia febris multiplex.

Materiæ autem communes quę non necessario, sed contingenter in febribus reperiuntur, sunt sicut sanguis qui aliquando peccans quantitate, aut qualitate existens in venis cum humoribus facientibus febrem permixtus aggrauat virtutem, prohibet materiæ proprię digestionem: & cum inflammatur fouet, & auget febrem. licet. n. non sit materia propria febris: potest tamen coniungi cum materia propria febris, & facere nocumenta de quibus statim: & hi aliquando præcipitantur ad stomachum, & ad intestina, aliquando cum urina: aliquando cum sudore expelluntur a natura stimulata sua multitudine, aut malitia. Et horum euacuatio est euacuatio materię communis accidentaliter repertæ in febrientibus, quę non debet dici minoratio proprie. sed apud arabes dicitur exiccatio.

His præmissis sit hęc prima conclusio. Medicus euacuans sm̄ canones prædictos quandoq; euacuat materiam propriam febris: & cum hoc frequenter eius euacuationẽ intendit. Istam conclusionem probant rationes factę ante oppositum. Secunda conclusio. intentio Auic. non fuit per hos canones principaliter docere euacuare materiam propriam febris humoralis: sed materias communes. Ex qua sequitur ꝙ medicus operans sm̄ intentionem horum canonum, non oportet ꝙ euacuet materiam propriam febris, conclusio patet discurrendo. Nam in primo canone de phlebotomia constat ꝙ sanguine abundante cum humore qui facit febres docet phlebotomare non obstante ꝙ sanguis pro tunc nõ sit materia propria febris. Quòd autem dixit esse faciendum si humor qui uincit fuerit sanguis est positum incidenter. Nam infra in hoc capitulo ponit canonem in vsu phlebotomiæ, quando est intensio sanguinis. Similiter patet de lenitiuo in quo magis diligit clystere communis iuuamenti: per quod ut plurimum non euacuatur materia propria. Idem uidetur de prouocatione urinę & sudoris: quia infra præcipiet in particularibus capitulis non esse prouocandum nisi paucificata materia proprie quando loquitur de prouocatione, per quam materia propria euacuatur. Et idem apparet de uomitu: quia nõ præcipit educi materiam propriam: sed quęcunq; ad stomachum præcipitatur. Et argumenta reliqua adducta post oppositum ad huius conclusionis faciunt confirmationem.

Ad argumentũ ante oppositum respõdetur: omnia illa concludere ꝙ medicus aliquãdo in principio euacuat, & intendit euacuare materiam propriam febris. Sed dicitur ꝙ intentio principalis horum canonum non est euacuare materiam propriam febris: sed principalis intentio est euacuare materias cõmunes quarum aliquæ de necessitate, aliquæ contingenter in febribus humoralibus reperiuntur.

Contra determinata in pręsenti quęstione arguit̃. sequitur ꝙ in ephemerãte & hectico medicus deberet facere huiusmodi euacuationes. s. lenitionem uentris, prouocationem urinæ, & prouocationem sudoris cum in eis reperiantur superfluitates primæ, secundæ, & tertiæ digestionis; necnon uapores ab humoribus non putrentibus ex actione caloris febrilis eleuati indigentis transpiratione. Respondetur ꝙ cæteris paribus non reperiuntur in eis tot, & tantæ superfluitates, nec sic infectę propter defectum uaporum putridorum, qui reperiuntur in febriente putridę. Secundo dicitur ꝙ dato ꝙ reperirentur: medicus non ita tute põt facere huiusmodi euacuationes in febriẽtibus hecticæ aut ephemeræ timore exiccationis corporis. unde si lenit: lenit cum infrigidantibus & humectantibus paucæ abstersionis, & attractionis sicut cum clysteribus factis ex lacte, & similibus. Et multo minus audet prouocare urinam & sudorem timore exiccationis. Secũdo contra determinationem arguitur. probando ꝙ intentio horum canonum sit educere materias proprias: quia pro lenitiuo exhibet Aui. mannam, & syrupum uiolatum quę eligunt choleram. ut Mesue in capitulo de manna, & uiola. Pręterea. Prouocatio per radicẽ apij appropriatur humoribus frigidis: sicut prouocatio cum seminibus communibus frigidis appropriatur humoribus calidis. Ad primum dicitur ꝙ licet electiue euacuent humorem cholericum: uirtus tamen sua electiua est ita modica, & uirtus sua lenitiua est tanta ut potius operentur leniendo, quàm eligendo. Et cum hoc si aliquid operentur eligendo id faciunt sine inquietudine, & molestia. unde tute sicut & cassia concedi possunt, etiam in notabili quantitate: principaliter tamen ex horum administratione intẽdimus lenitionẽ, & superfluitatum communium & materierum eductionem.

Ad secundum dicitur ꝙ licet diuersis prouocantibus utendum sit in diuersis materijs: ut puta in calidis decoctione aut emulsione seminum communium frigidorum: in frigidis decoctione radicum apij & similium: hoc tamen non facimus ut intendamus cum his prouocantibus eligere materias proprias: sed radicem apii & similia notabiliter calida uitamus in febribus calidis timore inflammationis que conceduntur in frigidis: tum ratione prouocationis, tũ ratione digestionis: & ex simili causa utimur frigidis in febribus calidis.

Vtrum autem sicut reperiuntur medicinæ solutiuæ eligentes proprium humorem, & ut scammonium choleram: turbit phlehma: ita reperiunt̃ medicinę urinatiuę eligẽtes proprium humorem: est dubium nõdum ut dicit Gentilis, ab auctoribus discussum. Credendum tamen ꝙ sic. Nam assarum proprietate respiciens phlegma & choleram notabiliter diureticum uerisimilius dẽt euacuare per uias urinæ hos humores, quàm melancholiam ad quam non est eius proprietas. Et confirmatur, quia medicinæ proprietate sua eligentes euacuant humores quos eligunt ipsos ad se trahẽdo: deinde a præsentia humorum & medicinæ natura stimulata ipsos euacuat per regionem magis aptam illi euacuationi: sed medicinę diureticæ petunt uias urinæ: ergo ipse aliquo tẽpore in illis uiis debẽt ad se trahere humores quos respiciũt: & sic natura illis humoribus, & medicina stimulata illos per uias urinæ euacuabit. Et cõfirmat̃ quia in paratis ad urinę ꝓuocationẽ medicinę solutiue frequenter

quẽter ꝓuocant urinã,& uentrẽ nõ soluunt. Sicut mihi accidit cum dedissem pilulas aggregatiuas spectabili legum doctori domino Christoforo de campo causa soluendi ventrem : multotiens cum magno dolore urinarum prouocauerunt nihil sol uentes. Praeterea.de intentione Aui. secundo canone multum scammonij exhibitum euacuat per vrinam. Parum autẽ, aut in quantitate moderata exhibitum soluit uentrem. Est tñ credendum eam per regionem illam esse magis prouocatiuã cholerae quàm phlegmatis,uel melancholiae. Et ex his infert quòd si misceremus medicinam eligendi aliquem humorem quicunq; sit ille in pauca quantitate cum medicina multũ diuretica ille humor per uias urinales educeretur:sicut si miscere mus turbit aut colocynthidem cum cantharidibus. Et confirmatur de intentione Aui.in capitulo de cura singultus : vbi dicit ad literam.Et iam laudati sunt trochisci huiusmodi. Recip.costi,croci,rosarum recentium, masticis, spicae. omnium aña.4.aureos:assari aureos duos:aloes, opij:amborum aña au reum.i.conficiantur cum succo psilij:exhibeatur ex eis medietas aurei.psilium & opium stupefaciunt: spica confortat & resoluit:assarum inclinat humiditates ad partes uiae vrinae & educit eas per eam. Aloe inclinat eas ad viam fęcis & extrahit eas ex ea. Ecce quòd parificat assarum,& aloem inducendo humiditates quae faciunt singultum:aloe in educendo per uias secessus:assarum per viam urinae educit.ergo eligendo. Satis itaq; ex praedictis rationibus constat ꝙ sicut reperitur medicina solutiua eligens determinatos humores quos euacuat per viam secessus:ita reperitur medicina urinatiua eligens determinatos humores quos euacuat per uiam vrinae. Vltimo ut hi canones propter iuuenes ponantur in practica. Cum tu supeRuenis febrienti febre putrida,& videris in prima die necessitatem phlebotomiae:phlebotoma eadem die,vel quàm citius potes:expectando tamen horam quietiorem:nisi fuerit ex pestilentialibus,aut similibus quae non dant inducias: nam in his casibus oportet ea hora,qua occurris phlebotomare. Sed ante phlebotomiam regulariter operando praemitte lenitionem uentris si oportuerit cum clysteri lenitiuo,si superfluitates primae digestionis non contineantur nisi in intestinis grossis. Si vero cõtineãtur in stomacho,aut in intestinis gracilibꝰ, quod cognosces:quia vides aegrum nauseantem & sentientem extẽsiões supra umbilicum:melius est exhibere lenitiuum per os: postea sequenti die,aut quàm citius potes fac phlebotomiam. Deinde post phlebotomiam fac etiam iterum lenitionem, uẽtris die sequenti si non sit lenis:sed ẽm plurimum sufficiet clystere aut forte sufficiet syrupus acetosus, & aqua hordei : aut vtrunq; praemittendo syrupum acetosum per duas horas ante aquam hordei bibite calidam. Et iam ẽm plurimum trãsiuerũt tres dies & operatus es cum duobus cañ. Et cum secũdo sibi exhibuisti syrupum acetosum,aut aquam hordei, iam lenisti,& digerere incepisti. Et iã opus est ut quarta die,aut quàm citius potes opereris cum tertio canone prouocando, & potẽtius digerendo:dabis ergo syrupum acetosum simplicem cum emulsione lactis seminum communium frigidorum:ẽm ꝙ melius tibi videbitur inspecta quantitate caloris febrilis. Nec tamen obliuisceris in toto curae processu lenificationis ventris cum clysteri:aut saltem cum suppositorio,si sponte sua nõ fuerit lenis. Postea aperies poros exhibendo aliquod sudatiuũ, & ipsum pannis cooperiendo,eligẽdo horam in qua magis est aptus sudare. Sudatorium sit simul materiae digestiuum sicut aqua hordei notabiliter calida cum pauco vini subtilis,& pręcipiendo somnum : hoc enim magis gratum est aegro & magis proficuũ quàm vngere cum oleo chamaemelino, & similibus: & iam operatus es cum quatuor cañ. Et quocunq; tẽpore uides aegrum nauseantem siue ante phlebotomiam siue post:siue etiam non facta phlebotomia exhibe syrupum acetosum cum aqua tepida & cum impositione pennae aut digitorum in ore procures uomitum:hoc tamen fac nisi habuerit cibum in stomacho quem oporteat retinere:& nisi multotiẽs euomuisset: & esset dubium ne stomachus suus fieret cloaca superfluitatũ. Et hoc modo rectus est aeger tuus cũ quinque cañ. suprascriptis. Et hi cañ.hoc modo exequendi sunt cura regulari. Nã cura coacta in quinque casibus qui inferius ponentur in hoc capitulo oportet incipere a medicina eligẽte materiã ꝓpriã.

Et prohibe eum a somno in principio febriũ proprie quando est horripilatio,aut frigus,& rigor:quoniam prolongãtur super eum frigus,& rigor : ipsa nanq; exprimunt materias si fuerint euntes ad quaedam viscera, & prohibent digestionem humorum. Apud declinationem uero est iuuatiuus ualde,& fortasse non nocet apud statum.

Hic est nonus canõ,& est de somno qui qñq; iuuat,qñq; nocet in febribus. Et dicit quatuor. Primum ꝙ tu medice debes prohibere febrientem febre humorali à somno in principio.s.particulari. Secundum ꝙ proprie. i. maxime debes ipsum prohibere,qñ est horripilatio aut frigus aut rigor aut haec omnia. Et assignat tres causas.prima : qm̃ per somnum prolongatur supra eum.s.ęgrum frigus,rigor,aut horripilatio: quia somnus non permittit calidum occupare materias,& expandi:qua expansione & occupatione cessant hmõi typi. Secundo quia ipsa.s.frigus,& rigor,& horripilatio exprimũt materias si fuerint euntes ad quaedam viscera.i.faciunt ꝙ materię quae sunt pronae ad fluẽdum ad aliquod membrum intrinsecũ: sicut hepar,stomachus,& similia citius, & in maiori quãtitate fluant ad ipsum,siue apostemantes siue non. Nam ista sunt causa motus sanguinis,& spũs ad interiora: & per consequens etiam aliarum materierum.tertia causa quia ista prohibent digestionem humorum.non permittunt.n.calidũ expandi in materia:immo suffocant illud sub ea. Tertium dictum ꝙ somnus in declinatione est valde iuuatiuus. Quartum apud statum forte non nocet.

Pro declaratione huius cañ.dubitatur vtrũ sit somnus prohibendus in principio particulari febrium humoraliũ, & proprie cum sunt frigus,rigor & horripilatio. Negatiue arguit. nam somnus in principio particulari multoties fit & non nocet:ergo non est prohibẽdus.assumptum est Aui.secũda huius. cap.de signis sumptis ex parte somni,& uigiliae. Secundo in somno uigorantur oẽs virtutes naturales : & per consequens vigoratur digestio ciborum, & humorum:sed haec conueniũt in principio febrium:ergo somnus non est prohibendus.tenet consequentia.& assumptum est Auic. secunda primi. capitulo de his quae proueniunt ex somno. Tertio in forti rigore Aui. prouocat somnum cum opio,infra in capitulo de regimine rigoris.quare &c. Ex quo sequitur ꝙ ꝑ somnum non prolõgatur.contra primam causam hic ab Auic.assignatam. Quarto somnus prohibet motum materiae ad viscera.conrra secundam causam Auic.quare &c.antecedens probatur:quia de intentione Auic.loco allegato. Somnus omnes fortes prohibet euacuationes excepto sudore quẽ prouocat : & per cõsequẽs potius mouet exterius quàm interius ad uiscera.

Vtrumꝰ ꝓhibẽdꝰ sit somnus in principio paroxysmi.

Quinto somnus vnit calorem interius per quẽ digestio fortificatur.ergo non prohibet digestionem:sed iuuat contra tertiam causam. In oppositum est hic Auic.& Gal.secunda aphorismorum.& Raſ decimosexto cõtinentis.capitulo de his quae sequuntur febres.

Pro solutione dubij notabo aliqua, deinde ponam conclusiones responsiuas ad quaesitum. Hic obmitto quidditatem somni,& multa alia huic proposito non necessaria. Nam de his expediti sumus super nono Almam.capitulo de subet. Notandum tñ ꝙ in principio somni sanguis & spiritus trahuntur de exterioribus ad interiora.trahuntur.n.de extra uenas ad intra venas,& de paruis venis ad magnas : & tandem ad mẽbra nobilia:sicut sunt cor, hepar & cerebrum: & reliqua membra sibi propinqua:& cum spiritibus trahuntur ad eadem loca vapores secum permixti per uiam sequelae:& sanguine trahũtur alij humores sibi permixti. Propterea secunda primi. exterioribus infrigidat ispluribus indigemus cooperimentis in somno q̃ in vigilia:quia in uigilia fit motus oppositus. Hanc etiam attractionem ad interiora operatur anima sentiẽs mordicationem membrorum sensibilium in principio paroxysmorum ut eorum nocumento succurrat:propter quem motum ad interiora sequentem tam somnum quàm rigorem materiae ma lignae simul cum vaporibus suis quae deberet expandi exterius mouentur interius ad membra nobilia:& sic necesse est paroxysmum prolongari ẽm omnia sua tempora.& secundo materias motas interius multo magis laedere membra nobilia,& digestionem humorum impediri calore naturali sub ipsis suffocato. Notandum secundo ꝙ licet somnus naturalis in uniẽdo calorem

calorem interius deducto impedimento omnes fortificet ope
rationes naturales:multotiens tamen accidit per motum ma-
teriæ male interius ſua multitudine ſuffocantis, aut ſua mali-
gnitate corrumpentis ſpiritus operationes naturales impedi-
ri. Et multoties ipſe unitus interius inuenit materiam malã
ipſam calefaciendo agitat,dilatat,& uapores malignos eleuã-
do nocet membris nobilibus eorum impediẽs operationem.
Notandum tertio ꝙ licet ſomnus ſit ualde ſimilis quieti:& fa-
ciat corpus quieſcere a motu uolũtario:& per hoc habet mo-
tum humorũ cõpeſcere:non tñ facit eorum omnimodã quietẽ
immo in principio ſui quando ſanguis, & ſpiritus mouentur
interius:mouentur etiam alij humores & uapores ſecum.ſ.cũ
ſanguine & ſpiritu permixti:poſtea ſpiritus interius fortifica-
ti mouent materias bonas nutrimentales ad extra, & diuidũt
in membra corporis:ad quem motum ſequitur ulterius exube
ratio ſudoris.Propterea ſi ſomnus inuenit in principio ſui mo
tum aliquarũ materierũ interius ipſum fortificat & auget:Pro
pterea dixit Auicen. ꝙ exprimit materias ſi fuerint euntes ad
quædam uiſcera,ſiue ad ipſa apoſtemandum, ſiue aliter oppri-
mendum abſq; apoſtemate. licet ergo ex parte qua facit cor-
poris quietem a motibus voluntarijs ſit aptus quietare humo
res:cum tamen inuenit motum alicuius humoris ad interiora
in ſui principio ipſum fortificat.Similiter cũ inuenit materias
cum expanditur extra eas mouet exterius frequenter ipſas
euacuans cum ſudore.

Contra ſequitur ꝙ ſomnus in ſui principio deberet facere
vomitum, & fluxum uentris cum moueat materias ab extra
ad intra uerſus regiones illas.Aut ſaltẽ ſequitur ꝙ in ſui prin-
cipio non deberet ipſos ſiſtere.conſequens cõtra experientiã.
Et confirmatur:quia in fine ſomni cum expanduntur materiæ
ad extra ſudor prouocatur materijs motis a centro ad circun-
ferentias. Præterea. Sequitur ꝙ inchoante ſomno ſudor in
choatus tempore uigiliæ: aut de proximo inchoandus magis
exuberet in principio ſomni. Ad primũ negetur id ad quod
deducitur: cum ſanguis & ſpiritus, & quæcunq; aliæ materiæ
moueantur ad membra principalia ſm plurimum eorum non
ad ſtomachum & inteſtina niſi ſm modicũ eorum: & ſic in ſui
principio ſomnus non eſt cauſa vomitus,neq; fluxus uentris in
mobilitando materias, quæ ſunt proximæ ſtomacho aut inte-
ſtinis: aut in eis continentur, & minuendo acuitatem ſenſus
inteſtinorum,& ſtomachi prohibet vomitum, & fluxum ven-
tris:non tamẽ ſicut in fine ſomni:cum materiæ moueantur ex-
tra, & ſicut ſomnus aliquas materias mouet ĩterius in ſui prin
cipio,aliquas mouet exterius in fine,ſiue in proceſſu eius:ali-
quas quæ ſunt circa mobilia, non tamen principalia, aut ſunt
in eis immobilia:& ſic ratione huius ſiſtit vomitum,& fluxum
& omnes alias euacuationes præter ſudorem:tam in prĩcipio,
quàm in fine. Præterea.Minuendo ſenſum debilitat virtutem
expulſiuam quæ irritatur a præſentia materiæ: tam in fine,quã
in principio. Et ex his patet ſolutio ad confirmationem.

Ad ſecundam rationem reſpondetur ꝙ aliquando ſudor in-
choat in vigilia:aut de proximo inchoandus ſiſtitur, & prohi-
betur in principio ſomni:& non ſemper: cum aliquæ materiæ
ſudorales ſint ita proximæ poris,ut non poſsint conuerti inte
rius:immo agitatæ in motu ſanguinis, & ſpiritus ad interiora
amplius fluunt ꝑ poros cutis,per quos inceperãt fluere. No-
tandum quarto ꝙ ſomnus obtundit omnes ſenſus exteriores:
non ſolum quia ab ipſorum inſtrumẽtis retrahat ſpiritum ani-
malem:aut ipſum retineat interius:ſed quia reddit ipſorũ ſub-
ſtantiam turbidam:vt ſentit Auic. ſecunda primi. capitulo de
his quæ proueniunt ex ſomno. Et ideo per ipſum ſenſationes,
& motus imperficiuntur,impediuntur, & obtunduntur.vnde
quãuis membra exteriora infrigidentur, & adſit in eis humo-
rum mordicatio in principio paroxyſmi. prouocato tamen
ſomno ſenſus infrigidationis, & mordicationis remouetur,
aut obtunditur:& ſic rigor qui per has ſenſationes ſequitur,re
mouetur. Ex quo apparet quòd rigens in principio paro-
xyſmi aliquo modo iuuaẽ ſomno, quia prohibetur ſenſatio rei
irritantis ad rigorem: & ſic ceſſat rigor. Aliquo etiam modo
noceẽ ſomno pro quanto materierum cita ſparſio: & partialis
reſolutio impediẽ,& membrorum calefactio.Et ideo cum di-
cit Auic.in litera ꝙ per ſomnum prolongaẽ ſupra febrientẽ ri-
gor,& frigus,non debet intelligi proprie de rigore: quia iſte
per ſomnum remoueẽ:ſed intelligendnm eſt de cã faciente ri-
gorẽ quę eſt humor.hmõi enim ſparſio,ſubtiliatio,& reſolutio
impediẽ:& cõſequẽter membrorũ exteriorũ calefactio. No-
tandum quinto ꝙ licet in principijs paroxyſmorum particula
rium materia moueaẽ ad exteriora:moueẽ tamẽ motu præfo-
catiuo caloris naturalis. primo quia ꝑꝑ horribilitatem mate-
riei,& nocumentum quod imprimit in membra calor profun
daẽ,& ſubmergiẽ.ſecundo quia uapores in principio a mate-
ria eleuati ſunt humidi,crudi,groſsi,ſpirituũ & caloris mem-
brorum extinctiui: ſicut ſuperius ꝑ ſimilitudinem dictum eſt
de vaporibus lignorum viridium,qui extinguunt paruũ ignẽ,
& præfocant. Verũtamẽ non omnes diſpõnes principiorũ
in prȩfocando ſunt æquales, immo ſm varietatem materierũ
in multitudine,paucitate,& ſubtilitate,digeſtione, & crudita
te, & celeritate motus,& tarditate:& ſm varietatẽ diſpoſitio-
nis patientis mẽbrorum,ſuꝑ quæ ferẽ talis materia fiunt multȩ
varietates in principijs particularibus, & multo maiores, &
maior præfocatio cum adſunt in principijs frigus, & rigor,ac
horripilatio,& maxime qñ iſtis ſomnus coniungiẽ.omnino.n.
hæc quatuor.ſ.materiæ horribilitatis.ſecundo vapores groſsi
ab ipſa eleuati.tertio frigus,rigor,& horripilatio.quarto ſom
nus ſubtilis concurrunt ad caloris innati præfocationem iux-
ta paroxyſmantis tardã inflammationem, & reſolutionem, &
membrorum tardam calefactionem.

Ex quibus apparet ſolutio ad quæſitum in his concluſioni-
bus.primo ſemꝑ ſomnus in principio particulari eſt aptus fa-
cere notabile nocumentũ.concluſio patet ex hoc vltimo nota
to.adiuuat enim ad caloris præfocationem:tardat materiæ pa
roxyſmantis reſolutionẽ,& mẽbrorum debitam calefactionẽ.
quare cũ paroxyſmus debeat terminari per materiæ paroxyſ-
mãtis reſolutionem: opus eſt ipſum ꝑꝑ ſomnum prolongari.

Secunda concluſio.ſm plurimum ſomnus in principio par-
ticulari eſt magis aptus obeſſe,quã prodeſſe. probaẽ. nã ſemꝑ
facit notabile nocumentũ ex præcedenti concluſione:rariſsi-
me autẽ facit notabile iuuamentum niſi cum rigor eſt ita in-
tenſus,& longus vt impedireẽ anhelitus ꝑꝑ nocumentũ in la-
certis pectoris:& eſſet dubium de ægri ſuffocatione.Aut quã-
do virtus ex nimia cõcuſsione præter modum reſolutereẽ.hæc
autem raro eueniunt. Ex quibus ſequiẽ concluſio reſponſiua
ad quæſitum,ꝙ ſm plurimum eſt ſomnus prohibendus in prin
cipio particulari febrium humoralium.

His ſic determinatis ſupereſt vt reſpondeamus ad argumẽ-
ta ante oppoſitum.Ad primum quod eſt auctoritas Auic.ſecũ
da quarti. capitulo alle. In principio vero eius .ſ. paroxyſmi
multotiens fit ſomnus & non nocet. exponiẽ & non nocet .i.
non eſt ſignum magni nocumenti,comparatus ad ſomnum fa-
ctum in ſtatu de quo parum ante locutus eſt cum dixit: & hoc
totum in ſtatu paroxyſmorũ febris eſt deterius.ſ.per viã ſigni:
licet ecõtra per viam cauſæ ſomnus ſit deterior in principio,
quã in ſtatu. Ad ſecundũ reſpõdetur negando ꝙ virtutes,&
operationes naturales vigorentur in ſomno in principio pa-
roxyſmi:quia licet ratione vnionis ſpirituũ deberent vigora-
ri:tamẽ plus debilitanẽ ex delatione materierũ malarũ ad mẽ-
bra nobilia,quæ delatio fit ꝓpter ſomnum in principio paro-
xyſmi. Ad tertium dr̃ ꝙ ſomnus eſt prouocandus in princi-
pio paroxyſmi aliqñ propter accidẽtia fortia ſequentia fortẽ,
& diuturnum rigorem de quibus dictũ eſt. Et dicitur ꝙ rigor
tunc non prolongatur ꝓpter ſenſus obtuſionem:licet adſit hu-
mor qui de ſe eſt cã rigoris.& in his caſibus potius eligiẽ paro
xyſmi prolõgatio quã nimia virtutis diſſolutio,& forte mors.
Ad reliqua duo argumenta patet ſolutio ex dictis in q̃ſtione.

Secundum dubium utrum ſomnus ſit iuuatiuus apud ſtatũ,
& declinationẽ particularem.Et arguiẽ:ꝙ non:quia tam in ſta
tu, quã ĩ declinatione trahuntur vapores,& maxime interius
verſus mẽbra notabilia,& prohibeẽ ipſorum reſolutio: & ſic
paroxyſmus prolongaẽ.ergo non eſt iuuatiuus.tenet cõſequẽ
tia,& aſſumptum patet ſecunda aphoriſmorum,cõmento pri-
mo:& ex determinatis in præcedenti qõne. Et confirmatur
quia in ſtatu vapores,& materia ſunt vltimo inflammati,& in
maiori quãtitate quã in alio tẽpore, quia aliter non eſſet ſta-
tus.ergo cõuerſi interius ꝓpter ſomnum ſunt magis apti obeſ
ſe,quã in aliquo tẽpore. Et confirmaẽ, quia tunc virtus eſt
debilior quã in prȩcedentib.tẽporibus ergo magis eſt apta ſuc
cumbere ex cõuerſione materierum, & vaporum ad membra
nobilia. Secundo.nocumentum ex ſomno eſt ꝑnicioſius
in

in declinatione quã in statu:& in statu quã in augmento.ergo qđ falsa pro parte affirmatiua:tenet cõsequentia. & assumptũ colligi potest ex dictis Gal.secunda aphoris.cõmen. primo.In oppositum est Auic.in parte præsenti apud declinationem est iuuatiuus valde:& fortasse non nocet apud statum.

Pro solutione huius notandũ primo in declinatione particulari paroxysmi deductis alijs,materia & fumi sunt paucificati,subtilitati versus extrema, transmissi longe a fonte caloris pro maiori parte:quare difficulter trahunť.& si retrahunť minus sunt præfocatiui ꝑꝑ paucitatẽ,& subtiliationem : quia spiritus sunt resoluti in tẽporibus præcedentibus.virtus est debilis,& indiget refocillatione . prouocato ergo somno spiritus interius retrahunť ad mẽbra nobilia:& ibi vniunť & confortãtur:quia non ꝓfocantur a multitudine vaporũ secũ tractorum: sicut in partibus ꝓcedentibus:vnde virtus fortificata illud parũ quod superest intus de vaporibus & humoribus superat: & cum sparsione nutrimenti parum post expellitur extra:& cum hoc fortificatis virtutibus naturalibus fit humorũ digestio, & spirituũ regnatio.Ex quibus patet ꝙ sine notabili nocumento in declinatione particulari merito dispõnis paroxysmi, & suæ propriæ materiæ alijs deductis somnus est aptus multum iuuare.Contingit tñ aliqñ propter malignitatẽ materiæ cuius omnis parua pars retracta multũ nocet:sicut in materia anthracis & similibus.ꝑꝑ aliquã latentem materiã quæ agitatur a calore fortificato in somno in declinatione fiat nocumentũ.Et similiter ex alijs paroxysmis cõplicatis:aut ex errore regiminis:sed merito dispositionis declinationis fe.putridę somnus est aptus multũ conferre,& parum obesse. Notandũ secundo ꝙ somnus in statu paroxysmi est fere æqualiter indifferens ad iuuandum & nocendũ,quod põt declarari tã ex parte causæ imprimentis.s.vaporũ,& humorũ,quã ex parte corporis patientis. Nam status particularis in sua quidditate includit vltimatam caliditatem quæ possit esse in paroxysmo. Hæc autem vltimata caliditas põt esse ꝑꝑ maiorem multitudinem vaporum cum magna quãtitate materiæ reseruatæ vsq; ad statum. Et põt esse etiã ꝑꝑ valde intẽsam caliditatem vaporũ, & materiæ dato quòd vapores & materiæ sint paucificatæ notabiliter tempore status.vtrunq;.n.frequẽter contingit:licet semꝑ sit necessarium merito status paroxysmi materiam & vapores esse calidiores quã altea. Et tunc manifestum est qñ sunt paucificati vapores,& materia notabiliter:licet sint calidiores notabiliꝰ quã ante magis prodesse somnũ quã obesse:cum tunc ꝑ magnã eorũ subtilitatem sequentem eorũ intensam caliditatem sint valde apti trãspirationi,& eo magis, quia pori corporis sunt tunc multũ dilatati.paucitas.n.& eorum subtilitas cum pororũ dilatatione faciunt ad eorũ facilem transpirationem,& paucã eorum conuersionem interius ꝑꝑ somum.Econtra qñ multum de materia esset reseruatum in statu,& vapores essent plurimi & grossi:somnus in statu esset magis aptus obesse quã ꝓdesse. Similiter hæc æqualis indifferentia ad iuuandũ & nocendũ põt contingere ex parte corporis.sunt.n.q̃dam corpora parata exiccationi & resolutioni:sicut corpora cholerica & similia habentia poros latos,& humores subtiles parum de humido:quorum virtus facile dissoluiť. & istis somnus tempore status multo magis prodesset quã obesset.Econtra sunt aliqua corpora habentia oppositas condõnes minime apta exiccationi,& humorũ & spirituum dissolutioni:& istis somnus in statu magis obesset quã prodesset.ꝑpter ergo hanc fere ęqualem indifferentiã ad iuuandũ & nocendum Aui.locutus est sub ambiguo dicens:& fortasse nõ nocet apud statum.Et Gal.in cõmẽto primo secundæ particulæ dixit : ꝙ qñq; iuuat in statu,& in augmento statui vicino:non tñ dixit semꝑ.In augmento tñ licet possit iuuare,& nocere,est minus aptus ad iuuandũ & magis ad nocendum,quã in statu.Econtra in cõparatione ad principium.ꝑpterea dixit Aui.fortasse nõ nocet apud statum: per ly apud statum intelligẽdo augmentũ & statum . prima itaque medietas augmenti magis attestatur principio quo ad iuuãdũ & nocendũ merito somni.secunda vero medietas magis attestatur statui.Et ex his apparet ꝙ deductis alijs somnus est magis aptus nocere in principio paroxysmi feb.putridæ quàm in alijs temporibus euisdem paroxysmi. Et secundo loco magis aptus nocere in augmento:& tertio magis in statu . & quarto minus in declinatione. Nam nocumentum somni factum in principio est maius intensiue ,& extensiue quã nocumentum alicuius alterius temporis alijs paribus:& secundo nocumentum augmenti:& sic de cæteris.

Et ex his patet rñsio ad quæstionẽ, ꝙ somnus vt plurimũ est iuuatiuus,& cõcedendus in declinatione . Dixi autẽ ẽm plurimũ ꝑꝑ cãs dictas in primo notato .s. de materia venenosa quæ rarissime cõtingit:sed in statu somnus est fere æqualiter indifferens ad iuuandum & nocendum: sed in augmẽto frequenter est magis aptus iuuare,quàm nocere frequenter. Econtra licet frequentius sit aptus magis nocere quã iuuare in principio autem secundùm plurimum magis nocet quàm iuuet:& rarissime est cõcedendum : sicut determinatum est in prima quæstione. rarissime enim accidunt rigores illi fortissimi cogentes administrationẽ somni in principio.adsunt raro materiæ venenosæ prohibentes eius administrationẽ in declinatione:in augmẽto autẽ,& statu indicia sunt media . ꝑpterea dixit Auic.fortasse non nocet apud statum: verũ medietas prima augmenti magis attestať principio,& secũda magis statui.

His ita determinatis superest vt rñdeamus rationes adductas in oppositum. Ad primã diciť quòd licet aliquid de vaporibus & materia retrahatur intra:& licet ratione huius fiat aliquid nocumẽti hoc modicissimũ est in cõparatione ad iuuamentũ quod seq̃tur ex somno de fortificatione virtutis sequẽte vnionem spirituũ circa membra nobilia:cũ tunc materia & vapores sint pauci & multũ subtiliati. Sed de somno in statu dictũ est ipsum esse indifferentẽ ad magis iuuãdum quã nocendum,& econtra.Et somnus in declinatione ẽm plurimum abbreuiat paroxysmum prouocando sudorẽ:aut faciendo materias,aut vapores citius resolui insensibiliter ꝑꝑ fortificationem virtutis. Et ad confirmationẽ dicitur quòd licet vapores, & materiæ sint magis inflammati in statu quã in reliquis tẽporibus,tñ non necessario sunt plures.Item sunt magis subtiliati,& sic magis parati resolutioni.de hoc tñ in quæstione dictũ est,quantũ est opportunũ.Ad aliã confirmationem dicitur ꝙ licet virtus sit debilior in statu,& declinatione quã temporibus præcedentibus:& æquale nocumentũ minus possit tolerare:tñ nocumentũ retractionis vaporũ & materia interius sequens somnũ est valde minus in statu,& declinatione quã in tẽporibus præcedentibus. Ad vltimã rõnem quæ est auctoritas Gal.com.primo.secũdæ aphoris.dicitur.ꝙ nocumentum somni in declinatione est deterius ꝑ viã signi quã in aliquo temporũ præcedentiũ.& simili modo est deterius in statu quã in augmento:& in augmento quã in principio.cũ quo tñ stat ꝙ ꝑ viã causę sit ꝯtrariũ:sicut determinatũ est.Est.n.pessimũ signum & frequenter perniciosum ꝙ somnus in declinatione,in qua maxime iuuare debet noceat. Ex his patet solutio ad quæstionẽ solitã quæri,an sit iudiciũ idem de concessione somni in temporibus vniuersalibus, & particularibus. Et rñdeť ꝙ sic.vnde liberius & longiorem somnũ cõcedimus in declinatione vniuersali quã in statu vniuersali: & in statu quã in augmento:& ĩ augmẽto quã in pricipio vniuersali . Est tñ somnus in statu vniuersali magis aptus prodesse,aut obesse secundum diuersitatẽ crisiũ.nam in crisi per sudorẽ est multum aptus prodesse,sed in crisibus alijs magis aptus obesse,quã prodesse:cum somnus retineat omnes fortes euacuationes præter sudorem.

Et non prohibeas ei aquam frigidam,nisi fuerit humor qui est in eo crudus, & grossus : tunc enim prohibet digestionem.

Positis quibusdã canonibus respicientibus materias maxime cõmunes.hic ponit canones quibus docet extinguere calorem febrilem:minus tamẽ generales illis quos superius posuit. docet enim vsum aquæ frigidę in febribus. & habet hæc pars duas partes.In prima docet vsum aquæ frigidæ in potu secundo per extrinsecam applicationem.secũda ibi. infra ꝑ vnã colũnã§immo cum videris calefactionem. §.Primam partẽ diuido in septem partes.nam in prima ponit cañ.in vsu aquæ frigidæ.In secunda ibi§ Nisi sit stomachus.§docet conditiones ꝓhibentes potum aquæ frigidæ: & indicantes ipsius exhibitionẽ.In tertia parte ibi§Et quãdoq; datur in potu.§ ponit quantitatem quę quandoq; datur de aqua frigida in potu febrientibus cum effectibus eius.In quarta parte ibi § Et quandoq; iterum sunt.§docet quid faciendum est quando coniunguntur cõtrariæ indicationes in exhibitione aquę frigidæ.In quinta parte ibi§Et syrupus quidem acetosus.§ docet rem vnam infrigidantẽ nõ ita nocentem sicut aqua frigida,qñ sunt ꝓhibẽtia . In

ſexta pte ibi§Et cũ nõ licet.§oñdit nocumenta ſequentia potũ aquæ frigidæ incõuienter ſumptæ. In ſeptima parte ibi § Et ille quem plurimum§docet quæ ſunt corpora quibus aqua frigida magis debet prohiberi. primam partem diuido in tres. In prima ponit can. cũ probatione ſecundæ partis. In ſecunda ponit probationem utriuſq; partis: tamen ſatis confuſam. In tertia probat primam partem can. ſecunda ibi§Et ſcias.§tertia ibi§Humores autem cholerici.§In prima parte dicit quòd medicus non debet prohibere febrienti. febre humorali aquã frigidam: niſi humor qui eſt in febriẽte fuerit groſſus, & crudus. & probat partem ſecũdam exceptam per hoc: quia humor qñ fuerit groſſus, & crudus aqua frigida in potu exhibita prohibet digeſtionem: ideo tunc debet prohiberi. Includit itaq; canon duas particulas. prima eſt ꝙ humore non exiſtente in febriente groſſo & crudo non debet ei aqua prohiberi. ſ. quantũ eſt merito humoris. ſecunda eſt: quia ipſo exiſtente crudo & groſſo debet prohiberi febrienti febre humorali aqua frigida.

Aqua frigida. Notandum igitur primo ꝙ per aquam frigidam intelligamus aquam dulcem habentem omnes, aut plures ex decem & octo conditionibus laudabilis aquæ: de quibus ſecunda primi. Et intelligimus omnem modum exhibitionis eius per os. ſ. aut puræ, aut permixtę cũ uino, uel ſyrupo, uel zuccaro, uel uino granatorum, aut aceto, uel quacunq; alia re huic propoſito deſeruienti. Et ſimiliter tam tẽpore cibationis, quàm extra in multa, pauca, aut mediocri quantitate, tam cruda, q̃ cocta. maxime tñ Auic. intelligit in hoc canone de ipſa exhibita cruda in magna quantitate. Nota ſecundo quòd cum Aui. dicit, niſi in febriente fuerit humor groſſus & crudus: licet maxime loquatur de humore qui eſt cauſa antecedens, aut coniuncta feb. tamen intelligi poteſt etiam de alijs humoribus: qui licet nõ ſint cauſa coniuncta feb. tamen poſſunt ipſam fouere. hi etiam prohibent aquæ frigidæ exhibitionem. Tertio notandum ꝙ dixit copulatiue niſi fuerit humor groſſus & crudus. Nam ſi fuerit groſſus & digeſtus: ſicut aliquãdo reperitur cholera notha aut cholera aduſta digeſta non prohibetur potus aquæ frigidæ. Similiter ſi fuerit crudus & ſubtilis: ſicut cholera ſubtilis ſuperflue calida, non prohibetur potus aquæ frigidæ. Simiter ſi fuerit etiam ſubtilis, immo optime confert ipſam digerendo. vbi uero ſimul ſit groſſus & crudus nõ cõuenit potus aquæ frigidæ. Quarto nota ꝙ licet exiſtente humore calido ſubtili, & digeſto conueniat potus aquæ frigidæ quantum eſt merito humoris: & licet ipſo exiſtente crudo groſſo diſconueniat: attamen merito aliarum diſpoſitionum aliqñ in primo caſu prohibetur ſaltem in multa quãtitate: utputa qñ homo eſſet inſuetus potui aq̃ frigidæ, cũ apoſtemate intrinſeco, cũ paucitate caloris innati: & de ſingulis diſpoſitiõibus prohibẽtib⁹ potũ aq̃ frigidæ. Et ſiſr ecõtra humore exiſtẽte groſſo crudo. ubi eſſet extrema caliditas corpus arefaciẽs exhibeť potus aquæ frigidæ potius eligẽdo prolõgationẽ ęgritudinis, q̃ corporis extremã exiccationẽ: & ꝓprie in cõſuetis potui ipſius. Canon itaq; ſuperius poſitus reſpicit humorẽ ſolũ. nõ aũt reliquas diſpoſitiones indicantes, aut prohibentes potum aquæ frigidæ.

Et ſcias quòd quando phlebotomia iuuat: deinde uteris uia mala: tunc non purgabitur.

In hac parte probat utramq; partem cañ. probatione tamẽ ſatis confuſa dicens. ſcias quòd quando phlebotomia confert in febre: quia facta eſt ſm ꝙ oportet. deinde tu vteris uia mala ſcilicet cõtratria canoni noſtro: utputa, quia prohibebis aquã frigidam humore exiſtente ſubtili, non crudo groſſo: aut quia forte dabis aquam frigidam humore exiſtente crudo, groſſo, corpus non purgabitur a reſiduo quod remanſit poſt phlebotomiam. non enim ſequetur ſudor, uomitus, aut ſeceſſus qui ſolent ſequi quando aqua frigida datur ſm quòd oportet. & qui ſecuti fuiſſent: aut ſaltem aliquis eorum in primo caſu: & ſic ſalus ſecuta fuiſſent. & ſimiliter in ſecũdo caſu non ſequetur: immo potius fieret humoris incrudatio & fe. prolongatio: quia aqua frigida exhibetur ubi non oportet. & ſic canon probatus eſt quo ad utrãq; partẽ. Et ex hoc canone cũ ꝓbatiõe ſua elicere poſſumus cõiter ãte exhibitionẽ aq̃ frigidæ in magna quãtitate debere ꝓcedere phlebotomiã: aut aliã euacuationẽ: ut minorata materia, & cõfortata natura ꝑ exhibitiõẽ aq̃ frigidę extinguẽtis cauma febrile, natura fiat potẽs ad reſiduũ expellẽdũ.

Humoris autẽ cholerici digeſtio eſt ut conuerſus a ſua ſubtilitate fiat ſpiſſus, & aqua quidem frigida facit illud.

Hic probat primã partẽ cañ. ſic. aqua frgida digerit humorẽ cholericũ ſubtilẽ. ergo exhibẽda eſt. tenet cõſequẽtia. & aſſumptũ ꝓbatur. quia humoris cholerici ſubtilis digeſtio fit conuertẽdo ipſum a ſua ſubtilitate ad ſpiſsitudinẽ, ſiue groſsitiem: ſed aqua frigida facit hoc. ergo digerit ipſum. hic tñ ꝑ fieri ſpiſſum nõ intelligiť reſpectu mediocris: ſed reſpectu eius quod primo erat. ẽ tñ digeſtio iuxta prius determinata ęquatio ſubtilis ꝑ ingroſſationẽ, & groſsi ꝑ ſubtiliationẽ: & ſic canon ſigillatim, & cõiũctim quo ad utrãq; ꝓbatus ẽ. Cõfert ẽt aqua frigida nõ ſolũ digerẽdo: ſed etiam calorẽ febrilem extinguendo.

Niſi ſit ſtomachus, aut hepar debile, aut frigidum: aut ſit in uiſceribus apoſtema: aut ſit in viſceribus dolor: aut ſit complexio eius pauci ſanguinis: aut caliditas eius innata debilis: quare debilitatur poſt potum aquæ frigidæ: aut ſi non ſit conſuetus potare aquam frigidã: ſicut illi qui ſunt de regione calida: iſti. n ſpaſmantur velociter: & aſſociatur eis ſingultus, & extenuatus eſt de hac ſumma.

In hac parte narrat conditiones. primo prohibentes potum aquæ frigidæ. ſecundo indicantes tolerantiã potus eius. ſecunda ibi§Vbi aũt materia calida.§In prima parte ponit octo conditiones prohibentes potũ aq̃ frigidæ. *Conditiones prohibentes potum aquæ frigidæ.* Prima eſt debilitas ſtomachi aut hepatis per quorũ debilitatem dať intelligi aliorum mẽbrorũ debilitas: ſicut diaphragmatis, inteſtinorum, & aliorum: expreſsit tñ ſtomachum & hepar: quia frequentius, & facilius potu aquæ frigidę lædi poſſunt. Secundo notandũ qnòd licet hec conditio poſsit uerificari de quacunq; debilitate ſiue ex tempore, ſiue ex generatione contracta, ſiue naturali. i. cum qua homo ad intra latitudinẽ ſuæ ſanitatis propter malam cõplexionem, malam compoſitionem, ſolutam continuitatẽ apoſtema & ſimilia. hic tamen ne idẽ bis replicet, intelligit de debilitate ſequente pororum ſuperfluam largitatem, raritatem texturæ: aut parum compactam mẽbri ſubſtantiam dato quòd non eſſet ex uillis cõtextum. Non enim eſt omue membrum ex uillis contextum ſicut hepar, cerebrum, & multa alia. & hęc debilitas ſm aliquem iſtorum trium modorũ poteſt unicuiq; membro ineſſe: & per eam fit debile in reſiſtendo cauſis ægris tam calidis, quàm frigidis. primo quia minus habet de qualitate per quam reſiſtit, ſecũdo quia cauſa lædens facilius applicat penetrans in profundum eius. & de hac loquitur Aui. ſecunda primi. doctrima ſecunda. c de cauſis debilitatis membrorum, & cauſa partis nota eſt. nam his membris exiſtentibus debilibus per potum aquæ frigidæ ſuperflue infrigidantur: & præter modum debilitantur: ut aliquando mors inde ſequatur. ut narrat Gal. 7. therapeu. cap. de cura malę complexionis uẽtris calidi & ſicci. immo dicit ibidem quòd aliquando partes ſtomachi ſunt differẽtes, una fortis, altera debilis. quapropter ex potu aquæ frigidę aliquando læduntur operationes frigidi ſtomachi utputa digeſtio & retentio, aliquãdo oris eius, & meri utputa deglutitio. Vltimo nota quòd licet huiuſmodi debilitas indicet non dari aquam frigidam, tamen aliquando contingit quòd aliæ cõditiones indicãtes potũ aquæ frigidæ ſunt ita fortes ꝙ medicus ꝑeligit dare aquã frigidã exiſtimãs ꝑ ipſius exhibitionẽ maiora nocumẽta poſſe uitari. Secũnda cõditio ẽ frigiditas ſtomachi, aut hepatis aut naturalis merito cõplexionis, aut ætatis ſiue ꝑternaturalis cũ materia, aut ſine materia. Et ſic intelligẽdũ de frigiditate reliquorũ mẽbrorũ q̃ ſunt apta lædi ꝑ potũ aq̃ frigidæ. nã ꝑ potũ aq̃ frigidæ augebiť horũ mẽbrorũ frigiditas: & impedienť mẽbri læſi opatiões. Et ut dicit Gal. 7. therap. loco ſtatim alle. cũ aliqñ cõtingat unã partẽ ſtomachi eſſe calidã, utputa fundũ ſtomachi: & aliã frigidã utputa meri lædeť unius partis operatio, & nõ alterius: & exẽplificauit de hoĩe quadragenario, qui ex potu aq̃ frigidæ ſanatus eſt a mala cõplexione calida uẽtris & ſtomachi, & ceſſauit ſitis. ſed ꝓhibita ẽ deglutitio: ita ut tãdẽ mortuus ſit. Tertia cõditio ꝓhibẽs potũ aq̃ frigidæ ẽ apoſtema in viſcerib⁹: ĩmo quodcunq; apoſtema intrinſecũ in cerebro, mẽbris ſpiritualib⁹, mẽbris naturalib⁹: ſed maxime in his q̃ ſunt apta magis lędi potu aq̃ frigidæ: ſicut ſunt ſtomachus, hepar, inteſtina. Nã ſi apoſtema ſit frigidũ, certũ ẽ materiã eius magis infrigidari & incrudari poros cõſtringi: & oĩno materię reſolutionẽ ꝓhiberi, doloreq; augeri. Similiter ſi fuerit mixtũ ex calido & frigido. Si uero fuerit ſanguineũ ẽt incrudatur, & ingroſſatur, & prohibeť ma-

teriæ

teriæ ipsius resudatio,& dolor augetur:quapp non conuenit. Si uero fuerit cholericum a cholera pura cum multa flãma, ex parte nocetur potu aquæ frigidæ: quia pori oppilantur,& prohibetur materiæ resolutio, & resudatio,ex parte iuuatur per extinctionem superfluę caliditatis, neque timetur incrudatio quæ timetur in alijs apostematibus pp materiæ subtilitatẽ: & dolor ex parte sedaẽ remittendo causam doloris: quapp aliqñ conceditur flamma existẽte magna,& pcipue consuetis potui aq̃ frigidę. Vñ Gal.9.therap.erysipelas uero nullo alio sanabis auxilio quàm cũ aqua frigida.& Auic.3.quarti.c.de erysipelate. Et ad ultimum infrigidatio in erysipelate est magis necessaria:qm̃ flãma & dolor inflãmatiuus est in ea plus. Et licet ibi loquatur de erysipelate intrinseca:tñ hæc dicta accõmodantur ẽt erysipelati extrinsecæ. Quarta conditio prohibens frigidam aquam exhiberi est dolor in uisceribus. Pro cuius dicti uerificatiõe sciẽdũ quòd dolor in uisceribus, aut puenit ab apostamate:& statim supra determinatum est in quo casu conueniat potus aq̃ frigidæ & in quibus nõ. Aut pẽdet a soluta cõtinuitate absq; apostemate. & certũ est,nõ cõuenire: quia frigidũ vlcerib⁹ mordax.quinta aphorismorũ: aut puenit a mala complexione q̃ si fuerit frigida non cõuenit potus aq̃ frigidæ: quia augeret cãm. Si uero esset mala cõplexio sicca licet cõueniret:humectando tñ,multo magis noceret actuali frigiditate forti indurante mẽbrum,& spasmãte. Si uero esset mala cõplexio calida remissa:aut mediocris nõ cõueniret: quia nimis imprimeret in mẽbrum quod est facile passibile pp dilatationẽ pororũ sequentẽ caliditatẽ:& pp debilitatẽ ex resolutione spirituũ pp dolorẽ. Si uero esset mala cõplexio calida intẽsa ualde,cõueniret.esset.n.proportionatũ infrigidãs tanto gradu caloris.quod experientia declaratur in his qui ab igne, aut aqua calida cõburũtur quorũ dolor sedaẽ per aquã frigidissimã diu & sæpius applicitã. Si uero dolor seq̃reẽ ventositatẽ certũ ẽ nõ cõuenire. Quinta cõdidio prohibens potũ aquæ frigidæ est qñ cõplexio eius qui debet sumere est pauci sanguinis:sicut complexio phlegmatica,melancholica:& vl'r cõplexio sicca superflue:aut qñ esset pauci sanguinis ex ætate: sicut in decrepitis: aut qñ esset pauci sanguinis pp longã ægretudinẽ:aut pp sanguinis euacuationem spõtaneã:aut a causis primitiuis. Rõ aũt huius dicti est ista: quia calor hominis nõ resistit remittentib⁹ ipsum infra gradũ sibi cõueniẽtẽ solũ inquãtũ calor,sed inquãtũ ab anima directus q̃ anima resistit p instrumẽta sua quę sunt sanguis & spiritus. Vnde quãtũcũq; corpus unũ cholerichũ esset calidus certo sanguineo,aut tẽperato:tñ melius tẽperatum tolleraret:aut sanguineũ cæteris paribus potũ aquæ frigidę & magis resisteret frigidis remittẽtib⁹ calorẽ suũ infra gradũ propriũ q̃ cholericũ,aut aliud corpus pauci sanguinis calidius tẽperato:aut sanguineo naturaliter aut pternaturaliter pp cãm dictã. Et secũda cã,quia licet illa sint intẽsius calida q̃ corpus habẽs notabilẽ sanguinis quãtitatẽ:tñ habẽt minus de multitudine caliditatis quã potẽtia rei insequiẽ. Propterea Gal.septimo therapeu.loco alle.in corpore siccę cõplexiõis ęqualis caliditatis cũ corpore habẽte notabilẽ quantitatẽ sanguinis minus cõcedit de aqua frigida. Sexta cõditio prohibẽs aquã frigidã est qñ caliditas innata debẽtis sumere aquã frigidã est debilis:& ista cõditio est cõmunior pcedẽte:quia oĩs cõplexio pauci sanguis habet innatã caliditatẽ debilẽ:sed nõ econtra.põt.n. innata caliditas esse debilis ex defectu spirituũ:licet quantitas sanguinis sufficiẽs nõ desit. Item ex malitia sanguinis,licet in quãto nõ peccaret. Itẽ ex raritate totius corporis,aut substantiæ mẽbrorũ nobiliũ. Itẽ pp modũ mixtionis, aut occultã proprietatẽ vel cælestẽ influxũ. Et ista tria ultima nõ cognoscũẽ a medico nisi per experiẽtiã:sicut infra diceẽ in capitulo de cibatione febricitãtiũ de quibusdã corporibus carnosis, q̃ cito dissoluũtur ex ieiunio:& patet ueritas cõditionis,quia talis caliditas parũ resistit aquæ frigidæ. Septima cõditio est cũ sint insueti potare aquã:sicut habitantes in regione calida. Isti.n.per potũ aquæ frigidæ spasmãtur uelociter:& associaẽ eis singult⁹ qui est spasmo portionabilis: licet nõ sit spasmus:ut declaraui nono Almãs.de intẽtione Auic.decimatertia tertij. Pro cuius cõditionis declaratione notãdũ ut põt elici ex dictis Gal.secũda particula aphorismorũ:aphorismo illo. Ex multo tpe cõsueta.ꝙ cõsuetudo mẽbri,vel corporis respectu alicuius causę imprimẽtis duo facit.primũ quia minus alteratur a re cõsueta imprimẽte.secũdũ facilius cũ minori nocumẽto tolerat impssionẽ sibi factã.vñ cõsuetus potui aq̃ frigidę minus infrigidabitur q̃ insuetus. Et secũdo dato ꝙ æqualiter infrigidetur minus pp illam infrigidationem lædeẽ: quapp stomachus insuet⁹ potui aquæ frigidæ spasmabiẽ,& singultabit cũ sit sibi pp insuetudinẽ ualde horribilis. Vñ Aui.13.tertij.c.de dolore stomachi dicit. Et qñq; prouenit ex potu aquæ frigidę dolor æstuosus,clamosus:& qñq; moritur subito pp euentũ doloris ad cor: quod maxime de insuetis potui aquæ frigidæ intelligitur. Et dicit Aui. hic habitantes regiones calidas: sicut in æthyopia non potant aquas frigidas.quod ẽt cõfirmat Gentilis ex relatu cuiusdã sui scholaris qui ibidem fuit,referentis ꝙ si homines illius regionis potarent aquam frigidã putarent se debere spasmari. quod potest esse,quia valde macri sunt,& acuti sensus. Et credendũ est ꝙ consueti potare aquã calidã si potarent aquam frigidam præter modum læderentur frigiditate aquæ subito penetrante ad intrinseca ob latitudinẽ pororum ex potu aquæ calidæ præcedenti. Vltima cõditio est corporis extenuatio & causa est manifesta.nam isti habent partes neruosas discopertas quæ facile a frigiditate aquæ percutiunẽ:& cũ hoc habẽt parũ de carne:& consequenter parum de multitudine caloris. Sunt.n.acuti sensus quapp facile multum,& uelociter ex potu aquæ frigidæ lædunẽ. Sed hic nota:ꝙ licet sint multę aliæ causæ prohibẽtes potũ aquæ frigidæ,istæ tamen sunt principaliores, quibus reliquæ dantur intelligi.

Vbi autẽ materia calida,aut grossa iam digesta est, & corpus est carnosum:& caliditas innata exuberans: & uirtus est fortis,& uiscera sana,non frigida eorum cõplexio radicalis, non insueta aquæ frigidæ,immo assueta aquæ frigidæ ualde: tunc aqua frigida est melior res.

Hic primo narrat octo conditiones indicantes,aut consentientes potui aquæ frigidæ.secundo narrat effectus bonos cõsequentes aquæ frigidæ potũ cum his cõditionibus.secũda ibi §Multoties adiuuat.§ Prima cõditio ꝙ materia sit calida subtilis siue digesta,siue non digesta. Secunda ꝙ materia sit grossa digesta,sed calida:quia materia existente frigida nõ conuenit aqua frigida,ẽt si eẽt digesta. Tertia cõditio ꝙ corpus sit carnosum. Quarta ꝙ caliditas naturalis sit exuberans.i.multa. Quinta ꝙ uirtus sit fortis quod ĩtelligitur de triplici uirtute. Sexta ꝙ uiscera sint sana.i.non dolorosa,neq; apostemosa non habentia solutionem continui,neq; oppilationem fortem. (Cõditiones ĩ dicãtes potũ aquæ frigidæ.)

Septima ꝙ cõplexio uiscerum radicalis nõ sit frigida. Octaua ꝙ potans eam sit valde cõsuetus aquæ frigidæ. cũ his enim cõditionibus in febre aqua frigida est melior res. Circa primã cõditionem nota ꝙ materia existente calida subtili ẽt non digesta aqua frigida conuenit:quia iuuat ad eius digestionem. sed multo magis conuenit ipsa existente calida subtili digesta. Circa secũdã cõditionẽ,nota ꝙ si materia sit calida grossa non digesta nõ conuenit aqua frigida.ꝙ si materia sit calida grossa & digesta conuenit.uirtus.n.fortificata per extinctionẽ sui cõtrarij ipsam expellit si ipsam inuenit digestam. Et si quæratur cuiusmodi est ista materia grossa. Dĩ quòd põt eẽ cholera grossa:& põt esse sanguis grossus: & in cuius febre expectatur digestio. Ex quibus infertur in materia frigida nullo pacto cõuenire aquã frigidam ante digestionem:neq; post digestionẽ. Auctores nanq; non concedũt aquã frigidam nisi in febribus, in quibus est fortis flãma,quæ non est in febribus pendentibus a materia frigida:esto etiã quòd esset cordi propinqua. Putandũ tñ quòd si materia esset mixta,& cõplete digesta, & febris esset fortis,cõpeteret aquã frigidã nisi aliæ cõditiones obstarent. Et istæ duæ conditiones indicant potũ aquæ frigidæ:reliquæ aũt sex conditiones nõ indicant dari aquam frigidã: sed bene consentiunt.non enim (exempli gratia) si corpus sit carnosum indicat quòd detur aqua frigida; sed bene consentit. sed cauma febrile indicat dari aquam frigidam. sic dico de alijs quinq; conditionibus. Notandum circa tertiam conditionem quòd per corpus carnosum intelligit quodcunque corpus existens mediæ habitudinis: aut parum lapsum a media habitudine uersus maciem dicetur carnosum. Notandum circa quartam conditionẽ quòd per caliditatem innatam exuberãtẽ intelligimus corpus habẽs multũ de sanguine & spiritu:quib⁹ põt resistere causis infrigidãtib⁹. Et hęc cõditio opponiẽ duabus causis suprascriptis prohibẽtibus potũ aquæ frigidæ.s. complexioni pauci sanguinis, & caliditati innatæ debili.

bili. Notandū circa quintā cōditionem quòd p virtutē fortem intelligimus quòd virtus animalis, vitalis, & naturalis sit fortis. Et sic oportet tria mēbra principalia esse fortia. s. cerebrū, cor, & hepar: & ēt mēbra his seruientia. vnde oportet ꝙ sint bene spirituosa, & substantiæ bene compactæ, & quòd habeant bonū modum mixtionis cum bona proprietate, & boninate aspectus. Notandum circa septimā cōditionem quòd cōplexio radicalis. i. membrorū principaliū: & sibi deseruiētium non debet esse frigida: quia facile offendiť a frigiditate aquæ. de consuetudine autem quæ est octaua conditio sufficiēter dictum sit. Notandum vltimo quòd ad dandum aquam frigidam in quantitate notabili vt dicetur, debent istæ octo conditiones conuenire: aut saltem plures earum, & principaliores quæ sint fortiores ad indicandum, aut consentiendum potui aquæ frigidæ quàm oppositæ ad prohibendum.

Multotiens enim adiuuat ad expellendum materiam cū solutione naturæ, aut per vomitum, aut per vrinam aut per sudorem, aut per omnia illa, quare fit statim vt sanetur.

Hic ponit vtiliditatem sequentē ex potu aquæ frigidę datę cum his cōdōnibus: dicens quòd multotiens potus aquæ frigidę adiuuat naturā ad expellendū materiā facientē febrē cū solutione ventris. aliqñ p vomitū, aliqñ per vrinā, aliqñ per sudorē, aliqñ per oēs has regiones, aut plures earū. quare fit vt materia faciente febrem expulsa statim sanetur. Et ex hoc possumus cōcludere quòd aqua frigida exhibita cum condōnibus suprascriptis est melior res patienti febrē: quia illa res est melior res febrienti p quā fit vt statim saneť: sed aqua frigida exhibita cū his cōdōnibus est huiusmodi. quare, &c. Notandū primo quòd Auic. dixit multoties, & nō semp propter particulares cōdōnes medico ignotas ꝓhibentes materię expulsionē: aut quia si tota expellať forte derelinquet aliquod notabile nocumentū ex aqua frigida: sicut in quadragenario fuit qui factus fuit impotens ad deglutiendū post potū aquæ frigidæ: de quo Gale. facit mentionē septimo therapeuticæ, quāuis mala cōplexio fundi stomachi, & calor febrilis cessauerit. Notandū secūdo quòd cā expulsionis materiæ post potū aquæ frigidæ est: quia fortificať p tēperiē complexionis quæ est instrumentū eius, quę cōplexio tēperatur p extinctionē superfluæ caliditatis. Notādū tertio quòd humores qui p has regiones expelluntť, sunt humores cuiuscunq; generis.

Sanguis multipliciter vacuatur.

De phlegmate, cholera, & melācholia est certū quòd multoties p has regiones extrahunť: sed de sanguine etiā est verū, licet rarius cōtingat. Pro quo sciendum est quòd sanguis aliqñ in synochis corrūpiť in hos humores præcipue in cholerā, & melācholiā: quæ deinde p has regiones expelluntť: aliqñ vero sanguis p has regiones sub ꝓpria forma expellitur. Nā quòd p fluxū sanguinis expellať: patet decimaquarta tertij. capitulo de humiditatibus quibus accidit vt egrediātur cā hepatis. Et p vomitū apparet decimatertia terij. capitulo de vomitu sanguinis: imo ibidē dicit Auic. quòd in vomitu duarū librabrū sanguinis aliqñ est sanitas. Et quòd p vrinā apparet decimaoctaua tertij. Sed quòd p sudorē affirmat Arist. tertio de partibus animaliū. Sāguis tñ vtiliter cōiter euacuatur p has regiones. s. p nares venas, hemorroidales, & menstruales. Vltimo nota de intentione Gal. nono therapeu. naturā p potū aquæ frigidæ non solū iuuari in expellendo disconueniens: sed etiā in attrahēdo cōueniens, & separando ab incōuenienti: ita vt sequať mali expulsio, & boni nutrimēti ad mēbra attractio. Dicit. n. sic. Natura. n. solidā animalis particulā roborata humoribus qui sunt præsubtilitati apponit: vt quicunque & nutrire sufficientes hos quidem attrahit ad eas: inutiles vero abijcit: aut per cutim, aut per ventrem.

Et quandoq; dat in potu medicus de aqua frigida infirmo quantitatem plurimam, adeo donec color eius fiat viridis, & tremat, quæ sit saltem superueniens vsque ad heminam vnā, & dimidiam: & fortasse conuertitur febris ad phlegmaticā: & fortasse confortatur natura: expellit materiam cum sudore, & vrina, & fluxu ventris: & est sanitas.

Quātitas aquæ frigidæ exhibenda.

In ista parte superius diuisa Auic. narrat quātitatem quam dat aliqñ medicus de aqua frigida, & ipsius effectus dicens: ꝙ qñq; dat medicus febrienti quātitatem plurimā adeo donec color eius fiat viridis: & donec æger tremat, quę quantitas aquæ quandoq; prouenit vsq; ad heminā vnā, & mediā. Et deinde ponens effectus qui sequunť dicit quòd fortasse feb. conuertiť ad phlegmaticā. & hoc est minus malū quā quòd æger arefactus moriať. Et fortasse. i. aliqñ natura cōfortatur, & expellit materiā cū sudore, vrina, & fluxu ventris, & fit sanitas. Notandū primo circa partē pręsentē quòd quātitas aquæ exhibendæ huiusmodi febrientibus nō est p auctores limitata. verū qñ adsunt oēs vel plures cōdōnes indicantes potū aquę frigidæ & paucę obstent ſm Gale. nono terapeu. capitulo superius allegato. deberet æger bibere de aqua frigida quātū appetit. Aestimat. n. appetitū suū incensum ſm exigentiā caliditatis & siccitatis febrilis corrūpendæ. Auic. vero cōcedit aquā frigidā quousq; color ægri efficiť viridis. i. liuidus siue pallidus. Et quousq; ipse æger tremat. i. rigeat. pallescit nāq; calore naturali minorato, aut interius fugato. Riget autē nocito stomacho, & mēbris sensibilibus a superfla frigiditate cuius nocumentū ipsa mēbra nituntť per motū illū cōcussiuū a se excutere. Dicit. n. Auic. quòd exhibendum est de aqua tm̄ ꝙ sit saltē ꝓueniens ad heminā vnā, & semis. nō limitās tñ determinatā quātitē. Hemina diuersificať ſm diuersos auctores nā ſm Isidorū est lib. 1. Hemina ſm Auic. & Ioannē Serapionis est ponderis. 11530. granorum hordei: & ipsa est sextaria. 40. sextarium autem est vigesima pars lib. vnde facta bona cōputatione hemina est pondus duarū librarū secundū hos auctores. sed hemina romana est. 20. vnc. italica vero & ęgyptiaca est. 16. & ita cōcludendo hoc pondus positum ab Auic. hic. s. hemina vna, & semis est apud Isidorū. 18. vnc. & hęc est pauca quātitas, & minor debito qñ adsunt ꝯdōnes oēs indicātes potū aquæ frigidæ. Sed apud Auic. & Ioānē Serapionis. hemina vna & media est tres libræ. & est pōdus cōueniēs obtinēs extremū maius pōderis aquæ, quæ debet exhiberi. sed hemina vna & media egyptiaca est. 24. vnc. & est extremū minus ponderis aquæ quę debet exhiberi oībus cōdōnibus indicantibus potum aquæ frigidę. Hemina aūt romana quę est. 20. vnc. est mediū p ęque distantia inter has extremas quātitates, quæ cōuenienter possunt exhiberi: & hoc pondus 30. vnc. est conueniens dictis Gale. qui præcipit dari de aqua quātū appetunt bibere. Ego. n. cū sępe dederim aquā frigidā febriētibus valde sitiētibus quātū poterant bibere, nūquā inueni aliquē qui posset bibere vltra. 36. vnc. sed ſm plurimā biberūt circa. 30. vnc. & cū hac quātitate accidebat sibi rigor, & pallor iuxta sñiam Aui. Quòd si quærat aliquis qñ non sunt oēs ꝯdōnes indicātes potū aquæ frigidæ: sunt tñ tot & ita potētes quòd medicus indicat dādā esse aquā frigidā. Aliquæ tñ obstāt & satis potētes quātū est dandū de aqua frigida. Rñdeť quòd hoc non pōt certe limitari, sed standū est in discretione medici præsentis qui sit doctus in vniuersalibus, & expertus in particularibus. Certū est enim minus esse dandū quā quando omnes conditiones indicant dādum esse aquam frigidam.

Sed circa secundā partē huius dicti dubitať qūo febres in quibus exhibeť aqua frigida, possunt ꝯuerti in phlegmaticas. Nam istæ febres sunt sanguineę, aut cholericæ. Cōstat autem quòd neq; sanguis, neq; cholera pōt in phlegma cōuerti p infrigidationē: quia coctū nō pōt incrudari, quarto metheororū. & trāsiens terminū decoctionis non pōt ad terminū redire tertio colliget. Præterea. Nūquā visum est p infrigidantia exterius, aut interius applicita sanguinē in phegma cōuerti. nā quantūcunq; sanguis infrigideť, aut cōgeletur: nūquàm tñ acquirit albedinē. Melius est itaq; dicere quòd in massa sanguinea est phlegma. cuius cōplexio p nimis infrigidantia corrūpiť, & existens in loco cōclusum corruptū, & nō rectū a calore naturali tandem putrefit, & facit phlegmaticam. sanguis autē inflāmatus p infrigidationem illā reducitur ad benignū, & desinit feb. ab illo pendens: & si fuerit cholera illa expelliť natura vigorata p corruptionem sui cōtrarij, aut ad benignū reduciť. Vel aliter diciť quòd sanguis ingrossatus, & quodāmodo cōgelatus: licet non induat formā phlegmatis tamen moueť motu phlegmatis. s. quotidie nō propter ꝓprietatem sed propter dispōnes manifectas ad quod adiuuat: quia multū phlegmatis permixtum cū sanguine illo facit vt sanguis motu phlegmatis moueať quod phlegma putrefit, cū antea non putreret. Quomodo autem natura confortata p corruptionē sui cōtrarij expellat materiā feb. tā cholericā, quā alterius generis

generis sudore, vrina, & fluxu vētris statim dictū est superius. Et etiam si constaret medico ꝙ natura non posset expellere materiam modis dictis: immo potius per potum aquæ frigidæ cōuerteretur in phlegmaticam, medicus potius illud eligeret quàm ægrum arefieri, & marasmari: vt statim patebit de intentione Auicen.

Et quandoq; iterum sunt quædam prohibentia, deinde timetur malitia caliditatis & sitis: & æstimas quòd perueniatur per eam ad ariditatē, vel extenuationem, non prohibeas aquam frigidā. nam additio apostematis, & cruditas eius melior est quàm extenuatio.

In hac parte superius diuisa Auicen. ostendit quid medicus agere debeat indicationibus de exhibendo aquam frigidam existentibus cōtrarijs. dī ergo ꝙ quādo sunt quædā prohibentia potum aquæ frigidæ, vt verbi gratia apostema intrinsecum & similia. Ex alia parte timetur malitia caliditatis & sitis: & ꝙ perueniatur per eam ad extenuationem, vel ariditatem non est prohibenda aqua frigida. Nam augmentum apostematis, & cruditas eius est minus malum quā ariditas, & cōsumptio eius. Et sic econtra indicationibus cōtrarijs existentibus fortioribus cōtrariū indica .s. qñ magis timeres cruditatem apostematis, quā ariditatē, & cōsumptionē, & tu simile intellige de quibusdā cōditionibus contrarijs. nam hæc cōmittēda sunt iudicio medici qui sit doctus in vniuersalibus, & expertus in particularibus: horum. n. certa doctrina dari non potest. In his tamen contrarijs indicationibus cōmonemur, vt alterum duorum faciamus, aut ꝙ demus aliquid loco aquæ frigidæ: ꝙ conferat in omni dispōne: & non noceat saltem nocumēto notabil, sicut syrupus acetosus, aut aqua hordei. Aut si eligamus dare aquam frigidam demus in pauciori quantitate, quā quando omnes, aut plurimæ consentiunt exhibitioni ipsius.

Et syrupus quidē acetosus, quandoq; etiam sedat sitim, & incidit, & soluit: & nocumentū ipsius apostemati non est plurimum, sicut nocumentum aquæ: & non est ei vis aggregādi materiam, & inspissandi eam: & similiter iuleb plurimæ cōmixtionis.

In hac parte superius diuisa dicit Auicē. ꝙ syrupus acetosus qñque sedat sitim. s. qñ non est valde vehemens cauma incidit, & soluit: & nocumentum ipsius apostemati non est plurimum sicut nocumentū aquæ. Et pro quia non est eius vis aggregandi materiā, & inspissandi eā. & similiter iuleb plurimæ cōmixtionis quod cōponitur ex aqua, & zuccaro. habet enim virtutem abstersiuā per zuccarū. sed aqua in magna quātitate debet esse zuccaro ꝑmixta vt notabiliter infrigidet. hi autem potus debent dari actu frigidi, aut non frigidi ſm exigētiam indicationum contrariarum. qua propter consulo indicationibus existentibus cōtrarijs, & satis fortibus vt potius des aquā zuccaratam, aut hordei, aut syrupum acetosum plurimæ aquæ permixtum.

Et cum non licet vt non bibat aquam frigidam, & fit audax super eam: timetur quòd non faciat accidere constrictionem pororum, quare sit causa febris alterius, cum euentu oppilationis alterius: & fortasse erit vehementior prima. Et quando obuiat membro debili, corrumpit operatiorem eius: & multotiens facit deglutionem difficilem: & facit difficultatem anhelitus: & facit accidere tremorem, & spasmum, et debilitatem vesicæ aut renis, aut colon. Et ille quem oportet plurimum ex eis prohibere a potu aquæ frigidæ, est cui nocet in sanitate sua.

In hac parte ostendit quæ nocumenta sequantur qñ exhibetur aqua frigida condōnibus omnibus, aut pluribus oppositū indicātibus. Et dicit quòd cum non licet vt bibat aquā frigidā & exhibeť, timeť quòd faciat cōstrictionē pororum, & oppilationem meatuū ad quā sequať febris alia noua facta oppilatione, quæ febris fortasse erit vehementior prima. Et secundo dicit quòd qñ aqua frigida obuiat membro debili corrūpit operationes eius: & exemplificat dicens quòd multotiēs impedit deglutionem nocēdo meri, & facit difficultatem anhelitus nocendo diaphragmati: & facit accidere tremorem & spasmum nocendo neruis, & debilitatem vesicæ, renis, aut colon. idest intestinorum nocendo eis: quare aliqñ retinetur vrina, & fit colica aliqñ. Vltimo dicit ille plurimum prohibendus est a potu aquæ frigidæ cui nocet in sanitate sua. Notandum circa secundū dictum quòd aqua frigida potata nocet his membris extinguendo calorem tā innatum, quā influentem: vnde fiunt impotentia ad suas operationes: & qñq; propter superfluā frigiditatem si fuerit aliquod horum membrorū valde sensibile: sicut stomachus, aut intestina accidit dolor fortis: qñq; ducēs ad mortē: sicut dicit Auic. decimatertia tertij. capitulo de dolore stomachi. loquens de dolore sequente potum aquæ frigidæ: & qñq; moritur subito ꝓpter euentum doloris ad cor: maxime autem patiuntur qñ sunt inconsueti potui aquæ frigidæ, vt narrat Gale. in libello de virtute consuetudinis de quodam summo peripatetico vocato Aristotele qui ex potu aquæ frigidæ mortuus est.

Dubitatur utrum in febribus humoralibus, in quibus non est humor crudus grossus competat aqua frigida. Negatiue arguiť ex Auic. decimatertia tertij. qui in capitulo de anxietate stomatica prohibet aquā frigidā dicens: quòd non oportet vt bibatur in febre nisi aqua calida duabus ex causis: prima quia multotiens addit in febrem, vt ibidem dicit. secūda quia facit humorem magis imbibi: & sic addit in anxietatē stomachicā. Secūdo aquæ nullus est vsus, nisi quia in acutis bibitur morbis: vt est apud Hippocratem tertio regiminis acutorum, textu commenti. 48. sed multæ sunt febres humorales non acutæ non pendentes ab humore crudo grosso: vt puta phlegmaticę pendentes a phlegmate aquoso. ergo, &c. Tertio eodē textu commenti. 48. Aqua in cholericis, & in quibus cholera dominať sub diaphragmate mutať in choleram, ergo in talibus non conuenit: multi autē sunt tales. Quarto eodem textu in febrientibus habentibus choleram aqua frigida non sedat sitim: immo potius incitat: ergo non conuenit. Quinto eodem textu corporibus inanitis potus aquæ frigidæ non conuenit: sed febrientes sunt inaniti. Sexto eodem textu dicit. & non inuenimus aquam sedare sitim: & causa est longitudo suæ moræ in stomacho, & intestinis: aut submergiť aqua in profundo corporis: nec rorem tribuit, nec humectat ariditatē eius. Septimo in nulla ægritudine debet aqua administrari sola in aliqua hora, cuius oppositum sentit Auicen. ergo assumptum est Gale. eodē commento dicentis: ꝙ istæ quidem sunt causæ quæ prouocauerunt Hippocratem ad vtendū aqua hordei, secaniabim, & vino in infirmis, & dimittere vti aqua. secūdū ergo has res non oportet vt administreť aqua sola in infirmitatibus in aliqua horarū. Vltimo in pestilentialibus apud Auicen. prima quarti capitulo proprio. A qua plurima subito est iuuatiua pauca autem frequenter exhibita fortasse excitat caliditatem. Cuius nulla potest esse causa: nisi quia aqua non est proportionatum infrigidans, nisi subito detur in magna copia. Cum ergo sint multæ febres acutæ calidiores, aut æque calidæ sicut pestilentiales: sequitur ꝙ in omnibus his non est exhibenda aqua frigida nisi subito deť in magna quantitate. Et cōsequenter sequiť ꝙ neq; syrupi, neq; aqua hordei, neq; similes potus infrigidātes sunt exhibendi nisi denť in magna copia. s. a. 30. vnc. aut circa. cuius oppositum faciunt practicātes exhibētes syrupos, & similes potus quatuor aut quinque vnc. &c. In oppositum est hic Auic. & Gale. nono & decimo therapeu. & Rasis. decimo Almonsoris et in diuisionibus & decimosexto continentis. & Auerrois septimo colliget. & Hippocrates tertio regiminis acutorum.

Pro decisione dubij notandū primo quòd aqua de qua in canone fit mentio est aqua naturalis, qua communiter vtimur in potu, & ad decoquēdum res quæ ad vsum humanum ordinanť quæ aqua secunda primi. doctrina secunda. capitulo decimoquinto. debet habere omnes, aut plures ex. 18. conditionibus quæ gratia breuitatis his versibus perstringuntur.

Fons casus fundus cursus ab origine distans.
Subtilis non tecta leuis passibilis apte.
Multa & clara parum vini toleransq; saporem.
Sit & odore carens linquens hypochondria præsto.
Non rebus confecta malis residentia paruo
Tempore descendit coctum dissoluitur ipsa
Quàm primum decem & octo modis cognoscitur vnda.

Nam vt est apud Galenum tertio regiminis acutorum. cō-

mento quadrageſimooctauo allegato.vbi dicit. Aquæ nullum vſum inueni niſi quia in acutis bibitur morbis.debet intelligi de aqua bona nõ habente aliquem defectum. Et ibi generalizat quòd ſermo medicorũ laudantiũ aut vituperãtiũ rẽ aliquã intelligiẽ in melioribus cuiuſcũq; rerũ quas experiunẽ.& hoc idem ſentit Auic.ſecundo canone.capitulo ſecundo. Notandum ſecundo quòd quæſtio noſtra quærit de aqua huiuſmodi data in multa,aut parua quantitate ſola:aut cum alijs potibus cõmixta.Non.n.ſemꝑ pura, nec ſemper in æquali quantitate exhibenda eſt: ſed eius quantitas varianda eſt ẽm diuerſitatẽ quãtitatis caloris:& ẽm cõſuetudinẽ:necnon reliquas ægri cõditiones indicantes:aut prohibentes potũ eius: quarũ aliquæ ſunt diſpoſitiones naturales,aliquæ non naturales, aliquæ præter naturam:dc quibus Auice.in textu.Primo tñ videbiẽ qualis debeat eſſe vſus ipſius purę:& in multa quãtitate exhibitæ. ſecundo qualis debeat eſſe vſus in pauca quantitate exhibitæ: & cũ alijs rebus cõmixtæ. Tertio notãdũ quòd aqua de qua ſupra qñ eſt actu frigida eſt infrigidatiua,& humectatiua. Eſt enim talis ĩ actu reſpectu corporis humani: immo etiam actu calida ſumpta, aut exterius applicita eſt apta infrigidare & humectare.retenta enim in corpore reducit ſe ad ſuã frigiditatem naturalẽ ꝑ quã infrigidat. Et aliqñ infrigidat ſuperflue humectando:quæ omnia colliguntur ex Auice.ſecunda primi doctrina ſecunda,capitulo decimonono. Nec pro huiuſmodi effectu cauſando eſt neceſſarium vt reducatur a calore noſtro,ſicut reliquę medicinæ frigidæ quæ dicunẽ tales in potentia. Non.n. habet complexionẽ quæ ſit virtualiter talis: ſicut ille. Pręterea.Quantumcunq; aqua ſit ſumme frigida:tamẽ ꝓpter quãcũq; leuem ebullitionem,aut infuſionem in ea rerũ calidarum efficiẽ calida virtualiter. Et quia aqua dicta eſt infrigidatiua,& humectatiua:ideo eſt ſedatiua ſitis:& ſuo curſu eſt ablutiua:magis tñ abluit calida quã frigida,& quia ſimplex eſt:non eſt nutritiua:nec in aliquem humorem conuertibilis: qua ꝓpter non ſedat ſitim:quia reſtauret humidum roridũ:ſed ſolum infrigidando,& humectando. Notandũ quarto vt patet ex dictis in textu:quòd ſicut ex aqua cõueniẽter exhibita: ſequiẽ extinctio caloris febrilis:& aliquando ſubito ſalus,materia febris euacuata vomitu,ſeceſſu,prouocatione vrinę,aut ſudoris,aut ſaltẽ cõuerſio ad phlegmaticam facilius tolerabilẽ ita ex aqua incõuenienter exhibita ſequiẽ aliqñ mors,aut deſtructio operationis alicuius membri nobilis: qua ꝑꝑ in eius vſu oportet medicũ oẽs cõditiones indicãtes potũ aquæ frigidæ & ꝓhibẽtes maturo iudicio æquilibrare ne ꝯtingat error.

His ita notatis ſit hæc prima cõcluſio.licet nec in febribus pendentibus ab humore frigido,neq; ab humore calido groſſo cõpetat potus aquæ frigidę.in febribus tñ pendentibus ab humore calido groſſo digeſto, aut ab humore calido ſubtili ſiue digeſto,ſiue crudo competit potus aquæ frigidæ. hæc concluſio ex textu elicitur. Secunda concluſio.febres in quibus competit potus aquæ frigidæ ſunt cauſon tam cholerica, quã phlegmatica ſalſa,tertiana pura,& non pura tã continua, quã interpolata:febris ſanguinea putrida, & non putrida: febres peſtilentiales.Item febres ſequẽtes eryſipelas intrinſecas: & quædam immateriales ſicut multæ ephemerę & hecticæ.ſ.primæ aut ſecundæ ſpeciei:non autem tertiæ. Iſta concluſio partim ſequitur ex concluſione præcedenti: partim eſt manifeſta ex dictis auctorũ in particularibus capitulis.Quòd.n. conueniat in febribus ſequẽtibus eryſipelas intrinſecum de quo eſt magis dubiũ,fuit oſtenſum circa textũ de intentione Gal. 8. therapeu. Tertia concluſio.licet potus aquæ frigidæ cõpetat in quolibet tẽpore paroxyſmi,aut exacerbationis febrium periodicarũ de quibus ſupra, & etiã tẽpore quietis: ſecurius tamẽ cõcediẽ in ſtatu, & declinatione, deinde in augmento, deinde in principio.Iſta concluſio quantũ ad primã partem ſatis nota eſt ex ſæpe dictis,quantũ ad augmẽtum, ſtatum, & declinationẽ:ſed quòd aliqñ cõueniat in prĩcipio de quo eſt magis dubiũ patet ex ſnĩa Gal.10.therapeu.qui cũ cibaret patiẽtẽ tertianã interpolatã parũ ante paroxyſmũ,de cuius ſyncopi timebat,dedit in potu qñq; duos,qñq; tres pugillos aquæ ſinceræ frigidæ fontis.per cuius auctoritatẽ admonemur in principio febriũ ſyncopaliũ minutarũ potũ aquæ frigidæ competere.Quantũ vero ad ſecundã partẽ probaẽ.eſt.n. magis apta nocere in principio quã in augmẽto:quia in principio eſt magis apta ſuffocare calorẽ: prohibere ſparſionẽ materiæ quã in alijs tẽporibus,cũ tunc calor minus poſsit ei reſiſtere: & humor ſit minus ſubtiliabilis,& reſolubilis. Et ex ſimili fundamento eſt magis apta nocere in augmẽto,quã in ſtatu. Sed vbi conuenientius poſsit exhiberi in ſtatu,an in declinatione eſt dubiũ:quia in ſtatu plures ſunt humores, & vapores quorũ reſolutio eſt apta per potũ aquæ frigidæ impediri quàm in declinatione. Sed ex alia parte in declinatione eſt magis apta nocere cũ calor in declinatione ſit minus reſiſtens ſuæ extinctioni quã in ſtatu: & per cõſequẽs membra, & ſpiritus ſunt apta magis lędi ꝑ ſuperfluã infrigidationẽ. In ſtatu etiã videẽ magis neceſſaria caumatis febrilis extinctio. Oportet itaq; medicũ omnia ęquilibrare:& certe magis conſonum eſt mentibus auctorũ vt deẽ tẽpore maioris flãmæ. Vnde Aui.in cap.de cura febris ſanguineæ.Et melior horarũ ad hoc eſt hora vehementię ebullitionis,& anguſtię, & inflammationis & frequentiæ pulſus cordis. Cõuenientius itaq; tẽpus exhibitionis aquæ frigidę eſt ſtatus vniuerſalis quo ad accidentia: cum quo ſi coniungatur ſtatus quo ad digeſtionem tãto eſt melius: & ſimiliter ſtatus particularis: verumtamen exiſtente materia ſubtili,calida, non eſt ita neceſſarium expectare digeſtionẽ, ſicut in groſſa. pręmittendũ tñ eſt in omnibus ventris lenitio, & phlebotomia ſi fuerit opportuna: & ẽt euacuatio aliqua materię ꝓprie ſi fuerit valde ſuꝑflua. Dicit nãq; Aui.in cap.de cura feb.ſanguineę.Et ſcias quã eſſe cõtẽtus infrigidatione,& dimittere phlebotomiã, & ſolutionẽ vẽtris addidit ĩ oppilationẽ & coarctationẽ.quare addiẽ putredo ĩ reliqua diſpoſitione.Qarta cõcluſio.aqua frigida multa ſubito exhibita aliqñ eſt cõueniẽs:& ſi pauca dareẽ noceret. Iſta cõcluſio quãtũ ad vtrãq; partẽ eſt de intentione Auic.in ca.de febre peſtilentiali vbi ad literã inquit.Et aqua frigida plurima ſubito eſt iuuatiua valde:pauca autẽ cõſequẽter exhibita fortaſſe excitat caliditatẽ.De cauſone autẽ idẽ ſentit Raſis. 10. Almãſoris quòd multa aquæ frigidæ quãtitas infrigidata in niue dari debet tẽpore vehemẽtię caloris.Sed quãtũ ad primã partem,patet de intentione fere oĩum auctorũ in febribus incẽſiuis ſicut in cauſone,ſynocha,tertiana febre,peſtilẽtiali. Sed quòd pauca quantitas exhibita in his febribus incẽſiuis aliqñ noceret vt patet ſupra ex Auic.in cura febris peſtilentialis. Itẽ de intentione Hippocratis in tertio regiminis acutorũ.ſ. in illis in quibus cholera ſub diaphragmate dominatur, cuius ſimile debemus arguere in alijs febribus valde incenſiuis. Cauſa enim excitationis caliditatis a pauca aqua eſt:quia non eſt ꝓportionatum infrigidans. vnde pauca multum inflammatur, poſtea inflammata,& in vapores conuerſa calefacit, ſicut ſi ſolum ſtuphæ aſpergatur pauca aqua frigida conuertitur in vapores calidos,qui magis ſtupham calefaciunt. Si autem proijciatur in ſtupham magna quãtitas infrigidat vehementer: & & non poteſt caliditas ſtuphę aquam in vapores conuertere.

Hora conueniens ad potum aquæ frigidæ.

Si autem quæratur in qua iſtarum maior quantitas,& tutiua aqua conceditur.Reſpondetur quòd tutius & maior quantitas quantum eſt merito febris, & cauſæ eius conceditur in febribus maioris flammæ & quæ pendent ab humore magis ſubtili:ſed quantum eſt merito aliarum diſpoſitionum,vel cõditionum poteſt patere ex ſupradictis circa textum. Et ex his infertur quòd vbi non adſint conditiones prohibentes potum aquæ,maior quantitas debet exhiberi in continua, quã in interpolata.vbi autem cõtradiceret in vtraq; cruditas humorũ magis periculũ eſſet exhibere in cõtinua, quã in interpolata: eo ꝙ humorũ in crudatio eſt periculoſior in continua, quã in interpolata. Vtrum autem pręgnante exiſtentibus omnibus aut pluribus conditionibus indicantibus,& conſentientibus potui aquæ frigidæ debeat exhiberi,eſt mihi dubium cum ex vna parte niſi detur timeatur mors vtriuſque:ex alia parte ſi detur fortaſſe extinguet calorem naturalem fætus qui minus poteſt reſiſtere frigiditati aquę:& ſic fætus,& forte tandẽ mater interimeẽ. Huius dubij a nullo vidi determinationẽ ſed magis credo aquã frigidã multã non eſſe exhibẽdam: tum quia in rebus dubijs melius eſt omittere, quàm committere: tum quia eſt remedium multum notatum.vnde ſi res tranſiret in ſiniſtrum non pauca medico ſequeretur infamia. Et tertio quia cum aqua hordei zuccarata,ſyrupo acetoſo, & ſimilibus potẽtibus iuuare, & parũ nocere poſſumꝰ ſibi ſuccurrere: licet forte non ſint tantæ efficaciæ ad extinguendum calorem febrilem. Et quarto quia locus ab auctoritate negatiue ualet in

An in prægnante febriente expetit aquæ frigidæ potus.

in medicina. Et ex tibi consulo non solum in hoc casũ: sed in cæteris: in quibus aliquæ notabiles conditiones obstent potui aquæ frigidæ, ut potius abstineas propter rationes suprascriptas. Et quia non uideo cur aqua hordei & similes potus notabiliter infrigidari nõ possint, æque bene extinguere cauma febrile, si dẽtur in notabili quantitate, sicut aqua frigida cũ illi sint frigidi actu, & potentia, aqua uero sit solum actu frigida: & sic determinatum sit qualis debeat esse ipsius vsus in multa quantitate: & non alijs potibus commixtæ.

Nunc vero determinandum est qualis debeat esse usus eius in parua quantitate: & alijs rebus commixtæ sicut quando ad sitis extinctionem aliquid aquæ conceditur, aut quãdo aliquid eius permiscetur cum syrupo aliquo, aut electuario, uino granatorum, aceto, & similibus. Et sicut quando aliquid ipsius hora cibi cũ uino permiscetur, aut quando secum aliquid zuccari permiscetur. Pro huius declaratione consideranda sunt duo. Primum qualis sit feb. in qua exhibetur. Secundo cõsiderandæ sunt conditiones indicantes, & prohibentes potum aquæ. Si ergo febris fuerit incensiua multum sicut causon, aut aliqua pestilentialis intensi caloris: tunc in his non est exhibenda pauca aqua frigida: timemus. n. maiorem ebullitionem sicut dictũ est de intentione Aui. in c. de cura pestilentialis: & de intẽtione Gal. tertio regiminis acutorum de habẽtibus cholerã multam sub diaphragmate: in quibus aqua addit inflammationem. Et sicut in illis febribus in quibus succus anguriæ conuertitur in choleram. quinto colliget. ca. penultimo. in his non est danda aqua frigida in pauca quantitate, sed in multa. Sed diceres pono ꝙ adsint aquæ conditiones prohibentes potum aquę frigidæ sicut ꝙ materiæ sint crudæ, grossæ, aut nondum uenter sit lenitus, aut ꝙ sit stomachi debilis, & similes. Dico ꝙ in his casibus est exhibenda aqua permixta cum syrupo acetoso, vino granatorum, aut aceto, & similibus potentia frigidis: & detur in notabili quantitate. non. n. timẽda est facilis ipsius inflãmatio, sicut quando daretur pura his potẽtialiter frigidis prohibentibus ipsius ebullitionem: & quia faciunt ipsam citius penetrare. Vel aliter ſm Gentilẽ det̃ calida, & in notabili quantitate. adiuuabit. n. ad digestionem humoris, sitim extinguet humectando: & humores qui sunt causa sitis a stomacho lauando, neq; timetur inflammatio corporis per ipsam. tum quia citius penetrat, & a corpore educitur: tũ quia per antiparistasim non inflammat corpus, sicut aqua frigida. Vtrum autem ipsa commixta cum alijs rebus debeat dari in febribus nõ multi caumatis calida, vel frigida facile potest innotescere ex dictis. Si. n. æger sit consuetus potui aquę frigidę, & tempus sit æstiuum, & humores non sint grossi, crudi, neq; patiatur anxietatẽ stomachi, neq; apostema intrinsecum, aut alia prohibentia aquã frigidam, debet dari actu frigida. & cum ea distemperari syrupi, siue electuaria, & reliqua quæ secum permiscentur. Si uero adsint conditiones contrariæ debet dari actu calida.

Sed his ita determinatis superest ut respondeamus ad rationes adductas in contrarium. Ad primam cum dicitur ꝙ Aui. in anxietate stomachi prohibet potum aquæ frigidæ. Respondetur ꝙ prohibet potum aquæ frigidæ quando humor est imbibitus. tunc. n. non debet potare nisi aquam calidã ad abluendum humorem illum nisi aliæ conditiones indicantes potum aquæ frigidæ essent fortiores. tunc. n. postponeretur anxietas stomachi, ut prohiberetur corporis exiccatio. Et quãuis Aui. dicat ibi ꝙ potus aquę frigidę addat in febrẽ, intelligit de aqua frigida exhibita quando non oportet: ut ibi se exponit: ut quia forte adsunt oppilationes, & humores sunt multi grossi indigesti. Ad secundam cum Hip. dicit ꝙ aquæ nullius est usus, nisi quia in acutis bibitur morbis: licet non in omnibus ut patet ex determinatis in quæstione: & quando humores sunt frigidi, non conuenit siue sint subtiles, siue grossi. Ad tertiam dicitur ꝙ aqua in quibus valde multa cholera dominat̃ sub diaphragmate non conuenit in pauca quantitate, sed in multa: eo ꝙ in pauca quantitate calefit, euaporat, & amplius corpus inflammat: sed multam caliditatem subito extinguit. neq; credẽdum est ꝙ conuertatur in choleram cum sit simplex: sed in pauca quãtitate calefaciendo facit choleram ebullire: ita ut uideatur in choleram cõuerti. Ad quartam dicitur ꝙ aqua frigida non sedat sitim, quam sedant multi alij potus, sicut aqua frigida cũ uino granatorũ, aut aceto & similibus: nõ tñ est absolute negãdũ ipsam sedare sitim. Ad quintã dicitur ꝙ aqua frigida multũ inanitis nõ cõuenit pura in magna quãtitate: sed eẽt cũ alijs rebus permiscenda utputa iuleb, & similibus: sed nõ oĩa corpora febriẽtia sunt multũ. Ad sextam dr̃ ꝙ non tantũ sedat sitim, neq; tantum humectat q̃tum multi alij potus. Ad septimam. loquit̃ comparatiue ad alios potus sicut dictũ est. Ad ultimam dr̃ iuxta determinata in quæstione ꝙ in pestilẽtiali, & in febribus ardentibus debet exhiberi in magna quãtitate: ita etiam aqua hordei & alij potus: nõ tñ alij potus sunt ita apti corpus inflãmare sicut pauca aqua frigida, cum sint actu, & potentia frigidi. Præterea. Nõ tanto tpe retinent̃, sed transeũt, & trãsmutãt̃ ĩ humiditates. sunt. n. magis a natura dilecti, q̃ frigida aqua.

Dubitat̃ secũdo an per exhibẽdo aquã frigidã in febrib. humoralibus sit expectanda digestio. Pro cuius decisione pręmitto, ꝙ febres humorales in quibus conuenit copiosus aquę frigidæ potus sunt febres sanguineę uel cholericæ. longinquum est. n. ꝙ in phlegmaticis, aut melãcholicis conueniat copiosus aquæ frigidæ potus. De sanguineis autem dicẽdum est ꝙ si pendeant a sanguine bulliente absq; putredine in quo non sit aliud peccatum præter multitudinẽ, & ebullitionẽ, statim nulla expectata digestione est exhibenda aqua frigida. Si uero sanguis sit putridus tunc aut cum putredine sua declinat ad grossitiem, & est expectãda digestio. Si uero declinet ad subtilitatẽ non est expectanda digestio cum per potũ aquæ frigidæ digerat̃. Si aũt fe. fuerit cholerica & pendeat a cholera subtili per simile fundamentũ nõ est expectanda digestio. Si uero pẽdeat a cholera grossa debet digestio expectari. Contra determinationẽ istã instatur per Gal. 9. therapeu. qui vult ꝙ quãuis phlebotomia in omni tpe conueniat, tñ potus aquæ frigidæ conuenit apparentibus signis digestionis. Item sentit Auer. septimo colliget dicens ꝙ pria conditio attendẽda in potu aquæ frigidę est ꝙ materia sit digesta: licet Auer. ibidẽ sibi contrarius uideatur cũ dicit. melius est exhibere aquã frigidã in principio sine apparitione signorum digestionis, & non curare de dictis antiquorum ꝯtra hoc. Præterea. Natura pro faciendo crisim in synocha expectat digestionem. ergo medicus qui est imitator naturæ, debet idẽ expectare. Pręterea. In causone quæ pẽdet a materia subtili expectatur digestio ab Halyabate tertio practicæ de regi. sa. febrium per victum & a Cassio Fælice in cura causonis. Ad primum dicendum ꝙ licet nõ sit necessariũ in synocha sine putredine expectare digestionẽ pro dãdo aquã frigidam: utile tñ esset si apte posset expectari digestio. dicit ꝙ illud est conuenientius si apte fieri potest. Cũ uero dicit Auer. non esset expectandũ digestionem, intelligit ꝙ imminente necessitate, non bene dante inducias, nõ oportet ipsam expectare. Et similiter est Gal. interpredandus qui iubet digestionem expectari ad hoc. Ad aliam rationem dicitur quòd natura expectat in synocha quãtuncunq; sit sanguis optime digestus ſm qualitates manifestas, ut imprimat in eum proprietatẽ qua facile sibi obediat, & ut habeat adiutorium supercæleste quo fortificetur in suam operationem: sed non oportet medicum hoc expectare: satis. n. natura iuuabitur per extinctionem sui cõtrarij ab aqua frigida. Ad Halyabatem autem & Cassiũ Fælicem expectantes digestionẽ in causone dicitur quò expectãt ipsam in causone pendente a cholera grossa. Et ex his patet solutio ad quæstionem an medicus debeat expectare diem criticã pro dando aquã frigidã. dicitur enim quòd si apte potest expectari esset melius, ut cum auxilio aquæ frigidæ coniungeretur auxilium supercæleste: sed imminente necessitate festinationis nõ debet tardare. Cõtra. sequitur ꝙ si materia esset grossa. & cruda imminente necessitate festinationis nõ debet expectare digestionem contra determinata superius de intentione Aui.

An expectanda sit digest. ad potũ aquę frigidę.

Respondetur ꝙ si ægritudo non daret inducias, ut materia possit digeri: aut forte uides alterationem in materia procedentẽ in malignũ: ut quia incipit vrina tepefieri, aut denigrari: melius est non expectata digestione dare aquã frigidã, sicut & quãdoq; in materijs malignis damus solutiuũ, nõ dato digestiuo. Quod aũt dictũ est superius, ꝙ in materia cruda expectãda est digestio intelligitur ubi non imminet magna necessitas festinãtię: sed in sanguine ebulliente, & cholera subtili nõ tm̃ cogimur expectare digestionem, sicut in cholera cruda grossa. etiam imminente pauca necessitate festinantiæ dabimus in synocha sine putredinæ, & febre pẽdẽte a cholera subtili aquã frigidam, sperando quòd per eam cholera subtilis digeratur, & sanguis ebulliens non incrudetur.

Immo cum uideris calefactionē fortem,& complexionem calidam & ſiccam,& euacuaueris : tunc quandoq; concedes infuſionem fieri in aqua frigida apud declinationem,& apparitionem ſignorum digeſtionis & euacuationem humorum,et non eſt malum ut adminiſtretur balneum,& potus uini commixti ſubtilis,et inunctio cum oleis lenificantibus .

In parte præſenti docet vſum aquæ frigidæ ab extra.ſ.p modum infuſionis aut balnei: & gratia huius loquitur de balneo aquæ calidæ,& de vſu uini & ſimilibus dicens quòd cum uideris hæc quatuor.ſ.calefactionem fortem febrilem , & complexionem naturalem calidam & ſiccam.& tertio quòd euacuaueris.& quarto quòd ægritudo ſit apud declinationem.i.in ſtatu, aut declinatione uniuerſali . quod cognoſcitur per apparitionem digeſtionis,& euacuationem humorum : tunc quandoq; concedes infuſionem fieri in aqua frigida , ita ut in ea infrigidentur extrema ſm quòd dicetur in cura tertianæ : aut quòd totum corpus balneetur in ea,ſecundum quòd placet Gal.11. therapeu.9.cap.ſecundo dicit ꝙ non eſt malum ut aliquãdo in febribus adminiſtretur balneū aquæ dulcis calidæ & potus uini ſubtilis commixti.ſ.cum aqua . Item quòd adminiſtretur inunctio cum oleis lenificantibus ideſt poros aperientibus, & dilatantibus .

An balneū aquæ frigidæ cōpetat in feb. putridis.

Dubitatur gratia primi dicti utrum balneum aquæ frigidæ aut eius infuſio competat in febribus putridis . Pro ſolutione huius dubij præmittendum quòd iuuamenta aquæ frigidæ exterius applicitæ in febribus ſunt. primum caumatis febrilis extinctio.ſecundum arefactionis,& ſuperfluæ ſiccitatis prohibitio. & tertium caloris naturalis confortatio . Nocumenta autem ſunt caloris naturalis extinctio. & cōſequenter uirtutū omnium debilitatio . Secundum eſt membrorum neruoſorum percuſsio:& conſequenter eorum dolor, & ſpaſmus : tertium oppilatio:quartum materierum incrudatio .

His pręmiſsis ſit hæc prima concluſio . In nulla febre phlegmatica,aut melancholica interpolata,aut continua proportionali conuenit balneum aquæ frigidæ . Iſta concluſio eſt de intentione auctorum maxime Auic.in cap.de phlegmatica:& ēt bene diſcurrenti per iuuamenta & nocumenta ſupraſcripta facile innoteſcit quòd balneum aquæ frigidæ ſit in his febribus aptum multo nocere,& parum prodeſſe . Secunda cōcluſio. in febre pendente a materia calida ante digeſtionem non conuenit balneum aquæ frigidæ præcipue materia exiſtente multa groſſa . Iſtam concluſionem Auicen. manifeſte ponit in littera.d.in adminiſtratiōe balnei aquæ frigidæ debere præceſſiſſe euacuationem,& digeſtionem . Tertia concluſio.in omni febriente febre acuta,& ſanguinea,uel cholerica præcedente digeſtione,& euacuatione cōuenienti,cuius complexio ſit calida,habitudo carnoſa , uel non multum extenuata , & ætas iuuenilis ipſo etiam non exiſtente dibili,ſm aliquod membrū nobile,nec habente oppilationem,aut apoſtema , & conſueto balneari in aqua frigida tempore calido cōpetit balneū aquæ frigidæ.concluſio patet cum extinguat cauma febrile, & exiccationem prohibeat:& forte calore uigorato ſit cauſa ſudoris. 11 therapeu.idem ſentit Raſ.16.continentis . Quarta concluſio.licet corpori aliqualiter extenuato timore arefactionis balneum aquæ frigidæ conueniat:tutius tamē cæteris paribus conceditur in corpore carnoſo,& magis infrigidatiuum. concluſio patet.quia licet in corpore carnoſo noceat uapores concludendo,& calidum interius fortificando:tamen in extenuato multo magis nocet partes diſcopertas percutiendo , & calorē innatum extinguendo . Adde ꝙ ſicut dicit Gal. 11.therapeu.loco ſuperius allega.calidum interius fortificatum mouet materias exterius cum ſudore,aut fortes eas cum fluxu expellit . Quinta concluſio.in iuuene bene carnoſo & æſtate media bene conuenire poteſt in tertiana calorem interius fortificando.concluſio patet quinta aphoriſmorum aphoriſmo. .22

Sexta concluſio.communiter aquæ frigidæ balneum uitandum eſt in febre putrida quacunq;.patet conluſio , quia ſecundum plurimum propter tale balneum plura ſequuntur nocumenta,quàm iuuamenta . Item,quia communiter ad hoc balneum ſunt inconſueti.& tertio quia difficile eſt metiri morã balnei ſecundū quantitatem ſuæ frigiditatis , & corporum diſpoſitiones quibus balneum conuenit . Adde quod eſt remedium multum notatum,& contra communem omniū opinionem.unde ſi res tranſiret in ſiniſtrum cederet magno dedecori . Ego.n.cum practicauerim. 35 . annis nunquàm balneaui niſi vnum patientem cauſonem cum fluxu ſanguinis nariū præter modum ſuperfluentem,qui eadem die a cauſone & a fluxu ſanguinis ſanatus eſt:& magis ipſum balneaui propter fluxum ſanguinis:cum alia remedia non conferrent,quàm ,ppter cauſonem:& confiſus ſum maxime propter hoc, quia continue in aquis natabat . Septima concluſio.ſi feb.eſt interpolata , aut continua proportionali melius eſt ipſum balneare in hora temporis,aut quietis . Iſta concluſio eſt de intentione Raſ.16.cōtinentis.ubi ad litteram dicit . Iuuenis carnoſi corporis nō debet habere horribilem,niſi poſt declinationem particularem, balneationem cum aqua frigida . Et ratione probatur: quia balneum tunc applicatum ſufficienter extinguit calorē in mēbris impreſſum:& cum hoc non retinet materiam paroxyſmalem,nec prohibet eius euaporationem .

Dubitatur ſecundo.utrum balneum aquæ dulcis calidæ cōpetat in febribus putridis . Pro ſolutione dubij præmittendum ꝙ balneum aquę dulcis calidę eſt duplex.eſt.n.quoddam, in quo parua mora contrahitur,factum ſolum modo ad remouendum ſorditiem,quæ eſt in poris,& eorum apertionem , & aliqualem corporis humectationem.illud eſt balneum in quo notabili mora contrahitur,factum non ſolū propter ſupraſcriptas utilitates:ſed etiam ad reſolutionem materiæ febris. Præmittendum ſecundo ꝙ materia fe.quãto eſt paucior, ſubtilior, digeſtior & poris cutis propinquior,tanto eſt aptior ut p balneum reſoluatur,& ſub forma ſudoris educatur : & econtra ſe habet habens conditiones oppoſitas . Præmittitur tertio ꝙ iuuamenta balnei de quo ſupra,ſunt cutim a ſorditie abluere, poros aperire,humectare:materiam reſoluere,& nutrimentū per membra diſtribuere . Nocumenta autem ſunt inflammare ſpiritus,reſoluere,materiã liquefacere : quæ liquefacta per membra fluit:& cum alijs humoribus permixta ipſos inficit, & putreſcere facit . Et amplius fluens ad membra debilia ipſorum debilitatem,ac nocumenta fouet,& auget .

His præmiſsis,ſit hæc prima concluſio.licet in febribus putridis pendentibus a materia groſſa,multa cruda a poris diſtãte non competat balneum aquæ dulcis calidæ in quo notabilis mora cōtrahatur,balneum tamen paucæ more aliquando competere poteſt . Prima pars concluſionis manifeſta eſt ex ſupraſcriptis cum multa nocumenta,& pauca iuuamenta ſint merito talis balnei apta contingere . Secunda pars concluſionis eſt de intentione Auic.in ca.de cura quartanæ . Et ingrediãt balneum in die ſecūdo ſi quidem fuerit digeſtio ſm deſcriptionem:& ſi non fuerit digeſtio non fiat niſi in eo infuſio aquæ calidę quantitate qua delectat corpus & humectat minus,ꝙ perueniat ad hoc ut calefiat ex ea humor . Et confirmatur, quia ex tali balneo paucæ moræ fiunt iuuamenta ſuperius ſcripta, & pauca,aut nulla nocumenta . Secunda concluſio.in febrib. pendentibus a materia pauca ſubtili digeſta poris propinqua, non exiſtente debilitate in aliquo membro nobili cōpetit balneum aquæ calidæ.concluſio nota eſt ex ſupraſcriptis:cū plura ſint apta ſequi iuuamenta,& pauca nocumenta . Dicit autem non exiſtente debilitate in aliquo membro nobili . Nam debilitas membri a quacunq; cauſa proueniat facit ut materia ab alijs mēbris ad ipſum trahitur:& ſic amplius nocebitur, & debilitabitur . Tertia concluſio.in febribus pendentibus a materia medio modo ſe habente inter conditiones prohibentes balneum de quo ſupra.& ſuadentes ipſius adminiſtrationē iudicium de adminiſtratione eius eſt medium.hæc concluſio nota eſt ex ſupraſcriptis . Præterea.Auctores non expectant talem digeſtionem,& euacuationem in tertiana pura.ſicut in reliquis febribus . Quarta concluſio.in febre putrida aliqua particula nō principali exiſtēte debili balneū contingere erit cōuenientius,ꝙ illa particula non exiſtente debili . probatur. nã exiſtente pede debili,& incurſuro podagram balneū erit cauſa ut materia fe.ꝙ ſine alio auxilio eſſet mortalis, fluat, & permutetur ad pedes,& faciat podagram ſalubrem:& hanc cōcluſionē ſentit Gal.11.therapeu.ſecundo ca.cuius littera . Si uero quidem nulla particula principalium imbecillis fuerit : & aliqua non principalis imbecillis exiſtat:quēadmodum in podagris quidem pedes:& arthriticis uniuerſi corporis articuli maxima quidē vtiq; ex balneo laborãti ad ſalutē pfecta ē pars

particulis

particulis ſuſpicietibus ſuperfluitates imbecillibus.ſimilis ſnīa habetur.16.continentis. Quinta concluſio.balneum in putri dis ſm plurimum debet adminiſtrari poſt digeſtionem, & notabilem materiæ euacuationem. concluſio patet,quia ſic adminiſtratum eſt aptum educere materias,cum ſint per digeſtionē æquatę:& cum hoc quia ſunt paucificatæ ſunt aptæ minus fluere per membra:& ſic minus oppilare,& alios humores inficere.eſt etiam de intentione omnium auctorum. verum in tertiana pura tutius adminiſtratur ante completam digeſtionem, & multam euacuationem propter choleræ ſubtilitatem, vt manifeſte ſentit Raſ.16.continentis ubi ad litteram.verum in tertiana non nocebit,ſed æger balneetur ante digeſtionem. Sexta concluſio. balneum huiuſmodi conuenientius adminiſtratur in tepore, aut quiete febris. aut in declinatione particulari quàm in alijs temporibus. concluſio probatur. ſimile eſt de balneo, & reliquis euacuationibus: ſed reliquę euacuationes adminiſtrantur conuenientius in tempore quietis, aut declinatione,aliorum paritate ſuppoſita.quare &c. Ex prædictis infertur ꝙ balneum quod adminiſtratur in reliquis ægritudinibus præter febres ſicut in ſpaſmo, paralyſi, colica, dolore renum, matricis & ſimilibus conuenientius adminiſtratur digeſta materia, & minorata quàm a principio. Et ꝙ ſi opus eſt ipſum adminiſtrare a principio æger parum debet in eo morari ut ſolum dolor,& accidentia infeſta ſedentur, & materia nō liquefiat. Vltima concluſio.rarius apud nos eſt utendum balneo qui ſumus inſueti, quàm apud conſuetos. concluſio patet cum conſuetudo ſit quaſi altera natura. Si quæ etiam alię rationes,& auctoritates adducentur contra hanc determinationem facile ex prædictis ſolui,aut gloſari poſſunt.

Vtrum uinum competat in febribus.

Vltimo dubitatur utrum uinum competat in febribus Pro cuius dubij determinatione præmittendum ꝙ uinum de quo hic eſt ſermo eſt uinum de uuis maturis, non ex granatis, pomis,citonijs,& huiuſmodi. Præmittitur ſecundo ꝙ licet uinū huiuſmodi multas recipiat diſtinctiones ſm diuerſitates uuarum,diuerſitatem locorum, diuerſitatem ætatis ſuæ, diuerſitatem artificij,& alia huiuſmodi dicta:tantummodo diuerſitates eius quæ pro dubij ſolutione opportunæ ſunt uidebuntur. Eſt ergo ſciendū ut poteſt cognoſci ex dictis auctorum,& experiētia quadā ꝙ uina repiunt triplicia: quædā frigida,quędā uinoſa notabiliter calida: quædā media inter hæc parū calida, & ſatis ęqualitati propinqua.primorum,quędam ſunt acria exiſtentia alba,aut rubea per quorum potum multi ſentiūt eorum ſtomachos manifeſte infrigidari. Quædam autem ſunt quodammodo inſipida, aquoſa, aquæ in colore ſimilia:de quibus loquitur Gal. in libello de uuis in principio. Vinum aquoſum nominant homines id quod aſſimilatur ſm colorem aquæ. Diaphanum.n.eſt,& lucidum,& purum, & cōſiſtentia ſubtile apparet: & guſtui uidebitur forte nullum ſaporem habere: & cum commiſcetur cum aqua non tolerat multæ aquę mixtionem: unde uinum hoc pauciferum uocatum eſt. & in eodem libello. Album uero,& auſterum iuuenile infrigidat ſenſibiliter. & alibi,nec caput debile tangens,nec neruos debiles. Vina autem notabiliter calida ſunt multiplicia,alba,& rubea,dulcia,& acuta,auſtera,acria.quorum diuerſitas guſtando facile comprehēdi poteſt. Et hęc uina cum ſunt noua corpus humectant, & p antiquitatem ſiccitatem acquirunt. Media autem inter hæc ſimiliter recipiunt multiplicem diuerſitatem in colore, ſapore, & modo ſubſtantiæ ſicut priora. Præmittēdum tertio ꝙ uinū competere in febribus poteſt intelligi tripliciter. uno modo ꝙ competat ratione febris.ſecundo modo ratione cauſæ eius. tertio modo ratione diſpoſitionum quæ in febribus complicātur, ſicut eſt phreneſis, ſyncopis, ſpaſmus, paralyſis dolor ſtomachi,interiorum,& ſimilia.

Vina triplici differentia ſunt.

His præmiſsis ſit hæc prima concluſio. ſm plurimum uinum non competit febrientibus ratione feb. probatur. nam ſm plurimum uinum eſt corporis actu febrientis calefactiuum. ergo concluſio uera. aſſumptum probatur.nam uina uinoſa præter modum calefaciunt. media magis quàm oportet. frigida autē ſm plurimum non ſufficienter infrigidant. Dico autem ſm plurimum. quia poſſet eſſe fe. ita remiſſa ꝙ ſufficienter infrigidarent. Et ex hac ſequitur uinum ratione feb. non competere in hecticis nec in ephemeris:licet forte ratione reſtaurationis & proprie in hecticis ſit aliquando eius adminiſtratio neceſſaria. Secunda concluſio.nec in cholericis febribus,nec ſanguineis ratione feb.aut cauſæ eius competit uinum niſi in declinatione. probatur:quia uſq; ad ſtatum nimis inflammat, aut non ſufficienter infrigidat,ut poteſt patere ex dictis ſuperius.ſed in declinatione uinū frididum.& proprie aquoſum quod.11.therapeu.nono.c.uniuerſas mouet excreationes,confert aperiendo,prouocando,& uirtutem confortando:& conceditur in tepore,aut quiete non autem tempore actualis feb. Et cum cauſon,& ſynocha non habeant quietes,aut tepores ſaltem manifeſtas non conuenit niſi prope finem declinationis. Et hic omnia ſentit Gal.de uuis ſuperius alleg. Tertia concluſio.licet in febribus phlegmaticis,& melancholicis quantum eſt ratione feb.non competat uinum a principio, tamē poſt manifeſta ſigna digeſtionis & materiæ minorationem ratione cauſę uinum etiam calidum debet concedi quādoq;. probatur, quia in principio nimis aperit.& prouocat:quod in principio non eſt conueniens:ſed poſt manifeſta ſigna digeſtionis optime conuenit digerendo,& uirtutem confortando, quod debet exhiberi tempore maioris quietis, & limphari ſm opportunitatem. in phlegmaticis tamen conuenit uinum ſiccius,quàm in melācholicis merito humoris. Quarta concluſio: ſicut in febribus omnibus ratione ſyncopis uinum in quocunq; tempore debet cōcedi ſic etiam in febribus omnibus timore phreneſis in quocunque tempore debet prohiberi. concluſio quantum ad primam partem eſt. Gal.11.therapeu.ca.tertio. Et Auic.undecima tertij. Et probatur ratione: quia in tali caſu oportet corpus nutrire,ſpiritus fouere,& cito reſtaurare.hoc autem maxime facit uinum:quod debet eſſe ſubtile,aromaticum,debet tamen limphari ſm exigentiam feb.propterea ſaracenis, quibus eſt uinum prohibitum per legem, conceditur timore ſyncopis ſeptimo collig. Ex quo infertur, ꝙ ſi ſyncopis proueniret per multitudinem materiæ præfocantis ſpiritus in corde, non debet uinum exhiberi cum potius adderet in præfocationem. Et quo ad ſecundam partem etiam eſt manifeſta cum omne uinum ſit uaporatiuum,& moueat materias ad caput. Quid autem faciendum ſit ſi ſimul concurrunt timor ſyncopis, & phreneſis; poteſt eſſe manifeſtum ex dictis Auicen. quarta primi. ultimo ca. Intendendum eſt. n. diſpoſitioni de qua maior eſt timor,altera non neglecta. ꝙ ſi timores ſint æquales melius eſt uinum omittere:cum uirtuti cum aqua carnis & ſimilibus minus nocentibus in phreneſi ſubuenire poſsimus. Quinta concluſio.uinum dulce communiter in febribus eſt euitandum niſi cum adeſt neceſsitas excreandi ſicut cum ægritudines pectoris & pulmonis materiales coniunguntur. concluſio patet. eſt. n. aptum oppilare hepar & membra naturalia:licet pulmonem deoppilet decima tertij. Sexta concluſio.in febribus apoſtematum non conuenit uinū niſi in declinatione.probatur, quia ante declinationem vehit materias ad membrum apoſtematū ſed in declinatione iuuat ad eorum reſolutionem. Vltima concluſio.concedendo,aut prohibendo uinum in febribus,aut reliquis diſpoſitionibus multum oportet: attendere cōſuetudinem.nam multum conſuetis & affectantibus & non noceri ſolitis a uino facilius ex minori cauſa ipſum cōcedere debemus: & in cōtrario modo ſe habentibus ecōtra: magnam enim uim in unaquaq; re hēt conſuetudo: ut eſt apud Gal.in libro de uirtute conſuetudinis.ꝙ ſi tibi quæ auctoritates,& rationes uideantur perſuadere contra hanc determinationem facile ex prædictis poſſunt gloſari,& ſolui. Superuacuum nanq;,& inutile mihi uideē in unoquoque dubio rationes ad partes adducere.

Et cum adminiſtraueris canones prædictos in principio accidentium febris:tunc oportet poſt illud,vt tu occuperis in digeſtione,& euacuatione,quæ non eſt ſecundum ſemitam deſiccationis,& minorationis,et iam diximus eam: immo ſecūdum ſemitam abſciſionis cauſæ.

Auicen. in parte præcedēti poſuit canones in euacuatione marerierum communium,exequendos in principio febrium. in parte præſenti ponit canones in euacuatione materierum propriarum exequendos poſt principium. Et primo continuat ſequentia ad pręcedentia.ſecundo ponit hos canones exequendos poſt principium. ſecunda ibi § Et non euacues. § In prima parte dicit quòd cum adminiſtraueris canones predictos. i. fueris illos executus in principio accidente febre. i. cum febris accidit in principio, tūc oportet ut poſt occuperis in digeſtione & euacuatione,quæ euacuatio non eſt ſm ſemitā mino-

minorationis. i. euacuationis materierum communium, quæ apud arabes uocatur exiccatio,qua dicta ē superius: immo est illa quæ nunc dicenda est ſm semitam abscisionis causæ.i. euacuationis propriæ materiæ facientis febrem. Deinceps.n.intendit ponere canones pro digestione, & euacuatione materiæ propriæ ipsius feb. Si autem textus dicat in principio accidentium febrium non intelligas per accidentia solū illa quæ sequuntur febres:sed quæcūq; aliquo modo febri in principio coniunguntur,sicut cruditas materiæ &,reliqua omnia.

Et non euacues materiam indigestam in calido, aut frigido,nisi propter necessitatem.

In parte præsenti prosequitur ponendo canones in euacuatione materiæ:& diuiditur in quatuor partes. In prima ponit canonem generalem,& est quòd non euacues materiā indigestam nisi propter necessitatem. In secunda parte reprobat opinionem Raſ sentientis contrarium.In tertia parte ostēdit in quibus casibus est euacuandum ante digestionem. In quarta ponit quosdam canones particulares circa euacuationem materiæ propriæ.ibi secunda§Et non auscultes uirum.§ tertia ibi§Cum autem materia est plurima.§quarta ibi§Cū ergo exerces euacuationem.§prima in duas. In prima ponit, canonem cum exceptiua sua. In secunda probat ipsum. secunda ibi§Fortasse.n.§In prima dicit ꝙ medicus non debet euacuare materiam indigestam in calido, aut frigido.ſ.morbo nisi propter necessitatem:quæ necessitas inferius declarabitur, ubi ostēditur in quibus casibus est euacuandū ante digestionē.

Fortasse enim multiplicatur euacuatio humoris non peruenientis ad statum per digestionē ut euacuetur:et fortasse nocet euacuatio maturationi:et fortasse permiscetur cū ea malignum cum bono,propterea quòd mouetur malignum cū bono absq; digestione sua.

In parte præsenti probat canonem suprascriptum.ſ. ꝙ non sit euacuandum ante digestionem tribus rationibus.quarū prima est ista:quia sic euacuabitur humor.ſ.qui nō debet digeri, neq; præparari ad hoc ut euacuetur:immo digeri debet digestione præparante ipsum ut nutriat corpus:humoris enim boni non quæritur euacuatio. Secunda ratio,quia fortasse euacuatio ante digestionem nocebit maturationi: euacuando .ſ. subtile magis paratū euacuari,& delinquēdo grossum ineptū digestioni,& euacuationi. Tertia ratio,quia fortasse per hāc euacuationem ante digestionem permiscetur malignum cum bono:propter quod malignum motum aň digestionem non obediens euacuationi agitabitur,& non educetur: immo permiscebitur cum bono:& secum permixtum corrumpet bonū: sic malignus multiplicabitur.& est sententia Auic.quarta primi.ca.quarto. Notandum primo ꝙ Auic.in omnibus his tribus rationibus replicauit fortasse. In prima quidem: quia cōtingit aliquando quòd solutiuum exhibitum ante digestionē, quanuis æque bene illud respiciat humorem bonum sicut malum ꝙ euacuet humorem malum,& non bonum:natura existēte sollicita de expulsione mali,& retentione boni. In secunda etiam ratione replicauit ly fortasse: quia contingit aliquando humorem indigestum esse propinquum uijs ductuum: quapropter per pharmacum exhibitum totum euacuabitur. Replicauit etiam in tertia ratione fortasse: quia contingit ꝙ uirtus fortis non sinit humorem malum cum bono permisceri: & etiam si permisceretur fortasse tuetur bonum ita,ut a malo nō corrumpatur:propter ergo huiusmodi contingentias raro uenientes sub dubitatione loquutus est. Sed contra tertiā rationem instatur,quia si permiscetur malus cum bono æque bene:immo melius humor malus potest rectificari per bonum, quàm bonus corrumpi per malum,natura existēte sollicita de rectificatione mali,& conseruatione boni. Respondetur ꝙ quantuncunq; natura sit sollicita de rectificatione mali,& conseruatione boni:attamen propter huiusmodi mixtionem mali cum bono sequētem hanc agitationem multo magis est aptus bonus corrumpi,quàm malus rectificari. Primo quia frequenter sunt humores ita mali ꝙ nullo modo possunt rectificari:sed nunquam sunt humores ita boni,quin posit corrumpi. Secundo,quia talis motus,& agitatio humoris disponit ad corruptionem & non rectificationem:inflammātur.n. per motū, & ad putredinem disponuntur. Tertio,quia malū habet rationem infiniti,bonum autem finiti:primo hecticorum. Ad hoc.n.quòd humor fiat bonus requiritur bona complexio, bonus modus substantiæ, debita quantitas, debita permixtio, cum alijs humoribus,& multa similia: sed ad hoc ut fiat malus sufficit aliquod istorum.

Et tu non auscultes uirum,qui exitimabat quòd intentio in digerendo est subtiliare, et humor calidus est subtilis, quare non est necesse ut subtilietur.

In parte præsenti intendens reprobare Rasim. primo ponit errorem.secundo ipsum improbat.secunda ibi§ Res enim non est.§In prima parte dicit ꝙ tu non debes auscultare uirū istū.ſ. Rasim qui extimauit.16.continentis secundo ca. ꝙ intenti in digerendo est subtiliare: sed humor calidus est subtilis. quare cum operteat ipsum subtiliari,nō oportet ipsum digeri. est.n. cum sit subtilis sufficienter digestus. Sed pro declaratione opinionis Raſ est sciendum:ut apparet in suo Continente, & Almansore quòd ipse rarissime præmittit digestiua ante euacuationem, siue materia sit calida, siue frigida: & hoc tam in curatione febrium,& aliarum ægritudinum communiū,quàm in curatione ægritudinum propriarum. Existimauit.n. ut sibi imponit Auic.quòd humor calidus cum sit subtilis sit digestus. est.n.digestio apud eum subtiliatio,& non æquatio substantiæ subtilis per ingrossationem,& grossæ per subtiliationem sicut placuit Auic. & Gal.cum 10. Almansoris curat tertianam puram ab ipso initio cū mirabolanis,& scamonea credit ipse euacuare humorem digestum. Sed cum euacuat humores frigidos,grossos non præcedentibus digestiuis,sicut semper fere facit:licet credat euacuare humorem indigestū, existimat illud esse conuenientius,quàm per digestiua exhibita expectare digestionem,credens hoc modo curam ægritudinū accelerari.

Res enim non est sicut dixit:immo intentio in digerēdo est æquare substantiā materiei,ita ut fiat præparata ad expulsionem facilem,et subtile imbibitum, et grossum fixum,et uiscosum adhærens;totum illud non est præparatum ad expulsionē facilem:immo est necessarium ut inspissetur subtile,et subtilietur spissum paulatim,et incidatur uiscosum.

In parte ista reprobans errorem Raſ. primo arguit contra eum rationibus.secundo auctoritate.tertio ostendit quid potuerit fuisse causa erroris.secūda ibi§Et melius.§tertia ibi§ Et opinor.§ Prima in quatuor sicut quatuor rationes cōtra eum adducit. secūda ibi§Et si uir iste.§tertia ibi§Quare non oportebat.§quarta ibi §Si autem naturæ.§ Prima ratio est ista. digestio est præparatio materiæ ad expulsionem:sed materia potest esse impræparata expulsioni propter subtilitatem:quia imbibitur in porositatibus membrorum.& propter uiscositatem: quia adhæret parietibus membrorum:& quia est tenax in suis partibus.& propter grossitiem quia est fixa.i.dificulter mobilis sua grossitie terrea:& non potest transire per ductus, & loca angusta.ergo oportet quòd præparetur adæquando substantiam eius:subtilem inspissando: spissam subtiliando: & viscosam incidendo.

Et si uir iste non audiuisset in sermone antiquorum de digestione aliquid antequàm dixissemus illud, et rememoraretur dispositionis digestionis humorum fixorum .ſ. quia qui de eis subtilis est,indiget ut inspissetur:et qui de eis spissus est,indiget ut subtilietur:oporteret ut sciretur hoc per illud.

Secunda ratio contra Rasim est ista,humor spissus eget subtiliatione. ergo subtilis eget ingrossatione. tenet consequētia per diffinitionem digestionis quæ est æquatio subtilis substantiæ humoris.sed ad literam ueniendo dicit.Si iste uir.ſ.Raſ nō audiuisset in sermone antiquorum aliquid de digestione,aň dicta hic per nos,& rememoraretur de dispositione humorum fixorum,quia scitur subtile egere ingrossatione:& grossum subtiliatione:oporteret necessario hanc notitiam digestionis scire humorē subtilem esse ineptum euacuationi, & egere digestione. Pro parte nota ꝙ humor potest denominari fixus dupliciter,unomodo ineptus euacuationi: & hoc modo tam humor spissus,quàm subtilis potest dici fixus: & taliter sumit in hac ratione. Secundo per fixum possumus intelligere quiescens sua grossitie terrea,& difficulter mobile de parte in partem,& taliter sumitur in prima ratione.

Et

Et quia non oportuit ut in seipso consideraret, & diceret: quare vrinæ in febribus acutis non habet in principijs earum sedimen: deinde fiunt habētes sedimen, & an sedimen laudabile est aliquid nisi humor faciens ægritudinem, qui iam digestus est: quare ergo non expellitur in principijs ægritudinis ad salutem, si est subtilitas vltimum quod intenditur in digestione. ergo necessarium est, vt sit in principio febriū sanguinis, & choleræ sedimen laudabile.

Tertia ratio est ista. vrinæ in principiis febriū acutarū pendētiū ab humoribus subtilibus, sicut sunt cholericæ & sanguineæ nō hñt sedimen. Postea in ꝓcessu hñt sedimē laudabile: quod nō est aliud nisi humor faciēs ægritudinē, qui tā digestus est. ergo in principijs humores subtiles a quibus pēdēt febres prędictæ sunt indigesti, & postea digerūtur. tenet consequētia, quia si a principio fuissent digesti æque bene tunc apparuisset sedimen laudabile in urinis, sicut in processu. humores itaq; subtiles indigent digestione. Et per principium potest intelligi tam principium uniuersale ægritudinis quàm initium ægritudinis, necnon tempus trium dierum.

Si autem naturæ non est possibile expellere illam superfluitatem nisi post horam, in qua fit præparatio ad expellendum in vrina: tunc similiter oportet vt sciatur, quòd arti euacuare humorem ante illam horam in qua apparet digestio in vrina, est incoueniens aut difficile malum. Et fortasse mouet, & non operatur ultime: & fortasse miscet malignum cum bono.

Quarta ratio est ista. si non est possibile naturæ expellere superfluitatem facientem morbum nisi postquàm illa superfluitas expellitur cum urina sub forma sediminis laudabilis. Similiter non erit bene possibile euacuare humorem antequàm appareat digestio in urina: immo illud euacuare erit inconueniens, & malum difficile. i. notabile. Nam fortasse mouet. s. medicamen exhibitum, & non operatur ultime. i. conuenienter: & fortasse permiscet malignum cum bono. unde per boni corruptionem humor malus multiplicatur.

Dubitatur circa hanc ultimam rationem: quia non uidetur ꝙ hic consequentia ualeat, natura non euacuat. ergo medicus non debet euacuare: quia Auic. dicit inferius. Si natura nō mouet, moue tu hora motus eius. Dicendum ꝙ si natura non mouet, quia fortasse sopita est, aut impotens ad mouendum, dato ꝙ materia sit digesta, tu debes mouere. Sed si natura ordinate agens non mouet: quia humor sit ineptus, tu etiam debes expectare quousq; digeratur, & fiat aptus euacuationi.

Et melius esset homini huic, vt bene opinaretur de illis qui fuerūt sicut Gal. & Hip. in eis quæ scripserunt de hoc: & ualde attenderet: et tunc rediret ad contradictionem: quia omnis contradictor in primis cum est super veritatem est excusatus. Verū melius esset ei, vt nō consideraret in consideratione sua.

In hac parte superius diuisa arguit contra Rasim auctoritate, dicens ꝙ esset melius huic homini, ut haberet bonam opinionem de Hippocrate & Gal. in his quæ scripserūt in hac materia, & crederet eis: aut si nolebat eis credere, debet saltē bene attendere, & considerare quo modo essent efficaces rationes suæ contra eos: & tunc cum uidebātur sibi efficaces, & fundatæ super propositionibus manifestis: tunc rediret ad contradictionem: quia omnis contradictor cum est supra ueritatem, aut existentem, aut saltem apparentem est excusatus. Verumtamen esset melius ut ipse Raſ consideraret alios a consideratione sua. i. Hippocratem & Gal. propter excellentiam suam. Quibus uerbis uidetis quantas laudes attribuit Hippocrati & Gal. & econtra quantum deprimat Rasim. Quòd autem Hippo. & Gal. uoluerint humores tam subtiles, quàm grossos dēre digeri ante euacuationē patet ex aphoris. 22. primę particulę & commento. Digesta medicari, & mouere non cruda: & in illo aphorismo. Et in acutis passionibus.

Et opinor quòd raro huic uiro acciderunt experimēta. quæ profuerunt in hoc capitulo, et acquieuit in eis. Et huius quidem experimentis, quæ non sunt secūdum canones, accidit eis, vt nec vnum valeat, & accidit eis, vt nec vnum eorum sit signum: hoc nanq; est conueniens.

In parte præsenti Auic. ostendit causam erroris Rasis dicētis. in morbis pendentibus a materijs subtilibus non esse expectandam digestionem. Nam cum ipse esset magnus experimentator, & multotiens in morbis acutis dedisset solutiua ante digestionem, & bene sibi successisset; fecit canonem generalem in talibus, nō esse expectandā digestionem: sed dicit ipsum Auic. errasse: quia propter unam, aut plures experientias quæ non secundum canones sunt. non debemus arguere sic semper esse operandum. Nec unum experimentum est nobis signum ꝙ sic in alijs operandum sit. Hoc nanq; conueniens est. s. ut nō credatur uni experimento, & maxime quando est contra canones super manifestis rationibus fundatos.

Dubitatur utrum uiso per experiētiam in pluribus infirmis ꝙ medicina solutiua data ante digestionem liberetur febriens. debeamus ex hoc formare canonem generalem ꝙ pharmacū solutiuū debeat exhiberi ante digestionem. Et uidetur ꝙ sic Nam multa sunt sola experientia credita sicut operationes a forma specifica. nec in his habemus aliquid per quod faciamus canones nisi confirmationem per experientiam ut sumit quarto de simplici medicina. cap. quinto. Pręterea. Effectu sequente operationes confirmatur nostrum operari. secūda aphorismorum. commento. 17. Præterea. Auic. secūdo canone docet inuenire uirtutes medicinarum per experientiam: in quarum inuentione iubet obseruari septem conditiones quas ibi uide. Ex his itaq; conuincitur per experientiam posse formari canonem generalem.

Pro solutione dubij præmittendum quòd canon arabice est norma, uel regula. Experientia aūt est notitia in nobis acquisita ex operationibus sępe iteratis, qua uidemus semper, aut secundum plurimum similes effectus sequi. Præmittendum secundo quòd experientia quandoq; est ſm rationem quandoq; contra rationem. per rationem autem intelligo notitiam fundatam super propositionibus manifestę ueritatis. Exemplum primi, ut quia per solutiuum pluries exhibitum digesta materia frequenter secuta sit sanitas. Exemplum secundi. vt quia per solutiuum pluries exhibitum ante digestionem frequēter secuta sit sanitas. Exemplum tertij: ut quia rhabarbarum euacuat choleram, turbit phlegma & similia, quæ sola experientia comprehensa sunt. Sed dubitatur quomodo sensus siue experientia possit esse contra rationem: cum ea quæ sunt contra rationem nunquàm debeant euenire: cum sit ratio fundata super propositionibus manifestæ ueritatis. ea autem quę fiunt secundum habitum experimentalem semper aut secundum plurimum debent euenire. Ex quibus sequitur eadem nunquàm euenire, & semper, aut secundum plurimum· quod implicat. Respondetur quòd nunquàm rectum experimentum aduersatur rectæ rationi: sed bene aliquando experimentum non rectum aduersatur rectæ rationi & aliquando econtra: & aliquando ambo non recte sibi inuicem aduersantur. Et per rectum experimentum intellige illud, in quo obseruantur septem conditiones ab Auicen. positæ secundo canone. ca. secundo. quas ibidem relinquimus. Essemus. n. nimis prolixi si cuncta prosequi uellemus. Et similiter intelligo per rectam rationem in qua non contingit error. ad quem errorem uitandum, multa oportet cōsiderare: de quibus est sermo apud. Auic. secūdo canone. ca. tertio. Ex quibus patet quid sit experimentum non rectum: & ratio non recta. Experimentum rectum.

His præmissis respōdeo ad dubium quòd uiso per experientiam in pluribus hominibus, quòd exhibito solutiuo ante digestionem sequatur sanitas, multoties debemus exhibere solutiua ante digestionem. Et similiter uiso per experiētiam quòd exhibito solutiuo post digestionem sequatur sanitas, debemus exhibere solutiuum post digestioné. Vnde dico quòd neutra istarum est uniuersaliter uera: solutiuum est exhibendum ante digestionem. solutiuum non est exhibendum ante digestionē. Prima uerificatur in quinq; casibus. primus quādo materia est plurimi ma. secundus quando materia est furiosa. tertius quando uenenosa sicut in pestilentialibus. quartus quando materia est in membro nobili ualde lędens ipsum. quintus quādo est repture ad aliquod membrum nobile. in his est euacuādum ante digestio-

digeſtionem:in cæteris poſt digeſtionem. Ex quibus infertur neutrum iſtorum canonum uniuerſaliter acceptum eſſe fundatum ſuper recta ratione,aut experientia. Et ſi quis bene conſiderat,fere tot ſunt caſus in quibus eſt euacuandum ante digeſtionem,quot ſunt illi in quibus eſt euacuãdum poſt digeſtionem:aut ſaltẽ tempore noſtro minor eſt proportio caſuum in quibus eſt euacuandum poſt digeſtionem ad caſus in quibus euacuandum ante digeſtionem:cum hoc tempore homines magis indulgeant gulæ quàm tempore Hip. Et conſidera etiam ſicut dicit Gen. conditiones indiuiduales latentes, de quibus non poteſt eſſe ſcientia, nec de eis poſſunt formari canones quæ impediunt perfectionem in ſcientia. Contingit. n. quòd aliquãdo vrina exiſtente cruda,materia faciens morbum in ſe-groſſa, & uiſcoſa erit lubrica in ſuperficie, & propinqua vijs ductuum.quapropter exhibito ſolutiuo materia euacuabitur, & ſequetur ſalus præter rationem. Et aliquando contingit ꝙ per malam operationem ſequatur ſanitas ſicut de illo qui præſumit,& exhibet ſolutiuum in quartana in principio, per cuius exhibitionem ſequitur ſanitas:quia vt dicit Auic. in proprio ca. eſt rectus ab errore. Et ſimiliter theutonici cum aliquando febriunt febre acuta ſumunt maluaticum in magna copia,aliquando cum aromatibus, & ſuperueniẽte copioſo ſudore eadem die ſanitati reſtituuntur. His.n.male operantibus ſequitur ſanitas:quia natura irritata,mota cõtra materiam ſimul ſuperant ægritudinem & errorem. De his tamen raro eueniẽtibus non poſſunt fieri cano. Sed quicquid ſit ergo pro parte mea credo,ꝙ tempore noſtro pręſtãtius ſit exhibere ab initio medicinam lenientem,cui aliquid ſolutiui educẽtis materiam propriam ſit admixtum, quàm ſolam medicinam lenientem. Nam ſi ſit aliquis ex quinq; caſibus ſupraſcriptis res ſe bene habent. Et ſimiliter ſi materia ſit propinqua vijs ductuum, aut lubrica in ſuperficie,& ſimiles caſus occulti. Si uero nihil tale ſit,& exhibeatur ſolutiuum taliter conditionatum, ſic pauca poſsunt ſequi nocumenta ſi bene conſideres,ꝙ.n. euacuaret aliquid boni humoris ſimul cum malo & ꝙ magis de parte ſubtili educatur quàm de groſſa:& ꝙ ſequatur aliqualis agitatio hæc pauca nocumenta ſunt; & prorie in principio quando virtus eſt fortis:ſed omittere euacuatiuum materiæ propriæ in acutis ægritudinibus nõ dantibus inducias malum eſt exhibere ſolutiuum electiuũ in principio febrium vbi nõ oportet,quàm omittere ubi opportet. Exhibito.n.ſolutiuo ubi non oportet & materia exiſtente pauca non poteſt ſequi magnum nocumẽtum. Argumenta autem ante oppoſitum non procedunt contra determinationem quęſtionis: nec determinatio noſtra eſt contra mentem Auic. Eſt.n.aliquando expectanda digeſtio,& aliquando euacuandum eſt ante digeſtionẽ:& hæc omnia uult Auic. in præſenti cap. Sed an pluries ſit euacuãdum ante digeſtionem,an expectanda digeſtio in hoc eſt aliqualis differentia,quæ tollitur:quia homines noſtri temporis magis indulgẽt gulæ & laſciuijs quàm homines in tẽpore ſuperiori. vnde morbi frequentius in noſtro tempore incipiunt a materia multa, & magis maligna quàm tempore Hippocratis. Quapropter pluries noſtro tempore eſt euacuandum ante digeſtionẽ quàm tempore Hippocratis:& abſolute tutius eſt euacuare tempore noſtro ante digeſtionem,quàm expectare digeſtionem ſaltem cum medicina leniente,cui aliquid eligẽdo ſit admixtum vt ſuperius dixi. Nota tamen ꝙ ubi ſenſata ſunt conſentanea rationi pauca ſufficiunt ad formandum canonem generalem. ubi uero contrarientur, plurima requiruntur. ubi uero ſenſata nec conſentanea rationi ſint,nec contrarientur iudiciũ eſt medium. Et ſi ſenſus & ratio ſibi aduerſantes ſint ęque potentes potius debemus adhęrere ſenſui. nam dimmittere ſenſum, & adhęrere rationi eſt infirmitas intellectus,ſexto phyſi.

Cum autem materia eſt plurima, mobilis, permutabilis de membro ad membrum: & exiſtimas quòd non eſt ſpatium in digeſtione eius:aut fortaſſe accidet ex ea apoſtema pleuriticũ & aliud, ſi dimittatur:faciet cadere in timorem ante tempus in quo expectatur digeſtio eius:& illud eſt propter longitudinem temporis in quo expectatur digeſtio æqualis:proculdubio tunc eſt neceſſaria euacuatio eius.

Aui. ſuperius poſuit canonem quòd non eſt euacuandũ ante digeſtionem niſi propter neceſsitatem: & declarauit canonem quantum ad primam partem.ſ.quòd non eſt euacuandum ante digeſtionem. hic declarat canonem quantum ad ſecũdam partem,oſtendens in tribus caſibus neceſsitatem euacuationis ante digeſtionem. Habet hęc pars tres partes. In prima ponit tres caſus in quibus eſt euacuandum ante digeſtionem. ſecundo quod dixit, confirmat auctoritate Hippocratis. tertio confirmat illud per locum a ſimili. ſecũda ibi ∫Et hoc eſt illud∫ tertia ibi ∫Et talis. ∫Prima in tres ſicut ponit tres caſus in quibus euacuamus ante digeſtionem. ſecunda ibi∫Et ſcias ∫tertia ibi∫Et ſimiliter. ∫ prima in duas. Nam primo ponit caſum in quo eſt euacuandum ante digeſtionem. ſecundo probat. ſecunda ibi ∫Timor.n. ∫Primus caſus eſt de materia furioſa: & dicit quòd cum materia eſt plurima mobilitate permutabilis de mẽbro ad membrum. Et exiſtimas quòd non eſt ſpatium in digeſtione eius:quin prius accidat aliquod magnum nocumentum ſicut apoſtema pleuriticum,& aliud.ſ.magnum nocumentum, ſiue ſit apoſtema ſiue mors ſubita. vnde faciet cadere in timorem ante tẽpus in quo expectatur digeſtio,eo quòd illud tempus eſt longũ antequàm poſsit fieri digeſtio æqualis. i. per quã materia illa ad ęqualitatem reducatur. tunc proculdubio eſt neceſſaria euacuatio ante digeſtionem in principio.

Timor.n.in hoc eſt minor, quàm timor in illa, & cum hoc natura mouetur ad expellendum eam,propter multitudinem ſui nocumenti;Cum ergo adiuuatur natura,conuenit ei adiutorium vltimum:quare non eſt excuſatio eius.

Hic adducit tres rationes quibus debemus euacuare hanc materiam furioſam ante digeſtionem. Prima eſt iſta: quia timor in euacuatione huiuſmodi materiæ eſt minor quàm ſi illa materia dimittatur. ergo hæc materia furioſa ſtatim in principio debet euacuari. tenet conſequentia,quia ſicut in operationibus ſm uiam eligimus qnod melius eſt aut minus malum ſic circa laborãtem ſicut dicit Gal. 12. therapeu. primo ca.& antecedens eſt manifeſtum. Nam timor de materia furioſa ſi non euacuetur eſt timor mortis:ſed ſi euacuetur ante digeſtionem non ſequitnr niſi anxietas,& conturbatio quædam ex difficultate euacuationis:& forte quia aliquid boni humoris euacuabitur:hæc autem ſatis facilia ſunt in cõparatione ad timorem mortis,potentem ſequi aliquod apoſtema intrinſecum,aut ſubitam mortem conuerſa materia ad cor. Secunda ratio, quia medicus debet eſſe imitator naturæ: ſed natura ſtatim tentat ipſius euacuationem non expectans eius digeſtionem propter multitudinem ſui nocumenti. cuius ſignum:quia nunc expellit ipſam ad partem vnam,nunc ad aliam:quæ expulſio ut dicetur eſt a uirtute membrorum:licet etiam concurrat leuitas materiæ. Tertia ratio. quia cum medicus iuuat naturã debet ipſam adiuuare ultimo adiutorio.ſ.ſufficiente ad ſalutem: ſęd nullum eſt ſufficiens niſi ipſius euacuatio cum non poſsit aliquo pacto reduci ad benignum. quare non eſt excuſatio ab euacuatione eius. Notandum quòd vltimum apud medicum ſumitur tripliciter. primo pro ultimo in tempore ſicut dicimus quòd in apoſtematibus ultimo competit reſolutio. Secundo accipitur pro uehementi remedio,quod non debet tẽtari niſi aliqua præceſſerint, ſicut dicimus quòd ultimum eſt operatio cum ferro. Materia furioſa frigida.

Tertio ſumitur vltimum pro ſufficienti,& appropriato remedio:ita quòd nullum aliud ſufficit niſi hoc: & iſto modo ſumitur hic. quia in cura morbi procedentis a materia furioſa adiutorium vltimũ in ſufficientia, ſic quòd nullũ aliud ſufficeret eſt euacuatio:cũ vt ſupra dictũ eſt, nõ poſsit ab benignũ reduci.

Hic ſolent moueri aliqua dubia. Primum vtrum materia furioſa ſit calida,vel frigida:ſecundo vtrum poſsit facere febrem & quam febrem. tertio vtrũ poſsit apoſtemare. quarto utrum ſtatim ſit euacuanda. Pro horum dubiorũ deciſione præmittendum quòd materia furioſa,quæ aliter dicitur tumultuãs eſt deſcriptiue materia plurima mobilis de loco ad locum, apta multum nocere ſua mobilitate,necnon ſua qualitate manifeſta uel oculta. Eſt.n.plurimi nocumenti actionem naturæ uehementer diſturbans:ut in commento aphoriſmi digeſta medicari. Mobilitas autem huius materiæ habet duas cauſas, unam intrinſecam,& eſt leuitas eius:& ratione huius nõ eſt apta moueri ad oppoſitas differentias: immo ratione huius ſolũ mouet ſurſum. aliam extrinſecam,& eſt expulſiua membrorum. Cũ.n. eſt in aliquo membro:quia multũ lęditur ab ea ſua malitia manifeſta Vtrum Materia furioſa ſit calida vel frigida.

nifesta, vel occulta membrum illud mouetur ad eius expulsionem: & cum recipitur in alio membro iterum ex simili causa illud aliud mouetur ad eius expulsionem: & sic nullum membrũ sinit ipsam quiescere, ad quod adiuuat facilis eius mobilitas propter magnam tenuitatem substantiæ suæ, ex qua fit ut non facile figatur nisi in membro densæ substantiæ: & facile transeant per meatus etiam multum angustos. Et hæc est causa qua re mouetur ad oppositas differentias ſm ꝙ membra impellunt ipsam: & propter hoc dicitur furiosa. mouetur.n. in modum animalis furentis, quod nunquàm quiescit. Et dicitur tumultuans quia modo in vno mẽbro, modo in alio tumultum facit & hæc sunt signa quibus hæc materia furiosa a medico comprehenditur. Nunc.n. æger dolebit caput notabiliter: & forte in exterioribus apparebit tumor cum rubore, parum post dolebit pedes: & frequenter cum simili tumore & rubore: nunc latus dextrum, nunc sinistrum secundum ꝙ materia fertur nunc ad unam partem nunc ad aliam: aliquando prima demissa, aliquando non demissa per motum alterius materiæ similis primæ. Quibus sic præmissis veniam ad dubiorum decisionem.

Dicamus ergo primo ꝙ hæ materiæ sunt humores, & nõ sunt soli vapores, vel ventositates: quia resoluerentur a natura, uel arte nec esset opus pharmacijs exoluentibus. Secundo ꝙ sunt secundum plurimum calidæ, nam facile moueri de loco ad locum arguit caliditatem: quia frigidum immobiliat, & quietat. Tertio ꝙ sunt calidæ cholericæ secũdum plurimum, quod arguitur de mobilitate, & multa malitia quæ aliquando est manifesta sequens caliditatem superfluam & accessum ipsarum versus naturam igneam, aliquando occulta venenosa sequens modum mixtionis. Quarto apparet ꝙ non sit cholera æruginosa quia licet sit venenosa: non tamen facile est agitabilis: quia est facta terrea propter vltimitatem adustionis, uerum vapores ab ipsa eleuati, licet non sint materia proprie sumpta: possunt tamen dici furiosi: quia mobiles faciliter, & multum nocẽtes sua malitia manifesta, aut ucculta. Quinto ex hoc apparet quòd sanguis multum subtilis, & proprie choleræ admixtus potest dici materia furiosa: tum quia multum mobilis: tum quia multum nocens tam propter ventositatem, quàm propter mobilitatem, necnon qualitates manifestas. Quòd autẽ sanguis possit esse venenosus patet cum ex ipso posit generari althoy. tertia quarti. licet ille qui facit althoy sit grossus per adustionem. Sexto dicẽdum quòd materia furiosa potest esse frigida, licet illud rarissime contingat. exempli gratia. imaginamini sperma aquosum muliebre vel virile dictum alguadi per morã congelari, & conuerti ad naturam venenosam: postea per calorem extraneũ subtiliari, & in vapores ſm aliquã partẽ conuerti qui vapores secum permixti moueant spiritum nunc ad caput & sequatur epilepsia, nunc ad cor, & sequať syncopis: nunc ad diaphragma, & sequatur putrefactio: quemadmodum cõtingit in præfocationibus spermaticis: & manifestum est illud esse frigidum in radice. licet sibi adueniat caliditas accidentalis ex qua forte fe. excitatur. Septimo dicendum cum Hippocrate prima particula aphorismo.22. huiusmodi materiam furiosam raro reperiri: cum raro reperiatur calor ita extraneus ut posit producere homorem ita subtilem accedentem ad naturam extraneam & uenenositate participantem.

Materia furiosa frigida.

Ad secundum dubium dicendum hanc materiam furiosam secundum plurimum facere febrem, cum secundum plurimum fit ebulliens cum putredine, aut sine puuredine: licet secũdum plurimum putreat: & febris aliquando est interpolata, sed secũdum plurimum est continua. est.n. interpolata cum putret extra venas. aliquando per paucitatem & distantiam a corde nõ facit febrem: & hæc eadem cordi propinquans facit febrem. Est autem frequenter continua cum secundum plurimum aliqua pars eius notabilis putreat ad intra venas. aliquæ autem partes minores nunc mouentur ad unam partem, nunc ad aliã Et secundum hos uarios motus fiunt excresentiæ & decrescentiæ secundum ꝙ pars putrens magis apropinquat cordi aut magis distat a corde. Ex his infertur quòd siue hæc feb. sit interpolata, siue continua habet paroxysmos, & excrescentias non seruantes ordinem, neq; in magnitudine, nec in hora inuasionis secundum varium motum diuersarum partium, & secundũ maiorem aut minorem cordi propinquationem, in quibus nullus seruatur ordo: & hoc signum simul cum alijs superius dictis est de signis materiæ furiosæ.

Ad tertium dubium dicendum huiusmodi materiam posse apostemare, vt ex textu Auic. colligitur cum dicit quòd accidit ex ea apostema pleureticũ. Amplius quarta aphoorismorum in commento aphorisini illius. Medicari in valde acutis iubet Gal. eas euacuare ne impleant aliquod membrum nobile. Præterea potest ex uentositate quæ est ualde subtilior membrum apostemari. tertia quarti cap. de apostematibus vẽtosis. Quòd si instetur: quia ad faciendum apostema requiriť materiam figi. Dicitur dupliciter, primo modo quòd aliquãdo figitur quando inuenit membrum densum, sicut sunt ossa pãniculi, & deinceps illa pars non mouetur. Secundo dicitur ꝙ dato quòd apostemet stomachum, aut intestinum, tamen moueri potest ad aliud membrum, & illud apostemare: sicut aliquando accidit apostema squinanticum ad pulmonem permutari: & aliquando ad cerebrum, & aliquãdo apostemata extrinseca interius conuerti, & aliquando intriseca extra conuerti.

Ad quartum dubium dicẽdum quòd materia furiosa statim est euacuanda. primo, quia non est spes ut ad benignum reducatur. secundo, quia timor est ne si aliquo tempore in membro remaneat sua mobilitate, & malitia occidat. tempus enim exigeretur longum ad digerendum ipsam, & interim posset occidere: et autem iuxta posse eradicanda: quia parum de ipsa remanens posset occidere. Euacuatur autem huiusmodi materia tripliciter. Primo modo & ſm plurimum euacuanda est cum pharmaco eligente, & secundum plurimum materiã cholericam: hoc autem pharmacum fit consolatum cum medicinis infrigidantibus & humectantibus confortantibus membra nobilia & proprie cor: & fortitudo eius diuersificanda est secundum virtutis fortitudinem, & multitudinem materiæ. Secundo & raro euacuanda est cũ phlebotomia quando crediť ipsam contineri ad intra venas, & esse in aliquo mẽbro sanguini permixta. quod comprehendetur ex continuitate fe. & ex habitudine carnosa, & ex vrina rubea, rubedine attestante sanguini. Et quarto si quid de ea expellitur ad cutim locus apparet rubeus rubedine obscura attestante sanguini. nec per cõpresionem facile albescit. phlebotomia autem fiat de vena deseruiente illi parti in qua creditur contineri cauendo inquantum est posibile ne attrahatur versus mẽbrum principale, & proprie cor, & quantitas sanguinis hauriatur secundum exigentiam repletionis. Tertio aliquando est euacuanda ex parte extrinseca in qua aliquando continetur cum ventosis, sanguisugis, sectione. & similibus. Et quando visa est exterius communicari prius tentetur euacuatio per eandem partem, in qna est. Est enim timendum ne per phlebotomiam, aut pharmacum cõuertatur interius: immo omni ingenio est ad cutim trahenda, & per eandem partem euacuanda. Est si instetur contra hanc determinationem: quia ex euacuatione huius materiæ ante digestionem sequuntur nocumenta tria prius ab Aui. dicta cum euacuatur materia ante digestionem. Respondetur quòd propter suam mobilitatem non sunt apta sequi illa nocumenta, sicut si materia illa figeretur. Et dato quòd aliquod illorum sequatur: cum hoc est præeligendum propter maiora nocumẽta vitanda. Et si instetur iterum, a simili materiæ omnes subtiles essent ante digestionem euacuandæ: consequens contra Auic. reprobantem Rasim. Ad hoc respondetur negando ad quod deducitur. nam materiæ quæ sui subtilitate figuntur dant inducias, ut digerantur: sed huiusmodi furiosæ mobiles non dant inducias, vt digerantur. propterea medicus debet diligenti animo digerere subtiles, non furiosas.

Et scias quòd phlebotomia quando est intentio sanguinis nõ est ex genere eius, in quo expectatur digestio, expectatione quæ est in solutiuis: & non expectatur digestio nisi in humoribus alijs: Et cum postponitur phlebotomia in principio ægritudinis: non amplius est ei intentio, & fortasse interficit per aduentum debilitatis virtutis.

In parte præsenti ponit secundum casum in quo non est expectanda digestio: & primo ponens canonem dicit quòd quando per phlebotomiam intendimus euacuare sanguinem non debemus expectare digestionem, sicut expectamus in solutiuis. Secundo canonẽ tripliciter probat. primo, quia nõ expectatur digestio nisi quando volumus humores alios a sanguine educere, ergo pro ducendo sanguine non est expectanda digestio.

stio. Secunda ratio, quia quãdo postponitur phlebotomia in princ. ægritudinis amplius in ea non est intentio. ergo nõ est postponenda:& sic debet fieri in princ. Tertia ratio, phlebotomia postposita in princ. & facta in processu fortasse interficit debilitando ægrum, ergo non debet postponi: immo statim fieri a princ. si est expediens. Notandum pro declaratione partis presentis ꝙ hic casus secundus in quo nõ est expectanda digestio, est quãdo in febribus intendimus euacuare sanguinem sicut in synochis:& pro hoc casu est positus cañ. statim dictus. Notandum secundo quòd si haberemus medicinam soluẽtem sanguinem, sicut habemus soluentem alios humores, sic oporteret pro euacuando sanguinem expectare digestionem, sicut pro euacuando alios humores: cũ oporteret ipsum sicut & alios humores duci per uias angustas, per quas non posset educi, nisi adęquaret̃ eius substantia. Sed dubitat̃ circa canonem utrum pro faciendo phlebotomiam in febribus sit expectanda digestio. Pro cuius dubij declaratione nota primo quòd duplex est digestio, qua sanguis pręparat̃ expulsioni. vna est ęquatio modi substantię. secunda est proprietas occulta sibi acquisita per virtutes naturales agẽtes in ipsum, dum intendũt ipsum assimilare, uel euacuare: quam proprietatem credimus in ipso esse acquisitam cum apparet digestio in vrina, quę prius apparuit. prima istarum sufficit arti non natutæ: sed vtraq; est necessaria naturæ. Cuius signum euidens est quòd facta phlebotomia a princ. synocharum sanguis aptissime educitur si sit mediocris in modo substantię. hic tamen sanguis a natura non educit̃ in princ. immo non videmus crisim fieri nisi postquam apparuerit digestio. Et hoc est quia antequàm appareat digestio non est sibi proprietas acquisita, qua virtuti expulsiuæ obediat. Secundo nota quòd per phlebotomiam factam in febribus aliquando intendimus euacuare sanguinem, sicut in synochis, aliquando intendimus euacuare alios humores sicut in alijs febribus humoralibus. His præmissis sit hæc prima cõclusio. Sanguine solum peccante in quanto non est pro phlebotomando digestio expectanda. probatur sic. quia peccante sanguine est paratus egredi vena aperta. ergo non est expectãda digestio. tenet consequentia, & assumptum est manifestum. Secunda conclusio sanguine peccãte in quali, nec propter hoc multum recedente a natura sanguinis stante etiã peccato quãti pro phlebotomando non est expectã da digestio. conclusio probatur quia hic sanguis statim aperta vena est paratus euacuationi. ergo non est expectanda digestio. tenet consequentia & antecedens est manifestum. Tertia conclusio. non ita copiosa competit phlebotomia sanguine peccante in quanto, & in quali, sicut in peccante in quanto tantum. cóclusio arguitur sic. quia ipso peccante in quanto tantum, cæteris paribus. virtus est fortior, & cum hoc sanguis ex parte substãtiæ est paratior euacuationi: nam per peccatum qualis redditur imparatior euacuationi, igitur nõ ita copiosa cumpetit phlebotomia in synocha cum putredine, sicut in synocha sine putredine. Quarta conclusio. sanguine multum recedente a natura propria sanguinis, siue in se siue per alterius humoris admixtionẽ est pro phlebotomando aliquando expectanda digestio, probatur quia potest esse ineptius euacuationi per multũ recessum a dispositione naturali, unde sanguis bonus magis aptus euacuabitur malo inepto remanente. Correlarium, non semper quando in phlebotomando est prima intentio sanguinis debemus phlebotomare non expectando digestionem. Canon itaque Aui. veritatem habet in pluribus. Quinta conclusio. sanguine multum recedente a natura propria licet sit expectanda digestio iuxta conclusionem immediate præcedentem, non tamen tanta quanta pro solutiuis. probatur quia secundum plurimum sanguis non est ita ineptus euacuationi sicut alij humores. Præterea dato quòd esset æq; ineptus, aut merito substãtiæ, aut quouis alio modo, maior tamen præparatio requiritur ad euacuãdum humorem cum solutiuis, quàm sanguinem per phlebotomiã cum oporteat illos per vias & ductus angustos transire, sanguis autem per foramen venæ quod potest fieri latum, strictum, & mediocre secundum voluntatis imperium. Sexta conclusio. alijs humoribus proportionabiliter sanguini cõpeccantibus sicnt in uera pletoria pro phlebotomia non est expectanda digestio. Præterea quia in vera plethoria est solum peccatum quanti, quapropter aperta uena facile massa humoralis egreditur. Septima conclusio. cæteris paribus non conuenit in hac vera plethoria tanta phlebotomia quanta conuenit sanguine solo quantitate peccante. probatur conclusio. quia solo sanguine peccante uirtus est fortior, & forte est facilius per phlebotomiam educibilis quàm materia plethorię. Octaua conclusio. quando postponitur phlebotomia in qua est intentio sanguinis non amplius est in ea tanta intentio quanta erat in principio, probatur quia in processu virtus debilitatur in morbis. Item sanguis efficitur ineptior euacuationi ꝑ phlebotomiam. quare &c. Nona cõclusio. quando in phlebotomia non est intentio sanguinis sed aliorum humorum sicut in febribus cholericis, phlegmaticis, & melãcolicis, si fuerint sanguini permixti parum distantes a natura sanguinis est ab initio facienda phlebotomia. probatur, nam postquam sunt sanguini permixti sunt apti per sanguinem cum phlebotomia minorari & quia parum distant a natura sanguinis nõ est apta sequi cholericorum ebullitio, nec frigidorum incrudatio. Ex qua sequitur per locum a contrario quòd quando non essent sanguini ꝑmixti, aut essent multum distantes a natura sanguinis nõ est facienda phlebotomia. Decima conclusio. aliquando in febribus nunquam competit phlebotomia, aliquando competit in principio & non in processu. aliquando competit in principio & in processu. aliquando in processu & nõ in principio. Prima pars conclusionis patet quando febris pẽdet ab humoribus qui nunquam sunt mixti sanguini, aut semper multum distãtes a natura sanguinis. secunda pars patet in febribus synochis, & alijs pendentibus ab humoribus cum sanguine mixtis in quibus in processu virtus debilitatur, aut forte humores fiunt immixti, & distantes a natura sanguinis. Tertia pars conclusionis patet in febribus synochis, & alijs quando sanguis peccat in quanto. aut quando est multa plethoria in quibus non sufficit phlebotomia facta in principio, sed est reiteranda. & aliquando reiterarur timore apostematis, aut alterius accidentis in processu emergentis, immo aliquãdo in processu copiosior cõpetit phlebotomia quàm in principio, quia aliquando in processu humores erunt magis mixti sanguini. & magis naturæ suæ appropinquantes, quàm in principio, & forte aliquando accidens superueniens in processu facit indigere ampliori phlebotomia quàm in principio, sicut apostema squinanticum. Quarta pars patet quando in principio humores alij a sanguine sunt immixti sanguini aut multum distãtes a natura sanguinis, qui postea permiscentur sanguini, & magis appropinquant naturę eius, vnde apparet in processu vrina rubea, grossa, quæ non apparuit in principio, aut forte in processu emergit nouum accidens, quo indigetur phlebotomia: Aut forte sanguis in principio erat præter modũ grossus in se, aut per admixtionem alterius humoris, unde oportuit præmitti digestiuum sicut præcepit Auic. quarta primi cap. de phlebotomia. vbi sanguine existente grosso docet prædigerere cum sirupo de hyssopo. Si quæ autem rationes fuerint contra determinationem potest ex dictis in quæstione facile ad eas apparere solutio.

Et similiter si times victoriam humoris: magis necessaria cautela est euacuatio: & si non est digestus, non moueas nisi in principio.

In præsenti parte Auic. ponit tertium casum in quo est euacuandum ante digestionem, & casus est quando febris incipit a materia plurima, quam verisimiliter natura non potest regulare. Habet hæc pars duas partes, in prima ponit ut dictum est casum in quo oportet euacuare materiã indigestã, & quando in secunda. gratia conplementi doctrinæ ostendit quando humor digestus est euacuãdus & quãdo non. secunda ibi apud statum vero non moueas. In prima parte intendit duas conclusiones, prima est ista. Similiter sicut dictum est in duobus casibus præcedentibus, si times uictoriam humoris supra uirtutem, supple propter multitudinem eius magis necessaria est euacuatio. s. minoratiua, quia natura non poterit tantam materiam digerere nisi minoretur. & hæc est sententia illius aphorismi. 24. secundæ particulæ inchoantibus morbis si quid uidetur mouendum, moue. Secunda conclusio est ista. non moueas huiusmodi humorem indigestum nisi in principio. conclusio probatur, non moueas huiusmodi humorem indigestum nisi in principio. conclusio prabatur, non moueas huiusmodi humorem

Vtrum in phlebotomia expectãda sit digestio.

morem indigeſtum niſi in tempore in quo motio. i. euacuatio
poteſt euitare maius nocumentum, & maius iuuamentum af-
ferre,ſed hoc eſt in principio.ergo non moueas huiuſmodi hu
morem niſi in principio.conſequentia tenet. ſed minor appa-
rebit ex dicendis. Et ſimilis ſententia colligitur ſecũda apho
riſmorum cõmento.24.Et hucuſq; habemus tres caſus in qui-
bus ab initio non expectata digeſtione debemus euacuare.
Primus caſus, quando materia eſt furioſa, ſecundus quando
materia peccans eſt ſanguis exuberans in quantitate,tertius
caſus quando aliquis,vel aliqui humores alij a ſanguine nimiũ
ſuperabundarent. In primo caſu ſecundum plurimum euacua
mus cum pharmacia & eradicatiue ſi poſſumus: In ſecundo ca
ſu ſecundum plurimum cum phlebotomia aliquando minora-
tiue,aliquando eradicatiue:in tertio.cum pharmacia, & mino
ratione ſecundum plurimum.Et nota quòd materiæ iuxta tres
caſus ſupraſcriptos poſſunt aliquando dici furioſæ propter ma
nifeſtum & imminens periculum,licet materia iuxta primum
caſum proprie dicenda ſit furioſa iuxta deſcriptionem materię
furioſæ ſuperius. Pro declaratione harum duarum con-
cluſionum duo mouẽtur dubia practicalia quæ paucis perſtrin
gam. Primum utrum liceat medico euacuare materiam in-
digeſtam.ſecundum utrum debeat euacuare materiam indige
ſtam ſuperflua quantitate peccantem ſolum in principio. Pro
ſolutione primi dubij tenenda eſt hæc concluſio,quòd in om-
nibus ægritudinibus materialibus nõ dantibus inducias debet
euacuare ante digeſtionẽ concluſio manifeſta eſt,quia ſi ægri-
tudo non dat inducias ut materia digeratur ſuccumbet ante di
geſtionem,quare oportet euacuare ut minorata materia fiat
uirtus fortior ſupra reſiduum materiæ,aut ut tota materia era-
dicata ſequatur ſalus. Sed pro declaratione huius materiæ me
dici ponunt quinque caſus in quibus eſt euacuandum ante di-
geſtionem, eo quòd in his caſibus ægritudo non dat inducias,
ut digeratur. Primus caſus quando materia fuerit furioſa in
quo caſu medicus quàm citius poteſt debet euacuare. Hic ca-
ſus eſt de mente Auicennæ in parte prædicta,& de intentione
Hippocratis prima aphoriſmorum aphoriſmo.22. & reliquo-
rum. Secundus caſus quando materia eſſet ualde multa, ſiue
ſanguinea ſiue alterius ſpeciei,aut pluriũ ſpecierum ſimul, in
quo caſu eſt minorãda phlebotomia,aut pharmacia,aut amba-
bus ſimul ut natura fiat potentior ſupra reſiduũ & de hac eua-
cuatione eſt ſermo Auicen.in parte prælecta:& aphoriſmus.
24.ſecundæ particulæ.inchoãtibus morbis ſi quid & cæt. Ter
tius caſus quando materia eſſet uenenoſa ſicut in peſtilentiali-
bus,in quibus Auicenna in principio capituli curæ peſtilentia
liũ iubet ſtatim a principio eſſe euacuandum cum phleboto-
mia,aut pharmacia,aut utriſque ſecũdũ exigentiã materiæ: &
hæc euacuatio debet eſſe minoratiua natura nõ bene tolleran-
te multam euacuationem ob debilitatem uirtutis, quæ ſtatim
aſſociatur in febribus peſtilentialibus. Quartus caſus quan
do materia fuerit in aliquo membro contenta magnam faciẽs
leſionem quam natura ferre nequeat ſicut materia apoplexiæ,
colicæ,fortis ſtomachi doloris & ſimiliũ, & ſicut materia cau-
ſonis cordi propinqua. Quintus caſus quando timemus ma
teriam repere ad aliquod membrum nobile,ſiue iam illud in-
cepiſſet apoſtemari,ſiue non: In his enim caſibus materia eſt
eradicatiue euacuanda non expectata digeſtione, ne diuerten
do fluat ad aliquod membrum nobile,aut cum phlebotomia ſi
peccauerit ſanguis,aut alij humores fuerint mixti cum ſangui
ne,aut cum pharmacia ſola ſi fuerint a ſanguine ſeparati. No
ta tamen ꝙ in apoſtemate iam inchoato debemus in euacuan-
do,digerendo & diuertendo tres canones obſeruare. Primus
ut euacuetur quale oportet,Secũdus ne ſolutiuum trahat ma-
teriam ad locum apoſtematum,quapropter apoſtemate exiſtẽ
te in inteſtinis non debemus dare medicinas ſoluentes in tra-
hendo materias ad locum apoſtematum cum augeant apoſte-
ma,immo in hoc caſu magis competerent uomitiua. Tertius
canon ut euacuantia ita diuertant materiam fluentem, ꝙ non
augeant fluxum:propterea cum lenibus procedendum eſt non
trahentibus a longiquis,ſicut cum caſſia,manna, reubarbaro,
aloe loto,ſena,epithymo,turbito,& ſimilibus. Sed contra po
ſitione quòd apoſtema ſit ita magnum ut dubites de corruptio
ne membri,tunc uidetur ꝙ materia faciens apoſtema ſit coa-
cte euacuanda,ſicut & chirurgici membrum apoſtematũ ma-
gno apoſtemate ſcarificãt, timore corruptionis mẽbri: Dicen

Verũ materia incõcocta ſit euacuãda.

In cura apoſtematis tres canones obſeruandi.

dũ ꝙ tu ponis caſum in quo fugiendũ eſt a cura,& æger relin-
quendus eſt prognoſticis.attamen ſi inſtanter requiſitus fuerit
præmiſſo prognoſtico bonum eſt experiri fortunam prædicen
do,ꝙ nulla eſt ſpes curæ:attamen ſi qua eſt,hæc eſt illa ut detur
aliquid ſolutiuum quod ſimul euacuet de cauſa antecedẽte &
cõiuncta.Et ſicut ſunt quinque caſus ſupraſcripti in quibus de-
bet medicus euacuare materias intrinſecas in principio nõ ex
pectata digeſtione.ita ſunt quinq; caſus his proportionales in
quibus chirurgicus debet euacuare materias extrinſecas non
expectata maturatione. Primus quando materia furioſa con
tinetur in membris extrinſecis debet chirurgicus ſcarificando
ſanguiſugas,& uẽtoſas apponẽdo eam ſtatim euacuare. Secũ-
dus quãdo mẽbrũ eſſet apoſtematũ magno apoſtemate ita ut du
bitaret de corruptione mẽbri debet ſtatim chirurgicus mem-
brum ſcarificando materiam minuere. Tertius caſus in altoi,
& cæteris apoſtematibus pendentibus a materia uenenoſa in
quibus ſtatim medicus ſcarificat,uẽtoſas applicat,& cauteria.
Quartus caſus quando apoſtema eſſet immediatũ,uel propin-
quum mẽbro nobili debet accelerari eruptio, ut eſt apud Aui.
tertia quarti capitulo de regimine exiturarũ apparẽtiũ quan-
do ſunt maturæ,in fine capituli. Inquit niſi exitura coniunctu
ralis,aut membrum nobile,aut membrorum propinquũ eſſet
oſſi,aut panniculo feſtinabis in perforatione eius, antequàm
cõfirmetur eius maturatio,ne prius corrumpat aliquid de his
mẽbris. Quintus caſus eſt quãdo timeremus ne exitura rum-
peretur ad aliquod membrum nobile, ſicut in apoſtemate ex-
trinſeco pectoris profundo ſit apertio ante maturationem ti-
mendo,ne ſi expectetur maturatio,rumpatur interius ad mem
bra nobilia. & ſic ſit finis huius primi dubij. Ad partem nega-
tiuam ſecundi dubij arguiť, quia tunc maxime eſt euacuãdum
cum materia eſt digeſta,ſed materia eſt digeſta in reliquis tem
poribus poſt principium,& nõ in principio,ergo maxime tũc
eſt euacuandũ.tenet cõſequentia & maior eſt manifeſta, cum
digeſtio ordinetur in euacutionem:ſed minor probatur, quia
digeſtio procedit ſecundum partes materię,& in eadem parte
per additionem gradus ad gradum. In oppoſitum eſt Hip.ſe-
cunda aphoriſmorum aphoriſmo.24.inchoãtibus morbis &c.
Et manifeſtius Aui.in parte pręſenti,ubi pręcipit materia exi-
ſtente plurima ſolum euacuandam eſſe in principio. Pro ſolu
tione huius dubij dicendum ꝙ cum medicus cognoſcit ab ini-
tio materiam eſſe plurimam,ſtatim uenit in mentem ſibi mate
riam eſſe euacuandam ante ſtatum,cum exiſtimet ægrum non
poſſe perduci ad ſtatum ſalubrem cum tanta multitudine ma-
teriæ. Poſt hoc medicus inueſtigat an ſit ſtatim ab initio eua-
cuandũ,an parum expectandum donec appareat ueſtigium di-
geſtionis ſaltem occultum,ut puta ingroſſatio urinæ aliqualis
cum forte nũc ſit ſubtilis ſine hypoſtaſi. Quod ſi medicus cum
hac multitudine materieri uiderit ægritudinẽ fortẽ, & ægrum
male tollerantem ægritudinem exiſtimabit iudicio ueriſimili,
ſi expectabit forte parum poſt,ſuccedet diſpoſitio maligna di-
geſtioni contraria,propter quã forte fiat vrina liuida, aut ſub-
iugalis,aut uiridis,uel nigra quę ſibi auferat ſpẽ ſalutis, & tũc
medicus ſtatim exhibebit ſolutiuum electiuũ materiæ peccan-
tis. Si autem cum hac multitudine materię uiderit uirtutẽ be
ne tollerantem iudicabit eſſe expectandum donec appareat
aliquale ueſtigium digeſtionis,utputa ſaltẽ aliqualis urinæ in-
groſſatio,quæ etiam fieri poterit per ſolã actionem caloris pu
tredinalis materiam ſubtiliantis:& interim procedet cum di-
geſtiuis ſecundum exigentiam materiæ, & ęgritudinis.qua in
groſſatione uiſa dabit ſolutiuũ quod tamẽ dabitur in fine prin
cipij:cum occulta ſigna digeſtionis,aut diſpoſitionis contra-
riæ digeſtioni non excludant principium ut ſuperius dictum
fuit:& ſecundum hunc modum procedit Auicen. in principio
de phlegmatica,poſtea procedit digerendo, & paulatim eua-
cuando uſq; ad ſtatum,uel quouſq; ſit ſecurus quòd natura ſit
apta ſuperare ægritudinem,& dominari materiæ.

Sed dices, pone quòd obmiſſum ſit ſolutiuum,& poſtea ſuc
ceſſerit urina liuida,uel ſubiugalis,uel aliter male conditiona
ta indicans malignam putredinem,quid tunc debet facere me
dicus? Dicendum quòd conſtat medicum erraſſe qui obmiſit
ſolutiuũ ab initio cuius obmiſſio forte erit cã mortis, & eius
exhibitio ab initio fuiſſet cauſa ſalutis. Sed nihilominus cum
uentum eſt ad hoc,debet conſiderare an cum hac diſpoſitione
maligna iudicata per vrinam conſtet virtus an non:quòd ſi cõ
ſtet

ſtet virtus det ſolutiuum: Multi enim in quibus viſę ſunt vrinæ peſsimæ euaſerunt ſecunda quarti. Quod ſi cum hac malignitate videlicet caſum virtutis, relinquet eum prognoſticis vt præcipit Gal. in commento aphoriſmi præallegati ne forte cum ſolutiuo ſuo moriatur, & ſibi imputetur . Et ex his patet ſolutio ad rationem ante oppoſitum . Nam ſi ab initio non fit euacuatio non ſuccedit digeſtio in materia , immo diſpoſitio maligna ſecundum partes materiæ, & ſecundum eandem partem per additionem gradus malitiæ . Et nota quòd ſolutiua in his caſibus non debent ſolum eſſe lenitiua immo cum lenitiuis ſint admixta eligentia humorem proprium, & non debēt eſſe valde leuia, quia forte agitarent, & nō educerent , & fuiſſet melius dimittere , ſed debent eſſe mediocris fortitudinis inſpecta virtute, & ægri conſuetudine .

Apud ſtatum vero non moueas aliquid donec vincat natura , & digerat . & ſi ipſa non mouet , moue tu hora motus eius: & ſi ipſa mouet, aut mouit tunc dimitte eam , & operationem eius.

In iſta parte præſenti ponit Aui. quādo humor digeſtus eſt euacuandus, & quando non. & ponit tres concluſiones . Prima in ſtatu non euacues, niſi natura complete vincente materiam. Sed hoc ſic probatur, non debes in ſtatu euacuare niſi materiam optime euacuationi paratam, ſed nō eſt euacuationi parata, niſi ſit a natura complete digeſta , ergo &c. Et hæc eſt ſecunda pars aphoriſmi. 24. in ſtatu vero ſilentium habere melius eſt. Secunda concluſio eſt iſta. natura non euacuante, euacua tu hora motus eius, ideſt hora in qua deberet natura euacuare, quando eſt hora perfectę digeſtionis. probatur. iuuare debes naturam impotentem operari, ergo euacua ipſa non euacuante in tempore in quo debet euacuare. tenet conſequentia, & antecedens eſt manifeſtū, quia medicus eſt adiutor naturæ. Tertia concluſio euacuāte natura, aut ſi euacuauerit ipſa dimittatur in ſua operatione, probatur , non eſt impedienda natura in ſui operatione, nec eſt ſuperflue euacuandum, ergo concluſio vera . tenet conſequentia & antecedens patet. quia medicus non debet impedire naturam , & timor mortis eſt in ſuperflua euacuatione , & hæc vltima concluſio eſt aphoriſmus vigeſimus primæ particulæ , ea quorum criſis fit aut facta eſt, &c . Contra primam concluſionem inſtatur quia licet medico euacuare in augmento, in quo materia non eſt ita digeſta ſicut eſt principio ſtatus , ergo multo magis licet euacuare in principio ſtatus : tenet conſequentia cum digeſtio ordinetur in euacuationem, & aſſumptum eſt manifeſtum de intentione Auic. in capitulo de phlegmatica. Dicendum primo quòd per ſtatum hic intelligimus ſtatum quo ad digeſtionem , ſiue in eo concurrat ſtatus quo ad accidentia, ſicut fit in morbis reſeruantibus materiam ad vnam criticam expulſionem, ſiue, non cōcurrat , quod eſt vt plurimum. Dicēdum ſecundo quòd intentio Auicennę eſt loqui de ſtatu morbi in quo materia eſt pauca, aut mediocris cui virtus bene dominatur, ſiue ſemper fuerit pauca , ſiue ab initio fuerit multa, & nunc beneficio naturæ, aut artis paucificata, cum non expectet criſim. Et certum eſt medicum non debere euacuare immo debere expectare donec illa materia ſit complete digeſta ne forte euacuatio ſua concurrat cum euacuatione critica. ſed poſtea natura non euacuante quod poteſt eſſe quia non ſtimulatur: quia forte ſenſus membrorum ſopitus eſt : aut forte quia non poteſt: quia difficilius eſt naturæ digerere & euacuare, quàm digerere ſolum, aut forte quia ex proceſſu ægritudinis factę eſt impotentior quàm prius, tunc medicus debet euacuare: & hoc dicit ſecunda concluſio hora motus eius ideſt hora completæ digeſtionis quæ eſt hora in qua natura ſolet euacuare. Verum aliqui tranſponunt textum ſecundæ concluſionis dicentes, & ſi natura non mouet hora motus eius , quæ eſt dies critica : moue tu trāſacta die critica, & ſaluari poteſt. Ad rationem autem in contrarium negatur iſta cōſequentia. licet euacuare in augmento in quo materia eſt minus digeſta. ergo in ſtatu: quia forte in augmento materia eſt multa, quam forte natura non poterit ducere ad ſtatum ſalubrem , nec etiā in augmento ſperat criſim ſicut ſperat in ſtatu . Vtrum autem liceat medico euacuare in die critica eſt dubium nō paruum. Sed ego credo quòd vbi medicus per ſigna efficacia comprehenderit naturam non eſſe facturam criſim , in illa die poteſt euacuare . bonum enim videtur mihi quòd operatio artis ſit adiuta ab influxu cœleſti. Sed vbi in dubium verteretur an natura eſſet factura criſim in illa die medicus debet deſiſtere, ne forte ſimul coniungantur euacuatio artis & naturæ . Vnde iuxta tertiam concluſionem ſi natura mouet , aut mouit , aut ſupple motura eſt æqualiter dimitte eā, & operationem eius. ſi vero deficeret adiuuanda eſt: & ſi ſuperfluerit moderāda eſt.

Et hoc eſt illud quod nominauit Hippo . furioſitatem vbi dixit : oportet vt adminiſtretur medicina ſolutiua : poſtquā digeritur ægritudo. In principio autem ægritudinis non oportet vt adminiſtretur illud, niſi ægritudo ſit furioſa: & forſitā non eſt ſecundum plurimum furioſa .

In parte præſenti Auic. confirmat dicta ſua primo auctoritate Hip. prima aphoriſmorum apho. 22. ſecundo per locum a ſimili. ſecūda ibi § Et talis eſt iſta euacuatio. § In parte prima dicit. quòd eſt illud quod nominat Hippocrates furioſitatem. vbi dicit. oportet vt adminiſtretur medicina ſolutiua: poſtquā digeritur ægritudo : & eſt digeſta materia ægritudinis. Nam textus Hip. eſt digeſta medicari ideſt euacuare . In principio autem ægritudinis nō oportet vt adminiſtretur illud ideſt medicina ſolutiua quia materia eſt indigeſta, niſi materia fuerit furioſa. Et textus Hippocratis eſt, & mouere non cruda valet in principijs, niſi fuerit furioſa: & forſitan non eſt ſecundū plurimū furioſa. Textus Hip. eſt , multa vero nō ſunt furioſa.

Et talis eſt iſta euacuatio neceſſaria , quæ non eſt in hora ſua: ſicut cibatio neceſſaria, quæ non eſt in hora ſua . Et proportio iſtius euacuationis ad ceſſandum ex malitia materiæ: eſt ſicut proportio illius cibationis ad prohibendum virtutem à caſu ſuo.

In parte præſenti cōfirmat dicta ſua per locum a ſimili hoc modo. talis eſt iſta euacuatio , quæ non eſt in hora ſua ſcilicet cum materia in principio eſt indigeſta, qualis eſt cibatio quæ non eſt in hora ſua ſcilicet in ſtatu accidentium: ſed cibatio fit coacte aliquando in ſtatu accidentium ad prohibēdum caſum virtutis. ergo euacuatio aliquando debet fieri in principio ad faciendum ceſſare malitiam ægritudinis . Et nota quòd Auic. intelligit hic per materiam furioſam quancunque potentem occidere, ſiue per furioſitatem proprie ſumptā , ſicut ſuperius deſcripta fuit: ſiue per multitudinē , aut quouis modo. & taliter interpretatur apho. Hippo. Aui. tamen in parte præſenti non fecit expreſſam mentionem, niſi de materia furioſa proprie ſumpta, ad quam venenoſa ſicut materia anthracis reducitur . & de materia multa ſiue ſit ſanguis , ſiue alius humor a ſanguine omitttens materiam furioſam ratione membri in quo eſt ſicut eſt materia apoplexię, colicę , & ſimilium. Item materiam furioſam ratione fluxus ad aliquod membrum , pro quo fluxu timetur mors ſicut aliquando eſſet fluxura ad cor, cerebrum, pulmonem: & ſimilia. eo quòd Aui. non debet proſequi curam putridarum febrium ſecundum diuerſitatem particularum patientium. nam iſta pertinent ad tertium librum.

Cum ergo exerces euacuationem : tunc conſidera horam interpolationis : aut horam ipſius teporis : aut frigidiorem horam quæ eſt in die. Et non euacues per fluxum ventris in die periori, neque phlebotomes.

In parte præſenti Auic. ponit cañ. de regimine ſeruādo tēpore paroxyſmi, & diuiditur iſta pars in partes ſeptem ſm ꝙ ſunt ſeptem canones. ſecunda ibi § Et non agas § tertia ibi § Et nō diminuas. § quarta ibi § Omnino. § quinta ibi § Et ſcias quòd multoties. § ſexta ibi § Et non euacuetur. § ſeptima ibi § Et conſilium meum. § Primus canon eſt iſte. cum exerces euacuationē ſiue per pharmaciam, ſiue per phlebothomiam cōſidera ideſt elige horam interpolationis ſcilicet in febribus interpolatis, aut teporis in continuis proportionalibus : aut frigidiorem horam diei, quæ eſt hora matutina in continuis concluſis : & non euacues per fluxum ventris , neque phlebotomes in die periodii : immo in aliquibus ex temporibus ſupraſcriptis. De hoc canone ſuperius fuit ſpeciale dubium , & cauſa canonis

nis ibi posita fuit: quare nunc pertranseo, ne sæpe replicetur.

Et non agas cum euacuatione artis contra partem euacuationis naturæ.

Secundus canon est iste. nō agas cum euacuatione artis cōtra partem, per quam natura euacuet, aut tentet euacuare: & hic canon est aphorif. 21. 1. particulæ, quæ ducere oportet undecunque natura repit, inde ducere oportet per conueniētes regiones. In quo canone duæ obseruantur conditiones. prima ꝙ natura sicut dicit aphorismus euēt ꝑ loca cōueniētia, sicut per uomitum, per secessum, per sudorem, per fluxum sanguinis narium, hæmorrhoidalem, menstrualem, per uias urinæ, & similes: quia forte si uellet euacuare per oculos, aut per nares, aut per aures forte esset impedienda timore cæcitatis, aut surditatis. Et similiter si tentaret euacuare per urinā de pulmone, & similia loca inconuenientia. secūda ꝙ non superflue euacuet: tunc enim licet medico euacuare per oppositā regionem, ut fluxus superfluus factus à natura constringeretur: & canon sic limitatus est manifestus: quia medicus non debet impedire naturam bene operantē. & hic canon est cōmunis phlebotomiæ, pharmaciæ, & cuicunq; euacuationi factæ per artē, per quam euacuatio naturæ inpeditur.

Et non diminuas humorem per rem, quæ faciat statim habitudinem motus periodi.

Et non diminuas. i. non euacues humores per rem quæ facit statim habitudinem motus periodi. i. quæ statim faciat habere periodum. Canon clarus est cum medicus debeat curare febrem, non eā prouocare, aut augere. Pro cuius notitia sciendum ꝙ medicus interdū est causa, cur redeat paroxysmus, aut excrescentia: aut si febris est continua conclusa ꝙ excrescat ꝑ exhibitionem alicuius solutiui quinq; modis. primum quia datum sit in maiori quantitate quàm oporteat, quapropter vehementius agitat humores, & agitati inflammantur, & ebulliūt. secundo quia datum in minori quantitate quàm oportet: unde agitat, & non educit. tertio quando daretur solutiuū euacuans humorem, qui non deberet euacuari: ut quando daretur turbito euacuas humorem phlaticum in febre cholerica. quarto si solutiuum de se sit inflammans multum, & calefaciens sicut scamonea, si detur in febre cholerica non debite correcta. quinto quando dantur solutiua non predigesta materia. Hic ergo canon ab Aui. positus est ut medicum commonefaciat, ut non hunc errorem incurrat qui persæpe contingit.

Et omnino caueatur à regimine grosso in hora periodi: ita ut nō detur in potu aqua hordei, zuccarum, neq; iuleb: ut non frangat periodum cum constrictione meatuum, quoniam est timor: immo adiuua. Dicit nanq; Hip. medicus adiutor est naturæ non impediens eam.

Quartus canō. grossum regimē omnino uidetur hora periodi. unde non detur in potu aqua hordei, zucca. neq; iuleb. probatur, impedit naturam. ergo cauendum est. patet consequentia, quia medicus ut vult Hip. est adiutor naturę non impediēs eam. antecedens probatur sic. grossum regimen frangit paroxysmum constringendo meatus. igitur impedit naturam, quapropter non facias hoc, immo iuua naturam, expediēdo ipsam à quocunque potente impedire operationem eius.

Pro declaratione huius can. dubitatur utrum zuccarum uel iuleb sit ponendum in aqua potanda tempore paroxysmi. affirmatiue arguitur quòd sic. quia cōmuniter operantes ponunt. ergo ponendum est. tenet consequentia: quia cōmuniter operante sequuntur canones. & antecedens docet quotidiana experientia. Secundo iuleb est satis debite extinctiuum. igitur conuenit. tenet consequentia, cum in infirmo siti afflicto oportet sitim extinguere, & ipsum humectare: quia aliter perduceretur ad hecticam. & assumptum est Auic. 16. tertij. trac. 5. c. primo. cuius litera est. Cumq; illud est permixtum cū iuleb, erit magis iuuatiuum in siti propter quod corpus diligit rem dulcem, & facit ipsam penetrare. Tertio zuccarum aut iuleb non est regimen grossum. ergo non est uitandum. antecedēs est de intentione Aui. in cap. sequenti. patet consequentia: quia nullum istorum uitandū est nisi quia est regimen grossum. Quarto aqua hordei est conueniens: igitur zuccarum aut iuleb. antecedens est notum per Aui. in cap. de aqua hordei. patet consequentia propter minus esse nutrimentum iuleb, quàm aquę hordei, & ita minus grauans uirtutem. In oppositum est Aui.

Pro solutione notadum primo ꝙ regimen grossum dicitur aliquod cibale, uel potabile nutrimentale, circa quod digerendum laborat uirtus. Notādum secundo quòd aliquod regimen potest dici grossum cōparatum uirtuti tempore paroxysmi: quod tamen nō diceretur grossum comparatum eidē in relatione ad totam morbi consistentiā. Notandū tertio ꝙ per fractionem paroxysmi debemus intelligere prohibitione, aut retardationem resolutionis materiæ paroxysmatis cum diminutione, aut retractione caloris interius, qui debet spargi exterius, ex qua sequitur frequenter paroxysmi prolongatio. Et si causa frangens paroxysmum fuerit valde fortis, sicut balneum aut potus aquæ frigidæ, fortasse sequetur caloris naturalis, & præternaturalis simul extinctio: aut forte sequetur salus festina calore naturali fortificato per extinctionē sui contrarij, qui agens cōtra materiam expellit eam per sudorem, vrinam, aut aliam uiam, & conuenientem regionem: sicut superius determinatum est. Ex quo sequitur ꝙ causa frangens paroxysmū quandoque iuuat notabili nocumento. Notandum quarto ꝙ per constrictionem meatuum intelligimus cuiuscunq; uiæ clausionem, per quam materia, aut uapores sunt apti sensibiliter, aut insensibiliter euacuari, quam quādoq; faciunt huiusmodi potus, & proprie nutrimentales exhibiti tempore paroxysmi: aut quia infrigidant: aut quia à membris inflammatis indigesti ad membra trahuntur, aut quia suggerunt materiam morbo. Notandum quinto duplicem esse curam regularē, quæ notabiliter iuuat absq; notabili nocumento: & coactam quæ licet plus iuuet quàm noceat: est tn̄ cum notabili nocumento.

Quibus præmissis sit hęc prima conclusio. aqua hordei mixta cum iuleb, aut zuccaro nō conuenit regulariter in paroxysmo. probat, quia nihil quod prohibeat, aut retardet resolutionem materiæ paroxysmantis, & prolonget paroxysmum constringendo meatus, & compingendo materiam conuenit regulariter: sed aqua hordei est huiusmodi. ergo. tenet cōsequētia. & maior ē manifesta: & minor etiā patet: cū quodlibet tale sit regimen grossum iuxta superius declarata. Secunda conclusio. aqua hordei & huiusmodi magis nocent in principio. minus in augmento: & adhuc minus in statu: minime uero in declinatiōe. probatur: quia in principio materia est maioris quātitatis & magis grossa. deinde usque ad declinationem periodi procedit paucificando & subtiliando: eo ꝙ continue resoluitur. Tertia conclusio. aqua hordei & similia adhuc magis aggrauantia uirtutem in quocunque tempore periodi, aliquādo coacte debent administrari. probatur: quia quandoq; nisi exhibeantur, sequitur corporis maceratio, & corporis dissolutio. Præterea licet aliquando nihil tale timeatur: tamen speratur ꝙ huiusmodi exhibita, & proprie in statu & declinatione sudorem prouocabunt: per quem forte citius terminabitur paroxysmus, & forte tota ægritudo. Ex quibus infertur ꝙ huiusmodi potus quāto sunt minus nutrimentales, minus frangunt paroxysmos: & cæteris paribus liberius cōcedi possunt: & forte aliquando in statu, & declinatione regulariter concedi possunt: cum quandoq; multum iuuent absq; notabili nocumento.

Quibus sic determinatis respondendum est ad rationes ad oppositum. Ad primam. ꝙ quandoque medici condescendūt lasciuijs ægrorum absq; necessitate, non sequentes rigorem iuris medicinalis, inter quos me primum accuso. Ad secundam dicitur. ꝙ ubi timetur ex siti nimia inflammatio, aut corporis exiccatio huiusmodi potus coacte conceduntur. Ad tertiam dicitur. ꝙ huiusmodi licet non sint regimen grossum in ordine ad totam morbi consistentiam: sunt tamen regimē grossum in ordine paroxysmi. Ad quartam dicitur. ꝙ aqua hordei subtilis liberius conceditur quam reliqui potus magis nutrimentales: licet etiam ipsa immo aqua sola noceat, & proprie exhibita in principio, & augmento.

Et scias quòd multoties indigetur medicina forti debili: sed eius fortitudo est ex hoc quòd soluit humorem uiscosum: & ipsius quidem debilitas est ex hoc quòd facit ascellare semel,

aut bis, & non euacuetur plurimum simul ita ut non cadat uirtus.

Hic ponitur tertius can. ꝙ multotiens in cura putridarum indigetur medicina forti debili. cuius fortitudo est: quia soluit humorē uiscosum: & tu supple aut grossum sicut est phlegma, melancholia, aut cholera grossa. Et ipsius debilitas est quia facit ascellare semel, aut bis. Non enim oportet ut euacuetur plurimum subito, ne cadat uirtus. Pro cuius canonis notitia sciendum, ꝙ multotiens in febribus pendentibus à materia grossa, & proprie quando non est complete digesta, indigemus huiusmodi medicina, quæ dicitur fortis quia euacuat humorem grossum: quia aliter non euacuaret quale oportet. & dicitur debilis quia euacuat parum pro uice: quia nō licet euacuare plurimum subito: propter diminutionem digestionis: & etiam si materia esset complete digesta non liceret tantū euacuare, quantum de materijs subtilibus: & oporteret quòd illud euacuantium esset notabilis dosis, ad quod facilius mouerentur materiæ subtiles quàm grossę, unde grossę fierent ineptiores. Et cum his communiter procedimus in morbis phlegmaticis, melicis, & pendentibus à cholera grossa. Hæ medicinæ fortes debiles possunt esse tribus modis. aut ex natura sua sicut agaricus, polypodium, cartamus, epithymū, aloes, & similes: quæ leuiter euacuāt. aut secundo: quia licet sint fortes dantur tamen in pauca dosi sicut. i. ℈. turbit aut. 5. ℈. elli. Aut tertio. quia non præparetur cum acuentibus & uigorantibus uirtutem suam. Inter hos tamen modos melior est primus, & secundus & tertius omittatur. bonum enim est ut medicinæ sint consolatæ ut oportet.

Et consilium quidem meum in phlebotomia est, ut dimittatur quantum poßibile est. Si autem non est poßibile, tunc multiplicatio numeri, est melior multiplicatione quātitatis.

In parte pręsenti Auic. ponit septimum canō, & habet duas partes. In prima ponit canonem. In secunda probat ipsum. secunda ibi ⸿Oportet enim⸿ Canon. iste habet duas partes. prima est quòd consilium Aui. in phlebotomia pro curatione febrium putridarum est ut phlebotomia dimittatur quantum est possibile. secūda pars canonis est ista. quòd cum phlebotomia non potest dimitti, tunc multiplicatio numeri est melior multiplicatione quantitatis idest quòd melius est facere plures euacuationes idest phlebotomias quibus in pluribus uicibus sanguis extrahatur, quàm ꝙ unica phlebotomia totus sanguis extrahatur.

Oportet enim ut non euacuetur sanguis multus subito: quoniam euacuatur multum de eo, cuius non est necessaria euacuatio.

In parte ista probat canonem. & primo probat secūdā partem. secundo primam. secunda ibi ⸿Et non est in sanguine.⸿ In prima parte ad probandum secundam partem canonis arguit sic. in febribus non est euacuandum subito multū de illo, cuius non est necessaria euacuatio. ergo in his febribus non est multum subito de sanguine euacuandum. consequentia nota præmissæ in notatis declarabuntur.

Et non est in sanguine excusatio ad euacuationes, quibus fortasse indigetur: & debilitatur uirtus a resistendo in crisibus expectatis:

In parte præsenti probat primam partē canonis duabus rationibus. quarum prima est ista. per phlebotomiam factam in principio non excusamur ab alijs euacuationibus, quibus in febribus istis indigetur. ergo phlebotomia est dimittenda quantum est possibilis. consequentia tenet, ne per phlebotomiam & alias euacuationes addatur debilitas debilitati. secunda ratio. per phlebotomiam debilitatur uirtus à resistendo in crisibus expectatis in his febribus. ergo dimittatur quantū est possibile. tenet consequentia· ne uirtus debilitata in crisibus succumbat. Pro notitia canonis sciendum primo quòd febrium quędam sunt in quibus est intentio sanguinem euacuandi sicut synochę, & uniuersaliter febres omnes in quibus est solum sanguis: aut sanguis cum alijs humoribus est in cā. Quædam sunt in quibus non est intentio sanguinis, sicut febres cholericæ, phlegmaticæ, & melancolicę: de his est sermo in pręsenti canone in quibus iubet Auic. phlebotomiam dimitti quantum est poſe. & ubi oportet fieri, potius eam partiri. In primis enim non est dubium phlebotomiam esset secundum plurimum necessariam, & satis copiosam: immo aliquando usque ad syncopim: nec opus est in his partiri sicut in secundis. nam in secundis non facimus phlebotomiam ut euacuemus sanguinem, sed ut euacuemus alios humores qui sunt sanguini permixti, qui aperta uena cum sanguine egrediuntur. Notandum secundo quòd canon iste de partitione phlebotomię magis obseruandus est apud arabes in quibus regionibus caliditate aeris sanguis est paucior, & uirtus debilior quàm apud græcos in quibus aeris temperie est sanguis multus, & uirtus fortior. propter quod Aui. arabes licet apud quosdam fuerit hispanus cordubensis non est ita audax in phlebotomia: sicut Gal. græcus: ut bene nouit Conciliator differentia. 167. & nos itali qui sumus in pnincipio sexti climatis declinantes ad frigidum possumus audacius phlōmare quam hispani, siculi, aut arabes, & reliqui qui ad calidum declinant notabiliter.

Et scias quòd quando aggregātur dolor capitis, & febris: tunc curatio febris est dignior. Et scias quòd dolor capitis quandoq; facit redire febrem declinatam. ad augmentū: quare oportet ut sedetur.

Hic ponit can. curationis febrium putridarum, quibus quædam accidentia coniunguntur, & quędam dispositiones materiales: & sunt quatuor. Primus canon est de dolore capitis qui frequenter febribus coniungitur. Est enim caput tanquàm caminum totius ad quod uapores febriles proueniunt: & dicit duo. primum quòd quādo aggregatur dolor capitis, & febris, tunc feb. est dignior cui intendendum est. secundum quòd dolor capitis aliquando est tantus, quòd facit febrem declinātem redire ad principium, propterea eius cura non est negligēda. Pro cuius canonis declinatione sciendum quòd dolor aliquando sequitur febrem pendens ab ea. aliquando antecedit, eam, & est causa eius. Aliquando dolor & febris pendent ab eadem causa cōmuni utriq;. Si quidem dolor pendeat à febre sequens eam, utputa malam complexionem & uapores febriles, tunc aut est leuis, aut mediocris, uel fortis. Si quidem primum febris dignior est in curatiōe: tum quia causa: tū quia sine eius curatione male curari poterit dolor capitis, tū quia est maior morbus. Si uero dolor sit fortis, tunc dolor est dignior curatione: tum quia auget febrem spiritus inflammādo, & humores agitando: propterea dixit quòd facit febrem declinātem. i. quę de se declinaret, uel forte diclinat redire ad principium: tum quia humores ad caput trahendo forte esset causa apatis capitis: ita ut ꝑ eius sedatione aliqn̄ sit opus stupefacientibus. Si uero dolor sit causa febris añs eam dolor ſm plurimum est dignior curatione. Si uero pendeat ab aliqua cā cōmuni cæteris paribus febris est dignior curatione: quia maior morbus, & membri nobilioris. Quomodo autem dolor curandus sit uidendū est, prima tertij. & uidebitur inferius de accidentibus febrium acutarum.

Et cum infans lactens febricitat, tunc oportet ut recticefitur lac matris eius.

Secundus can. cum infans lactens febricitat rectificandum est lac nutricis. debet autem rectificari secundum exigentiam febris, causæ eius, & accidentium suorum. unde non eodē modo semper est rectificandum: sed præter rectificationem lactis possumus alterare exterius cum epithematibus, ut super cerebro, cordi, hepati, & alijs membris applicitis secundū exigentiam. Et tertio pro euacuatione possumus uti clisteribus, & suppositorijs quòd aliquando apud maiorem necessitatem: & quando essent grandiusculi possemus exhibere parum mannæ aut casiæ aut unam pilulam communem. Et quarto si timeremus apostema in aliquo membro nobili diuertere cum sanguisugis, aut uentosa parua si trausiuerit annum secundum, aut parum distaret. Nam Auenzoar phlōmauit puerum trienem. & aliquando si nollent capere mamillā, bonum est ut mamilla, & proprie pupilla eius infrigidetur cum aqua frigida, & præsentetur sibi aliquando potus aquæ frigidæ zuccaratæ, & similium: nec in his timenda sunt nocumenta lactis quæ timentur

tur

tur ultra hanc ætatem propter consuetudinem. Et quia lac est proximum naturæ sanguinis ex quo nutriti sunt.curam aũt ægritudinum puerorum habes ex Auic.tertia primi. & a Rasi specialem tractatum.

Et quando fuerit vrina icterica in febre significat apostema: quare est curatio dare in potu aquam hordei, aut syrupum acetosum. Cum ergo acquiescit febris,intentio sit ad apostema.

Tertius can.quando vrina fuerit icterica idest valde citrina cum spuma cholerica in febre significat apostema idest oppilationem in poro felleo, vel apostema proprie sumptum siue præsens,siue futurum.quare huius feb.ægri debent curari dando in potu aquam hordei,aut syrupum acetosum:deinde quiescente febre intentio sit ad apostema.

Pro cuius canonis declaratione nota quòd aliquãdo febris sequitur oppillationẽ, aut apostema pori fellei ad quam sequitur icterica, cholera retenta putrefacta. Aliquando econtra oppilatio,aut apostema sequitur febrem intensam corrumpentem sanguinẽ in choleram, quę multiplicata facit ictericiam, & malam complexionem in hepate ipsum debilitantem, ad quam secutum est apostema,aut oppilatio. Aliquando neutra istarum ab alia dependet, sicut aliquando contingit quòd homine diu passo oppilationem,& ictericiam,febris,sibi coniungitur non dependens tamen ab oppilatione, nec ab ictericia sed ab alia causa. Neque etiam ipsa oppilatio, nec ictericia ab ista febre dependent. Quibus sic præmissis dicẽdum est, quòd si febris pendet ab oppilatione, aut apostemate oppilatio aut apostema secundum plurimũ est dignius curatione: nisi enim febris esset maxima per quam timeretur corporis arefactio, esset a curatione illorum incipiendum: sed in hoc casu contingit raro quòd a curatione febris inchoandum sit. & hanc sententiam voluit Auic.superius in cap.de rebus in quarum quibusdam differunt feb.putredinis,& conueniunt in quibusdam. hanc tamen febrem debemus curare non cum oppilantibus, sed cum deoppilantibus potius sicut est syrupus acetosus, & aqua hordei in quibus propter magis infrigidare essent infundendæ species triasandali. Si autem apostema vel oppilatio sequitur febrem a curatione febris primo esset inchoãdum cum his,quæ non essent causa oppilationis,aut apostematis retinẽdo materiam in hepate sicut sunt prædicta. Et hac febre curata ad dispositionis curationem proprie hepati veniendum est cũ suprapositis, & applicatis. licet etiam præmissa aliquali curatione pro curatione febris ad curationem dispositionis hepatis sit præparandum ad perfectam curam febris: & proprie quando curatio vnius non impediret curam alterius. Si autem neutra istarum dependeret ex altera a curatione febris inchoandum esset: quia febris minores dat inducias,quam oppilatio, & icteritia.

Et quando fuerit cum febre colica, non aperietur via in dando in potu aquam hordei,immo ius galli, & leni ius, & multiplica vnctuositatem eius:deinde detur in potu aqua hordei si necesse fuerit.

Quarto cañ.quando colica febri coniungitur, non aperietur tibi via intestinorum necessaria ad curationem colicæ dando in potu aquã hordei: immo dando ius galli, quod ius lenire debes, & vnctuositatem eius multiplicare: deinde aperta via cum hoc iure detur aqua hordei,scilicet pro curatione febris si fuerit necesse:in hoc enim canone videtur magis intendere ad curationem colicæ quàm ad curationem febris.

Contra quia Auic.16.tertij trac.quarto.cap.1 satis in principio concedit in hoc casu aquàm hordei dimittẽdo ius galli.

Præterea. Ius galli & proprie vnctuosum quale hic præcipit est inflammatiuum. ergo nocet in febre. Pro solutione præmittendum colicam esse duplicem quãdam leuem sequentem exiccationem fęcum a caliditate febrili.quandam fortem in qua per phlegma mucilaginosum fit fortis fęcum inuiscatio Premittendum secundo ius galli esse duplex quoddam purum factum per decoctionem galli antiqui in aqua simplici: cui si volumus esse magis lenitiuum & minus calefactiuum, addimus in decoctione prima violas,iuiubas, & similia lenientia. & infrigidantia. Quoddam ius galli compositum magis solutiuum & vẽtositatum carminatiuum cum quo bullimus polypodium,cartamum,salgemma,daucum, anisum, & similia soluentia, & carminantia ventositatem. vide Mesue in capitulo proprio de iure galli. Præmittendum tertio febrem quandam esse intensam quandam esse remissam. Quibus præmissis dicendum quòd si febris fuerit fortis, & colica leuis debemus esse contenti cum aqua hordei præmisso tamen clysteri leniti uo: & in hoc casu debemus dimittere ius galli,& proprie cõpositum solutiuum, & ventositatum carminatiuum de quo supra,& hæc fuit intentio Auicen.16.tertij capitulo allega. Si autem febris fuerit fortis,& colica fortis debemus præmittere clysteria primo lenientia sicut ex oleo,& iure galli facta leui decoctione rerum frigidarum, de quibus supra: aut ex decoctione rerum frigidarum sicut blitis, maluarum, matrum violarum: deinde ponere aliqua magis stimulantia sicut mel, & similia. Et per os exhiberi ius galli compositum cum infrigidantibus, lenientibus dando partem magis vnctuosam. Si vero colica fuerit fortis,& febris debilis debemus præmittere clystere lenitiuum ex oleo, deinde ex iure galli composito solutiuo,& carminatiuo ventositatum si fuerit expediens, & mel cum istis mixtum est præstans in hoc proposito optime abstergens,& stimulans expulsiuam, & per os possumus exhibere ius galli simplex, aut compositum secundum quòd videbitur expediens: & hæc fuit intentio Auicę. in casu præsenti. Vbi vero vtraque fuerit leuis sufficient clysteria lenitiua & ius galli simplex aut compositum cum infrigidantibus, lenientibus. Et ex his facilis est respõsio ad rationes ante oppositum.

De solutiuis vero est potio facta ex tamarindis, & tereniabin,et siracost: et quandoq; ponitur in ea aqua hordei lubleb, & quandoque ponitur in ea cassia fistula,& fortasse proijcitur desuper scamonea.

Nunc Aui.enumerat solutiua conuenientia in febribus putridis: & habet nouem partes secundum quòd nouem sunt descriptiones solutiuorum.secunda ibi[Et fortasse datur in potu scamonea.]tertia ibi[Et fortasse necessarium est administrari ea quæ sunt.] quarta ibi[Myrabolanos vero.] quinta ibi[Et aqua duorum grana.]sexta ibi[Quãdo fit ex infrigidantibus] septia ibi[Aliud ex siracost.]octaua ibi[Et de solutiuis sunt.] nona ibi[Et est possibile vt fiat.]Prima descriptio est hoc modo ordinanda.Recip.tamarindorum.℥.i.incidantur grosso modo & bulliant in ℥.vi. aquæ ad consumptionem medietatis,& coletur exprimẽdo: quæ decoctio colata misceatur cum manna ab.℥.i.&.5.vsque ad duas.Siracost. enim & tereniabin sunt species mannæ: & quia subditur in textu; & quandoque ponitur in ea cassiafistula, uel aliquod lubleb: & fortasse proijcitur super ea scamonea: possumus componere receptam hoc hoc modo.Recip.tamarindorum.℥.5. lubleb.i.lupulorum.M.5.uel saltem lupuli in locum lubleb accipiantur si non sint lubleb.bulliant in.vi.℥.aquæ ad consumptionem medietatis, quæ decoctio colata,& expressa misceatur cum mannæ, floris cassiæ añ.℥.5.scamoneæ coctæ in citonijs grana.ij.usque ad.iij.misce.& hæc medicina ualet in tertiana pura tam cõtinua, quàm interpolata,& causone. Sunt enim tamarindi frigidi & sicci in secundo educunt choleram rubeam, & sanguinis furorem remittunt,uel reprimunt.conferunt siti,& inflammationi hepatis,& stomachi,reprimunt vomitum, & sunt medicinæ febrium acutarum vbi indigetur lenificatione.uide Mesue. Lubleb.est speties uolubilis credo quòd sit lupulus,est frigidus in primo declinans ad siccum: mundificat sanguinem, & clarificat ipsum & leuiter educit choleram.manna est æqualis declinans ad caliditatem educit choleram cum facilitate.dosis eius est ab.℥.i.usque ad.ij.Cassia est æqualis declinans ad caliditatem humida in primo.mundificat sanguinem,sedat eius acuitatem,soluit choleram & phlegma: confert febribus calidis. Dosis eius est ab vnc.1.vsque ad.i.&.5. Scamonea calida & sicca in tertio gradu potissime soluens choleram, inimicatur membris nobilibus. præparatur coquendo ipsam in citonio: & tunc dicitur diagridiũ.Dosis eius est a granis.vi.usq; ad.xij.

Et fortasse datur in potu scamonea sola in iuleb.

Secunda medicina est ſcamonea ſola cum iuleb:& licet per iuleb abſolute prolatum debeamus intelligere factum ex zuccaro & aqua:tamen in hoc caſu melius eſt vt accipiatur iuleb roſa.unc.i.ſcamoneæ præparatæ in citonio a gran. v. uſque ad viij.miſce & cum ſufficienti quantitate aquæ diſtemperetur, & debite calidum bibatur.

Et fortaſſe eſt neceſſarium adminiſtrare quæ ſunt ſicut aloe: quando materia eſt groſſa: & melius quidem eſt vt abluatur,& nutriatur cum aqua endiuiæ: & aqua ſolatri: deinde fiant ex eo pilulæ.

Tertium ſolutiuum eſt aloe calidum in ſecundo,ſiccum in tertio ſoluens choleram groſſam, & phlegma,aperiens orificia uenarum cum aperitione uenarum ſanguinem emanare faciente: nocumenta eius corrigantur abluendo ipſum,& nutriendo cum aqua endiuiæ & ſolatri: ut dicit Auicen. Sed nota differentiam eſſe inter lotionem,infuſionem, & nutricationem. Lauare enim medicinam non eſt niſi mundificare eam cum aliqua re liquida, & proijciatur, & fiat lotio multotiens ſecundùm exigentiam. Infundere uero medicinam eſt ut rei infuſæ uirtus maneat in liquore illo in quo infunditur. Nutriri uero eſt medicinam uigorare,aut conſolari per illud cui infuſa eſt: docet ergo Auicen.ablui aloe: & poſtea nutriri cum aqua endiuiæ & ſolatri. nam ſic lotum,& nutritum erit conuenientius in febribus. Doſ eius apud Meſue factis ex eo pilu. uel in puluere ſumpti cum aliquo liquore pauco eſt ab aur.5. uſque ad drach.ij.Sed in infuſione ab aur.i.uſque ad.3. Ego cõmuniter do.drach.i.aut ſcrup.iiij.& facit operationem ſolennem in cholera groſſa uiſcoſa & phlegmate. eſt medicina qua multum confido:nec in eo opportet eſſe cuſtodiam.

Myrabolanos vero citrinos quidam adminiſtrauerunt:ſed non inuenitur ab eis intentio ſecundum quam operentur: conſtringunt enim poros eius poſt ſolutionem ventris: & exaſperant viſcera eorum: quòd ſi fuerint neceſſarij,tunc adminiſtrentur poſt digeſtionem integram.

Quartum ſolutiuum eſt myrabolani: & cum multæ ſint ſpecies loquitur hic de citrinis: quia frigidi ſunt in primo gradu: & ſicci in ſecundo ſoluunt choleram,& poſt ſolutionem derelinquunt ueſtigium conſtrictionis.propterea dicit Auice. quòd non inuenitur ab eo ſcilicet Raſi intentio ſecũdum quam operentur. conſtringunt enim poros, & meatus poſt ſolutionem uentris,& exaſperant uiſcera corrugando ea.unde ſubdit Auicen. quòd ſi fuerit neceſſarium adminiſtrentur poſt digeſtionem integram ſcilicet materiæ facientis febrem.

Pro ſolutione dubij hic ſoliti moueri utrum myrabolani cõueniant in febribus putridis præmittendum myrabolanos eſſe quincuplices ſcilicet citrinos euacuantes choleram. indos euacuantes melancholiam. chebulos, belliricos, emblicos euacuantes phlegma. Omnes ſunt frigidi ſicci, & ſtyptici poſt ſolutionem conſtringentes: Et hi omnes præter euacuationem electiuam de qua ſupra, euacuant comprimendo quæ euacuatio compreſſiua non extenditur ultra ſtomachum, & inteſtina. Præmittendum ſecundo,quòd myrabolanos cõuenire in febribus poteſt tripliciter intelligi: aut ratione febrium, aut ratione aliarum diſpoſitionum, quæ febribus coniunguntur.Item quòd ipſi adminiſtrati ſoli conueniant, uel cũ alijs medicinis compoſiti. Et ſi ſoli aut ſecundum ſubſtantiam adminiſtrati,aut in decoctione,uel infuſione.

Quibus præmiſsis ſit hæc prima concluſio. myrabolani ſiue ſoli adminiſtrati,ſiue cum alijs medicinis compoſiti,& tam ſecundum ſuam ſubſtantiam quàm in infuſione, aut decoctione conueniunt febrientibus ratione aliarum diſpoſitionum quæ febribus complicantur,ut puta ratione fluxus ad ſiſtendum,& confortandum ſtomachum & inteſtina. Hæc concluſio eſt de intentione auctorum & communiter operantium. Secunda concluſio. myrabolani ſoli ratione febrium non conueniunt ante digeſtionem completam: ſed bene poſt digeſtionem, & euacuationem ad cõfortandum membra lapſa ex ægritudine, & cæteris euacuationibus præcedentibus. hæc concluſio eſt de intentione auctorum in parte præſenti. Tertia concluſio. myrabolani cum alijs medicinis permixti tam in ſubſtantia, quàm in decoctione,aut infuſione conueniunt in febribus ante digeſtionẽ completã.probatur. quia cũ ſcamonea permixti conceduntur ad frangẽdum eius acuitatem,& comprimendum eius ſolutionem ſuperfluam. Et ſimiliter cum caſsia & manna ad corrigendum eius ſuperfluam lenitionem cum ſine his præmixti noceant oppilando: aut conſtringendo: ut dicit Raſ.16.Continentis.capitulo de ſequentibus febres.& ita iubet Raſ.10.Alman.permiſceri eos cum manna. Quarta concluſio.ſoli ſecundum ſubſtantiam adminiſtrati magis ſunt apti obeſſe quàm in decoctione,aut infuſione: probatur quia ſecũdùm ſuam ſubſtantiã adminiſtrati ſunt magis apti oppilare & conſtringere quàm in decoctione,aut infuſione: cum uis ſtyptica non tanta remaneat in infuſione, aut decoctione quanta eſt in ſubſtantia. Quinta concluſio. myrabolani maxime timendi ſunt in corporibus aptis ad oppilationes. Et ex his manifeſtum eſt in quibus caſibus myrabolani conueniant & in quibus non. Lites autem inter Auicen. & Raſim omitto. ſunt enim a propoſito diſcordes. Si qua tamen eſt uia ſedandi eorum diſcordiam poteſt elici ex concluſionibus præcedẽtibus. Morem autem utendi myrabolanis & doſim eorum habes a Meſ ſed pro curatione fe.raro medici utuntur eis ſolis:ſed ſecundum plurimum cum alijs medicinis permiſcent in pilulis, pulueribus,& potionibus ſecundum quòd eſt expediens.

Et aqua duorum granatorum eſt maximi iuuamenti expreſſa cum pulpis amborum.

Hoc eſt quintum ſolutiuum.Aqua ſcilicet duorum granatorum dulcium,& acetoſorum eſt maximi iuuamenti: & expreſſa cum pulpis amborum,ideſt cum tota ſubſtantia eorum derelictis corticibus exterioribus: & in horis ideſt poſt digeſtionem materiæ & minorationẽ.Recepta poteſt ſic ordinari.Recip.ſuccorum utriuſque ab unc.4.uſque ad.vi.zucca. drach.ij. miſce. Soluit enim hæc medicina tum leniendo ratione ſucci granati dulcis.tũ pungendo & ſtimulãdo ratione ſucci acetoſi. tum abſtergendo, & ſtimulando, & leniendo ratione zucca. tum comprimendo ratione granati.non credo electiue ipſam ſoluere: qua propter exiſtimo ut educat ſolum ea quæ ſunt in ſtomacho,& inteſtinis,& uenis meſeraicis. Et in principio cõuenit hæc medicina ad educendum materias communes, quæ ſunt in ſtomacho,& inteſtinis,& locis propinquis.Et nocumẽtum ſiccitatis corrigitur per zuccarum,& ſuccum granati dulcis qui eſt lenitiuus. Eſt autem granatum dulce frigidum & humidum in primo gradu. Acetoſum frigidum & ſiccum in ſecundo. Muzuz uero quod ſub acetoſo cõtinetur eſt medium inter hæc ualent in febribus acutis, licet dulce nocere poſsit in acutis ſua dulcedine qua eſt in choleram cõuertibile.

Et quando in horis de ſolutiuis ſunt, quæ fiunt ex violis & ſcamonea: ita vt de violis ſit quantitas aur.i. & de ſcamonea vſque ad ſiliquam.i. & quandoque ponitur in eis parum methæ.

Hoc eſt ſextum ſolutiuum. Recip. uiolarum aur.i.menthæ. drach.i.ſcamoneæ correctæ ſiliquã. i. ideſt põdus.iiij.granorũ hordei.bulliant uiolæ & mentha in.iiij.unc. aquæ ad conſumptionem medietatis: ſed uiolæ ponantur in fine decoctionis colentur cũ expreſsione cum qua decoctione colata miſceatur ſcamonea.uiolæ enim infrigidant,& humectãt, & ſoluũt choleram.mentha uero calida, & ſicca ponitur pro confortatione ſtomachi.

Et quandoque fit ex infrigidantibus extinguentibus medicina, in qua ponitur ſcamonea: ſicut pilulæ huiuſmodi. Recip.coriandri.ſpodij.roſarum. an. drach. 5. camphoræ toſugi.i. ſcamoneæ a duodecima parte drach.i. & uſque ac ſextam partem eius.

Septimum ſolutiuum factum ex infrigidantibus, extinguentibus, propterea ualet in febribus multæ flammæ. Recip. coriãdri,ſpodij,roſarum quæ ſunt frigidæ & ſiccæ an.drach.i. camphoræ frigidæ in tertio & ſiccæ cordialis, toſugi.i. & eſt pondus.iij.granorum hordei.ſcamoneæ a duodecima parte drach.

te drach.i.vſque ad.vi.ideſt.a.v. granis vſq; ad.x.miſce formãdo pilulas cum aliquo liquore ſicut cum aqua endiuiæ aut acetoſæ: vel poſſet fieri puluis,& poteſt totum hoc exhiberi vna vice. Quòd ſi homo eſſet facilis ventris,poſſet diuidi in duas medietates: nam de ſcamonea dantur.xi. grana.& nullum eſt hic aliud ſolutiuum.

Et detur in potu de eis aliud.Recip.ſiracoſt.drach.v.tereniabin.drach.v.ſucci pomorum de ſeni.ſucci citoniorum partes æquales,ſucci coriandri humidi ſextam partis vnius.aggrega ſuccos: & ſubmerge in eis ſiracoſt & tereniabin.& inſpiſſetur cum eis donec fortaſſe coagulentur: deinde ſume cãphoræ pondus ſextæ. drac.i.& medietatis ſextæ ſcamoneæ. drac.i.& pone ſiracoſt ſuper ignem,& pulueriza de ſuper cãphoram,& ſcammoneam: & conſeruetur ne reſoluatur cum vapore: deinde dimittatur donec coaguletur per ſe cum facilitate: & doſis eius ſit a drach.ij.vſq; ad drach.ij.& .5.

Octauũ ſolutiuũ.Recip.ſiracoſt.drach.v.tereniabin. drach. v.& ſunt ſpecies mannæ.ſed non habemus niſi vnam ſpeciem. dentur ergo mannæ drach.vij.ſucci pomorum de ſeni.i.de regione illa: loco quorum capimus poma odorifera dulcia ſicut apia: aut acria ſicut poma quædam rubea apud nos reperta:& hæc ſunt frigida & humida cordialia ſucci citoniorũ quæ ſunt frigida,ſed ſtomachica,& ſcamoneæ correctiua, partes æquales:ſed poſſumus accipere.añ.vnc.i.ſucci coriandri humidi.i. recẽtis frigidi & ſicci ſextam partem vnius ſcilicet drach. i. 5. & miſce ſuccos ponendo eos ſupra ignem donec aliqualiter inſpiſſentur,& ſubmerge in eis mãnam, & inſpiſſetur cum eis ideſt optime miſceãtur donec fortaſſe ideſt quaſi coagulentur deinde ſume camphoræ ſextam partem.drah.i. & medietatem ſextæ & ſunt.xv.gra. ſcamoneæ. drach. i. & pone mannam & ſuccos ſuper ignem,& pulueriza deſuper camphoram, & ſcamoneam & ſeruentur, ne reſoluantur vaporando: deinde dimittantur ſuper lento igne donec coagulentur cum facilitate. Doſis eſt a.drach.ij.vſq; ad drach.ij.&.5.& eſt medicina ſolennis qua deberemus vti in cauſone, tertiana pura, continua, & interpolata. fac quòd de ſcamonea ſumãt a granis.v. vſq; ad.x. ſm exigentiam repletionis,ſtypticitatis ventris, & virtutis.

Et eſt poßibile vt fiat ex tereniabin: & ſiracoſt, & zuccaro tabarzet natiſ.i.formæ quæ ſunt ſicut penidiæ,et ponitur in ea ſcamonea & camphora ſecundum quantitatem quæ cadit in vna potione eius,& camphoræ vſq; ad toſugi. i. & ſcamoneæ vſq; da ſextam drach .i. quare fit tunc animæ non horribile.

Ponit nonum ſolutiuum,& eſt poſsibile vt fiat ex mãna, & zuccaro optimo natiſ.i. formæ, quæ ſunt penidia: & cum his ſcamoneæ & camphorę quantitas quæ cadit in vna potione. verbi gratia camphoræ toſugi vnum ideſt tria gra.ſcamoneæ vſq; ad.x.gra.quare fit hæc medicina animæ & guſtui non horribile :immo placidum.Iſtæ medicinæ ſolutiuæ quas Auic.ponit hic,licet ſint bonæ, pro magna tamen parte ceciderunt ab vſu. Vtimur autem loco harum electuario diaphœnicone deſcripto a Meſue, diaprunis cõpoſito, quàm ſolutiuo Nicolai. Aloe tamen apud me remanſit in vſu in euacuatione choleræ & phlegmatis in quo multum fido: & ſi ſit multa caliditas facio ipſum lauare,& nutrire ſicut præcepit Auic. Et quandoq; ſecum miſceo pro.drach.i. vnum granum, aut duo camphoræ quando fe.eſt intenſa.Et Auicen.hic ſolũ poſuit ſolutiua choleræ omittens ſolutiua phlegmatis & melancholiæ. Itẽ omiſit digeſtiua: ſed in particularibus capitulis inuenies digeſtiua, & ſolutiua,& reliqua neceſſaria ad curam febrium ſecundùm ipſarum exigentiam.

Et febricitãs quidem in æſtate febre frigida: non ingrediatur domum venti proprie quando ſudat: vt non conuertatur materia a reſolutione ſua.

In parte præſenti ab initio diuiſa Auicen. ponit tres canones in quibuſdam febribus obſeruandos. Primus canon febricitans in ęſtate febre frigida ſcilicet phlegmatica, aut melancholica: non ſtet in domo ventoſa, & proprie quando ſudat, ne materia prohibita a reſolutione ſua conuertatur interius.& ĩ hoc caſu expreſſe locutus eſt de materia frigida: quia eius difficilior eſt reſolutio.obſeruandus tamen eſt in quacunque materia. nam perflatio, & flabellatio eſt apta nocere in quocunque febriente febre putrida prohibendo materiæ reſolutionem. vbi tamen cauma eſſet magnum, aut ſudor ſuperflueret coacte concederetur.eſt tamen bonum in omnibus febribus putridis feneſtris apertis renouare aerem cameræ, vt vapores fætidi exhalent: & vt aer ſuffocatus tranſpiret, & infrigidetur maxime in febribus acutis, & proprie peſtilentialibus.

Et trochiſci quidem non ſunt conuenientes principijs harũ febrium,niſi poſt digeſtionem,& euacuationem. Et trochiſci quidem ſunt magis conuenientes ei cuius febris eſt adhærens in ſuo ſtomacho,quaſi ipſa ſit hectica.

In parte iſta ponit ſm canonem in quo implicãtur tres propoſitiones. prima trochiſci non ſunt conuenientes in principijs febrium putridarum.ſecunda non cõueniunt niſi poſt euacuationem & digeſtionem.tertia trochiſci magis ſunt conuenientes ei cuius febris eſt adhærens in ſuo ſtomacho, quaſi ipſa ſit hectica.

Dubitatur vtrum trochiſci conueniant in febribus putridis ante digeſtionem.arguitur quòd ſic.in principio ante digeſtionem competunt digeſtiua.ſed aliqui trochiſci ſunt huiuſmodi ergo, &c. tenet conſequentia.& antecedens eſt manifeſtum: quia trochiſci de camphora digerunt materiam calidam ſubtilem.& trochiſci de cappare,de eupatorio, & de ſpica materiam frigidam. In oppoſitum eſt hic Aui.& infra in hoc capitulo de cauſone.

Pro ſolutione præmittendum quòd troch. dicuntur a trochos gręce idem ſonãte quod rota: ſunt enim trochiſci in forma rotæ.Inuenti autem ſunt vt medicinæ ſm ſuam ſubſtantiã melius conſeruarentur,quarum vſus eſt neceſſarius cum aqua ſyrupi & huiuſmodi in quibus ſola virtus & non ſubſtantia ingreditur non ſint tantæ impreſsionis quanta eſt neceſſaria aliquando in alterando, aperiendo,& prouocando, & faciendo huiuſmodi operationes medico neceſſarias. Præmittẽdum ſecundo quòd trochiſci quidam ſunt infrigidatiui, quibus vtimur in febribus calidis ſicut trochiſci de cãphora, de violis & ſimiles. Quidam calefactiui quibus vtimur in febribus frigidis ſicut trochiſci de reubarbaro, de eupatorio, de capparis, & ſimiles & ſunt cum hoc ſubtiliantes aperitiui,& prouocantes & ſimiles habentes virtutes quæ pertinent caliditati. Trochiſci autem frigidi ſunt duplices: quidam ſicci ſtyptici ſicut quidam trochiſci de roſ. trochiſci de berberis, de ſpodio & ſimiles.Quidam humidi lenitiui vt trochiſci de violis. Item facti ex ſemine citoniorum,violis,ſandalis,mucillagine piſilij & ſimilibus. Trochiſci vero calefactiui facientes in febribus frigidis quidam ſunt leuiter aperitiui ſicut ſunt trochiſci de ſeminibus ſcilicet aniſo,fęniculo & ſimilibus. Quidam fortiter vt de aſaro,rubea & ſimiles.

Quibus præmiſsis ſit hæc prima concluſio. In feb.calida nõ conueniunt trochiſci ſicci ſtyptici.ratio quia coarctant & conſtringunt materias, & vias oppilant quibus debent educi. Secunda concluſio in febre calida multæ inflammationes cõpetunt ante digeſtionem trochiſci frigidi humidi lenitiui.probatur.conferunt enim notabiliter infrigidando, & non coarctant materias neque oppilant. Tertia concluſio. ſi febris non ſit multæ inflammationis ſufficiunt aquæ & ſyrupi infrigidantes. probatur. ſufficienter enim infrigidant & humectant & non ſunt guſtui horribiles, ſicut trochiſci. Quarta concluſio.trochiſci infrigidantes quanuis ſint ſtyptici, cõueniunt digeſta materia & pro parte euacuata. probatur. quia remouent caliditatem remanentem poſt euacuationem, & confortant membra laſſa, & forſan exiccant reſiduum materierum. ideo dixit Auicen.niſi poſt digeſtionem, & euacuationem.Similiter in trochiſcis calidis quibus vtimur in febrib. frigidis quatuor ſunt ponendæ concluſiones. Prima in feb. frigidis in principio non copetunt trochiſci calidi fortiter aperitiui.

Ratio quia agitant materiam & eam difformiter exiccãt & ingrossant:& quandoq; mouendo materias ad meatus angustos oppillant. Secũda cõclusio.in feb.frigidis in principio possumus uti trochiscis leuiter aperitiuis proprie si materia sit in stomacho,& locis propinquis.probatur.quia indigemus medicinis quæ moram trahant in locis illis,ut melius perficiãtur operationes quas intendimus. Ex quo sequitur ꝙ in phlegmaticis febribus frequẽtius quàm in alijs huiusmodi trochisci cõueniunt. Tertia conclusio.si materiæ sunt in uenis & locis distãtibus & angustis cõuenientiores sunt syrupi, & aquæ quàm trochisci.probatur:quia magis penetrant. Quarta conclusio digesta materia & minorata conueniunt trochisci magis aperitiui.probatur.quia tunc non timentur nocumenta de ingrossatione materiæ & opilatione quæ timentur in principio: & cum hoc iuuant ad digestionem & expulsionem materiæ. Nota tamen ꝙ conclusiones positæ intelliguntur in cura regulari & merito curationis feb.nam coacte & merito aliarum dispositionum quæ aliquando febribus coniunguntur, damus trochiscos stypticos ab initio,ut quando febri cõiungitur fluxus. Consimiliter aliquando coacte damus trochiscos in principio fortiter aperientes & prouocantes,ut quando esset retẽta urina aut esset aliud simile accidens febri complicatum. Et ex his manifeste sunt primæ duæ propositiones in textu præsentis canonis implicitę. Sed pro declaratione tertiæ propositionis sciendum ꝙ per feb.adhęrentem stomacho quasi sit hectica debemus intelligere caliditatem fixam & habituatam in substantia stomachi.hæc enim non est hectica nisi procedat a caliditate cordis. Est. n.necessarium iuxta superius determinata ad esse febris ꝙ sit procedens a corde.ubi ergo esset caliditas affixa stomacho non procedens a corde hæc non esset hectica sed quasi hectica:quia fixa & habituata.pro hac remouenda conueniunt magis trochisci quàm aquæ & syrupi quia magis infrigidant.tum quia plus est in eis de multitudine formæ: tũ quia longiorem moram contrahunt in stomacho.hæc autem caliditas potest esse facta in stomacho a pręsentia ciborum,& humorum calidorum qui longam moram in stomacho contraxerũt, quæ potest diu remanere:& post ipsorum a stomacho eductionem.& similiter intelligi potest de quacunq; mala complexione stomacho affixa,& cuiq; alteri membro.

Et dimissor consuetudinis in regimine suo sentit febrẽ quandoque: & non est tantum nocumentum, quoniam causa eius est dimißio consuetudinis in regimine.

Tertius can. quando dimissor consuetudinis in regimine suo incurrit febrem, non est tantum nocumentũ supple quantum esset si proueniret ab aliqua causa corporea:quoniam causa huius febris est dimisio consuetudinis in regimine: & non causa corporea:cuius aliquando difficilis est remotio.lapso.n. redeunte ad suam consuetudinem,uel ad aliquod sibi proportionabile facile redibit ad pristinam sanitatẽ. huius exempla multa dari possunt quæ subtaceo breuitati indulgẽs. prolixior enim fui quàm ab initio decreuerim. Vtrum autem liceat miscere digestiua cum solutiuis est quæstio soluta de mente medicorum.habemus.n.plurimos syrupos traditos ab auctoribus in quibus solutiua cum digestiuis miscentur, sicut syrupus de epithymo. Et est de intentione Auerrois septimo colliget. & Auic.hoc confirmat tertio cañ. in capitulo de singultu ponens quandam medicinam qua verificat,quæ est partim solutiua,partim prouocatiua, partim digestiua, & partim stomachi confortatiua. Et sic dei gratia sit finis expositionis huius difficilis capituli.

De cibatione febricitantium in generali. Cap. VIII.

SCias quòd conuenientiores cibi febricitantibus sunt cibi humidi,& proprie ei cuius complexio est humida ex infantibus,& graßis:conueniunt enim ex hoc, quòd assimilantur complexioni, & ex eo,quòd sunt contrarij ægritudini.

Cum Auic.in capitulo præcedenti posuit canones vniuersales pro curatione febrium putridarum,decet ut in hoc capitulo doceat cibare hos febricitantes putridæ: & hoc est quod dicit rubrica huius capituli. Habet hoc capitulum tres partes. In prima docet conuenientem qualitatem cibororum. In secunda horam cibationis. In tertia species diætæ. secunda ibi§Cumq; accidit febris §tertia ibi§Et scias quòd de cibatione.§ In prima parte dicit scias quòd conuenientiores cibi scilicet febricitantibus febribus putridis sunt cibi humidi, & proprie ei cuius complexio est humida ex infantibus idest pueris: & grasis idest carnosis. conueniunt enim his scilicet pueris & carnosis.tum quia asimilantur eorum complexioni humidæ quæ conseruantur similibus. tunc quia sunt contrarij ægritudini scilicet febri quæ est uirtualiter morbus siccus: & hic est aphorismus.27.primæ particulæ.humidæ diætæ &c. Primo notandum.quòd per cibos Auicen.etiam intelligit potus:ambo enim debent esse potentia humidi,& etiam ſm plurimum melius ùt etiam cibi sint actu humidi idest liquidi. sic enim per eos corpus melius humectabitur. hæc uera sunt sumendo indicationem a febre quæ est siccitas uirtualiter: quia absolute hæc non sunt semper uera: cum nontingat aliquando corpus febriens esse ualde lapsum ad humidum: ad cuius lapsum medicus haberet maiorem intentionem quàm ad febrẽ: & idem sentiendum est de cibis frigidis, qui semper cõueniũt in ratione febris: licet aliquando ratione humoris, aut lapsus ad frigidum complexionaliter disconueniant. Expresit autem Aui.magis humidos quàm frigidos:quia maiora nocumenta possunt contingere ex frigidis quàm ex humidis febrientibus scilicet oppilationes humorum,incrudatio,& similia. ideo ſm plurimum cibi humidi sunt cõuenientiores,quàm frigidi & multo magis quàm sicci. Secundo notandum. quòd corporibus naturaliter humidis,siue merito ætatis, siue merito complexionis competunt humidiora intensiue, quàm corporibus naturaliter siccis ambobus æqualiter febrientibus supra proprium temperamentum.potentius tamen humida conueniunt siccis quàm humidis. Prima pars huius conclusionis probatur de intentione eius in hac parte: & præter rationem eius est alia efficax.quia cibi minus humidi quàm sit corpus naturaliter humidum non possunt ipsum humectare: cum nihil agat ultra gradum proprium: quin tñ humectabunt corpus naturaliter siccum:quia habebũt plus de humiditate quàm ipsum. Secunda uero pars conclusionis est manifesta: quia ubi est maior resistentia,ibi deberet esse maior potentia, sed maior resistentia humectantibus est in corpore naturaliter sicco quàm in corpore naturaliter humido,ipsis æqualiter febriẽtibus respectu proprij temperamenti. Vnde reducendo ad actum practicum dabimus corpori sicco gratia exempli,cibos humidos in primo sed in magna quantitate:sed humidis cibos humidos in secundo in pauca quãtitate.hi enim sunt intensius humidi quàm priores.sed priores potentius humidi ratione maioris multitudinis formæ quam potentius humidi ratione maioris multitudinis formæ quam potentia rei insequitur. Et eadem sententia est de frigidis exhibitis corpori calido, & frigido æqualiter febrientibus respectu proprij temperamenti.

Cumq; accidit febris: et natura est sicca,non cibes penitus, dum non egreditur perfecte fæx, et oportet ut occurrant eis paroxysmi periodici,et paroxysmi qui sunt fortes uentribus ipsorum vacuis,in quibus non sit cibus omnino: nam si cibati fuerint in illa hora,occupabitur natura in digerendo,et dimittet digerere,et expellere,et confirmabitur ægritudo,et prolongabitur. Et proptet illud oportet ut postponant cibationem usq; ad declinationem,et in eo quod est post ipsam. Et si accidat forte ut hora declinationis sit hora consuetudinis in cibo: tunc est melius quàm esse potest.

Hic docet horã cibationis dans duos canones.Primus non cibes febrientẽ penitus.i.nec cibo multo,nec pauco nisi mundatis intestinis a fęcibus perfecte.i.sufficiẽter:& nõ intelligas perfecte.i.totaliter.hoc.n. esset valde difficile & nõ fieret absq; ægri debilitate: immo semper bonum est ut in intestinis remaneat aliquid fæcis in qua uoluptentur. sed educendæ sunt fæces duræ quæ diu steterint in intestinis. harum enim præsentia cum multæ sunt cibum vaporibus suis putridis

corrumpunt:

corrumpunt: posset etiam sequi colica: & hæc in cura regulari intelligenda sunt, & in homine qui consueuit ascellare semel aut pluries in die naturali. In his enim qui naturaliter nõ ascellarent nisi semel alternis diebus, aut rarius non esset tãta necessitas. Secundus canon oportet quòd occurrant eis scilicet febriẽtibus paroxysmi periodici idest febrium interpolatarum & paroxysmi qui sunt fortes idest exacerbationes continuarum vẽtribus idest stomachis ipsorum vacuis in quibus non sit cibus omnino. Et hic est apho. primæ particulæ. In paroxysmis subtrahere oportet: apponere enim læsio est. Nã si his aduenientibus cibati fuerint, natura occupabitur circa cibum & dimittet digerere, & expellere materiam tam coniunctam, quàm antecedentem: & confirmabitur ægritudo & prolongabitur paroxysmus & tota ægritudo. Secundo dicit quòd propter illud oportet vt postponant cibationem vsque ad declinationem scilicet particularẽ: & in eo quod est post ipsam declinationem idest vsque ad tempus quietis scilicet perfecte in interpolatis, aut maioris quietis possibilis in continuis. Et hæc est sententia Hippo. primo regiminis acutorũ in fine. Tertio dicit quòd si forte accidat vt hora declinationis scilicet particularis sit illa in qua ille qui est æger fuerit cõsuetus cibari tempore sanitatis, est melius quod esse potest. cum natura multum gaudeat consuetudine. Sed nota quòd si tempus inter finem vnius paroxysmi, aut exacerbationis, & principium alterius sit modicum: medicus debet esse multo magis sollicitus de principio alterius, quàm de declinatione precedentis. cibandus ergo est æger potius in paroxysmo precedente idest ante initium paroxysmi sequentis tanto tempore quòd cibus in aduentu paroxysmi sequentis sit digestus saltem prima digestione: hoc autem tempus diuersificabitur secundùm quantitatem cibi, & secundùm facilem aut difficilem eius digestionem & tertio secundùm potentiam stomachi digerentis. nam medicus inter omnia tempora particularia debet esse magis sollicitus de principio, ne æger cibetur in eo. secundo de statu. & tertio de augmento. & quarto de declinatione. Et si non potest principium vitare det cibos minus corruptibiles sicut ptisanam, panem lotum, & similia.

Et scias quòd de cibatione & regimine est, quod est subtile valde. et de eo quod est grossum valde: et de eo quod est inter illa: et est pars eius decliuis ad subtile plus et pars eius decliuis ad spissum plus.

In parte præsenti ponit species dietæ, vt doceat illas eligere secundùm exigentiam. habet hæc pars duas partes. In prima ponit species diete. In secunda docet eas eligere. secunda ibi§ Et subtiliationem quidem.§ Prima pars interum in duas. In prima nanque enumerat eas. In secunda declarat secunda ibi§ Et subtile vltimum. In prima dicit, scias quòd de cibatione, & regimine est aliquod quod est subtile valde .i. diæta valde subtilis. Et de eo est quod est grossum valde .i. diæta grossa valde: & est quod est medium inter illa idest diæta media inter subtilissimam & grossissimam: & istius diætæ mediæ est pars eius quæ declinat ad subtilem plus idest ad diætam subtilissimam. & pars eius quæ declinat ad grossum plus idest ad diætam grossissimam: & tu supple quòd est pars eius quæ est media inter hæc extrema diætæ mediæ inter grossissimam & subtilissimam.

Et subtile vltimum in subtilitate est prohibitio cibi: et grossum valde, est administratio ciborum sanorũ hominum.

In parte præsenti declarat species diætæ. & primo subtilissimam. secundo grossissimam. tertio mediam inter illas. secunda ibi§ Et grossum valde.§ tertia ibi§ Et illi qui.§ In prima parte dicit quod diæta tenuissima est prohibitio cibi idest nihil cibi exhibere. In secunda dicit quòd diæta grossissima est administratio ciborum sanorum hominum sicut carnis bouinæ, porcinæ & similium: habentium tamen magnam latitudinem secũdùm quantitatem, & varietatem eorum quæ exhibentur. Primo notandum quòd diæta descriptiue est regimen in cibo & potu debitum secundùm exigentiam eius cui exhibetur: & hoc regimen habet latitudinem magnam terminatam a subtractione cibi penitus vsque ad diætam sanorum: & ambo extrema huius latitudinis: & similiter medium inter illa habet latitudinem. quæ res manifesta est in diæta sanorum quę est grossissima & in diæta media. sed in diæta tenuissima declaratur. Nam quandoque prohibetur cibus per vnam diem naturalem: quandoque per tres dies: certum est ꝙ illa quæ subtrahit cibum per maius tempus est magis tenuis.

Sed dubitatur an sit dare febrem, in qua nullus cibus competat. videtur quòd non. per Hippo. primo regiminis acutorum dicentem. Caue ne vna die permittas ægrum esurire.

Amplius in febre dandum est, quod valet contra febrem. sed talis est diæta humida. prima apho. Amplius in statu & ante statum est aliquid afferendum. prima apho. In contrarium est hic Auic.

Ad hoc dubium dicendum est de intentione auctorum ꝙ est dabilis febris acuta in tertia die terminanda in qua secundum auctores nihil cibi esset exhibendum: & ipsius exhibitio forte occideret diuertendo naturam a pugna contra materiam: nec de hoc mireris. iam vidi mulierem patientem fluxum ventris quæ stetit propter obstinationem octo diebus absque cibo, nec bibit nisi aquam: quæ tamen in fine dicti tẽporis liberata est & a febre & a fluxu. Et aliam vidi propter impotentiam deglutiendi non comedisse vsque ad septimum, quæ tamen superxiuit. Secundo dico quòd nostro tempore hæc diæta non est obseruanda. Nam dandum est aliquid consuetum prima apho. homines enim nostri temporis magis indulgent gulæ quàm tempore Hippo. Et debemus semper dubitare de casu virtutis: cum nesciamus distincte quantum virtus constet: & quanto tempore constare posset absq; cibo: & fortasse cadente virtute oportebit cibare tempore crisis. propterea melius est ante statum aliquid dedisse. & eo magis, quia nescimus quantum status est longinquus. Præterea. Debemus timere infamiam quam etiam timuit Rasis. 18. continentis capitulo de mirabilibus casibus: ne si æger periret, dicat vulgus nos eum fame occidisse. Est enim honor fere ciuilis vitæ finis. primo hecticorum: & qui non timet infamiam indecens est & inuerecundus. Tertio hecticorum. Preterea. Minor error est declinare ad diætam grossiorem quàm oportet, quàm ad tenuiorem. in tenuibus enim diætis magis peccant ęgrotantes. prima apho. immo non auderem trãsire secũdam diem, quin aliquid exhiberem: sicut aquam hordei, vel aliquid simile. Ratio autẽ quare ægri diutius possunt viuere sine cibo, quàm ipsi sani est: quia quamuis eorum calor sit intensior tempore febris quàm tempore sanitatis & ratione huius magis resoluat humidum: tamen ratione multitudinis caloris est potentior tempore santitatis quàm tempore ægritudinis, & magis resoluens cum calor paucificetur tempore ægritudinis. Præterea. Fames quæ adest tempore sanitatis & non tempore ægritudinis est causa vt magis calor exacuatur: & propter tristem sensationem magis in fame spiritus resoluantur.

Nota mulieris obstinationem.

Sed ad rationes in oppositum suadentes quòd non competat tenuissima diæta, respondetur. Ad primam quòd Hipp. loquitur in febre prolongabili tempore in quo non potest æger stare sine cibo. Ad secundum dicendum quòd aliqua valent contra febrem ex parte vna, quæ magis nocent ex parte altera. Sed ad tertiam dicitur quòd verum est quando status est longinquus supra tertiam diem. In quæstione autem quærente vtrum aliquis febriẽs debeat grossius cibari, quàm ipse sanus, credo tenendas esse has conclusiones. Prima. ꝙ nullus febriens in vnica cibatione grossius cibari debet quã ipse sanus cæteris paribus. probatur: quia virtus digestiua est debilior. Secunda conclusio. aliquis febriens in toto decursu suæ febris grossius cibandus est, quantum ad id quod conuertitur in substantiam eius, quàm ipse sanus in æquali tempore. Tertia conclusio. secundum plurimum febrientes grossius cibandi sunt quantum ad id quod conuertitur in eorum substantiam toto decursu suarum ægritudinum, & suarum neutralitatum quàm ipsi sani in æquali tempore. probatur: cum magis resoluantur in eodem tempore, & oporteat ipsos pristinæ sanitati restitui: & ex huius probatione pendet probatio secundæ conclusionis.

Et illi qui sequuntur latus eius subtile quod est medium, est vt sit contentus in cibo succo granatorum, et iuleb subtili valde: et post ipsum aqua hordei subtilis, et post ipsam

aqua hordei subtilis, et post ipsam aqua hordei grossa, et de oleribus frigidis et humidis sicut attriplices, et spinachia, et bliti et similia et postea Kisch.hordei sicut est, et est medium.

Nunc determinat partes diætæ mediæ: & primo declinantem ad subtilissimam, secundo mediam. tertio declinãtem ad grossissimam: & quia posuerat Kisch hordei medium extollit ipsum multis laudibus: & ipsum comparat ad alia. secunda ibi § Postea Kisch.hordei. § tertia ibi § Et illi qui sequuntur. § quarta ibi § Et Kisch quidem hordei. § In prima dicit quòd illi qui sequuntur latus subtile debent esse contenti succo idest vino granatorum. est enim pauci nutrimenti & frigidi. In secundo loco versus diętam mediam est iuleb subtile idest aqua zuccarata pauci zuccari, & est quasi temperatum: & post ipsum est aqua hordei grossa, de qua infra. Et post ipsam sunt olera frigida & humida sicut sunt attriplices idest chrysolocana: & est dictũ olus aureũ spinacia, blitis, & similia sicut lactuca, & endiuia. Sed cõtra. quia huiusmodi olera sunt diæta sanorum. ergo non sunt diæta subtilis. Respondetur quòd sunt diæta sanorum ad hunc intellectum. quia ipsis vtuntur sani sicut & vino granatorum. sed non sunt dięta sanorum ad intellectum medicorum, quia cum ipsis solis non possent in suo robore cõseruari: debentur tamen ipsa sola ægris pro pauco tempore in ægritudinibus acutis, magis attendendo ægritudini & causæ eius quàm robori virtutis ne crescat materia morbi idest ne/natura diuertatur per diætam grossam a pugna contra morbũ. Postea est Kisch hordei idest ptisana sicut est. i. nõ colata. Sed quomodo fiat ptisana colata, & non colatata dicetur in sequẽti capitulo. & est medium idest diæta media. Quòd autem sit media non potest demonstrari: sed credimus antiquis.

Vtrum tñ kisch hordei sit diæta media per æquidistantiam inter extrema totius diætæ humanę, an solũ inter extrema diætæ conuenientis hominibus ægris: non intendo in præsens determinare, forte vtrumq; potest defendi. Credo tamen intentionem auctorum fuisse ponere ipsam mediam inter extrema diætę ęgrorũ quibus aliquid dat̃ vt patere põt ex dictis Auic. in parte præsenti qui exemplificando nullã facit mentionem de diæta sanorum: nec de diæta tenuissima quæ est nihil dare.

Et illi qui sequuntur latus grossi sunt galli, & gallinæ extremitates, & subtiliores eis sunt alchubugi, & pulli: et subtilius eis sunt alcanzi, & oua sorbilia, pauca, subtilia, & pisces parui: & subtilius eis sunt Kisch ordei sicut est: & subtilius eo est panis similæ solutus in aqua bene frigida solutione bona subtili: grossus autem cibus fortior est eo.

In hac parte declarat partem dietę medię terminatę ad dietam sanorum, incipiens ab extremo grossiori eiusdem tendẽs versus medium. In primo loco ponit gallos satis grossos: nondum tamen coeuntes: & gallinæ extremites scilicet alas ẽm omnes partes quæ sunt extra pectus. In secũdo loco ponit alchubugi. idest perdices & proprie iuuenes. gallos paruos qui interdum a Rasi vocantur gallicelli: femellæ tamen ab auctoribus magis laudantur. In tertio loco sunt alchanzi idest aues paruæ & propriæ ficedulæ, & cum his ponit oua sorbilia pauca: vt puta duo. subtilia idest parum cocta, & pisces paruos petrosos. hi enim sunt pauci nutrimenti, & subtilis. Vltimo ponit Kisch hordei sicut est idest nũ colatum, & est medium. Et deinde dicit quòd subtilior quàm Kisch hordei est panis similæ idest optimæ farinæ frumenti dissolutus in aqua frigida dissolutione bona idest exquisita subtili idest quòd sit multa aqua, & parum panis ita vt bibi possit. Et hic cibus ponitur in latitudine subtilis dietę propter paucitatem panis: lotio autẽ remouet partem fermentalem calidam. Sed apud Azariarum lauatur solum pluries infundẽdo super ipsum aquam frigidã, & non manibus conterendo. grossus autem. s. panis non dissolutus esset cibus fortior existens in latitudine diætæ grossæ: vt puta quando frusta panis non loti bullirent cum aqua, donec fieret cibus, quem panatam appellamus non sorbilis, sed masticabilis. ergo panis vno modo præparatus est in latitudine diætæ subtilis: alio modo in latitudine diætæ grosse.

Et Kisch quidem hordei est bonus cibus. ipsum enim aggregat ad glutinationem, & digestionem suam, & lenitatem, & planitiem, & lubricitatem, & abstersionem, & humectationem, & contrarietatem febris, & sedationem sitis, & velocitatem penetrationis, & ablutionem & non est in eo stypticitas: qua propter non residet neq; figitur in poris, & meatibus quanuis sint constricti, & non est in ea adhærentia cum incedit per meri, & fortasse abstergit spissum phlegmatis: Et quando bona fit eius decoctio, non inflat omnino.

In parte pręsenti Auic. prĩo multis laudibus extollit Kisch hordei idest ptisanam hordeaceam. secundo comparat ipsam ad quædam alia. secunda ibi § Antiqui quidem. § In prima parte dicit ꝙ Kisch hordei est bonus cibus febricitãtibus: quia habet multa juuamenta & nullũ nocumentum. Iuuamenta autẽ sunt: quia habet glutinationem per quam humores nimium subtiles & fluxibiles digerit inuiscando eos. Secundo habet digestionem, quia est facilis digestionis. Tertio lenitatẽ: quia lenit, & mollificat obiectum expellendum. Quarto planitiem quia remouet inequalitates quæ sunt in membrorum superficie, per quas prohiberur euacuatio. Quinto lubricitatem per quam obiectum lubricando expellitur: & hæc lubricitas sequitur ad planitiem, & lenitatẽ de quibus supra. Cum enim obiectum expellendum est factum lene ẽm eius superficiem & via per quam transit est facta plana facile lubricat obiectũ expellendum. Sexto habet abstersionem per aliquas partes subtiles separantes humorem adhærentem a membri superficie. Septimo habet humectationem prohibentẽ corporis exiccationẽ. Octauo habet contrarietatem febris: cum febris sit calor: sed Kisch.hordei sit frigidum. Nono sedat sitim infrigidãdo & humectando, & humidum roridum restaurãdo. Decimo velociter penetrat: quia cito nutrit eo quòd est facilis digestionis & subtilis substantiæ. Vndecimo abluit per aquam & per partes quasdam subtiles, ad quam ablutionem sequitur mundificatio meatuum. Duodecimo nõ habet stypticitatem propterea nõ residet nec figit̃ in poris & meatibus qui sunt ampliores quã pori: quamuis sunt constrincti siue naturaliter siue præternaturaliter. Decimotertio non est in eo adhærentia cum incedit per meri cũ sit applanatiua superficiei eius, nec habet viscositatem magnam qua adhæreat. Decimoquarto fortasse idest aliquando abstergit spissum phlegmatis scilicet quando spissitudo non est magna. & hoc facit per quasdam partes subtiles: & multo magis hoc faciet si zuccarum sit sibi admixtum. Decimoquinto quando bene coquitur non inflat omnino: humidum enim ventosabile per bonam decoctionem resoluitur: & hoc est quod voluit dicere Auicc. ꝙ Kisch.hordei aggregat. i. adiungit ad glutinationem quę est prima eius proprietas hic posita: decimoquarto alias proprietates de quibus statim dictum est: & hoc Auicen. sumpsit ab Hippocrate primo regiminis acutorum.

Et antiqui quidem vsi sunt vbi necessaria est subtilatio regiminis subtilioris regimine quòd est kisch hordei, & aqua eius, & aqua mellis plurimæ aquæ: quoniam nutrimentum eius est paruum: & quòd ipsa facit penetrare aquam: & eius humectatio, & abstersio, & eius apertio, & prouocatio eius est multum: & caliditas eius est confracta. Et ipsa proculdubio quandoq; addit in virtute additionem quandam, quanuis sit parua: & sequitur eam syrupus acetosus de melle: sed est grossior, & nutribilior & fortioris abstersionis, & incisionis & non est in eo de calefactione de nocumento viscerũ calidorum: quod est in aqua mellis. Nunc autem mel cannæ quod est zuccarum, & proprie mundificatum est melius melle apis licet eius abstersio sit minor abstersione mellis: et similiter syrupus acetosus de zuccaro: et fit sufficientiam in syrupo acetoso: sed fortasse faciet incurrere rasuram intestinorum: et hoc quidem timorosum est in ægritudinibus acutis.

In hac parte comparat Kisch hordei ad quædam alia auctoritate antiquorum. secundo excusat se ab ulteriori determinatione quæ hordei & syrupi acetosi cum de his, & modo utendi eis sit facturus sermonem singularem. s. capitulum quod sequitur. secunda ibi § Et nos ponemus. § In prima parte dicit ꝙ antiqui

antiqui in ægritudinibus in quibus erat necessarium regimem subtilius quàm Kisch hordei vsi sunt & aqua hordei de qua in sequenti capitulo. & aqua mellis plurimæ aquæ supple pauci mellis: quia nutrimentum eius est paucum. Et secundo, quia mel facit penetrare aquam ad membra, ipsis aquam mellis ob sui dulcedinem attrahētibus. Tertio. quia eius.s.aquæ mellis humectatio, abstersio, apertio, & prouocatio est multa: quæ omnia in febribus cōueniūt, & maxime phlegmaticis, aut pendentibus ab humore grosso, ubi non sit multa caliditas: & caliditas etiam eius est confracta. i.remissa per aquam. unde non est apta multum inflammare. Quarto proculdubio addit in uirtute additionem quandā quàmuis parua sit. i. nutrit quamuis eius nutrimentum sit modicum: & sequitur ipsam. s. aquam mellis syrupus acetosus de melle apum. sed est grossior. i. magis spissus habens plus de melle quàm aquæ mellis: & sic est nutribilior, & fortioris incisionis ratione aceti, & fortioris abstersionis ratione pluris mellis, & non calefacit uiscera sicut aqua mellis ratione aceti infrigidantis: ideo quanto est plus acetosum, tanto minus calefacit. Postea subdit mel cannæ quod est zuccarum & proprie mundificatum.i.trium coctarū est melius melle apum, licet eius abstersio sit minor abstersione mellis: & similiter syrupus acetosus de zuc. est melior syrupo acetoso de melle: & sit sufficiētia in syrupo acetoso de zuc. est.n.conueniētior in febribus ₰m plurimū quàm aqua mellis, & quàm syrupus acetosus de melle hn̄s tm̄ abstersionis & incisionis quātū est opportunum. sed fortasse faciet incurrere rasuram.i. excoriationē.s. intestinorum, quæ dicitur dysenteria & hæc quidē .s.dysenteria est timorosa in ægritudinibus acutis in quibus frequentius accidit quàm in chronicis. propterea cauendum est a syruo acetoso in paratis ad dysentenriam, & multo magis in his in quibus inceperit.

Et nos ponemus aquæ hordei potationem: et syrupi acetosi sermonem singularem.

Hic promittit se facturum sermonem singularem. i. capitulum proprium de syrupo acetoso. & aqua hordei: & de modo administrationis eorum. Primo notandum quòd quamuis antiqui & Aui. multum in parte præsenti laudent aquam mellis in febribus tamen non vtimur ea timore inflammationis propter caliditatem, & dulcedinē suam: & magis timēda est ipsius inflammatio tempore nostro in quo est multus usus uini, & rerum calidarum, & humores calidi dominantur. uerum in regione frigida, & in frigidis ægritudinibus possemus uti ea. & similiter syrupo acetoso mellino: & cōueniētior esset quàm aqua hordei & syrupus acetosus de zuccaro. & proprie in his in quibus facile in stomacho acetosatur. Secundo notandum quòd mel apū est calidū & siccū in secundo. Et quamuis fiat ex manna cadente super folijs arborum collecto ab apibus. & ratio huius deberet esse temperatum. tamen apum labor quæ sunt notabiliter calidæ facit ipsum esse calidum, & siccum in secundo. Proportio autem aquæ ad mel in faciendo aquam mellis apud Mesuem debet esse octupla. Si autem vis facere ipsam minus calidam fac crescere aquæ proportionem ad mel: & si times inflationem fac ipsam magis decoqui & si uis ipsam magis solutiuam, fac ipsam minus decoqni. zuccarū aūt tabarzet apud Aui. est calidum in primo: licet ₰m cōmunem opinionem zuccarū trium coctarum sit circa temperiem in actiuis & passiuis.

Et subtiliationem quidē regiminis ægri significat natura materiei, & poßibilitas naturæ in digerendo ipsam, & resoluendo, & euacuando eam.

Cum distinxerit species diætæ exemplificando de eis ostendit hic ea quæ indicant de eis: & primo in generali. secundo in speciali. secunda ibi ‹Et ęstas quidem. ‹Prima in duas. Primo ostendit quæ sunt illa quę indicant subtiliationem. in secunda ostendit quæ sunt illa quæ indicant ingrossationem. secunda ibi ‹Et dignior horarum ad ingrossandum. ‹ Prima in tres secūdum quòd tria sunt quæ indicant subtiliationem: licet etiā ponat uirtutem si consentit secunda ibi ‹ Et dignior horarum ad subtiliationem. ‹ tertia tibi ‹ Et de illis quæ. ‹ Notandum primo quòd per subtiliationem regiminis intelligimus cibi diminutionem, siue non dationem. Omnis enim febris putrida indicat cibi diminutionem respectu eius quod erat conueniēs in tempore sanitatis: & hoc propter materiam ad cuius digestionem, & euacuationem volumus naturam uacare. Secundo notandum quòd per naturam materiæ intelligimus ipsam materiam, & consequenter morbum ab ipsa pēdentem. omnis .n.morbus prout pēdet a materia est principale indicans subtiliationem diętæ: uirtus autem non indicat: sed bene consentit si fortis sit. ipsa enim nō impedita a cibo tota cōuersa circa materiam melius digerit, resoluit, & euacuat: aut si potest, ad benignum reducit. Et de his est sermo primo regiminis acutorum commen.44.

Et dignior horarum ad subtiliationem est status. hic enim est vehementia occupationis naturæ in pugna materiei. Et non oportet vt ab ea recedens occupetur in re alia: et proprie apud crisim: Ante vero illud pugna nondum est confirmata.

In parte ista dicit quòd dignior horarum. i. temporum uniuersalium ad subtiliandum diætam est status. s.uniuersalis quo ad accidētia: quia in eo est maxime natura occupata in pugna contra materiam: & non oportet ut ab ea pugna recedens occupetur re alia.s.cibo. & proprie apud crisim. i. tempore crisis uel parum ante crisim. Sed ante illud liberius cibus concedi potest cū nondum sit pugna confirmata.i.uehemens. Et hic sermo quantum ad primam partem est apho. decimus primæ particulæ. Quando in statu fuerit ægritudo, tunc tenuissima dięta necessarium est uti. Et quantum ad secundā est alia pars apho. Prius uero uberius reficiendum, ut sufficiat ægrotans. Notandum quòd hic canon continet veritatem generaliter de statu uniuersali quo ad accidentia, siue status, quo ad accidētia coincidat cum statu quo ad digestionem materiæ, sicut in morbis reseruantibus materiam ad unicam criticam expulsionem. siue non coincidat sicut in morbis non reseruātibus: tunc.n.maxime subtrahendus est cibus cum est status accidentium & hoc cura regulari. Nam quādoq; coacte timore casus uirtutis oportet tēpore status, immo in ipsa crisi ingrossare diætam dando aquam carnis, uinum. & similia.

Et de illis quæ significant, & faciunt pertinere ad subtiliationem, est vt si sit neceßitas phlebotomiæ, aut solutionis ventris, aut clysteris, aut sedationis doloris: tunc oportet vt des operam ad consumandam illam neceßitatem: deinde ciba si necessarius est cibus, nisi sit prohibens aliud.

In hac parte ponit tertium canonem circa subtiliationem diætę dicens quòd de illis quæ significant subtiliationem diætę est, ut si sit necessitas phlebotomiæ, aut solutionis uentris. s. cū pharmaco, aut clysteri, aut sedationis doloris: tunc oportet ut des operam ad consumendam illam necessitatem: deinde ciba si necessarius est cibus, nisi sit prohibens. Notandum primo quòd stante necessitate alicuius euacuationis debemus primo illam euacuationem facere, deinde cibare. Causa est. quia nō debent fieri huiusmodi euacuationes cibo existente in stomacho. essent.n.causa ut cibus non conuenienter digereretur. aut forte euomeretur. Similiter dolor fortis impedit cibationem diuertendo spiritus a stomacho ad locum dolentem. quare debilitata digestiua, uel retentiua stomachi fit ut cibus, uel male digeratur, uel euomatur. quapropter prius dolorem seda, deinde ciba. dixit tamen nisi sit prohibens: quia propter casum uirtutis, aut timorē casus eius: quandoq; cibamus antequàm phlebotomemus. Et similiter quando dubitamus ne propter phlebotomiā cholera repat ad stomachū: utputa in his qui in phlebotomia parati sunt syncopizare propter raptum choleræ ad stomachum. Similiter quandoq; prius cibamus quàm uentrē soluamus uolendo confortare uirtutem: & de hoc est sermo apud Auic. undecima tertij. capitulo de cura syncopis. ubi dicit quòd quandoq; curatio facit necessarium ut fiat mundificatio. Et si tu times nocumentum eius oportet ut confortes stomachum, & ad bibendum da uinum odoriferum, & ciba cibo laudabili. Quandoq; etiam cogimur prius cibare quàm clysterizare in hominibus quibusdam, qui clysteribus lęduntur cum sint ieiuni propter cās notas, de quibus est multa sensibilitas. Vnde statim commotione facta in intestinis, & euaporatione fiente in eis nocet stomacho: & de eis est multa debilitas stomachi. & sub hac intentione præceptum est in libro Rasis uo-

no continentis. primo capitulo. ꝙ clystere non fiat stomacho ieiuno. quandoq; etiam multa debilitas, & doloris prolongatio cogit cibare ante sedationem doloris. Et propter has causas dixit. nisi sit prohibens. Secũdo posset intelligi nisi sit prohibens scilicet cibare completis his necessitatibus, phlebotomia.n.facta, aut clysteri, aut ventris solutione, aut sedato dolore posset paroxymus superuenire: unde cogeremur postponere cibationem.

Et ingrossationem quidem regiminis significat virtus. Et dignior horarum ad ingrossandum est hora in qua virtus non est valde occupata in materia, & est principium ægritudinis. Et oportet vt succurratur nocumẽto illius ingrossationis cum sparsione: quoniam est leuius super virtutem iterum.

Ponit illa quæ indicant ingrossationem diætę, & dicit tria. Primum ꝙ ingrossationem regiminis significat uirtus. Secũdum ꝙ dignior horarum ad ingrossandum diætam est hora in qua uirtus non ualde occupata est in materia, & est principiũ ægritudinis.s.uniuersale. Tertium quòd oportet vt succuratur nocumento illius ingrossationis cum sparsione.i.diuisione, & exhibitione cibi in pluribus uicibus, quoniam hæc partitio cibi in pluribus uicibus facilius a uirtute toleratur, quàm exhibitio multi cibi vice unica. non. n. potest a uirtute debili digeri. Vnde si febriens consueuit co medere bis in die tempore sanitatis comedat ter: totum tamen sit minus quam tempore sanitatis. Primo notandum ꝙ per ingrossationem non intelligit diætam grossam distinctam cõtra alias species diætæ: sed ipsam cibationem: illud.n. quod de cibo datur non datur nisi propter virtutem. vt enim uirtus nutriatur, & non morbus, cibus datur infirmo. ipsa.n.virtus est cuius gratia cibamus. & non febris. vt Gal. dicit in commento illius apho. Contemplari oportet. Et primo regiminis acutorũ. Sicut ergo morbus siue materia principaliter indicat subtiliationem, siue ablationem cibi, & uirtus est consentiens: sic uirtus principaliter indicat ingrossationem, siue dationem cibi, & morbus est sicut consentiens. Secundo notandum quòd per ingrossationem conuenientem in principio, magis quàm in augmento, & statu inteltigit quamcumq; cibi exhibitionem siue sit diæta tenuis sicut in principio morborum acutorum: siue sit diæta grossa sicut in principio chronicorum. plus.n.cibi debemus exhibere in principio, quàm in augmẽto, & statu vniuersalibus. In declinatione tamen uniuersali debemus grossius cibare, quàm in principio uniuersali. Et hæc uera sunt, & obseruanda in regimine ægri uniuersali cõcernente decursum ægritudinis per omnia sua tempora. Nam in principio plus cibi exhibemus. in augmento minus. in statu adhuc minus, aut nihil & proprie hora crisis. Sed in declinatione grossius diętamus quàm in cæteris: in regimiue tamen particulari propter aliquam causam vrgentem facimus contrarium. nam in principio aliquando multum subtrahimus cibum propter plenitudinem, quæ aliquando est in principio. & non tanta in temporibus sequentibus. quandoq; plus de cibo afferimus in statu timore casus virtutis. Item aliquando in principio subtiliamus diætam, cum ignoramus ægritudinem, vt natura conuersa contra morbum nõ impedita a cibo ipsum superet, aut manifestet: vt dixit Aui. in cura uniuersali febrium putridarum. Et nota ꝙ hoc regimen uniuersale suprascriptum intelligitur taliter esse obseruandum in temporibus uniuersalibus distinctis penes accidentia, & non penes materiam, quando non coincidunt sicut non reseruantibus materiam ad unicam criticam expulsionẽ, de utrisq; simul intelligitur: sed immorbis immaterialibus sicut in hecticis non est hoc regimen uniuersale obseruandum Quandoq; enim grorsius diætamus in augmẽto, & statu quantum ad multitudinem éius, quod debet in substantiam nutriti conuerti, cum sit in his maior resolutio quàm in principio: licet quo ad unam cibationem grossius cibemus in principio, cum uirtus sit fortior. In ephemeris uero magis cibamus in declinatione regulariter licet in principio aliquando notabiliter cibemus cum corpus propter causam præcedentem est prę ter modum resolutum sicut in ephemera ex fame, ex exercitio & similibus. Et nota quòd licet in omnibus ægritudinibus materialibus in principio, augmento, & statu sit minus de cibo offerendum absolute: & quantum ad id quod cõuertitur in substantiam nutriti: in toto tamen tempore declinationis, & neutralitatis conualescentiæ est plus cibi offerendum, quantum ad id quod conuertitur in substantiam nutriti quàm tempore sanitatis: aliter non reduceretur ad pristinam sanitatem, cum ex ægritudine sit consumptus: & accipio ly toto cathegorice. Similiter credo ex eodem fundamẽto quòd in tempore hecticę sit plus cibandum quantũ ad id quod connertitur in substãtiam nutriti, quàm in æquali tempore sanitatis ipsius. plus tamẽ una uice est cibi exhibendum cæteris paribus in sanitate, quàm in aliqua ægritudine nisi forte in fame canina. Horum tamẽ oppositum posset defendi tenendo maiorem posse fieri resolutionem in sanis a calore multiplicato in quanto, quàm in febrientibus a calore maiori intensione, & præcipue exercitantis.

Et æstas quidem propter suam resolutionem indiget additione cibationis, & separatione eius. nam virtus non sufficit ad digerendum illud, quod multum est semel. Et quoniam resolutio in ea est per sparsionem: tunc òportet vt cambium sit per sparsionem.

Hic docet conuenientem cibationem, & electionem specierum diætę magis in speciali. Et habet hæc pars quinque partes. In prima docet eligere conuenientem cibationem secundum tempora anni. In secunda secundum species ægritudinis. In tertia secundum diuersam dispositionem uirtutis. In quarta secundum complexionem. In qninta secundum ætatem. secunda ibi §Er cum intellexeris.§ tertia ibi §Et quaudo scis.§ quarta ibi §Et de corporibus.§ quinta ibi §Et senes quidem.§ Prima in quatuor. nam primo ponit cibationem conuenientem in æstate. secundo in hyeme. tertio in autunno. quarto infert generalem indicationem a morbo sumptam ipsam comparando indicationi sumptæ a uirtute. secunda ibi§ Et in hyeme.§ tertia ibi § Et autunnus quidem.§ quarta ibi§Et scias.§ In prima parte dicit duo. primum ꝙ æstas propter suam resolutionem.s.magnam a caliditate continentis indiget additione cibationis, ꝙ plus de cibo exhibeatur quàm tempore frigido in quo fit minor resolutio. Secundum est ꝙ indiget separatione eius.i. partitione ita quod pluribus vicibus exhibeatur: & non multum cibi vna uice. Et huius partitionis subdit duas causas. Prima. quia uirtus facta debilis proprer nimiam resolutionem in æstate non sufficeret multũ cibum simul una uice digerere. Secunda, quia in æstate resolutio est per sparsionem, idest continua, aut ualde frequens, oportet quod cambiũ.i.quod restauratur loco deperditi sit per sparsionem.i.continuum, aut ualde frequens: ut in omnibus quo ad multitudinem, & continuitatem, uel frequentiam restaurando proportionetur resolutioni.

Et in hyeme est res econtrario: quoniam propter paruitatem resolutionis eius, non facit indigere cambio multo. Amplius si multum dederit cambium subito erit tolerans ipsum, & fortis apud expulsionem eius.

Hic est canon cibationis in hyeme: & uult quòd econtra fiat .s.quod detur minus de cibo quàm in æstate propter paucitatẽ resolutionis non facientem indigere cambio multo. Vult secundo ꝙ detˉ cibus in quantitate maiori una uice: quoniam uirtus est fortis cum non sit resoluta sicut in æstate potens multum digerere cibum, qui est cambium resoluti. & est fortis apud expulsionem eius ad membra nutrienda cum est digestus. Aut aliter apud expulsionem eius.s.superfluitatis quæ in digestionem eius resecantur. Aut tertio apud expulsionem eius.i. quando cibus est expulsus per omnes digestiones, stat uirtus constans absq; cibo nouo pluri tempore: quia non ita dissoluit sicut in æstate. Et ex hoc textu aperte liquet plus de cibo esse offerendum in æquali tempore: ut puta in die naturali in æstate quàm in hyeme. Econtra uero in hyeme minus de cibo esse offerendum in æquali tempore: licet in una uice plus exhibẽdum sit. & per cibum hic intellige cibum & potum. nam per utrumq; humidum deperditum est aptum restaurari. Notandum ne contingat error in expositione huius textus quòd resolutio, & restauratio quantum ad dispositiones sunt motus continui. semper enim calor disponit ad resolutionem humidi, & ipsius restaurationem: sed quantum ad resoluta, & restaura-

ta

ta non sunt motus continui: immo hoc modo resolutio & restauratio sunt mutationnes quæ fiunt in instanti. Nam si hoc modo acceptæ essent continuę sequeretur in quacunq; parte tēporis fore infinita resoluta,& infinita restaurata:& cōsequēter in quacunq; parte temporis infinitum resolueretur, & infinitum restauraretur. Qui tamen tenēt formam substantialem in resolutione depdi succesiue,& in restauratione succesiue acqri possent defendere ipsas esse motus cōtinuos. Et consequēter cōcederēt ꝙ in quacunq; parte tēporis infinita resoluerentur, & infinita restaurarentur. Ex quibus tamen non sequitur quòd in aliqua parte corporis resolutum, & restauratum sit infinitum. Sed his omissis sequendo communem opinionem dicamus de intentione Auicen. in hoc textu quòd plura sunt resoluta, & plura sunt restaurata in æstate quàm in hyeme:& hoc est quod dixit per sparsionem.

Et autumnus quidem est tempus malum: et propter hoc oportet vt subtilietur in eo inter conseruationem virtutis, et inter superationē materiæ,et spargere paulatī in eo est melius et prorsus spargere cum debilitate virtutis est melius ægro.

Nunc ponit diætam conuenientem in autumno dicens, ꝙ autumnus est tempus malum.similatur.n. morbo de corruptione humorum:propterea oportet ut subtilietur in eo inter conseruationem virtutis,& superationem materiæ. i. quòd taliter ordinetur diæta quòd uirtus conseruetur, & materia superetur. Et spargere paulatim.i.cibum partiri parū pro uice exhibendo est melius in eo,ut uirtus debilis in autumno saltem in comparatione ad hyemem,& uer posit bene digerere, ne materia multiplicetur. & concludit quòd partiri cibum quando uirtus est debilis melius est ægro,cum uirtus debilis non posit multum cibum una uice sumptum digerere:& quia cum male digeritur suggerit materiam morbo.

Et scias quòd si non esset illud quod pertinet virtuti, esset magis necessarium,vt subtiliaretur cibus vltima subtilatione:sed virtus non suffert illud,et deficit:et cum deficit non valet curatio. Curans enim sicut sciuisti,est virtus,nō medicus: quoniam medicus facit peruenire instrumenta ad virtutem.

In parte ista infert diætam a morbo sumptam ipsam diætę a virtute sumptę comparando. Et dicit quòd si non esset illud quod pertinet uirtuti,esset melius quòd subtiliaretur cibus ultima subtiliatione,quæ est nihil dare: sed uirtus non suffert illud,& deficit. & cum deficit non ualet curatio. Curans. n. ut sciuisti est uirtus non medicus.s.principaliter.facit.n.medicus instrumenta peruenire ad uirtutem. Est itaq; virtus agens principale:medicus uero minister, & subseruiens. porrigit. n. instrumenta uirtuti.iuxta illud Gal.tertio techni iuxta principium. Omnium quidem natura operatrix: medicus uero minister. Sed hoc est uerum non semper: sed utplurimum. Nam inurendo, suendo, secando carnem mortuam, auferendo,membra dislocata, aut fracta ad loca sua reducendo medicus est principale agens iuxta illud Gal. quarto de ingenio sanitatis. Carnem quidem solidare, & creare actione naturæ fiunt: medicinæ enim in his nihil agunt, nisi quòd ea quæ naturā impediūt expellūt. Amputare uero carnē,& incēdere nō actione naturæ fiunt: sed cum medicinis fortiter exiccantibus.

Dubitatur utrum dicta Auicen. in cibando æstate hyeme, & autumno contineant ueritatem. Pro solutione dubij præmittendum quòd corpora regenda sunt duplicia: quædam robusta siue merito complexionis, siue merito ætatis: & hæc sunt apta tempore frigido fortificari per antiparistasim, & tempore calido debilitari propter nimiam resolutionem: quædam uero sunt debilia quæ opposito modo se habent. Secundo præmittendum quòd licet dicta Auicen. posint uerificari in corporibus sanis & ægris: intentio tamen Auicen. est in parte præsenti regere corpora ægra, & proprie febrientia febre putrida. Tertio præmittendum quòd per cibum aliquando intelligimus cibum proprie sumptum distinctum contra potum:& hic non potest deglutiri sine masticatione. Quandoq; uero accipimus cibum communiter pro quocunq; apto nutrire corpus:siue masticatione egeat ad hoc vt posit deglutiri:siue posit deglutiri sine masticatione.

Quibus sic præmisis sit hæc prima conclusio. accipiendo cibum proprie in corporibus robustis tota summa cibationis hyemalis debet esse maior quàm tota summa cibationis æstiuæ. Ista conclusio est de intentione Rabi prima aphor. commento. 17. Quibus semel aut bis.dum dicit:æstas est tempus in quo cibus debet dari pluribus uicibus,& minoris quantitatis,de quocunq; comedat in omnibus uicibus. Secundo corpus æstate habet humores corruptos. igitur minus de cibo est exhibendum.consequentia tenet: quia non pura corpora quanto magis nutries, tanto magis lædes. Tertio uirtus pro recompensatione resoluti est fortior in hyeme, quàm in estate. ergo plus de cibo est dandum iu hyeme quàm in estate.assumptum est de intentione omnium auctorum. & consequentia probatur: quia cæteris paribus plus de cibo dandum est in habentibus fortiorem digestiuam. & ideo uidemus carnosum corpus in hyeme impinguari, in æstate uero macrefieri. Et confirmatur quia cibus magnum nocumentum afferret: si non posset conuenienter digeri:melius autem, & in maiori quantitate digereretur in hyeme, quàm in æstate uirtute existente fortiori in tota hyeme,quàm in tota æstate. Præterea. Oportet in hyeme multum habere de sanguine, & spiritu ut corpus a frigore defendatur. Et pro conclusione hac est experientia Gentilis in solutione huius dubij. Secunda conclusio. potus debet esse maior æstate quàm hyeme. Pro hac est experientia, & auctoritas Rasis. 17. continentis. capitulo de aere dum dicit. Aestate utere cibis humidis: & uinum sit multum, bene limphatum. Præterea. Maior est indigentia humidi roridi æstate quàm hyeme: cuius signum est sitis maior æstate quàm hyeme: nec etiam solum propter humidi recompensam cōuenit maior potus:sed propter refrigerare calidum intensum calore æstiuo. Tertia conclusio. accipiendo cibum communiter plus de cibo offerendum est in tota æstate quàm in tota hyeme. Hanc conclusionem uult Auicen. in litera nisi uelimus peruertere textum eius. Et pro hac est ratio sua: quia multo maior est resolutio in æstate tota, quàm in tota hyeme. Nec obstat fortitudo virtutis maior in hyeme quàm in æstate: quia ea quæ sunt liquida a virtute etiam debili facile transmutantur. Quarta conclusio in corporibus debilibus quæ fortificantur æstate & debilitantur hyeme plus de cibo & potu,& frequentius est offerendum in æstate quàm in hyeme. conclusio manifesta est:quia resolutio est maior & uirtus nutritiua est fortior æstate,quàm hyeme. Quinta conclusio,licet secundum plurimum in corporibus robustis ægris sit plus de cibo exhibendum tempore hyemis quàm æstatis. aliquando tamen in ægritudine peracuta est plus de cibo exhibendum in æstate, quàm hyeme. Prima pars est manifesta cum secundum plurimum morbi sint magis chronici tempore hyemis quàm æstatis, in quibus grosius est cibandum. Sed secunda probatur: quia quandoq; in ægritudine peracuta terminanda critice in tertia die nihil cibi dabimus in hyeme:quia virtus est fortis potens tolerare absq; cibo,quæ tamen in æstate non poterit tolerare cum merito æstatis uirtus sit debilior. Et ex isto fundamento tenendum est quòd frequenter in corporibus robustis aliorum paritate supposita ex parte morbi,& reliquorum est grosius diætandum in æstate quàm hyeme: quia in æstate virtus est debilior quàm in hyeme quæ indicat de maiori cibi oblatione,licet minus pro uice sit exhibendum.

Et nota quòd Auicen. in hoc capitulo nullam fecit mentionem de cibatione cōuenienti in uere:quia uoluit eius cibationem debere intelligi per cibationes aliorum temporū. Indicatione. n. sumpta a uirtute plus de cibo est exhibendum in una uice in hyeme, quàm in uere,& in uere quàm in autumno & in autumno quàm in æstate.pluribus tn̄ uicibus exhibendus est cibus in æstate quàm in autūno,& in autumno quàm in uere & in uere quàm in hyeme.tota tn̄ summa cibi distincta cōtra potum debet esse maior in hyeme q̄ in uere: in uere quàm in autumno,& in autumno quàm in ęstate. Sed summa potus se hēt ecōtra. Accipiēdo uero cibū ut est cōis ad cibū ꝑprie sumptū & ad potū:maior summa offerenda est in æstate quàm in autūno:& in autūno quàm in uere,& in uere quàm in hyeme. Et hæc oīa ex iam dictis facile pn̄t ꝑsuaderi. Et hæc uera sunt in corporibus natural'r robustis in debilibus uero in multis se hn̄t res ecōtra. Dixi supius indicatione sumpta a uirtute:qa indicatione sumpta a repletione quæ in multis est in uere: & a corruptione humorū quæ in multis est in autumno cum uer assimile tur

tur morbo de repletione: & autumnus morbo de corruptione humorum. multoties oporteret cibare subtilius in uere, & autumno, quàm in æstate. Et hoc dubium sit hoc modo breuiter expeditum. longiores enim sermones dimitto dominis theoricis.

Et cum intellexeris hoc, tunc oportebit ut consideres. nam si ægritudo fuerit ualde acuta, et illud est ut sit status eius propinquus: & extimaueris quòd uirtus non deficiet in hoc tempore, quod est inter principium eius usque ad statum eius, alleuiabis occupatiõem a uirtute, et incitabis eã super materiam: & non facias eam occupari in cibo spisso: immo subtilia regimen statim cum dimißioue cibi omnino, & proprie in die crisis.

In parte ista docet eligere species diætæ secundum diuersitates ægritudinum penes chronicitatem, & acuitatem ipsarum. secundo docet regimen diætandi gradatim. secunda ibi §Verum est tibi necessarium.§ Prima in tres. primo ponit regimen per diætam in febre valde acuta. secundo in febre acuta absolute. tertio in chronica. secunda ibi §Et si uideris.§ tertia ibi §Et si uideris ægritudinem chronicam.§ In prima parte Auic. vult istam conclusionem. in febre valde acuta habente statum propinquum constante uirtute non ingrossetur: immo subtilietur regimen: & omnis auferatr cibus, & proprie in die crisis. Conclusio arguitur sic. natura non debet occupari in digerendo cibum spissum: immo incitari supra materiã. ergo conclo uera. Veniendo ergo ad literam dicit Aui. cum intellexeris hæc. s. quæ dicta sunt in parte perlecta. s. de speciebus diætæ, & quod nisi esset respectus ad uirtutem subtiliaremus ultime. Oportet considerare maneriem ægritudinis quæ si fuerit valde acuta habens statum propinquum, te existimante non deficere uirtutem in hoc tẽpore, quod est a principio usq; ad statum, alleuia uirtutem ne occupetur supra cibũ spissum: immo supra materiam febris. quare subtilia regimen saltem in die crisis omnino dimittendo cibum. quasi d. ꝙ aliquid subtile posset exhiberi in principio, aut in augumento sicut parum uini granatorũ, aut parũ aquę hordei subtilis: sed nihil in statu.

Et si videris ægritudinem acutam non ualde, immo acutam absolute: tunc oportebit ut subtilies regimen non in ultimo, nisi apud statum in die crisis proprie, nisi propter causam maximam.

In parte ista dicit Auic. primum. Si cognoueris ægritudinem acutam non ualde: immo ęgritudinem acutam absolute: quæ. s. terminanda sit a quarto usq; ad decimum quartum: tunc oportebit ut subtiles regimen non in ultimo: quod est nihil dare. Secundo dicit, quòd non subtiliare regimen in ultimo est obseruandum nisi apud statum. i. in statu & proprie in die crisis. nam tunc est ultimo subtiliandum. Tertio dicit nisi propter causam maximam. s. propter manifestam debilitatem uirtutis. neque in statu, neque hora crisis est ultime subtiliandum: immo accidentibus uirtutem dissoluentibus ilico dãdus est cibus. prima aphorismorum.

Et si uideris ægritudinem chronicam, aut propinquã chronicæ, non subtilies regimen. uirtus enim non saluabitur usque ad statum cum subtiliatione regiminis.

In hac parte dicit duo. Primum si uideris. i. cognoueris ægritudinem chronicam. i. temporalem terminandam ultra quadragesimum: aut propinquã chronicæ. s. tropicam quæ terminatur in decimoquarto exclusiue usq; ad quadragesimũ inclusiue, non subtilies regimen. Secundo reddens causam dicit: quia uirtus non saluabitur usque ad statum cum subtiliatione regiminis.

Verum est tibi necessarium cum hoc in omnibus speciebus: ut sit principium tui regiminis großius: & postremum tui regiminis perueniens ad statum subtilius, et gradatim procedas in eo quod est inter illa: ita ut uirtus sit conseruata usque prope statum: tunc enim intende super materiam: et non sis occupatus in alio.

In parte illa ponit gradatim processum in regimine ꝑ diætam: & intendit istam conclusionem. In omni specie febris debes a principio grosius diætare. secundo in statu subtilius: & in spatio inter principium & statum debes gradatim procedere continue subtilius diætando. conclusio arguitur sic. Taliter debet infirmus a principio diætari, ut uirtus conseruetur usque ad statum: & taliter in statu ut sit intenta materię & non occupata. igitur in principio est grossius diætãdum, & in statu subtilius, & in tẽpore medio gradatim a grossiori ad subtilius procedendum. tenet consequentia, & partes antecedẽtis sunt satis manifestæ intelligenti terminos.

Dubitatur circa has partes. vtrum contineant veritatẽ: sed circa regimen primum ab Aui. positum hic non oportet aliud inquirere: superius enim sufficienter in hoc capitulo disputatum fuit. An si dabilis febris peracuta in qua nullus competat cibus: sufficiunt quæ dicta sunt in determinatiõe huius quæstionis. Pro notitia huius, & aliorum regiminum est sciendum de intentione Gal. primo, & tertio prognosticorum: & tertio de criticis. ꝙ ægritudinum quædam sunt peracutæ: quarum finis est usq; ad quartum diem inclusiue. Quædam acutæ absolute: quarum finis est a quarto exclusiue usque ad decimumquartum inclusiue. Quædam tropicæ: quarum finis est a decimoquarto exclusiue, usq; ad. 40. inclusiue. quædam chronicę: quarũ terminus est a quadragesimo die exclusiue supra. Et de his duabus ultimis speciebus determinat simul in ultimo regimine. In peracutis uero conuenit tenuissima diæta, quæ est nihil dare usq; ad quartũ diem, si fuerit uirtus tolerãs. Sed dixi in determinatione dubij illius ꝙ tempore nostro in quo homines sunt assueti grossius diætari quàm tẽpore Hip. tutius est aliquid dari in principio, aut in augmento: sicut parum aquæ hordei, aut iuleb, aut uini granatorum. rationes uide in dubio illo: & hoc innuit Auic. in textu. Si uero ægritudo fuerit absolute acuta, detur in principio ptisana hordeacea, uel panata subtilis absq; uino, ouis, carnibus, & similibus quæ declinant ad diætam grossam: in augmento detur ptisana, aut panata subtilior, aut ratione quantitatis, aut quia sit minus de pane, aut farina, & similia his in genere subtilis diætæ. Sed tempore nostro esset melius, ut huiusmodi decoquerentur in brodio pulli parui, & similium. Sed in statu nihil detur, & proprie in hora crisis: sed tempore nostro concedatur aliquid aquæ hordei, aut iuleb, aut uini granatorum & similium. Si uero ægritudo fuerit chronica, aut propinqua chronicæ sicut tropica, concedatur grossior diæta, sicut panata cum pullo: & in augmento panata cũ paucioribus carnibus, aut magis subtilibus. sed in statu sola panata, aut ptisana hordeacea absq; carnibus: & posset concedi in regione nostra aliquid uini cum appareat digestio in principio, & in augmento, & in statu minus: & hæc omnia intelliguntur in cura regulari, & in regimine uniuersali quod ordinetur in relatione ad statũ. quia cura coacta oportet aliquando dare uinũ, aquã carnis in statu, & hora crisis. Item in regimine particulari propter multitudinẽ materiæ oportet aliquando attenuare diætam in ęgritudine chronica, quousq; minorata sit plenitudo, & postea ingrossare minorata plenitudine: & postea subtiliando procedere usque ad statum inclusiue, & proprie in hora crisis. Similiter in regimine tentatiuo cum ignoremus ægritudinem, oportet ab ipso initio atenuare, ut uirtus non occupata a cibo, uel manifestet eam, uel superet ipsam ut statim dicetur: & etiam dictum fuit superius in curatione uniuersali febrium. Et hic nota exemplũ Halyabatis tertio practicæ qui assimilat ægrũ peregrino: peregrinus. n. ægritudinẽ peregrinatiõi siue uiæ: diætã expẽsis. peregrinus. n. si peregrinatio sit longa defert secum multum pecuniæ ne deficiat in uia. sin uero breuissima: non opus est ut secum deferat aliquid pecuniæ. si uero media sit, mediocriter secum deferat de pecunia. Et hic nota ꝙ penes Aui. & alios auctores illa diæta dicitur subtilis quæ parum nutrit: illa grossa quæ multũ nutrit: illa mediocris quæ mediocriter nutrit: siue hęc proueniant merito quantitatis, siue merito qualitatis: hæ uero mensurantur in relatione ad diætam conuenientem sibi sano. Item nota ꝙ in tempore isto cum fit mentio de temporibus intelligitur de ipsis uniuersalibus distinctis penes accidentia. Sed quomodo diætandum sit in tẽporibus particularibus dicetur inferius. Est enim si necessitas cogat exhibendus cibus potius in declinatione: deinde in augmento. postea deterius in statu: pessimum in principio particulari in morbis materialibus. & hæc ueritatem continet ſm plurimum.

Aegritudinũ plurimę differentiæ.

Quomodo æger peregrino assimiletur.

Diæta subtilis & grossa.

Et

Et quando scis quòd virtus est fortis: tunc fortasse necessarium facit dispositio, vt sit contentus iuleb solo: & si non plus saltem hebdomada vna: & proprie in febribus apostematum: quòd si timueris debilitatem sis contentus aqua hordei.

In parte præsenti docet eligere diuersas species diætæ secũdum diuersas dispositiones virtutis: & duo facit. Primo ponit duos canones. secundo remouet errorem quendam. secunda ibi §Et illius quidem qui existimauit.§ Prima in duas. nam primo docet qualiter diętandum sit cognita ægritudine, & dispositione virtutis. In secunda qualiter diætandum sit incognita ægritudine. secũda ibi §Et cũ ambigua.§ In prima parte dicit duo. Primum quando scis quòd uirtus est fortis: tunc fortasse dispositio. i. ægritudo facit necessarium. i. esse ualde vtile, & conueniens ut sis contentus iuleb solo saltem hebdomada vna, & proprie in febribus apostematum. Secundo dicit ꝙ si timueris debilitatem sis contentus aqua hordei quæ est nutribilior iuleb. Notandum primo quòd per iuleb debes intelligere syrupum simplicem factum ex aqua & zuccaro: uel addita aliqua parte aquæ rosatæ. vt vult Ioannes serapionis in septimo breuiarij: & est a græco iulem. Et certum est quòd si debet esse minus nutritiuum aqua hordei: oportet, ꝙ sit in eius compositione parum xuc. & multum aquæ. nisi forte per aquam hordei intelligeremus ptisanam: & certe nostro tempore non debemus esse contenti solo iuleb, aut aqua hordei, sed dabimus ptisanã. Non credamus tamen sicut dicit Gẽtilis ꝙ Auic. fuerit ita insciens quòd in magnis casibus uirtutis succurrat cum aqua hordei: immo cum vino, & aqua carnis vt apparet vndecima tertij. Sed intentio sua fuit vt ualde tenuiter dịetemus: modo virtus non cadat. Secundo notandum ꝙ maxime in febribus apostematũ debemus attenuare regimen, vt materia diuertatur a fluxu ad partẽ apostematam, facto corpore auaro propter cibi abstinentiam. unde in apostemate intestini recti facit Auicen. ieiunare duobus diebus tertio canone. fen decima.

Et cum ambigua sit tibi dispositio in ægritudine, & non cognoscis eam: tunc vt declines ad subtiliationẽ est melius, quàm vt declines ad additionẽ, te obseruante virtutem, et tolerãtiã.

Hic ponit secundum canonem dicens. quando non cognoscis ægritudinem est melius ut declines ad tenuitatem diætæ quàm ingrossationem, te tamen obseruante virtutem, & tolerantiam eius. i. quanto tempore iudicio æstimatiuo potest tolerare hanc subtiliationem, vt non magis subtilies quàm virtus possit tolerare.

Contra. minus nocumentum est declinare ad diætam grossiorem quàm oportet, quàm ad subtiliorem quàm oportet. igitur te ignorante ægritudinem, & durationem eius est tutius declinare ad ingrossandum diætam, quàm ad subtiliandum. tenet consequentia: quia in rebus dubijs pars tutior & minus malum est eligendum. Sed antecedens est Hip. prima apho. Omne. n. peccatum quodcunq; sit magnum, magis fit in tenuibus, quàm in grossioribus diætis. Præterea. Si speciem ægritudinis ignoro, multo magis ignorabo durationem eius: cum valde difficilius cognita fit duratio ægritudinis quàm species eius. & consequẽter nullo pacto conseruare potero virtutem neque tolerantiam eius. i. quanto tempore possit tolerare. Præterea. Insurgit dubium quanta debet esse huiusmodi subtilitas diætæ: debet ne esse tenuissima, aut magis appropinqua re mediæ. Ad hoc dicendum est quòd hic canon est ad faciendum nos deuenire in notitiam ægritudinis ignoratæ. hoc aũt melius fit cum natura non occupata cibo se totam conuertit contra ægritudinem: quia aut superat, aut manifestat eam. Ad primam igitur rationem dicitur ꝙ licet sit maius malum declinare ad dięctam subtiliorem, quàm grossiorẽ quàm oportet. Attamen hic timor maioris mali eligitur vt veniamus in notitiam ægritudinis, cuius cognitio præeligitur timori illius maioris mali. Ad secundum dicitur quòd licet tempus tolerantiæ adæquate sciri non possit: tamen per uirtutem præsentẽ aliquam habeo coniecturam de tolerantia virtutis: etiam quotidie tangendo pulsum, considerando virtutem vitalẽ, animalẽ, & naturalẽ, tenorẽ virtutis, an ꝑduret, an manifeste deficiat. Ad tertium dicitur quòd medicus habet aliquam coniecturam de duratione ægritudin is: dato quòd non cognoscat speciem ægritudinis quæ coniectura sumitur a tempore anni: a complexione: a modo paroxysmandi, & pulsu, & reliquis de quibus actum est prima quarti. cap. 4. & secundum coniecturam illam longitudinis, aut breuitatis diætat. Sed pone ꝙ nullã habeas penitus de ægritudine notitiam: sicut idiota, tunc melius est vt ordines diætam mediam. s. panem lotum, vel ptisanam hordeaceam tempore nostro in brodio pulli. sic. n. minus posses errare quàm si ordinares aliquam extremam diætam, cum medium minus distet ab extremis, quàm extrema inter se.

Et illius quidem qui existimauit, quòd cibatio & confortatio in febre acuta est melior: quoniam non est intentio in digestione, & in euacuatione, cum volueris vt faciat id natura, aut non faciat: errorem iam te scire feci: immo quando times casum virtutis, tunc cibatio est melior.

In parte præsenti Auic. dicit duo. Primum quòd superius fecit te scire errorem illius scilicet Rasis qui existimauit quòd cibatio, & confortatio in febre acuta supple pendente a materia subtilli est melior. quoniam non est intentio digestioni cũ materia subtilis secundum ipsum sit digesta. Et pro sed, est intentio in euacuatione cum volueris vt faciat eam natura: aut volueris quòd non faciat eam natura, sed ars, cum tẽpore euacuationis oporteat quòd uirtus sit fortis: propterea cibo est cõfortanda. Dicit secundo. immo quando times casum virtutis tunc cibatio est melior: & non est melior, cum euacuatio est facienda, nisi forte ipsa deficiat. Notandum quòd Auic. fecit errorem huius Rasis sciri. s. in præcedenti capitulo vbi ostendit materiam subtilem indigere digestione. & fecit etiam te scire errorem eius, aut alterius circa euacuationem in hoc capitulo illo. §. Et de illis quæ significant subtiliationem est necessitas phlebotomiæ aut solutionis ventris. Cum enim adest necessitas euacuationis oportet prius absoluere necessitatem illam: postea cibare: nisi timeamus, casum uirtutis uel uirtutem defecturam.

Et de corporibus sunt corpora cholerica, quæ requirunt regimen diuersum ab illo, quod diximus: et proprie quando sunt assueta commestioni plurimæ. ipsi enim cum non cibantur saltem in ipso principio febris: immo in hora, quæ est prauior ea, & est hora status, non vacuæ sunt dispositiones eorum a duabus rebus, quoniam cum ipsi sint debilium virtutum superuenit eis syncopis, & moriuntnr in paroxismo: & si sunt fortium virtutum cadunt in extenuationem, & apparent super eos signa ariditatis, & ex minoratione nasi, & profundatione oculorum: & quòd tempora sunt depressa. & fortasse superuenit eis syncopis ante illud, propter id quod effunditur ad stomachos eorum de cholera mordicatiua.

In parte præsenti docet diuersum modum diætandi secundũ diuersitatem complexionum, & quasdam dispositiones particulares. Et habet hæc pars quatuor partes. In prima parte ponit canonem specialem indicando de speciali corporis cõplexione. In secunda parte ponit canonem indicando ab aptitudine resolutionis. In tertia Auic. summat naturales dispositiones ꝑpter quas oportet diuersificare cibationes ab eo quod dictum est. in quarta parte explicat quasdã dispositiones præternaturales, siue accidentia quædam propter quæ oportet variare cibationẽ: & explicat modos cibationum hic conuenientium. ibi secunda § Et sunt de hominibus.§ ibi tertia § Et oĩs cuius calor.§ ibi quarta § Et de eis sunt quibus.§ In prima parte Auic. uult istam cõclusionem. corpora cholerica & proprie solita comedere multum requirunt regimen diuersum a prædicto regimine. Conclusio arguitur sic. Ista sunt cibanda in principio, & statu paroxismorum. ergo conclusio vera. tenet consequentia. probatur antecedens: quia si non cibantur in principio & statu. uel superuenit syncopis, & moriuntur in paroxysmis: uel sit fortis eorum extenuatio, & signa ariditatis: vt minoratio nasi, & profundatio oculorum. ergo sunt cibanda in principio & statu paroxysmi. Veniendo ergo ad literam dicit quòd de corporibus sunt quædam corpora cholerica, quæ requirunt regimen diuersum ab eo quod diximus: & proprie quãdo sunt assueta comestioni plurimæ. ipsa. n. cum non cibantur in principio. s. paroxysmi, aut in hora quæ est prauior ea. s. hora status: non vacuæ sunt eorũ dispositiones a duabus rebꝰ. i.

incurrunt

incurrunt alterum duorum. Nam ſi ſunt debilium uirtutum naturaliter ſcilicet pauci ſpiritus & ſanguinis ſuperuenit eis ſyncopis & moriuntur in paroxyſmo. Et ſi ſunt fortium uirtutum cadunt in extenuationem, & apparent ſupra eos ſigna ariditatis ex minoratione naſi, & profundatione oculorum & quòd tẽpora ſunt depreſſa ideſt priuata ſuis tumoribus naturalibus: & fortaſſe ſuperuenit eis ſyncopis ante, ideſt ante hanc extenuationem, propter illud quod effunditur ad ſtomachos eorũ de cholera mordicatiua, & cæteris.

Dubitatur utrum corpora cholerica indigeant contrario regimine ei quod diximus ſcilicet quòd ſint cibanda in principio, & ſtatu paroxyſmi. Et arguitur ꝙ non: quia multa ſunt talia. & ſic in multis eſſet hoc regimen obſeruandum: cum tamẽ Auicen. iubeat raro hoc regimen fieri. Secundo complexio ſicca indiget conſeruari cum ſiccis: ſicut humida humidis. unde diæta humida confert infantibus, & graſsis. ergo non debẽt iſta corpora ſicca cibo humectari. Præterea. Dicit hoc regimen eſſe obſeruandum quando hæc corpora ſunt aſſueta plurimæ comeſtioni. Sed contra hoc eſt Galenus primo regiminis acutorum. cap. 4. ubi ponens duo exempla ponit illum cuius uult regimen attenuare cõſuetum plurimæ comeſtioni. Et uidetur conueniens. quia plurima comeſtio eſt ſignum plurimæ repletionis: & ubi eſt plurima repletio, conuenit minus cibare.

Dicendum pro ſolutione dubij quòd corpora, de quibus eſt hic ſermo, ſunt exuberantia multa cholera calida & ſicca materia utentia in uita ſua multo exercitio & parum dormientia: & de his eſt iuuenis de quo loquitur Galenus. 8. therapeuti. cap. 3. & in lib. de cauſis procatarticis, cap. 2. Non ergo ſunt omnia corpora cholerica ſed quædam: quod patet ex modo loquendi Auice. Non enim dixit corpora cholerica; ſed de corporibus: quaſi dicat. aliqua ſunt regenda regimine contrario ei quod ſuprascriptum eſt. debent enim cibari in principio paroxyſmi, in ſtatu paroxyſmi & parum ante initium: & quãdocunque fuerint incibati ne ſyncopizẽt in paroxiſmo, & moriantur ſubito: aut ſi releuentur a ſyncopi incurrant extenuationem, & faciem tornatilem, qualis deſcripta eſt ab Hip. primo prognoſticorum. Si tamen eſſet poſsibile expectare declinationem paroxyſmi eſſet præſtantius. & ex his patet ſolutio ad rationem primam. Ad ſecundam dicendum quòd hoc accidẽs quod timetur, preiudicat naturali complexioni. Vel melius dic quòd non omnia corpora ſunt conſeruanda cum ſimilibus, ſed ſolummodo corpora inculpate ſana: immo huiuſmodi ſunt potius præſeruanda cum contrarijs prohibentibus ulteriorem lapſum cum ſemper prona ſint in ſiccitatem, & arefactionem. Ad tertiam dicendum quòd aliquis eſt homo aſſuetus multo cibo indigens illo propter plurimam eius reſolutionem. & hæc non impinguantur nec habent fęcem plurimam: & de iſto loquitur Auice. decimatertia tertij. cap. de ſignificationibus diſpoſitionum ſtomachi: & de hoc eſt ſermo hic. Aliquis eſt aſſuetus multo cibo non indigens eo qui eo repletur, & faſtiditur habẽs multitudinem fæcum & conſtituitur in diſpoſitione neutra: & huic conuenit in feb. minoratio cibi. & de hoc loquitur Galenus primo regiminis acutorum. Aliter dicitur quòd cõſuetudo multi cibi, aut eſt diu aſſueta ante morbum: & hæc eſt illa de qua loquitur hic Auic. Alia uero parui temporis ante febrem, & de hac loquitur Gale. loco ſupra allegato. & forte hic reſponſio coincidit cum prima. Notandum quòd in hac parte reperitur duplex litera. una eſt purior: altera prauior. ſi dicat purior textus eſt clarus in hora enim ſtatus calor eſt purior, praua intenſior & nõ admixtus frigiditati cui frequẽter eſt admixtus in principio. Si uero dicat prauior poteſt dupliciter intelligi. uno modo ad reſoluendum, & corpus extenuandum: & eſt ſenſus literæ clarus. Alio modo quo ad cibum. & dicunt communiter quòd nocumentum cibationis eſt maius intenſiue in ſtatu paroxyſmi. ſed nocumentum cibationis in principio paroxyſmi eſt maius extenſiue: quia in ſtatu calor eſt intenſior, & cibus addit in calorem. ſed nocumentum cibationis in principio paroxyſmi eſt maius extenſiue: quia nocumentum eius extenditur ad omnia tempora paroxyſmi ſequentia, Ego autem credo nocumentum cibationis in principio paroxyſmi non ſolum eſſe maius extẽſiue: ſed ſecundum plurimum eſſe maius intenſiue: cum intenſiora fiant nocumenta, & pauca iuuamenta. Nocent enim ſuffocando calorem innatũ, coarctãdo magis pulſum, & pauca eſt tunc indigẽtia cibi cum corpus nondum ſit exiccatum, & reſolutũ. Item prolongatur principium, & cætera tempora, & mors poteſt ita accidere in principio per uiam ſuffocationis: ſicut in ſtatu per uiam reſolutionis: ſed in ſtatu nocet quia forte prolongat ſtatum & declinationem: licet forte prouocando ſudorẽ qui forte non prouocaretur ſine cibo: poſsit eſſe cauſa abbreuiationis eorum. Item facit aliqualiter excreſcrere calorem: ſed multa iuuamenta facit humectando & reſtaurando corpus exiccatum, & reſolutum. Credo itaq; intelligendũ eſſe quòd ſtatus eſt hora prauior quo ad corporis exiccationẽ non quo ad cibationem. & maxime in his corporibus de quibus hic loquitur: in quibus poteſt accidere ſyncopis, & mors ſubita per uiam reſolutionis. Et non ſolum ſtatus eſt prauior hora ad occidendum per viam reſolutionis quàm principium immo declinatio paroxyſmi eſt prauior hora quàm principiũ ad occidendum per uiam reſolutionis tertio de criſi. cap. tertio & ſecunda quarti capitulo de horis, & ſpeciebus mortis. Et ſi quæratur in quo tempore eſt melius cibare hæc corpora quæ ſyncopizant in paroxyſmis, & quãdoq; ſubito moriuntur. Dicendum quòd ſyncopis poteſt accidere his corporibus dupliciter, uno modo ex defluxu choleræ ad hos ſtomachi: & hoc magis accidit in principio paroxyſmi. Aliomodo per viã reſolutionis: & hoc magis accidit in ſtatu. Dicendum igitur ꝙ ſi accidat ſyncopis ſolum ex defluxu choleræ ad ſtomachũ, melius eſt cibare parum ante principium cum aliquo ſtyptico frigido, ſicut cum pane infuſo in uino granatorum, ut ſtomachus confortatus a ſe choleram repellat: aut ſi ueniret ad ſtomachum facile poſsit uomi. Sed in his qui ſyncopizãt propter reſolutionem, aut utroque modo, debemus in principio, uel parum ante principium, & etiam in ſtatu ſi non poſsit expectare uſque ad declinationem: ſed in principio, uel parum ante principium cum cibo iam dicto. & forte ſi panis eſſet infuſus in uino ſtyptico eſſet præſtantius. In ſtatu autem cum aliquo reſumptiuo: ſicut cum aqua carnis, uino, & ſimilibus: ſi non poteſt expectare declinationem. hæc enim cura eſt coacta.

Et ſunt de hominibus quidam, qui ſunt exuberantis carnis: ſed cũ abſcinditur ab eis cibus debilitantur, et extenuationem incurrunt: quare non tolerant prohibitionem cibi.

In parte præſenti ponit quendam canonem cibationis diuerſæ a communi conſuetudine cibationis ægrorum. Et dicit quòd de hominibus ſunt quidam exuberantis carnis a quibus cum cibus abſcinditur in paroxyſmo debilitãtur, & extenuantur: quare non tolerant prohibitionem cibi. Notandum ꝙ corpora huiuſmodi ſanguinea, carnoſa ſunt duplicia. quædam enim ſunt denſa in poris ſuis, & hebentia humidum ſpiſſum, & ratione huius non facile reſolubilia: licet habeant multum de calore faciente ad reſolutionem. & hæc facile tolerant famẽ apud Gale. nono. Therapeutice. Quædam autem ſunt rara in poris ſuis & habentia humidum non ſpiſſum: & hęc ſunt facile reſolubilia: & cum patiuntur famem extenuationem incurrũt & ſunt cibanda in paroxyſmo: & proprie in ſtatu quando prolongatur.

Et omnis cuius calor ĩnatus fortis eſt valde, aut plurimus, aut calor innatus eſt valde debilis, non poteſt dimittere cibũ.

In parte præſenti Auicen. ſumit cauſas cibationis diuerſæ a communi cibatione ægrorum dicens: quòd omnis cuius calor innatus eſt fortis ualde ideſt intenſus: aut ſiccitati coniunctus: aut utroque modo: ſicut in corporibus cholericis de quibus ſupra. Nam per hæc duo calor fit acutior notabiliter reſoluens: & plurimus ideſt cum magna multitudine caloris ſequente multitudinem ſubiecti proprij: ſicut in ſanguineis: de quibus ſupra, & in infantibus. Aut calor innatus ualde debilis: quia remiſſus & paucus: ſicut in corporibus exanguibus priuatis calore: necnon ſpiritibus, aut merito complexionis aut merito ætatis: ſicut decrepiti non poſſunt dimittere cibũ. ſunt enim in paroxyſmo cibandi.

Contra. contrarium diſpoſitionum regimina debent eſſe cõtraria. ergo ſi unus iſtorum non tolerat abſtinẽtiam, alter tolerabit eam. Præterea. Calor innatus valde debilis parum reſoluit. ergo tolerat abſtinentiam. tertio calor multus oſtendit

multam

multam copiam ſanguinis:& talis tolerat abſtinentiam. Ad primum dicendum ꝙ contrariarũ diſpoſitionum in eo ꝙ ſunt contrariæ cõtraria debent eſſe regimina. & hoc modo quia calor paucus,& calor multus ſunt contrarij: quia paucus parum reſoluit,& parum poteſt digerere. multus multum reſoluit,& multum poteſt digerere:indigent regimine cõtrario.ſ.paucus pauco cibo pro vice:ſicut in decrepitis,& exanguibus:& multus multo cibo pro vice: ſicut in infantibus,& ſanguineis: ſed in illo in quo cõueniũt,indigent ſimili regimine: conueniunt enim in hoc ꝙ vterq; eſt paratus extinctioni,vnus propter nimiam reſolutionem:alius propter paucitatem humidi: vnde niſi cito ſubueniatur extinguitur. Exemplũ habetis in lucerna habente multum de oleo: ſed papvrum magnum cum multo igne multum de oleo conſumente.hæc enim exigit multum oleum & frequenter. Si autem lucerna habeat valde modicũ de oleo,& papyrum paruum cum parua flamma exigeret paucum oleum,ſed frequenter:ſic eſt de cibo in corporibus multi & pauci caloris:& ex his patet ſolutio ad rationes alias.

Et de eis ſunt quibus accidit dolor,& læſio in ſtomacho,& dolor capitis propter communitatem,& iſti ſunt de hoc genere. Et iſtis fortaſſe ſufficit aqua hordei, & fortaſſe egent vt miſceat ſuccum granatorum,& ſimilia illi, vt confortetur os ſtomachi. Et quandoq; eſt nobis neceſſarium vt faciamus eos vomere cum facilitate ante cibum. Et in plurimis iſtorum ſi debilitantur:& proprie ſi ſuperuenit eis ſyncopis:cauſa nõ eſt vehementia debilitatis:immo effuſio materiei ad os ſtomachi. Cum ergo ſumunt in potu ſyrupum acetoſum permixtũ cum aqua calida multa: aut vinum permixtum cum aqua multa, euomunt in vomitu humores cholericos, & virtus eorum fit fortis. Cũq; cibantur aliquo robub ſtypticorum,ſedantur.

In hac parte Auic. explicat quaſdam diſpoſitiones præternaturales propter quas oportet variare cibationem. & explicat modos cibationum dicens ſex. primum quòd ſunt aliqui quibus accidit dolor in ſtomacho,& lęſio.ſ.alia:ſicut nauſea & ſuberſio.& dolor etiam capitis per cõmunitatem a ſtomacho. & iſti ſunt de hoc genere qui non poſsunt abſtinere a cibo. ſecundo dicit ꝙ iſtis fortaſſe ſufficit aqua hordei.& fortaſſe egẽt vt miſceatur ſecum vinum granatorum,& ſimilia illi os ſtomachi confortantia,& infrigidantia:ſicut vinum cydoniorum.tertio dicit ꝙ quandoq; eſt neceſſarium vt faciamus eos vomere cum facilitate. i. leuibus remedijs ante cibum ad educendum ſuperflua quæ ſunt in ſtomacho.quarto dicit ꝙ pluribus iſtorũ ſi debilitantur:& proprie ſi ſuperuenit eis ſyncopis cauſa,non eſt debilitas magna.ſ.per uiam reſolutionis ſpirituum, & conſumptionem humidi:immo cauſa ſyncopis ſuæ eſt effuſio materiæ ad os ſtomachi. quinto dicit quòd cum ſumunt in potu ſyrupum acetoſum cum aqua calida multa:ut puta ſyrupi acetoſi. ℥.2.aquæ.℥.4. aut circa:ita vt totum ſit tepidum:aut ſumant vinum permixtum cum aqua multa quod ſit ſimiliter tepidum euomunt humores cholericos:& uirtus eorum eſt fortis: quia non ſyncopizant propter defectum ſpirituum: immo propter compaſsionem cordis ad os ſtomachi. Vltimo dicit ꝙ cum cibantur aliquo rob ſtypticorum ſedantur.ſ. ſyncopis, & reliqua accidentia. Eſt autem rob ſuccus per decoctionem inſpiſſatus.Eligatur itaq; rob de citonijs,de piris,aut aliud ſimile frigidum oris ſtomachi confortatiuum,& cholerę repreſsiuum.

Notandum primo ꝙ hi de quibus eſt hic ſermo dicuntur infęlices à generatione. habent.n. porum felleum euntem ad os ſtomachi latiorem,quàm debeat eſſe in naturali diſpoſitione, & plus choleræ deferentem.vnde ex qualibet leui cauſa choleram euomũt. immo quidam omni die:& de his eſt ſermo apud Gal.ſecundo techni. & ſecundo regiminis acutorum cõm.29. Hi autem cibandi ſunt parum ante paroxyſmum uel etiam in principio paroxyſmi aliquo ſtyptico infrigidante:ſicut dictum eſt. Nam huiuſmodi ſumpta aut prohibent aduentum choleræ ad os ſtomachi: aut ſi non poſſunt prohibere cum hoc cibo eã facile euomunt:& ſic ſyncopis prohibetur.Et hæc cibatio multum differt à cibatione primorum corporum cholericorum.illi.n.cum ſyucopizent propter debilitatem ſequentem reſolutionem,debent cibari cum aqua carnis,& uino. Eſt tamen melius ut aquæ carnis ſit aliquid frigidum ſtypticum admixtum, ut ſimul ſubueniatur debilitati per uiam reſolutionis, & ſyncopi venienti ex defluxu choleræ ad os ſtomachi:ſicut aliquando ſibi accidit. Et ſimiliter eſſet in his faciendum ſi ſuæ debilitati ſequenti raptum choleræ ad ſtomachum complicaretur debilitas per viam reſolutionis: ſicut accidit aliquando:& tunc etiã cibandi eſſent in ſtatu ſicut priores. primo ergo cibandi ſunt ante aduentum paroxyſmi cum aliquo ſtyptico frigido prohibente aduentum choleræ ad ſtomachum. ſecundo ſi cholera peruenit ad ſtomachum procuretur eius eductio cum uomitu. tertio ſtomachus confortetur cum aliquo frigido ſtyptico.

Et ſenes quidem,& debiles, & infantes ſunt de genere eorum,qui non tolerant famen. De primis vero ſenibus ſunt, qui ſunt vehementis tolerantiæ,famis,& ſequuntur eos adoleſcentes:& proprie habentes ſolida membra amplas venas in aere frigido.

Hic ponit can. cibationis ſecundum ętates. Et primo facit hoc. ſecundo docet euitare quendam errorem.ſecunda ibi ʃEt multotiesʃ In prima parte dicit tria.primum ꝙ ſenes.ſ.decrepiti,& debiles ſicut conualeſcentes ex morbo reſolutiuo. Iterum debiles naturaliter propter humidi paucitatem, & caloris innati qui in hoc decrepitis proportionantur: & infantes ſunt de his qui non tolerant famem, immo ſunt cibandi in paroxyſmo nimis prolixo.ſecũdo dicit ꝙ de primis ſenibus ſunt aliqui qui optime tolerant famem:& hi ſunt qui habent humidum ſpiſſum cum deſintate pororum. tertio quòd hos ſenes in tolerantia famis ſequuntur adoleſcentes: per adoleſcentes intelligendo iuuenes,& pueros ſibi proximos qui proprie adoleſcentes vocantur. Nam adoleſcentia etiam ſignificat iuuentutem apud Concil. differentia.124.& proprie illi adoleſcentes, & ſenes primi optime tolerant famen qui habent ſolida membra.i. denſa in poris cum ſpiſsitudine humidi, & amplas venas:& cum hoc plenas ſanguine:non tamen cum calore valde intenſo,& in aere frigido parum reſoluente.& hic eſt aphoriſmus primæ particulæ. Senes facillime tolerant ieiunium. Raſis vero.17.continẽtis. capitu.4.unde Auicen. accipit hunc paſſum ſic dicit. Illi qui ſunt debiles uirtute ſicut decrepiti: & multę diſſolutionis ſicut pueri non poſſunt abſtinere à cibo: & qui plus pati poſſunt ieiunium ſunt ſenes:& poſt illos qui in vltimo iuuentutis. maxime tamen quorum corpora ſunt duri tactus,& paucæ diſſolutionis,& largi pectus:& aſſueti in aere frigido,& regimine groſſo ante morbum.

Et multotiens quidem errat medicus in huiuſmodi ægrotis ſecundũ alium modum:quoniã ipſe prohibet eis cibum in principio rei,& quando appropinquat ſtatus,& ſciunt quòd cadit virtus,cibant in illa hora neceſſario: iam ergo errauerũt duobus modis:et ſi ipſi cibarent eos in principio eſſet error ille,et ignorantia infra hunc errorem.

Hic ponit quendam canonem vt illum euitemus. ſecundo oſtendit nocumenta quę accidunt ex illo canone. ſecunda ibi ʃAccidit illis ægris.ʃ In prima parte dicit quòd medicus errat in cibando hos ægros. ſ. febrientes ſecundum alium modum: præter hunc qui ſtatim poſitus eſt: quia non cibantur in paroxyſmo qui ſunt cibandi iuxta canones ſtatim poſitos. Sed hic ſecundus error eſt: quia medicus ignarus prohibet cibum in principio vuiuerſali:aut minuit magis quàm oportet. Et quãdo appropinquat ſtatus uniuerſalis,& vident virtutem cadere coguntur tunc neceſſario cibare groſsius quàm oportet: quapropter errant duobus modis. Vnus modus, quia non cibauerunt in principio quando erat cibandum. ſecundo, quia cibant in ſtatu magis quàm ſit cibandum: & ſi cibaſſent in principio etiam groſsius,quàm opus fuiſſet, minor error fuiſſet,& minor ignorantia.i.minus nocumentum quàm cibare ipſos in ſtatu,& non cibaſſe in principio,aut minus cibaſſe, quàm erat opportunum. Cibatio. n. facta in ſtatu plus nocumentum affert quàm cibatio facta in principio iuxta ſupius determinata.

Et accidit iſtis ægris,ut accidant eis catarrhi nauſeatiui et cholerici,et uigilatiui propter reſolutionem, et priuationem digeſtionis,et inquieti fiunt,et alienantur et coarctant materiæ uirtutes eorum,et multiplicantur ipſorum uapores.quare

audiutu

audiunt id quod non eſt,et tremunt,et citantur uel ſaliunt, et permutantur in lectis : et imaginantur quod non eſt : et tremunt uel ſaliunt labia eorum inferiora propter dolorem oris ſtomachi:et contriſtantur animæ eorum propter grauitatem materiei.

Hic ponit nocumēta quę accidunt illis qui in principio nō cibantur,aut cibantur ſubtilius quàm erat opportunū : poſtea cibantur in ſtatu groſsius quàm eſt opportunū. accidunt enim catarrhi nauſeatiui.i.nauſeam excitantes fluendo ad os ſtomachi . Et cholerici:nam quantuncunq; ſe.non penderet a cholera,multoties tamen ea excitantur humores cholerici:qui quia ad motum ſunt proniores ſimul cum alijs humoribus mouentur ad os ſtomachi·immo faciunt alios humores fluere:& uigilatiui.i.vigilare facientes ſua caliditate & ſiccitate: & fortaſſe tuſſim excitādo ſi fluant ad pulmonē.& hi catarrhi poſſunt excitari tam propter ſuperfluam inanitionem calore inflammato defectu cibi ; & ſua inflammatione liquefaciendo humores in capite contentos,quàm propter ſuperfluam repletionē cibi tempore ſtatus,unde corrumpitur cibus:& euaporando eſt cauſa huiuſmodi catarrhorum.propter quod dixit propter reſolutionem.i.diſſolutionem tēpore inanitionis in principio , & priuationem digeſtionis ſumpto cibo tempore ſtatus,& inquieti fiunt & reuoluuntur non potentes quieſcere in uno loco,maxime propter vigilias ſequentes acutos uapores ad caput peruenientes.& alienantur uaporibus peruenientibus ad organa uirtutum interiorum ſuas operationes impediētibus : ſicut in phreneſi non uera accidit . Et coarctant materiæ uirtutes eorū.ſ.animales,naturales,& uitales:aut omnes,aut plures ex his . Et per materias intellige chylum cum uaporibus ſuis:& materias malas quæ ex chylo corrupto generantur. Et poteſtis etiam intelligere materias diſſolutas tempore inanitionis:& multiplicantur uapores maxime per actionem caliditatis tempore ſtatus agentis in cibum : & in ea quæ ex cibo generantur.quare audiunt illud quod non eſt, uaporibus multiplicatis & uenientibus ad meningam auditus: ſunt enim cauſa tinnitus:unde exiſtimant aliquem ſonū eſſe in aere,qui non eſt:& ſimiliter imaginantur quod non eſt.Ex eadem cauſa tremunt,citantur,uel ſaliunt,& commouentur labia eorum inferiora propter dolorem oris ſtomachi ſequentem:aut cibi corruptionem:aut catarrhum ad ipſum defluentem . Eſt enim pellicula labij inferioris ori ſtomachi continua. Vnde ore ſtomachi commoto commouetur labium inferius magis quàm ſuperius:licet etiam ſuperius continuetur ori ſtomachi: quia cū ſit pendens non eſt aptum ita commoueri ſicut inferius . Et contriſtantur animæ eorum propter prauitatem materiæ euaporantis ad cor,& ad cerebrum,ſiue illa materia ſit chylus corruptus:ſiue genita ab eo.& hæc ſententia ſumpta eſt ab Hipp. ſecundo regiminis acutorum.§. illo Multotiens autem a capite . Et ſic eſt finis huius captuli .

Canon in dando in potu aquam hordei: & ſyrupum acetoſum. Cap. IX.

AQua hordei quædam eſt,in qua non eſt de corpore hordei: niſi quod eſt ſicut virtus et forma,et non eſt ei introitus in curatione,aut fiducia in iuuamēto:niſi quādo eſt completæ decoctionis . Et quæ de ea eſt melior,eſt ut ſit aquæ quantitatis ſacraiati.xx.et hordei ſacraiati.i.et ſit iam reducta proprie ad quintam:et aſſumatur illud quod de ea rubeum eſt,et ſubtile:hoc enim eſt ſubtile cuius nutrimentū eſt minus:et cuius humectatio eſt maior:et ablutio eius,et extractio ſuperfluitatum ab ea,et digeſtio facta ab ipſa eſt multa æqualis.

Quia Auicen.promiſit ſuperius ſe facturum ſermorem ſingularem de aqua hordei,& ſyrupo acetoſo . Ideo facit hoc capitulum in quo agit de modo conficiendi aquam hordei & ſyrupum acetoſum . Et ponit can.in uſu utriuſque . Habet hoc capitulum tres partes . In prima docet facere aquam hordei. In ſecunda ſyrupū acetoſum. In tertia ponit can.in uſu utriuſque.ſecunda ibi§Et melior quidem ſi.§tertia ibi §Et aggregare.§prima in duas.nam in prima ponit duas diuerſitates aquæ hordei penes ingredi parum, aut multum de corpore hordei in aquam . In ſecunda ponit diuerſitates ipſius ſumptas ex parte hordei.ſecunda ibi§Et aqua quidem hordei.§prima in duas. nam in prima parte docet conficere aquam hordei in quam ingreditur uirtus hordei & parum de corpore eius . In ſecunda docet conficere aquam,in quam ingreditur multum de corpore hordei.ſecunda ibi§Et de ea eſt in aqua.§ In prima parte dicit quod quædam aqua hordei eſt in qua non eſt de corpore hordei.ſ.aliquid notabile:ſed ſolum aliquid quod eſt ſicut uirtus prima aut ſecunda.& forma.i. proprietas tertia , non ꝙ illud parum quod ingreditur de corpore hordei in aquā ſit uirtus prima aut ſecunda aut tertia eius·ſed in ipſo ſeruātur huiuſmodi uirtutes.ſecundo dicit ꝙ non ualet in curatione : neque eſt fiducia in iuuamento eius niſi quando eſt completæ decoctionis.ſ.uſq; ad aperturam granorū hordei incluſiue : non tamen magnam ſed inchoantem.nam ſi eſſet magna multum de corpore hordei in aquam ingrederetur. tertio dicit quòd melior aqua hordei eſt,ut ſit aquæ ſacraiati.xx.& hordei ſacraiati unum . Eſt autem ſacraiati pondus quatuor drachmarum cum dimidio:aut ſecundum alios ſex dracmarum . Sed non poteſt eſſe error.hordeum ſit ſubiugecuplum ad aquam,& bullierint ſimul donec remaneat ſolum prope quintam partē aquæ.quarto dicit quod de ea ſumatur illud quod eſt rubeum, & ſubtile, & ſpiſſum remanens in fundo:tendens uero magis ad albedinem abijciatur . Hoc enim ſubtile aquæ eſt pauci nutrimenti: quia parum eſt in eo de eo corpore hordei,ſed eius humectatio eſt maior ratione aquæ.ſed ablutio eius, & extractio ſuperfluitatū,ſcilicet per urinam,& per ſeceſſum eſt ratione aquæ: uirtutis abſterſiuæ quę eſt in cortice hordei intricſeco ratione nitroſitatis ſparſæ cum eius ſuperficie: & digeſtio eius eſt multa æqualis.i.non ſuperfluens.infrigidat enim,& abſtergit : ſed non ſuperflue & humectat ſufficienter .

Et de ea eſt in qua eſt aliquid de corpore hordei, & farina eius . Et magis dilectum mihi in huiuſmodi eſt,ut non ſit plurimum decoctum:immo ſecundum menſuram quæ auferat inflationem,& non perueniat ad hoc ut faciat ipſam uiſcoſam vehementer . Et huiuſmodi quidem eſt pluris nutrimenti,& minoris ablutionis, & digeſtionis : & accidit ei multoties ut acetet in ſtomacho frigido in ſubſtantia ſua : & ſi ſit in eo calor extraneus multus de malitia complexionis .

In parte iſta agit de aqua hordei in qua eſt plus de hordei corpore:& farina eius quam dicit non multum debere decoqui:ſed ſecundum menſuram quę aufert inflationem ab ea quę eſt apta eſſe in ea merito huius hordei ventoſabilis : niſi ſufficienter decoquatur.non perueniat ad hoc ut faciat ipſam uiſcoſam vehementer:& hæc quidem eſt pluris nutrimenti ratione farinæ ingredientis in aquam:ſed eſt minoris ablutionis,ratione paucitatis aquę:unde nō impetuoſe fluit : & eſt minoris digeſtionis ſua uiſcoſitate abſterſionem impediente . ſecundo dicit quòd multotiens acetet in ſtomacho frigido naturaliter: quamuis ſit in eo calor extraneus,& multum de malitia complexionis calidæ.nam ſi ſtomachus eſſet calidus & ſiccus naturaliter:& cum hoc habens calorem extraneum potius corrumperetur ad fumoſum,quàm ad acetoſum.& hęc aqua eſt magis apta acetoſari cū diutius permaneat in ſtomacho , quàm aqua ſubtilis de qua ſupra . Modus autem faciendi hanc aquam eſt permittendo ipſam magis bullire, ſcilicet uſq; ad completam aperturam granorum hordei:ita tamen ut non inſpiſſetur . ſic enim eſſet ptiſana,& non aqua hordei .

Et aqua quidem hordei quandoq; eſt decocta ex hordeo ipſo ſicut eſt:& quandoque eſt excorticatum .

In parte iſta ponit duas maneries aquæ hordei ſumptas ex parte hordei dicens: ꝙ eſt aliqua aqua hordei facta ex hordeo ipſo.ſ.ſicut eſt:quia non mundato a cortice.ſ.interiori: ſed bene ab exteriori. facta enim ex hordeo non mundato ab aliquo cortice non habet iuuamenta quæ quærimus ex aqua hordei: ut vult Meſue & Azarauius libro decimoſexto capitulo primo. & huius uirtutes poſitæ ſunt ſuperius . Alia eſt aqua facta ex hordeo mundato ab utroque cortice quæ eſt minus abſterſiua quàm prior ſed magis ſitim,& aſperitatem ſedat:inflammationem extinguit magis:humectat guttur: pectus , & pulmonem lenit

lenit,prçcordia humectat &c.Sed prima ratione abſterſionis magis digerit,abluit,& aperit oppilationes quàm ſecunda. Pro clariori intelligentia eſt ſciendũ primo ꝙ ex hordeo poſſunt fieri iſta.ſ.aqua hordei,ſuccus,ptiſana,Kiſch,ſauich, alphita,polenta,puls, pulmentum,far. Et aqua hordei eſt corpus humidum potabile in quo aqua in magna quantitate excedit hordeum,ſiue hordeum ſit fractum ſiue nõ. Succus hordei eſt humidum expreſſum ex hordeo.

Ptiſana quomodo fiat.

Ptiſana uero hordei eſt cibus liquidus medius ſecundum ſubſtãtiam inter potũ uerum, & cibum maſticatione indigentem. Et fit dupliciter,uno modo farinam hordei paucam aquæ hordei admiſcendo quæ tandiu permittantur bullire,donec fiat liquor medius inter uerũ potum,& cibum maſticatione indigentem: & cũ decoquitur debet ſemper permiſceri ne fundo adhereat. decoctio autem ſufficiens per odorem cognoſcitur. Fit etiam ptiſana decoquendo hordeum mundum tanta decoctione ut fiat cibus mediocris ſubſtãtiæ ut ſtatim dictum eſt. Et eſt duplex: quædam non colata,quædam colata,quę poſtquam facta eſt colatur, & partes groſsiores abiiciuntur. Kiſch uero hordei eſt ſuccus ex hordeo poſt decoctionem expreſſus:& eſt idem quod ptiſana colata. Puls uero & pulmentum alphita,& polenta hordei eſt idem quod ptiſana hordei quomodocunque fiat. Far uero hordei eſt hordeum groſſum in partes fractum: licet ſumendo a frangendo far dictum fieri poſsit ex quocunque grano. verum apud nos far eſt quoddam ſpeciale granum in partes fractum: quod forſitan eſt ſpecies hordei.

Aqua hordei quomõ fiat.

Aqua vero hordei apud Meſue quem debes ſequi (eſt enim doctor veritatis) eſt duplex. Vna quæ eſt potus medicinalis. Altera quæ eſt potus tantum. Prima fit hoc modo. Recip. hordei excorticati a cortice primo exteriori. poſtea fricati cum panno aſpero fricatione vehementi circiter librã vnam: & ſit hordeum ſubtile medium inter nouum & antiquum ſuper quod non ceciderit aliquid corruptionis,neque de contagione fumi,aut pulueris:& quod conſeruatum fuit in loco aeris liberi:& iam habuit perfectionem in natiuitate ſua: & ponatur in olla munda,& vitreata,& optime abſterſa: & pone ſuper ipſum aquæ lib. 20. quæ aqua ſit bene conditionata: & exerce coctionem cum omni facilitate quantum eſt poſsibile:& ſine fumo auferendo a principio ſpumam eius & decoquatur uſq; ad conſumptionem medietatis aquæ:aut duarum tertiarum. deinde conſeruetur in vaſe uitreo. Habet enim hæc aqua uirtutem lenitiuam reſultantẽ in ea ex aqua & medulla hordei: & abſterſiuam,& lauatiuam a nitroſitate quadam expãſa in cortice interiori hordei tegente medullam eius:eſt igitur lauatiua,ſputi facilitatiua,uentris lubricatiua,oppilationes aperit, & urinam prouocat. Ars uero faciendi aquam hordei quæ eſt potus tantum completur hoc modo. Reci. hordei excorticati circa lib. 1. & frica ipſum cum panno aſpero fricatione vehementi uſque ad excluſionem, & ſeparationem corticum interiorum omnino:& laua lauationibus pluribus cum aqua calida. deĩde pone illud in olla: & poſtea funde ſuper illud aquæ circiter lib. 8. deinde bulliant cum facilitate ebullitione una: & proiiciatur ab eo aqua illa. deinde pone ſuper ipſum aquæ circiter lib. 20. & decoque cum facilitate uſque ad lib. 10. vel 7. deinde cola & recõde in vaſe uitreo. hæc autem aqua ſitim, & aſperitatem ſedat,inflãmationem extinguit,pectus, & pulmonem,& guttur lenit: ſitim extinguit: uentrem lubricũ reddit:præcordia humectat,& ſpiſſum facilitat. Hæc autem aqua ulteriorem recipiens decoctionem refundendo adhuc parum poſt parum ſuper eam circiter lib. 10. aquæ calidæ efficitur cibus,& potus,quæ quibuſdam colatum,quibuſdã non colatum Hippoc. dari iuſsit ſecundum neceſsitatis exigentiã. Eſt enim non colatus pluris nutrimenti:colatus uero paucioris. & quãdo ulteriorem recipit decoctionem uſquequo ſit mediũ inter iũctum,& liquidum eſt cibus laudabilis habens bonitates ſolẽnes,quo utendum eſt,cum adhuc pluri opus eſt nutrimento. Diuerſitates autem quas tu reperies inter auctores uariantes proportionem aquæ ad hordeum:& in maiori aut minori decoctione. ſicut hic uides inter Meſue,& Auicen. concorda diſtinguendo de hordeo. Eſt enim quoddam quod cito decoquitur,quoddam quod tarde:licet etiam inter aquam ſit hæc differentia. eſt enim quædam aqua in qua res cito decoquit̃, & eſt melior:quædam in qua tarde, & eſt deterior. Et ſecundũ hoc auctores ſicut Auicen. uoluerunt decoctionem maiorem fieri vſquequo remaneat fere quinta pars. alii uero ſicut Meſue econtra. Accidunt etiam hæ diuerſitates ſecundum uas in quo exercetur decoctio cum eſt lati,aut ſtricti orificii. Cum enim eſt lati orificii opus eſt plus de aqua conſumi: cum uero ſtricti econtra. Iſtæ etiam diuerſitates ſunt ſecundum diuerſitatẽ iuuamentorum quæ quæris ex aqua hordei. Cum enim uis facere aquam hordei quę ſit potus medicinalis pauciori opus eſt decoctione. Cum uero uis facere potum tantum,opus eſt pluri decoctione. Cum vero ptiſanam quæ per aquam hodrei aliquando intelligitur adhuc pluri opus eſt decoctione. Cum uero cibum maſticatione indigentem multo pluri opus eſt decoctione. Diuerſitates autem in hoc ꝙ hordeum debeat eſſe fractum,uel integrum ſoluuntur ſecundum diuerſas neceſsitates. Si enim uis quòd plus de corpore,ſiue farina hordei ingrediatur in aquam,melius eſt ut ſit fractum. ſic enim erit magis nutritiuum. Si enim opus eſt minori nutrimento,debet eſſe integrum. Nota quòd cum uis plus humectare melius eſt hordeum groſſum,cum uero minus melius eſt hordeum ſubtile. Sed ut non ſit error in aqua hordei attende hoc ſolum. Nam cum uis facere aquam hordei potum medicinalẽ bulliat hordeum quouſque incipiat aperiri:ſi uero potum tantum bulliat uſque ad completam apertionẽ. Vltimo nota quòd aqua hordei conuenit in febribus cholericis,& ſanguineis. Item in fẽbribus phlegmaticis a plegmate ſalſo: & in febribus melãcholicis a melancholia aduſta. ſed in febribus pendentibus ab humoribus frigidis quibus non inſit caliditas, nec de per ſe, nec de per accidens raro cõuenit:in febribus uero ephemeris cõuenit. In hecticis conuenit aqua hordei:quæ eſt potus tantum magis quàm illa quæ eſt potus medicinalis. Si uero in febribus pendentibus ab humoribus frigidis uis ea uti,decoquatur ſimul cum hordeo aliquid calidum:ſicut radix apii,aut fænicu li aut ſimilia. Et pro potu quotidiano poſſumus in his uti aqua zuccarata,cum zuccaro optimo. & ſi uis aliquantulum calefacere cum zuccaro vnius coctæ:& ſi uis vti aqua hordei ſit medicinalis. eſt enim minus frigida: & potus bonus quotidianus in febribus pẽdentibus ab humore frigido uiſcoſo eſt aqua zucca. cum pauco oxymelite ſimplici.

Dubitatur vtrũ aqua hordei ſit humida virtualiter: quia de actuale humiditate non eſt dubium. Arguitur ꝙ non. quia hordeum ſiccum eſt virtualiter merito ſuæ complexionis:& complexio aquæ non eſt ſicca neque humida cum non habeat complexionem,quia ſimplex. ergo aqua hordei ſecundum complexionem ſuam eſt ſicca,& ſic virtualiter erit ſicca. tenet conſequentia,cum non componatur niſi ex aqua & hordeo. Solet dupliciter reſponderi. primo quòd licet aqua ſimplex non habeat complexionem, humiditas tamen ſua actualis uincit cõplexionem ſiccam hordei:& ſic uirtualiter humectat.

Cõtra ſequitur ꝙ omnis decoctio facta in aqua eſt humida virtualiter,& debet humectare. conſequens falſum: & contra Meſuem tractatu ſeptimo. & contra omnes auctoritates. Sed probatur conſequentia,quia aqua determinat ſibi ſummam frigiditatem,aut ſaltem ſine admixtione ſiccitatis, quia ſimplex, & eſt maioris quantitatis quàm reliqua quæ decoquũtur in ea ergo aggregatũ debet eſſe uirtualiter humidum. Præterea. Humiditas actualis quæ eſt qualitas prima nõ contrariatur cõplexioni ſiccæ quæ eſt qualitas ſecunda;cum tantum unum uni opponatur. Et certum eſt humiditatem aquæ quæ eſt qualitas prima,opponi ſiccitati quæ eſt qualitas prima: & ſic non opponitur complexioni ſiccæ: quare non ſibi contra operatur. Et confirmatur,quia ambæ poſſunt in eodem ſubiecto intendi: ſicut in febientes cuius complexio efficiatur humida. Et conſequenter ſequitur ꝙ idem corpus per aquam hordei exiccabitur, & humectabitur. Aliter dicunt quida ſicut Marſilius inguem in quæſtionibus ſuper illo libro de generatione: ꝙ quodlibet elementum determinat ſibi duas qualitates actuales: & duas virtualiter tales a primis diſtinctas:& ſic in aqua erit humiditas actualis:& humiditas uirtualis abinuicem diſtinctæ: & ſic per humiditatẽ uirtualẽ cõtra operabit̃ ſiccitati complexionali hordei:licet nõ per humiditatẽ actualẽ. Contra adhuc ſtãt rationes factæ cõtra primã reſponſionẽ niſi dicat: ꝙ illa humiditas eſt remiſsior q̃ ſit humiditas actualis: & ſic cõſequenter decoctiones illæ erunt ſiccæ, in quibus bullient notabiliter ſicca, & in notabili quantitate: ſed illæ in quibus bullient remiſſe ſicca, aut in pauca quantitate erunt humidæ. &

ita dicatur de alijs qualitatibus.

Sed contra hanc respõsionem sunt instantiæ difficiles quas relinquo dominis philosophis. Vna tamen medicinalis instantia est satis apparẽs. sequeretur enim quòd aqua decoctionis chamomillæ esset frigida uirtualiter. consequens contra experientiam, & contra communem opinionem. & consequẽtia probatur. quia aqua est primum frigidorũ: & magis frigida quã humida: aut saltem æqualiter secundũ omnium opinionẽ. sed camomilla non est magis calida, quã hordeũ sit siccum. ergo &c. Hæ instãtiæ sunt mihi difficiles quibus male põt rñderi nisi forte dicatur ꝙ hordeũ sit siccũ secundũ cortices: est tamẽ humidum quo ad medullam & farinam eius. quod tamen non bene cõsonat mentibus auctorũ. Nec ualet si diceretur quòd aqua qua utimur non est simplex: quia certum est ꝙ non sit uere mixtum: neque habet complexionem: sed de his alia.

Modus cõficiẽdi syrupũ acetosum.

Et melior quidem syrupus acetosus apud me est ille in quo ponitur zuccarum in vase: deinde funditur super ipsum acetum forte, quòd sit de vino, tantæ quantitatis ne eleuetur super dorsum zuccari, immo dimittat ipsum discoopertum, deinde ponuntur sub vase carbones quieti, et cinis calidus donec liquefiat zuccarum in aceto sine ebullitione: deinde colligitur spuma: & dimittitur vna hora cũ multo calore, donec misceatur zuccarum cum aceto: deinde fundatur super ipsum aquæ quantitas duorum digitorum, & bulliat vsq; ad spißitudinẽ.

Hic docet conficere syrupum acetosum dicens: ꝙ melior syrupus acetosus est ille in quo ponitur zuccarũ .s. triũ coctarum in uase. deinde fundit̃ sup ipsum acetũ forte: quod sit de uino ut sit magis incisiuum, & penetratiuũ: & non debet esse ex uino granatorum, aggresta, & similibus: neque ex aqua. & sit tantæ quantitatis ut non cooperiat zuccarũ totaliter: sed secũdũ dorsum eius .i. secũdũ partẽ altiorẽ maneat discoopertũ. deinde accendat̃ ignis quietus .i. paruus ex carbonibus: ita ut cinis calidus cum paucis prunis sufficiat donec liquefiat zuccarum cum aceto sine ebullitione. deĩde tollat̃ spuma, & dimittat̃ sic hora una cum multo calore: sed absq; ebullitione notabili donec misceat̃ zuccarũ cum aceto. deinde fundat̃ sup ipso aquæ quãtitas duorum digitorum ẽm latum: & postea bulliat donec inspisset̃. Modus tñ Mesue quem debes sequi est clarus, & bonus. Accipe zuccari albi lib. v. funde sup illud in uase lapideo aquæ fontiũ dulciũ & clarorũ lib. iiij. & decoquat̃ semp abijciendo spumam. Et sit ignis quo coquit̃ prunarum aut tenuis flãmæ & sine fumo donec clarificet̃: & diminuta sit aqua sicut medietas. deinde funde super ipsum aceti uini albi & clari lib. ij. si uis facere parum acetosum. si uero multũ, pone libras. iiii. si uero mediocriter, pone aceti libras tres. & postea pfice decoctionẽ usq; ad spissitudinẽ & sit dosis eius ab. ℥. i. usq; ad tres cum aqua frigida bene cõdõnata. In hoc. n. syrupo acetoso est infrigidatio p aquã & acetum: & est humectatio per aquã, & aliqualiter p zuccarum: si non est antiquũ incidit, & aperit p acetum: & abstergit per zuccarũ: & etiã aperit, & est potus cõueniens in febribus. Quantitas autẽ aceti debet poni secundũ gustum hominis, & eius tolerantiã, & ẽm grossitudinẽ, aut subtilitatẽ materierũ, earunq; uiscositatẽ. In grossiori. n. & uiscosiori plus de aceto debet poni, & acutius, & ualet in omni materia: ita ut etiã in melãcholica: quãuis sibi assimiletur ẽm qualitates primas ,ppter incisionẽ, subtiliationẽ, & abstersionem, quæ est in eo merito aceti, & zuccari. misceatur autem tãtum aquę in potu quotidianæ quantum exigit gustus patiẽtis.

Et aggregare syrupum acetosum: et aquã hordei simul est illaudabile: quoniam corrumpit aquam hordei secundum plurimum.

In parte præsenti ponit octo canones, quorum primus est. Aggregare .i. miscere syrupum acetosum, & aquam hordei simul est illaudabile: quoniã syrupus acetosus corrumpit aquã hordei secundum plurimum scilicet ad acetosum.

Contra. quia auctores præcipue Auice: permiscet syrupum acetosum cum aqua hordei. prima tertij capitulo de phrenesi: & infra docebit misceri cum aqua hordei parum aceti. Similiter in capitulo de febre phlegmatica concedit hanc mixtionẽ. Item Gal. primo alimẽtorum docet acetum ptisanę miscere.

Pro solutione horum dicendum ꝙ aqua hordei: aut datur gratia cibi sicut illa in qua plus est de farina: & tunc non debent permisceri. nam syrupus acetosus in notabili quantitate faceret ipsam ex stomacho descendere ante completam digestionem. Et quãuis Gal. permisceat acetum cum ptisana hoc facit in pauca quantitate: ut sit incisiuum & prohibitiuum inflammationis: & non sit tantum ꝙ faciat illam descendere. Si autem aqua hordei detur ad alterandum, & non dubitetur de acetosatione: quia forte datur in stomacho naturaliter calido in quo non sunt humores potẽtes corrumpere aquam hordei ad acetosum: permisceri tunc possunt adinuicem: licet etiam separati possint dari. Si autem detur in stomacho naturaliter frigido: aut in quo sunt humores potentes corruumpere aquã hordei ad acetosum: non debent permisceri: quia corrumperetur ad acetosum. sed debet prius præmitti syrupus acetosus ut dicet, postea exhiberi aqua hordei: quia tamen frequenter in stomachis febrientium reperiuntur humores huiusmodi. Auicenna prohibuit huiusmodi adinuicẽ permisceri: ne syrupus acetosus adiuuet ad corrumpendum aquam hordei ad acetosum: & quia hoc non est semper: ideo dixi secundum plurimũ.

Et non oportet vt detur in potu aqua hordei cum siccitas naturæ adest: immo ante ipsam fiat clystere.

Secundus canon. Non detur in potu aqua hordei cum uenter est siccus: immo ante ipsius exhibitionem fiat clystere. Hic canon sumptus est ab Hipp. primo regiminis acutorum: & uerificatus in principio præcedentis capituli. Et potest hic canon intelligi tam de aqua hordei quæ datur pro cibo. quia regulariter ante cibi exhibitionem debet uenter esse nõ plenus fęcibus. potest etiam uerificari de aqua hordei data medicinaliter. ipsa enim habet uirtutem abstergendi, & leuandi superfluitates quas ad loca fæcum conducit, quæ prohibitæ ab exitu propter fęcum obuiationem nocebunt euaporantes: aut motæ ad uenas, quare præmittatur clyster.

Quòd si acetet in stomacho, detur in potu quod de ea est magis subtile. Quòd si acetat, coquatur cum ea radix apij, & eius simile. Si vero acetat iterum, tunc necessarium est vt misceatur aliquid piperis cum ea, proprie quando materia non est vehementis subtilitatis, et caliditatis.

Tertius canon. Quòd si acetat scilicet aqua hordei in stomacho det̃ in potu quod de ea est magis subtile: quia est calidius, & paruam moram contrahit in stomacho. Quòd si acetat etiã illud quod est subtile, coquatur cum ea radix apij, uel simile: sicut fæniculi. Si uero adhuc acetat necessarium est ut misceatur secum aliquid piperis: dum decoquitur. Et proprie quando materia non est uehementis caliditatis, nec subtilitatis.

Notãdum quòd aqua hordei est merito complexionis, quia frigida, & merito modi substãtiæ, quia subtilis apta ut acetosetur. propterea concurrente frigitate stomachi, aut humoribus frigidis in stomacho facile corrumpitur ad acetosum, quæ corruptio nocet digestioni. propterea succurrendum est iuxta ordinem suprascriptum.

Et quando multiplicatur eius inflatio: tunc misceatur cum ea ad calefactos parum aceti vini acetosi.

Quartus canon. Quando multiplicatur eius idest aquæ hordei inflatio misceatur cum ea ad calefactos idest inflammatos parum uini acetosi idest aceti uini.

Pro quo notandum quòd licet inflatio a uentositate proueniens caloris significet debilitatem respectu caloris resoluentis materiam insensibiliter: inflatio tamen aliquando prouenit propter uehementem caliditatem transmutantem humorem in uentositatem. Qua propter in calefactis scilicet excessiue nimia caliditate uentosantibus humorem, conuenit parum aceti uini quod penetrando remittit caliditatem: & ita prohibet inflationem a uentositate pendentem. Et quid per acetum uini habeamus intelligere patet per Rasim. 17. continentis. capitulo de febre sanguinea in fine auctoritate Mengari. Quando uis ut deficiat inflatio aquæ hordei: pone in ipsa ex aceto uini: & proprie in calefacto, uel cholerico. Si uero inflatio

ratio proueniret propter caliditatis diminutionem, acetosa non conuenirent. Nam acetosa causant uentositatem apud Auic. 20. tertij. tractatu primo. capitulo de cura priapismi in fine.

Verum cum syrupus acetosus in potu datur incidit humores, & præparat superfluitates ad expulsionem: & tu consequenter post duas horas da aquã alkisch hordei subtilem prædictam, vt abluat quod incidit, & abstergat id, & extrhat ipsum per sudorem, & prouocationem.

Quintus canon. Cum syrupus acetosus in potu datur incidit humores, & præparat superfluitates ad expulsionem facit enim operationem digestiui. Et consequẽter post duas horas da aquam Kisch hordei idest hordei excorticati a cortice exteriori subtilem prædictam scilicet illam quæ est potus medicinalis, ut abluat quod incidit scilicet syrupus acetosus: & abstergat, & extrahat illud per sudorem, & prouocationem scilicet urinæ. Qua propter syrupus acetosus est præmittendus, sicut digestiua præmittuntur euacuatiuis. Nota tamen ꝙ licet aqua hordei habeat uirtutem lauatiuam: non tamen habet uirtutem tertiam prouocantem, aut sudorem facientẽ. Sed materijs incisis per syrupum acetosum: deinde commotis per aquã hordei natura commouetur ad expellendum per has uias. adiuta tamen ab aqua hordei.

Et non est nocumẽtum si detur in potu syrupus acetosus apud cœnam, cum iam separatus est cibus a stomacho.

Sextus canon. Non est nocumẽtum immo supple iuuamen tum si detur in potu syrupus acetosus apud cœnam idest ante cœnam scilicet tanto tempore ꝙ sit digestus cum cœna sumit & ꝙ sit etiam celebrata digestio cibi præcedentis: & sic faciũt plures qui digestiua exhibent bis in die scilicet ante cœnam: & in mane confidentes per hunc modũ digestionẽ uelocitari.

Et quandoq; est necessarium vt præmittatur iuleb ante aquam hordei, vt addat in humectatione: & illud est cum vides siccitatem dominantem super corpus, & linguam.

Septimus canon. Quãdoq; est necessarium ut præmittatur iuleb quod fit ex aqua & zuccaro ante aquam hordei scilicet per duas horas. aut circa ut corpus, & materia humectetur: & hoc maxime obseruandum est cum uides siccitatem dominantem, super corpus & linguam. Est enim hoc humectatiuum ratione aquæ & zuccari: licet etiam ratione zuccari sit abstersiuum. Vbi ergo indiges amplius humectationem præmitte iuleb aquæ hordei. Vbi uero incisione, & subtiliatione sicut in materijs grossis, & uiscosis præmitte syrupum acetosum. Potest etiam ly ante dicere præelectionem, ut sit sensus: ꝙ ubi indiges maiori humectatione preeligatur iuleb aquæ hordei. Cum iuleb humectet ratione aquę, & zuccari sed aqua hordei tantum humectat ratione aquæ: & exiccat ratione hordei.

Et quandoq; est necessarium vt præmittatur ante ipsam ad leniendum naturam aliquid de tamarindis ante illud per duas horas.

Octauus canon. Quandoq; est necessarium, ut præmittatur ante aquam hordei ad leniendum naturam aliquid de tamarindis scilicet per duas horas. Ante hoc autem necessarium est cũ adest siccitas uentris etiã in intestinis superioribus. non enim confidimus ꝙ aqua hordei sufficiat ad leniendum: neq; etiam clysteria perueniant ad intestina superiora. opus itaq; est ut sumatur lenitiuum. Mos autem medicorũ est ut potius exhibeãt aliquid mannæ: aut cassiæ scilicet circa unam. ℥. mannæ: aut sex. ʒ. cassiæ quã tamarindos. quia non confidunt intestina posse leniri nisi per notabilem quantitatem tamarindorum, qui forte remanẽtes in stomacho cum sumitur aqua hordei essent causa ut corrumperetur ad acetosum. In homine tamen habente stomachum calidum cuius uenter sit facile solubilis, eorum administratio esset conueniens proprie in febribus multæ incensionis. Notandum ꝙ sicut ante aquã hordei debemus præmittere clystere lenitiuum: ita etiam est faciendum ante syrupum acetosum simplicem, & cõpositũ ut uia sit aperta: per quã possit educi, quod per huiusmodi est incisum & abstersum: ne remanens in intestinis euaporando noceat, ne etiã illud cum aliqua parte fæcali hi syrupi, & proprie acetosus cõpositus ad hepar penetrare faciat. Et si clystere nõ poterit eadem die ante hos syrupos, aut aquam hordei præmitti sufficiat ut die præcedenti præmissum sit: & intelliguntur, ubi uenter sit ualde stypticus, & plenus fæcibus.

De curationibus febrium acutarum. Cap. X.

QVod dictum est de regimine lenificationis, & prouocationis, & sudationis digestionis: deinde euonis cum medicina post illud. Et quod dictum est de cibatione post ipsum, est illud quod oportuit nos rememomare hic.

Auicennna in capitulo præsenti tradit regimen generale febrium acutarum quia cæteris magis periculosæ sunt. Et diuiditur hoc capitulum in duas partes. Nã in prima parte præmittit regimen contra materiam. In secunda cõtra febrem. secunda ibi parum infra [At modi extinctionis uehementiæ caliditatis.] Dicit primo oportere nos recordari pro curando febres acutas, intendendo ad causam & uirtutem regiminis dicti de lenificatione scilicet uentris & prouocatione scilicet urinæ & sudoris, & digestione materiæ febris, & euacuatione post digestionem cum medicina digerente humorem qui est causa febris. Tacuit autem phlebotomiam dans illam intelligere p reliquas euacuationes: aut forte quia raro ĩ febre acuta de cholerica materia uehementis inflammationis conueniat phlebotomia: ne æger ad nimiam cholericorũ ebullitionẽ perducatur cõtra canonẽ. quarte primi cap. de phlebotomia. Oportet etiam nos rememorare eius quod dictum est de cibatione. febricitantium post capitulum de cura generali febrium acutarum: ut per hæc quæ dicta sunt in illis duobus capitulis possimus recte intendere ad curam febris, & ad uirtutem.

At modi extinctionis vehementiæ caliditatis, sunt cum infrigidatione acris: & cum infrigidatione cibi, & cum epithematibus, & emplastris & cum medicinis.

Nunc Auic. facit quod dictum est. & continet partes duas. Nam in prima ponit sex modos extinguendi uehemẽtiam caloris. Et declarat duos illorum modorum. In secunda uero declarat alios quatuor modos. secũda ibi [Et oportet ut sit aer.] Prima in tres. nam in prima ponit quatuor modos extinguendi caliditatis quos non declarat. In secunda ponit quintum quem declarat. In tertia sextum ipsum declarans. secunda ibi [Et cum retentione eorum.] tertia ibi [Et quandoq; iuuatur per administrationem.] in prima dicit ꝙ modi extinctionis uehementiæ caliditatis scilicet febrilis perficiuntur cum infrigidatione aeris. Et secundo cum infrigidatione cibi: sub cibo et comprehendẽdo potũ. Et tertio cũ ephithematibus & emplastris. Et quarto cum medicinis frigidis.

Et cum retentione eorum, quæ sunt sicut mucillago psylij & mucillago granorum cytonij: & succus portulacæ, & succus liquiritiæ in ore, vt sedetur sitis. Nam assiduare gutturi patientis ægritudinem calidam aliquid, vt remaneat os humidum, & non exiccetur, in curis est iuuamentum valde.

Hic ponit quintum modum quem declarat: & est cum retentione in ore eorũ quæ sunt sicut mucillago psylij: quæ est frigida & humida in primo: & mucillago granorum idest seminum cytoniorum frigidorum & humidorum in primo quæ mucillagines per decoctionem horum granorum in aqua extrahuntur scilicet mucillago seminis psylij debet extrahi p leuem decoctionem ipsius: & absq; contusione: ne forte aliquid de medulla eius calida & sicca in quarto permisceatur cum mucillagine. Est enim mucillago humiditas alba uiscosa ad similitudinem mucinarium sic dicta cum his lingua po flet leniri, aut sacculi his pleni super linguam teneri: similiter succus portulacæ frigidus & humidus in secũdo. Itẽ succus liquiritiæ humidus: sed temperatus in actiuis, cum tamẽ dulcedo est febrienti bus non grata. Præstantiora his ad hanc intentionem humectationis linguæ & sedationis sitis est frustum anguriæ in ore tentum, & sæpe renouatum. Item pruna, siue recentia, siue sicca excoricata: & in aqua frigida infusa: & aqua frigida sola in ore retenta est febrientibus acute dilecta. Et reddens rationem dicit quòd assiduare gutturi patientis ægritudinem calidam aliquid, ut remaneat humidum est ualde iuuatiuum.

Guttur nāq; est spatium ad quod terminatur meri,& epiglottis propter quam exiccationem deglutio, & anhelitus posset impediri:immo etiā gustus linguæ superficie ualde exiccata.

Et quandoq; iuuatur per administrationem clysteris facti ex succo melonis indi,& cucumeris,& cucurbitæ & portulacæ cū oleo rosato, et cum aliquātulo camphoræ iuuamento maximo.

Ponit sextū modū extīctionis caliditatis febrilis: quē declarat dicens:ꝙ qñq; iuuantur p administrationē clysteris, cuius descriptio sit ista.Reci.succi melonis īdi,succi cucumeris,succi cucurbitæ,succi portulacæ añ.℥.i.olei ros. ℥. iij. ubi cum infrigidatione non opus sit intestinorum confortatione, tantundem olei uiolati esset præstantius,camphoræ frigidę in tertio gradu,grana quinque. his adde decoctionis matrum uiolarū. ℥.xv.& tepidum imponatur.hic sal non ponitur,ut diutius retineatur.sic enim magis humectat & īfrigidat : & forte ꝑpter hanc causam posuit oleum rosatum ne ab huiusmodi frigidis quæ diu retinentur intestina debilitentur.

Et oportet vt sit aer infrigidatus quantum possibile est.

Nunc autem declarat modos extinctionis quos prius nominauit.Et primo modum extinctionis per aerem frigidum. secundo per cibum & potū.tertio per epithemata, embrochas, & emplastra.quarto per medicinas. secunda ibi§Regimen autem cibi. § tertia ibi § Epithemata uero, & emplastra.§quarta ibi in fine capituli.§Et quandoq; est potus de papauere.§Prima in duas. Nam primo explicat qualitatem aeris ꝯuenientem.secundo ponit per quæ paretur iste aer. secunda ibi § Et eius infrigidatio. In prima parte dicit oportere aerem esse infrigidatum quātum est possibile. Pro parte prima notandum est hic intelligendū esse de aere qui inspiratur. Hic enim immediatius cor refrigerat : nec tamen timetur cordis superflua infrigidatio : cum aer infrigidatus inspiratus ad cor non perueniat nisi primo pulmone moderetur. Sed aerem corporis ambitum contingentē non opporteret esse frigidissimum: quia nō posset superflua frigiditate magnum refrigerium afferre cordi : cum oporteat per poros & loca augusta ad cor deferri:plurimum tamen nocere posset inspissando cutem:& cōsequenter prohibendo uaporum calidorum transpirationem : quam sententiam uide decimo therapeuticæ.octauo capitulo. hoc autem poterit fieri locando ægrum in aere ualde frigido: & ipsum pannis aliqualiter operiendo. Secundo notandum merito diei quantum est possibile.quia pluries difficile est reperiri aerem sufficienter contrarium febri acutissimæ:sicut in æstate.nō enim facile est hyeme calidissimū : æstate uero frigidissimū reperiri decimo therapeuticæ capitulo suprascripto.

Et eius infridatio est per prohibitionem frequentiæ:& per suspensionem flabellorum multorum:& per positionem niuis plurimæ.Et si domus est proximi temporis ex quo linita fuerit luto:& proprie illo in quo ponitur loco paleæ cotum papyri:tunc est melius. Et quandoq; præparantur in ea manationes vt fontium & rorationes : & currit in ea aqua dulcis. Aut stratus est super lacunam coopertam cū reti:& est stratus super quem dormitur ex tabari,& his similibus. Et reliquum stratus est ex extremitatibus salicum, et cytoniorum et myrti aspersis aqua rosata et nenufaris,et rosis, et uiolis. Et ponuntur quandoq; calathi,in quibus sunt ordines de frustis fructuum boni odoris frigidorum, sicut malorū acetosorū et cydoniorum,et modorum pirorū boni odoris aspersis aqua rosata:et nenufare, et salicibus, super quæ sunt puluerizata sandali,et rosæ et camphora, et super quæ iam distillatum est parum vini odoriferi:tunc est illud quod est vltimum. hoc ergo est regimen aeris.

Declarat per quæ auxilia aer infrigidatur dicens : ipsum infrigidari prohibendo hominum frequentiam, quorum anhelitus aerem calefacit.secundo per suspensionem flabellorū multorum quæ agitata commouent aerem,& uapores exhalantes remouent a corporis superficie.tertio ponendo plurimam niuem, aut glaciem in domo. quarto locando eum in domo exꝑximo linita luto:sicut creta in qua loco paleæ sit cotum papyri : illud enim est melius quàm palea.cum hoc enim ꝙ retinet adinuicem partes luti sicut palea : confert magis quàm palea: amplius infrigidando & humectando. Papyrus autem est iuncus aquaticus, ex qua antiqui faciebant chartam super quam scribebant : & ab illa nostra charta dicta est papyrus : & est illud quod in uulgari nostro dicitur paiuera.pars ergo intrinseca illius,quia mollis cotum appellari potest : & forte dicta est papyrus quasi parās ignem.est enim ignitioni parata. pyr autem græce ignis latine.per cotum papyri intelligunt aliqui laniginem quandam in summitate repertam & cōglobatam in figura longa rotunda:sed falluntur cū illa oriatur in summitate cannarum paludum.quinto ꝙ in loco sint manationes fontium & decursus aquarum:aut saltem ꝙ domus aqua aspersa irroretur.sexto stratum siue lectum faciendo super lacunā coopertam reti : sicut rete factum ex funibus adinuicem cōtextis: & stratus ille idest pānus super quem dormitur sit ex tabari.i. ex lino quod est frigidius,quā cotum:& his similibus stratibus idest lectis bene situatis & æquatis sicut ex corio : & reliqui stratus ex quo culcitræ implentur factæ ex lino,aut corio,& similibus : sicut ex extremitatibus salicum,cytoniorum,& myrti idest ex eorum folijs : & sint aspersa aqua rosarum.Et similiter ex folijs malorum,& nenufaris,rosis,& uiolis:& bene in illis lectis oīa sint æquata ut lectus sit mollis,& uniformis.septimo ponantur in domo calathi : in quibus sint ordinata frusta fructuum boni odoris frigidorum sicut malorum acetosorum: quia sunt frigidiora,& cytoniorum & modorum.i.& specierū prunorū boni odoris,& nenufare,& salicibus super quas puluerizati sint sandali frigidi in principio tertij & camphora : & super quas iam distillatum sit parum uini odoriferi. hoc enim est ultimum scilicet in bonitate.uapores nanq; uini aromatici in pauca quātitate permixti cum alijs uaporibus frigidis multis facit alios ad intrinseca corporis penetrare magis : & cum hoc magis confortant. Et concludendo dicit hoc est regimē aeris. Vltimo circa hanc partem euitando dubium:nota domum acute febrientis non esse sternendam frondibus populi quæ communiter apud nos reperitur.Nam populus dicta athi rosa : & aurum romanum apud Auic. calefacit uehementer in tertio,& exiccat in primo:& eius flos est uehemētis caliditatis : & ipsius gummi est ultimū in calefactione. Vna tamē species populi quæ apud Pliniū decimotertio naturalis historię capitulo de populo. & apud Simonem Ianuensem est frigidæ complexionis fortasse posset sterni in domo febrientis. Notandum secundo quòd licet nostra populus crescat apud aquas stat tamen ipsam esse calidam: sicut risus,acorus, & similia. & quāuis flos eius ponatur in unguento frigido sicut populeone stat tamen ipsam esse calidam,& ibi positam esse ad contemperandum res frigidas quæ illius unguenti compositionem ingrediuntur:sicut in multis medicinis calidis ponimus opium, ut ultra alia iuuamenta remittat illorum caliditatem.

Regimen autem cibi iam sciuisti:et si voluntas adest, vt cū infrigidatione sit lenificatio: tūc detur aqua cucurbitæ : aqua melonis indi proprie:et aqua cucumeris:et lactuca cum aceto est vltima.

Nunc Auice.docet extinguere caliditatem acute febrientium cum cibis & potibus:& tria facit. Primo ponit regimen infrigidans & leniens.secūdo regimen infrigidans & sitim sedans.tertio ponit regimen infrigidans & constringens.secunda ibi[Et quod conueniēs est in sedādo.]tertia ibi[Et si adest uoluntas.]Dicit primo te sciuisse regimen cibandi. capitulo de cibatione febricitantium:uolendo tamen infrigidando lenire scilicet uētrem detur aqua cucurbitæ:& aqua melonis indi:& est propria: & aqua cucumeris intelligendo per aquam, succum horum infrigidantem, & humectantem, & lenientem & magis proprius inter hos est succus anguriæ, & gustui placidus. Accipiatur ergo frustum anguriæ & ponatur in aqua zuccarata & masticetur,& succus deglutiatur.Sūt & alii modi de quibus dictum est in capitulo generali curationis febrium putridarum : & lactuca cum aceto est ultima idest ualde conueniens ad infrigidandum : licet non ad leniendum.Et quandoque ista dantur ante digestionem, & diem septimum cum maxima est necessitas infrigidandi.

Et quod conueniens est ad sedandum sitim eorum, est foca factum ex pane similæ cum aqua casei accepta ex dog idest lacte ex quo extractū est butyrum,post colationē vehementem.

Facit

Facit quod dictum est dicens conuenire pro sedand o sitim foca, & est potus factus ex hordeo qui est species ceruisiæ apud Simonem Ianuensem. in præsenti tamen intellige potum siue cibum factum ex pane similæ. i.purioris partis farinæ frumenti quæ est minus calida parte farinæ magis furfurea cum aqua casei accepta est dogo.i.lacte acetoso: quia frigidius a quo butyrum est extractum aptum inflammationi,& exhibeatur ista aqua post vehementem colationem vt extrahatur pars casealis & butyrosa:ut magis sit infrigidans, & humectans,leniens & sitim extinguens.huiusmodi autē non sunt in usu apud nos:credo tamen cum multa aqua casei aliquid modicum panis optimi esse dissoluendum:ita ut sorberi posśit.

Et si adest voluntas vt cū sedatione sit retētio tūc detur succus granati muzi, et acetosi: et aqua agrestæ:et aqua mori de semi:et aqua acetositatis limonis nō salsi:et aqua acetositatis citri:et quæ sunt his similia:et aqua ceresculi,et est berberis.

Nunc dicit quòd uolendo cum sedatione caloris,& sitis retinere scilicet ventrem dentur succi granati muzi, & acetosi: & aqua .i. succus agrestæ,& succus mori de semi idest de regione illa. & succus acetositatis limonis non salsi: & succus ceresculi idest berberorum. Notandum quòd licet granata acria, & musia habeant virtutem solutiuam: tum comprimendo: tum abstergendo: & tertio sua acuitate pungendo & stimulando: & proprie succus ipsorum expressus a toto præterquàm corticem exteriorem: habēt tamen virtutem stypticam qua possunt ventrem retinere. Vnde quamuis soluant: derelinquunt tamen vestigia constrictionis in intestinis. Vnde Auicen. secundo canone. capitulo proprio dicebat in omnibus speciebus suis vsq; ad acetosum esse absterfionem cum stypticitate. Vel forte constringunt,quia prouocant vrinam:& acetosum est plus prouocans quàm dulce. Quæ autem prouocant vrinam, constringunt: quia vrina noctu facta multa modicum secessum significat. quarta aphorismorum aphorismo.83. Tacuit autem de granato dulci: quia nō est ita aptū ventrem retinere, sitim sedare,& flammam extinguere: & cū locutus est de moris maxime intellexit de acetosis:quia dulcia sunt calida secundo canone. capitulo proprio:& de utroq; moro.s.rubi, & celsi potest hoc intelligi: & per hoc intellige succum arancij & similia.

Epithemata uero et emplastra sunt ex succis notis. Et proprie aqua rosata:aut succo rosarum recentium cum sandalis, et camphora:et aqua coriandri,et endiuiæ:cū istis enim est infrigidatio plurima ct mucillago psylij cum aceto,et aqua rosata est huius generis.

Hic autem declarat tertium modum infrigidandi febrientes acute,& est cum epithematibus & reliquis actu applicitis. Habet hæc pars duas partes. Nam in prima declarat ex quibus huiusmodi conficiuntur. secundo ponit canon. de embrochatione. secunda ibi § Et embrocare hepar. § In prima dicit quòd epithemata dicta ab epi quod est supra & thesis positio: sicut ex succis.i. liquoribus notis: & proprie aqua rosata cum sandalis,& camphora,& aqua coriandri & endiuiæ: cum istis enim est infrigidatio plurima: licet succus rosarum sit calidus. sed pōt cū reliquis frigidis misceri: vt addat in cōfortatiōe:& mucillago psilij cū aqua rosarū:& aceto est ex hoc gn̄e.

Et embrochare hepar cum infrigidantibus est res maxima et magis iuuans:nam cum æquatur est in eo maior pars rectificationis:et fortasse rectificat aquam.

Nunc ponit canonem embrochationis per embrochationem intelligendo quencunq; modum applicandi medicinas exterius. Et continet hæc pars tres partes. nam primo ponit vtilitatem embrochationis hepatis. secundo ponit canones embrochationis capitis. tertio ponit canones embrochationis hepatis. secūda ibi § Et quando est illic catarrhus. § tertia ibi satis distanter § Et infrigida hepar. § In prima parte dicit ꝙ embrochare hepar cum infrigidantibus est res maximi iuuamenti. Nam cum æquatur mala cōplexio calida est in eo maior pars rectificationis: & fortasse rectificat aquam .i. vrinam meliorando calorem,modum substantiæ, aut hypostasim.

Et quando est illic catarrhus,et tussis;aut in capite eius est grauitas,aut tensio,significat multitudinem uaporū:quare oportet ne fundatur super caput aqua, aut acetum:immo occupetur cū inclinatione capitis sup vapores aquæ secundū quòd dispositio facit illud necessarium. Si vero nō fuerit catarrhus: neq; aliquid eorum quæ diximus:tunc administra de embrochis, et epithematibus quæ vis. Et nocibilior embrocha in huiusmodi dispositione repletionis capitis est mulsio lactis super caput,fortasse.n. facit accidere apostema in capite, et perditionem. Et magis salua horarum embrochationis capitis cum repletione eius est vt sit vapor cholericus non humidus: immo in huiusmodi hora fortasse non nocet applicatio lactis, immo confert. Et cognoscitur ex dispositione somni, et uigilijs, et humiditate superiorum partium narium,et earum siccitate. Cum ergo videris somnum,aut profunditatem somni, aut humiditatem superiorum partium narium:tunc caue embrochationem, et inunctionem: et stude in attrahendo materiam ad inferiora. Et cum videris rubedinē in naso, et facie vehemētem tūc non erit malū vt facias currere sanguinē ex naribus.

Nunc ponit canonē embrochationis capitis: & hēt sex partes. In prima ponit canonem prohibitiuū embrochationū capitis. In secunda canones concedētes eius embrochationem. In tertia ponit embrochationē magis inconuenientē. In quarta parte ponit casum in quo cū repletione est embrochandū. In quinta ponit signa repletionis in qua cōuenit:& in qua non conuenit embrochatio capitis. In sexta ponit duos canones. secunda ibi § Et si nō fuerit catarrhus. § tertia ibi § Et nocibilior embrocatio.§ quarta ibi § Et magis salua horarū.§ quinta ibi § Ft cognoscitur. § sexta ibi § Cū ergo ibi uideris somnum. § In prima parte dicit ꝙ qn̄ in corpore febriente est catarrhus & tussis:aut in capite eius est grauitas significans multitudinem superfluitatis in eo: aut extensio significās multitudinem uaporum oportet ne fundat̄ super caput aqua neq; acetum:immo debet inclinare caput super uaporem aquæ frigidæ tepidæ,aut calidæ pauciori tēpore aut longiori ẜm ꝙ exigit dispositio sua. Caumate nanq; existente magno pluri infrigidatione opus est:sed ecōtra ipso existēte paruo:& ẜm hoc oportet aquā esse frigidā calidā,aut mediam. Similiter repletione existente multa oportet non lōgo tempore tenere caput inclinatū super vaporē aquæ,ne per calidos uapores præter modū liquefiāt:nec per frigidos uiæ oppilent̄ & humores præter modū ingrossent̄. In secunda parte dicit ꝙ nō existēte catarrho, nec aliquo ex his quæ dicta sunt administra de embrochis & epithematibus quod tibi placet. In tertia pte dicit ꝙ nocibilior embrocha cū caput est repletū est mulsio lactis,sup caput. fortasse.n. facit accidere apostema in capite:& interficit oppilando poros sua uiscositate & adherētia,unde nō fit trāspiratio In quarta parte dicit ꝙ magis salua hora embrochationis capitis qn̄ est repletum est vt sit in eo vapor cholericus nō humidus:immo in hoc casu fortasse non nocet:immo confert, & est modus loquendi. In quinta parte dicit ꝙ cognoscit̄ an uapor sit humidus, an siccus ex somno:quia tunc est humidus,& ex uigilijs: quia tunc est siccus:& hummiditate superiorū partiū narium,s.muzi. qn̄.s.sunt multi,& nō acuti: & earū siccitate.s. qn̄ sunt muzi: tūc.n.significat uapores illos esse siccos:sicut humiditas nariū significat vapores humidos. In sexta parte dicit: cū ergo uideris somnū.s.notabilē aut ꝓfunditatē somni,aut humiditatē superiorū partiū nariū tunc caue embrochationē, & unctionē.s.capitis:& stude in attrahēdo materiā ad inferiora.s. cū clysteribus:& reliquis auxilijs. Et tu supple etiā aliā partē.s.si uideris uigilias & siccitatem narium: tunc embrocha & unge.s.cū frigidis. Secundus canon. cum uideris rubedinē in naso & facie uehementē:tūc nō est malū ut facias currere sanguinē ex naribus, scilicet cū herba dicta polygonia: aut setis porcinis:aut sanguisuga parti intrinsecæ narium applicata.

Et infrigida hepar cū emplastris:et cum infrigidas, caue ne occurras cum infrigidatione vehementi hora sudoris et resolutionis: immo oportet vt obserues illud;fortasse enim fit causa inlongatione ægritudinis:licet quandoq; sit longitudo ægritudinis saluior quàm ipsius acuitas.

Hic ponit canon. embrocationis hepatis: & quendam alium:licet etiam adaptetur primus canon embrochationis cuiusq; partis extrinsece dicens: infrigida hapar cum emplastris

sibi proprijs: & cum infrigidas scilicet cum his sic applicitis exterius, caue ne occurras cum in frigidatione uehementi hora sudoris, & resolutionis materiæ: immo oportet ut obserues illud nam fortasse est causa prolongatiois ęgritudinis scilicet retinendo materiam quãdo natura tentat euacuationem: licet quandoq; sit longitudo ægritudinis saluior quã eius acuitas. Qua propter si ægritudo est ualde acuta corpus præter modum consumens dato quòd natura tẽtaret sudorem, essent huiusmodi frigida applicanda: magis enim eligamus aliqualẽ prolongationem ægritudinis quàm corporis arefactionem.

Et oportet vt caueas in febribus acutis casum rasuræ: quoniam addit in debilitate virtutis, & terretur natura a receptione superfluitatum ad intestina, & ab expulsione earum ab eis propter victoriam superfluitatum: fortasse redeunt superfluitates ad superiora, & lædunt hypochundria, & inflãt ea, & lædunt caput.

Secũdus canon. Caue in febribus acutis casum rasuræ idest excoriationis intestinorum: quia addit in debilitate uirtutis. & secũdo quia natura a receptione idest expulsione superfluitatum ad intestina terretur: & ab expulsione earum ab eis. i. per ea scilicet intestina: non quia superfluitates dominentur uirtuti: immo quia natura timet: ne transitus superfluitatum per intestina dolorem augeat in intestinis excoriatis: sicut ẽt natura terretur a mingẽdo cum uesica est excoriata. Qua propter superfluitates non expulsæ fortasse redeunt ad superiora, & retentæ in uentre lædũt hypochundria, & lædunt caput eua porando: aut forte ad ipsum permutatę.

Et quandoq; est in potu papaueris iuuamentum mirabile in inspissando materiã subtilem quare digerit, & in faciendo somnum.

Hic declarat sextum modum infrigidandi acute febrientes cum medicinis. d. ꝙ quandoq; est potus de papauere iuuamentum mirabile inspissando materiam subtilem scilicet calidam: quare digerit: cum digestio subtili sit æquatio per ingrossationem: & in faciendo somnum quo multum iuuantur febriẽtes acute: & per potum de papauere intellige uel syrupum, uel decoctionem eius: licet electuarium sicut diacodion & similia ualeant: & per hunc potum intellige alia extinguentia.

Nota pro declaratione huiusmodi infrigidandi febrientes acute, ꝙ membra infrigidanda in febribus acutis sunt quatuor scilicet caput, cuius epithema potest esse tale. ℞. succi lactucę. olei rof. ana. ℥. i aceti. ʒ. ij. misce. his addere potes aquam rosatam & succum rof. ad libitum, ubi magis intendas confortationi. Et ex serie textus potes comprehendere, in quibus casibus sit epithemandum caput & in quibus non. Cor potest epithemari cum hoc. ℞. aquæ rof. ℥. ij. succi rosarum, aquæ acetosæ ana. ℥. i. aceti. aquæ coriandri ana. ℥. 5. sandali. ʒ. i. cãphoræ gra. v. croci. ℈. 5. his potes addere aliquod aliud calidum, sicut parum uini aromatici, aut parum musci, & similium. Hepar autẽ est epithemandum cum huiusmodi. ℞. aquæ endiuiæ & aquæ rof. ana. ℥. i. specierum ceroti sandalini. ʒ. 2. aceti. ℥. i. his potes addere parum spicæ aut aliquid calidum. Renes autem epithemantur cum infrigidante Gal. Potes etiam cum mucillaginis psylij. ʒ. 2. aceti. ℥. 5. aquæ rof. ℥. ii. facere epithema: & stãte plenitudine nullum horum membrorũ regulariter est epithemandum, nisi præcedente minoratione.

Rememoratio accidentium quæ fiunt in febribus acutis. Cap. XI.

Loquamur itaq; in primis de accidentibus quæ vehemẽtia sunt in febribus: & de curatione eorum: & festinemus ad distinguendum febres acutas. Et hæc quidem accidentia sunt sicut rigor, & frigus, & horripilatio: & sicut sudor plurimus: & sicut fluxus sanguinis narium superfluus, & sicut vomitus laboriosus, & fluxus ventris debilitans: & sicut sitis quæ non toleratur: & sicut profunditas somni superflua: & sicut vigilatio inseparabilis, et sicut asperitas linguæ, & offuscatio oris, & sicut sternutatio continua, et dolor capitis prauus, & tussis frequens, & sicut casus appetitus, & bolismus, & sicut appetitus caninus, & singultus.

Auic. in parte præsenti intendens ponere regimẽ accidentium, quæ frequenter fiunt in febribus acutis ponit primo intentionem suã. d. ꝙ in primis uult loqui de accidentibus: deinde festinabit ad loquẽdũ de febribus acutis. licet etiã de chronicis sit in hoc tractatu determinaturus. oẽs tñ dici possunt acutæ quia mordaces respectu ephemerarum & hecticarũ. secũdo incipit singulariter agere de his accidentibus. ibi § Quod est de hoc. § Et quæ dicit in his partibus nota sunt. Notandũ ꝙ licet regularius fuisset prius ponere regimẽ putridarum, quã accidentiũ sequentium eas cũ cura accidentis vt accidens pendeat ex cura ægritudinis quæ est cã eius: attamẽ quia accidentia uehementia in febribus sicut illa, de quibus hic acturus est frequẽter curationes puertunt. placuit Auicennæ præponere regimẽ horũ accidentiũ regimini febriũ: hęc aũt accidẽtia de qbus determinabit sunt decimatertia. licet hic nõ enumeret.

De regimine frigoris & horripilationis cum superfluunt. Cap. XII.

Quod est de hoc sequens sudorem rectificatur velociter, & non indiget regimine. Et critico non oportet vt contrarium fiat per remotionem: & non est de illis quæ debilitant, et quæ faciunt aliud.

Hoc capitulũ primũ diuidit̃ in duas partes. In prima explicantur rigores non uertentes ad se curã. In secunda uirtutes. secũda ibi § Et quandoq; sedant̃ cum ligatione. § In prima parte dicit duo. primũ rigor sequens sudorem rectificat̃ velociter & non indiget regimine. i. curatione. s. notabili. secundũ rigor criticus non debet remoueri per cõtrarium. Ex quo sequit̃ ꝙ non indiget curatione: cũ omnis cura fiat p contrariũ. Prę terea. Nõ est de illis quæ debilitant neq; faciant aliud nocumẽtum si crisis sit laudabilis: quare non indiget curatione. Notandũ primo rigorem sumptũ communiter prout conuertitur cũ typo aliqñ pręcedere sudorẽ, aliqñ sequi, aliqñ ei coniungi. Primũ patet in principijs febriũ interpolatarũ quæ cũ sudore terminant̃. Itẽ etiã in rigore præcedente crisim per sudorem. ut quarto aphorismorũ apho. 58. A causone habito. Secũdum patet. nam aliqñ post sudorem exhalatis iã uaporibus calidis, & apertis poris multotiens etiã spiritus resolutis sequitur frigus quoddã, & forte aliquis rigor qui sequens completã euacuationẽ non eget regimine p medicinas, p leuem. n. fricationẽ, aut pannorũ calidorũ applicationẽ remouet̃. Et ꝙ rigor sequat̃ euacuationẽ, collige secũda quarti. trac. primo. ca. de narratione signorũ bonorũ & de hoc rigore est sermo hic. Patet etiã tertiũ. nã aliqñ tẽpore sudoris, terret̃ natura in expellendo materiã nociuã p mẽbra sensibilia, & retrahit calorẽ, & spiritus, & significat̃ impotentia uirtutis, & terror eius, nec non malitia materiæ: & hic rigor est malus: de quo septima aphorismorum. In sudore rigor malum. Et aliqñ contingit propter uehementẽ resolutionẽ spiritus cũ debilitate uirtutis contentiuæ sicut in sudore diaphoritico cui frigus associat̃, & hic est pessimus. Notandum ꝙ per rigorẽ criticũ debes intelligere rigorẽ antecedentẽ crisim cũ omnibus, aut pluribus conditionibus laudabilibus crisis. nã p cura huius nõ est aliud faciẽdũ iuxta aphoris. secũdũ. primæ particulæ. Ea quorũ crisis fiat aut facta est. nec ex hoc timemus uirtutis debilitatẽ aut aliud nocumẽtum notabile sicut conuersionẽ materię ad aliqđ mẽbrũ nobile & similia. uerũ aliqua calefactio cum pãnis posset fieri.

Et quandoq; sedatur cum ligatione extremitatum. et fricatione facili, et cum calefactione coperturæ, et cum vnctione de oleo de anetho: et de chamæmilla si indigetur eo.

Ponit regimẽ rigoris uertentis ad se curã: & primo minus fortis. secundo magis fortis. secũda ibi [In forti autẽ qñ perseuerat.] In prima parte dicit ꝙ rigor. s. debilis qñq; sedatur cũ ligatione extremitatũ. s. coxarũ & adiutoriorũ, & fricatione facili. s. totius corporis & extremitatum: & tertio cum calefactione, & vnctione cum oleo de anetho aut de chamæmilla, si indigetur eo. q. d. ꝙ aliquando sufficiet sola ligatio & fricatio absq; unctione. Notandum ꝙ huiusmodi fricationes, & unctiones debent fieri dorso spinæ, & partibus posterioribus a quibus inchoant rigores. quarta aphorismorum apho. 62. quibuscunque in febribus. Calefaciẽdo enim & trahendo calidũ exterius sedant rigorem.

In

In forti autem quando perseuerat, siue sit in febribus, siue sit in alijs oportet vt ligentur extremitates in locis plurimis, et inunctio fiat cum oleo chamæmellino, et radice lilij: et sunt de hominibus qui confortant illud cum eis quæ sunt sicut cardamomum, et castoreum, et ruta et sceba et calamenthum et baurach, et piper, et pyretrum. Et quandoque pertransit illud ad administrandum linimenta ex synapi, et assa fœtida. Et quandoq; decoquuntur medicinæ istæ in aqua, deinde coquitur in ea aliquod oleum, et aqua erucæ fortis est in hoc capitulo per se sola, aut cum oleo aliquo quod decoquitur cum ea: et similiter decoctio ozymi et aquæ eius.

Confectio olei boni.

Sumãtur anethum siccum, et myrrha, et ruta, et calamenthum, et piper, pyrethrũ et coquãtur in vino decoctione vltima: deinde decoquatur colatum in tanto quantum est medietas eius de oleo sisamino, vsquequo consumatur aqua, et remaneat oleum, et administretur inũgendo: et de oleis fortibus in eis, in tali qualis est rigor quartanæ, est oleũ de costo, & oleũ de sceba, et oleum de abrotano, et oleum de lilio, et oleum de myrrha, et ponantur in vnc.i. olei pondus. drach. iij. piperis, et sexta drach.i. pyrethri tritorũ: et administretur absinthiũ decoctum in oleo aliquo aut oleum oliuæ in quo decoctum est apium. Et introitus in oleum leuis caliditatis est iuuatiuus valde: et fortasse necessariæ sunt potiones: et multotiens sedatur cũ aqua calida leuis caliditatis, et cum incuruatione super vaporem eius. Et quando non sedatur per id, si materia est grossa, decoquantur in aqua anisum calamenthum et semen apij & mastix, et eruca, et anethum et similia: et balneetur in aqua in qua decocta sint ea, quæ sunt sicut sceba, et abrotanum, et calamentum, et anethum et squinanthum et ruta et sansucus et costus et semina calida.

Nunc curat rigorem fortem: & primo magis per exterius applicita. secundo magis per interius sumpta. secunda ibi § Et omnes medicinæ fortis prouocationis. § Prima pars posset diuidi in tot partes quot remedia ponit. partes patebunt. Ante omnia primo notandum rigorem uertere ad se curam aliquando propter tristem sensationem uehementer contristantem, & debilitantem uirtutem. Secundo propter motum compressiuum ad quem resolutio & uirtutis debilitatio consequitur. Tertio propter uehementem retractionem caloris, ad quam potest sequi suffocatio. Secundo notandum huiusmodi applicita locis de quibus supra conferre calefaciendo sua actuali, & potentiali caliditate, & tristem sensationem remittendo: & tertio de materia faciente rigorem resoluendo. Primum remedium faciendum in rigore forti quando perseuerat siue in febribus, siue quando non fuerit febris est ligatio extremitatum in locis dictis: & iniunctio fricando cum oleo de anetho, chamæmillino, & radice lilij scilicet albi quæ est calida in secundo rigoris sedatiua: & potest decoqui radix lilij cum oleo chamæmillæ & ipsum oleum applicari ungendo, & fricando. Secundum remedium est ꝙ aliqui homines cõfortant oleum suprascriptum addendo cardamomum calidum & siccũ in tertio, castoreum, pinguedinem testiculi calidam: & sic in fine tertij aut in principio quarti: & rutam cali. & sic. in tertio, syluestris uero in quarto. Sceha ſm aliquos est sticados arabicus cali. in primo & sic. in secundo. secũdũ aliquos est species absinthij: & dicitur sandonicum a Sandone loco Galliæ. Sed apud Gal. 6. de simplici medicina est abrotanum cali. in primo sic. in secundo. calamẽthũ cali. & sic. in secundo. baurach species salis pro qua sal nitrum ca. & sic. in tertio. piper, pyretrũ cali. & sic. in tertio. hæc aut aliqua istorũ possunt suprascripto oleo commisceri ſm suam substantiam: aut possunt poni ad decoquendum: & postea oleum colari huiusmodi abiiciendo. Tertium remedium quandoq; pertransit medicus ad linimenta magis calida sicut quæ fiunt ex synapi calida in quarto. Itẽ ex assa gũmi calida in quarto. sicca in secundo. intelligendo de non odorifera quæ est calidior odorifera: licet magis abominabilis. Istæ duæ possunt cũ aliquo liquore permisceri in pauca quantitate, & his loca dicta inungi. Et quandoq; decoquuntur istæ medicinę in aqua: deinde decoctio illa colata bullitur cum aliquo oleo usq; ad aquæ cõsumptionem, & administraƭ. Quartum remedium est aqua decoctionis erucæ calidæ, & sic. in secũdo. sola, aut cũ aliquo oleo bullita est fortis in hoc casu Similiter decoctio ozymi. i. basiliconis calida & sic. in secũdo & aqua eius per aquã intelligendo succũ, aut aquam distillationis. Quintum remedium est confectio olei boni. sumanƭ anethi sicci, rutæ, myrrhæ calamenthi ana. partem unam. piperis pyretri, ana. partem mediã coquanƭ cum uino decoctione ultima ita ut horum uirtus ingrediatur uinum: deinde uinum istud coquatur in tantum olei sisamini quãta est eius medietas usquequo consumatur aqua & administretur: & hæc est fortis & solẽnis. Sextũ est ex oleis fortibus multũ calidis conueniẽtibus in rigoribus fortibus qualis est rigor quartanæ sicut est oleum de costo cal. & sic. in tertio: oleum de sceha, oleum de abrotano: & hic uides ꝙ Auic. per scehã non intelligit abrotanũ: oleum de lilio, oleum de myrrha. Septimũ ponantur in. i. ℥. olei tres. ʒ. pipis: & sexta. ʒ. unius pyrethri tritorũ &c. octauũ administretur absinthium decoctum in aliquo oleo sicut oleũ oliuæ in quo decoctum sit apiũ. Nonũ introitus in oleum aliquod paucæ caliditatis est iuuatiuus ualde si ponaƭ in eo ſm totum corpus præterquã ſm caput. Et fortasse his non sufficientibus sunt necessariæ potiones, de quibus infra. Decimum quãdoq; sedaƭ cum aqua parum calida. s. incuruãdo dorsum super uaporem eius. Vndecimum quando non sedatur per illud, & materia est grossa decoquatur in aqua anisum & calamenthũ semen apii, & mastix & eruca & anethũ & similia: & recipiat uaporem: ut supra. Duodecimum balneetur in aqua in qua decocta sunt sceha, abrotanum, calamentum, anethum, squinãtum, ruta, sampsucus. i. maiorana, costus, & semina calida.

Et omnes medicinæ fortis prouocationis sedant rigorem. Et de medicinis sedantibus rigorem maximum in quartana, et similibus sibi est ut bibatur de costo aureus. i. cum aqua calida, et de agarico quãtũ de ipso in aqua cadida. Et in agarico est iuuamentũ: & quandoque ponitur cum eo parũ opij: quoniam facit dormire, et facit sudare, et prohibet vehementiam rigoris et alia: et iterum ireos quantitas aur. i. in aqua calida

In parte præsenti Auic. curat rigorem per sumpta interius & primo per medicinas. & cibos alteratiuos. In secunda per medicinas solutiuas. secũda fere ĩ fine capituli ibi. § Et solutio uentris. § prima in tot partes quot sunt medicinæ. partes patebunt. Prima est. omnes medicinæ fortis prouocationis. s. sudoris sedant rigorem. omnes nanq; sunt calidæ & sic. sua caliditate sedant ipsum. Præterea. Educendo per sudorem sedant ipsum. sicut theriaca, mithridatũ, & similia cum uino potenti sumpta. secunda medicina quæ sedat rigorem maximum sicut in quartana est huiusmodi. ℞. costi aureũ unum. puluerizetur, & sumatur cum aqua calida. secundo. ℞. agarici intellige præparati suis correctiuis, aureum unum, & sumatur distẽperatus cum aqua cal. iuuat enim agaricus in rigore. tertia medicina. quandoq; ponitur cum agarico parum opij, & iuuat faciendo dormire, faciendo sudare: & prohibet uehementiam rigoris, & alia accidentia uehementia. accidentia. s. sequentia rigorem sicut syncopis, & similia: & ad intellectum Auic. debet accipi agarici aureum unum. opii unum aut duo grana. possemus etiam has medicinas scilicet agaricum opium & costũ simul commiscere & totum exhibere una uice per horam, aut circa ante paroxysmum: & melius est ut sint distemperata, aut cum aliquo liquore calido saltem actu. hæc enim medicina iuuat calefaciendo, & subtiliando materiam. Iuuat secundo de per accidens sopiendo sensum. tertio prouocando somnum. quarto prouocando sudorem: sed prouocatio sudoris partim est de per se per medicinas calidas subtiliantes: partim de per accidens inducendo somnũ qui facit sudare. Et hæc medicina quia tardæ euacuationis, & efficitur etiã tardior p opium non euacuabit nisi post uiginti horas: aut circa quando iam paroxysmus erit finitus, & euacuabit materiã grossam sicut melancholiã: & similes quas forte non euacuasset si non fuisset sumpta ante paroxysmũ: cũ ante paroxismum materia incipiat agitari, & commoueri: & cũ est in motu facilius potest educi quã si non cõmoueretur, propterea forte melius esset ꝙ hęc medicina p duas horas, aut maior tẽpus exhiberetur ante parosysmũ, ut iã sit actuata dum mouetur causa antecedens pro paro-

xyſmo. Et ex his facile ſoluuntur multæ inſtãtiæ pauci momenti, quas doctores adducũt pro declaratione huius textus. quarta medicina eſt aureus unus ireos in aqua calida. Eſt autem ireos, radix lilij cæleſtis cal. & ſic. in fine tertij, & ſolutiua. Et credo quòd eſſet melius hoc exhibere ante paroxyſmum per notabile tempus ut eſſet completa eius ſolutio. uerum eius oleum applicitum ſedat notabiliter frigus, & rigorem.

Et de compoſitis eſt theriaca diateſſaron, & electuaria alia: & diacyminum, & diacalamenthum: et diapepereon: et ſyrupus de melle in quo feruent ſicut aſſa, ruta: et pyrethrũ, & piper. Pilulæ expertæ quæ dantur in potum ante rigorem per horam vnam infirmo erecto, vel ſtante ſuper lectum ſuũ, vel ſcamnũ ſuum: & aere eius calefacto cum igne, & cooperimento, quoniam temperant ipſum, aut prohibent: quarum confectio ℞. ſtoracis: myrrhæ: opij: opoponaci: omnium ana partem ideſt conficiantur cum butyro: & ſit doſis eius quantitas fabæ: & iterũ ſumantur opoponaci, caſtorei, dauci, aſſæ, pyrethri, opij ana partes æquales. fiat ſicut primo fit. Deſcriptio bona. ℞. opoponaci, ſerapini, aniudẽ, & cymini carmeni, & ſemĩs apij. & piperis. ana aur. i. ſ. ſeminis hyoſquiami albi. croci. ariſtolochiæ. caſtorei. euphorbij. myrrhæ. ameos. zinziberis. omnium ana pondus tertiæ. drach. i. ſeminis harmel, pyrethri. omnium ana aur. i. conficiantur cum melle. & doſis eius ſit auellana cum aqua calida valde.

Deſcribit medicinas compoſitas ualẽtes in rigore. Ex quo infertur quòd medicinæ ſupraſcriptæ fuerunt plures & non una ſola ſcilicet coſtus, agaricus &c: Prima medicina compoſita eſt theriaca diateſſaron ideſt de quatuor rebus. Item diacyminum. diacalamenthum. Itẽ diapepereon. quæ omnia ſunt calida circa tertium gradum. Et ſyrupus de melle in quo feruent ſicut rura, aſſa, pyrethrũ & piper. i. aqua mellis in qua huiuſmodi ſint bullita, & colata poſt horum bullitionem. Pilulæ expertæ hæ dantur infirmo erecto ſiue iaceat in lecto, ſiue ſuper ſcamno ad experiendum an ſit fortis, potens tolerare huiuſmodi opiata: & etiam ut melius poſsit deglutire: & debet eſſe in camera calida, aut in pannis circũdatus, ut nõ frigeat. ℞. myrræ. opij opoponaci omnium ana partem unam: cõficiãtur cum butyro: & ſit doſis ut quãtitas fabæ. Do tibi ſanum conſilium quando incipis alicui exhibere medicinas opiatas non tranſcendas ſuper duo grana opij. Sunt enim quidam qui facile patiuntur ab opio, quidam non: intra quos difficile eſt diſtinguere niſi per experiẽtiam. Quomodo autẽ huiuſmodi opiata conferant in rigore patere poteſt ex dictis. Et duæ medicinæ ſequentes ſedant rigorem, tum calefaciendo & ſubtiliãdo per medicinas calidas: tum ſtupefaciendo. nam in prima ſequente ponitur opium: in ſecunda ſemen hyoſquiami albi: quod tamẽ minus ſtupefacit quàm opium. Solum ſupereſt ut aliqua declarentur. opoponacum dictum eſt ab opos, quod eſt gummi, uel lacryma & ponax, uel ponacũ herba. ſic ſumitũ ut ſumitũ a Plinio 12. naturalis hyſtoriæ: & eſt calidum & ſiccũ in tertio. Aniudẽ eſt ſiſeleos decimatertia tertij. tractatu quarto cap. de cura aſclitis in fine. aut eſt herba de qua fit aſſa: & eſt ualde calida. Ariſtolochia capiens nomen ab inuentore, qui ſeminando inuenit: ut ponit Tullius primo de diuinatione diſtinguens in lõgam, & rotundam ſic differentes ſecundũ folia, & radices: quarum utraq; eſt notabiliter calida: ſed longa calidior. de utraq; poteſt intelligi. Harmel eſt ſpecies rutæ, & nõ ſylueſtris ut uoluerunt quidam. ut patet per Auicen. ſexta quarti. cap. de cura morſus uiperarum.

Et fortaſſe eſt neceſſarium in eo vt detur in potu vinum calefactum, & cibi calefacti.

In parte iſta ponit quòd cibi & potus debẽt dari actualiter calidi: & melius eſt etiam ut ſint potentia tales ſiue dentur in rigore ſicut aliquando eſt neceſſarium deficiente uirtute, ſiue ante rigorem.

Et ſolutio ventris cum eis quæ ſunt ſicut hiera, & diacydoniten, & diaphœnicon: immo quando eſt rigor prauus, & proprie ſine febre dentur in potu pilulæ fœtidæ: quoniam ipſæ ſunt ſanitas eius.

Curat rigorem cum ſolutiuis concedens hierã ſcilicet ſimplicem, diacydoniten, & diaphænicon. quarum deſcriptiones uide a Meſue in ſuo antidotario. & ab Auicen. quinto canone: immo quando rigor eſt prauus: quia fortis & longus & proprie ſine febribus dantur in potu pilulæ fœtidę: quoniam ſanãt. quarum deſcriptiones uide nono Almanſoris. cap. de paralyſi. & dñr fœtidæ: quia fœtidos educunt humores: & conueniunt cum non eſt feb. aut pauca febris: quia ſunt notabiliter calidæ. Notant hic doctores ſolutiua nõ eſſe exhibenda ita ut operentur tempore paroxyſmi niſi materia exiſtẽte in uijs deductũ aut ſibi proxima in pauca quantitate: quod credo eſſe uerum præcipue: quãdo huiuſmodi medicinæ ſunt uiolentæ ſicut ſunt quæ hic deſcriptæ ſunt præter hieram. Cura rigoris ſex requirit intentiones. Prima eſt regimen ſex rerum proprie in aere qui debet eſſe calidus. ſimiliter cibi & potus in rigore pẽdente a materia calida debent eſſe actualiter calidi. Secunda intentio eſt minoratio humorum cum uomitu cum plurimum de ea materia expellatur eo tempore ad ſtomachum ſed ante rigorem per notabile tempus puta die præcedenti cum medicinis ſolutiuis. ſ. hiera ſimplici diaphæni. diacydonitem. pilulis fœtidis, reubarbaro, aloe & ſimilibus ſm exigentiam materiæ. Tertia intentio eſt remittere acuitatem, & ſubtilitatem materiæ. & etiam ſubtiliare groſſam. Primum perficitur cũ ingroſſantibus, & inuiſcantibus ut aquis, & ſyrupis. Secundum cum ſubtiliãtibus, abſtergentibus, & incidentibus ex eiſdem. & iſta ſunt exhibenda tempore digeſtionis materiæ quæ ſtat ſub forma cauſæ antecedentis: & ſic per duas horas ante paroxyſmũ. Quarta eſt reddere materiam non ita uelociter mobilẽ ſupermembra ſenſibilia quæ cõpletur per quietem corporis, aut per frigida inſpiſſantia. Quinta intentio eſt obtundere ſenſum, ne propter ipſius acuitatẽ ualde debilitetur æger, & augmentetur concuſsio quæ completur per prouocantia ſomnũ. Sexta intentio eſt partium exteriorum calefactio, & proprie dorſi, & extremorũ: quæ completur cum fricatione, cum pannis calidis, & calidorũ exterius applicatione. quæ multiplici poſſunt eſſe. Item cum cibis, & electuarijs & aquis in præſenti capitulo deſcriptis. de quibus ſunt. theriaca mithridatũ, diamuſcum, & ſimilia: & proprie in materijs frigidis ſumpta cum pauco uini potentis, & etiam cum his quæ exterius applicantur. Deſcriptio conueniens. ℞. olei anethini. ℥. i. ſ. ſucci artemiſiæ. ℥. iii. bulliant ſimul ad cõſumptionẽ ſucci. & addatur croci ſubtiliter pulueriza ti. ʒ. i. ceræ quantum ſufficit: fiat unctio cum aqua debite calida ungatur dorſum ante rigorem, & in rigore. Aqua uitis applicata dorſo, & extremis eſt efficax.

Cura rigoris ſex habet intentiones.

Regimen ſudoris ſuperflui in febribus. Cap. XIII.

Oportet ne ſudor criticus quantum poßibile eſt, reſtringatur.

In præſenti capitulo Auicen. ponit regimen ſudoris. primo critici non ſuperfluentis. ſecundo critici & non critici ſuperfluentis. ibi ſecunda § Cum autem fuerit neceſsitas. § dicit primo criticum ſudorem quantũ eſt poſsibile non eſſe reſtringendum. patet quia natura in criſi perfecta nõ eſt impedienda. prima aphoriſmorum aphoriſ. 20. ſi tamẽ in ſudore uirtus præter modum debilitaretur: tunc conuenit illum reſtringere.

Cum autem fuerit neceßitas, & pertranſit terminum: tũc oportet vt euentetur, & infrigidetur locus. Si autem non excuſat: tunc ſuper inſtrumẽtum poſitus, quo pueri, vel iuuenes ſolent in aere concuti, commoueatur in loco frigido.

Nunc Auic. facit quod dictum eſt: & habet quinq; partes. tres primæ partes regunt ſudorem parando aerem. ſecundo in tali regimine abſterſionem ſudoris docet euitare. tertio ponit quædam remedia exterius applicãda. ſecunda ibi § Et nõ oportet ut intẽdat. § tertia ibi § Et oportet. § Dicit primo ꝙ cum neceſsitas eſt ſtringendi ſudorem ſuperfluentem oportet euentare, & infrigidare locum, & ſupple etiam ſudantem: quo remedio ſufficienter ponatur ſuper inſtrumento quo ſolent pueri in aere concuti, & ſe commouere. Pro cuius declaratione notandum quòd debent primo diſcooperiri, ut uapores retenti ſub pannis exhalent ſimul cũ aere calefacto circundante. ſecũdo hoc non ſufficiente debent aliqualiter flabellari, ſiue euentari:

sari:& flabellatio illa impellendo uapores a superficie corpo-
ris propter aerem impetuose motum in corpus sudantis infri-
gidet ipsum,& poros oppillet.semper enim a corpore nostro
exhalant vapores calidi,qui circa corpus retenti ipsum calefa
ciunt,& poros aperientes amplius sudare faciunt.quinta pro-
blematum problemate.16.quare quiescentes immoti sub ra-
dijs solis magis calefiunt.uẽtilatio itaq; isto modo,& commo-
tio super notato puerorum instrumento.

*Et non oportet ut occupetur in exuccando illud quod ro-
rando egreditur,faciendo exuccationem post exuccationem.
Nam illud est occasio ad illud prouocandum, et multiplican-
dum:et fortasse attrahit syncopim. Nam eius abstersio addit
in ipsum,et eius dimißio restringit ipsum.*

Nunc facit quod dictum est dicens non oportere occupari
in exiccando illud quod in modum roris egreditur per poros
cutis,faciendo exiccationem post exiccationem. nam huius-
modi exiccatio est causa prouocandi,& multiplicandi ipsum:
& fortasse attrahit syncopim.s.multiplicatio ipsius, spiritibus
præter modum resolutis.abstersio enim sudoris, auget ipsum,
& dimissio eius restringit ipsum. Abstersio nanq; sudoris est
causa cur alius sequatur ne detur vacuum.sed dimissio restrin-
git:quia ipse dimissus circa pororum orificia inuiscatur, & in-
grossatur.nam cum sapiat naturam aquæ redit in ipsam ab ex-
trinseco:& sic infrigidatur & ingrossatur: ad quam infrigida-
tionem & ingrossationem adiuuat frigiditas cutis & conti-
nentis: & hæc est sententia Arist.secunda problematum pro-
blemate.13.

*Et oportet ut inungat eum cum oleo rosato forti, et oleo
myrtino. Aut cum oleo de salicibus,et cum oleo de balaustijs.*

Nunc Auicen.ponit remedia: & primo sudore non existen
te multum vehementi.secundo ipso existente ualde uehemen
ti.secunda ibi§Et cum res sit uehemens.§In prima parte ponit
tria remedia.primum remedium est ut ungatur cum oleo ros.
forti.s.ad restringendum:quia oleum scilicet factum ex oliuis
immaturis:& rosis nondum apertis, & si sint syluestres & albæ
sunt stypticiores quàm domesticæ & maturæ. Et cũ oleo myr
tino.s.similis uirtutis:aut de salicibus quod est frigidius: non
tamen magis stypticum:aut de balaustijs.i.caducis granatorũ
quæ sunt capita ipsorum:& hoc fortius constringit ipsis supra-
scriptis. singula enim horum sunt ipsius constrictiua, & eius
omnia simul mixta.

*Aut fiat oleum cum aquis in quibus decoquuntur cytonia
pontica,et mala pontica,et rosæ et balaustiæ et karabe contri
tum sicut puluis qui apparet in radio solis,et similia quoniam
restringit:et quandoq; restringit acetum mixtum aqua,et suc
cus agrestæ et decoctio balaustiarum,et decoctio gallarum,
et decoctio myrti et succus salicis est mirabilis, et aqua sem-
peruiui. Et cum res sit vehemens,liniatur cum mucillagini-
bus frigidis,et cum gummi et proprie cum emplastratur his
duobus,et euentatur. Et quando vehemens fit res, oportet ut
ponatur nix super extrema,et sola sint in ea extrema:aut bal
neetur cum aqua frigida,si suffert eam.*

Ponit regimen secundum:& est oleum factum hoc modo.
accipiatur aqua decoctionis cytoniorum, & malorum ponti
corum quæ magis constringunt quàm cytonia cum sint magis
frigida.& magis de partibus terreis participantia quàm ipsa:
& rosarum.s.siccarum,& balaustiarum,& Karabe contritæ si-
cut puluis qui apparet in radio solis,& similium.quæ aqua po-
stea debet bullire cum oleo aliquo utputa oliuarum omphaci-
no,usq;ad aquæ cõsumptionẽ.est.n.efficax hoc: & aqua asper-
sa super corpus ægri,aut epithemata est valde constrictiua. nã
hæc sunt frigida & styptica. Karabe autem quasi trahẽs paleas
interpretatur:& quandoq; restringit.s. sudorem aceto mixtũ.
Item succus agrestæ,& decoctio balaustiarum,& decoctio gal
larum, & decoctio myrti, & decoctio foliorum salicum: &
aqua semperuiuæ scilicet decoctionis expræssiõis,aut distilla-
tionis.est.n.valde frigida. Et cum res i.sudor fit vehemens li-
niatur corpus cum mucillaginibus frigidis sicut psylij,aut cum
gummi arabico,ut inuiscentur in superficie corporis ut sudor
non possit exire.hæc.n.fortiter stringunt coadiuuante euen-
tatione.& quando vehemens fit res: quia alia non conferunt,
ponatur nix super extrema,& sola sint in ea niue extrema non
residuũ corporis,ne forte cõgelaretur: aut balneetur in aqua
frigida si sustinet eam. Dicit tamen Gentilis se curasse sudorẽ
cuiusdam dominę cum rosata nouella descriptione Nicolai in
suo antidotario,quam dicit conuenire in sudoribus diaphore-
ticis:& datur mane,& meridie cum aqua frigida.credo quòd
sufficeret. ʒ.5. Notandum quòd intentio Auic. est restringere
sudorem sequentem subtilitatem materiæ, dilatationem poro
rum,debilitatem contentiuæ,& irritationem expulsiuæ maxi-
me quando timetur casus uirtutis.Pro cuius cõstrictione sunt
hæ intentiones.prima constringit poros.secunda ingrossat ma
teriam.tertia confortat contentiuam membrorum, & remit-
tit acuitatem expulsiuæ eorum. quarta diuertit materiam ma
xime a circuferentia ad centrum.quinta ordinat debitum re-
gimen maxime cibos,& potus inspissantes materiam sudora-
lem,& uirtute fouentes:quę intentiones quibus debeant com
pleri satis bene patere potest.

Regimen fluxus sanguinis narium superflui. Cap. XIIII.

*Oportet ut non properetur ad probibendum illum, qui
criticus est quantum poßibile est.*

Hoc capitulum habet duas partes. In prima parte præmit-
tit fluxum sanguinis narium non restringendum. secundo do-
cet regere restringendum.secunda ibi§ Cum autem est neces-
se.§In prima parte dicit non oportere properare ad restrin-
gendum fluxum sanguinis narium criticum quantum possibi-
le est nisi superfluat,& debilitet uirtutem.

*Cum autẽ est necesse prohibere fluxum sanguinis narium
in febribus acutis:tunc liga extrema, & pone uentosas super
latus quod sequitur latus fluxus sanguinis narium:deinde con
sequenter adhibe regimen illius loci. fortasse.n. poßibile erit
tibi ut infrigides,et restringatur per illud,et non ponas uento-
sas desuper:et distilla in nasum aliquas distillationes prædi-
ctas in capitulo fluxus sanguinis narium. Et cum non est pro
hibẽs aliquod,infrigida caput cũ infrigidãtib. prædictis in eo.*

Nunc facit quod dictum est: & primo regit fluxum sangui-
nis in febribus acutis.secundo specialiter in quartana.secunda
ibi§Et quandoque aduenit.§In prima parte pro constringen-
do sanguinem ponit tria remedia.primum est ligatio extremo
rum.s.adiutoriorũ supra cubitos per duos digitos: & similiter
coxarum supra genua tantundem:necnon testiculorum ad di-
uertendum. secundum remedium est positio uentosarũ si fluat
ex nare dextra super regione hepatis.si ex sinistra super regio-
ne splenis sine scarificatione ad retinendum sanguinem ibidẽ
aut ad diuertendum. Tertium remedium est regimen loci per
quem fluit sanguis.s.nasi,frontis,timporum, colli, & partium
propinquarum:non fortasse erit possibile ut per infrigidatio-
nem supple & constrictionẽ illarum partiũ restringatur absq;
positione uentosarum super regione splenis aut hepatis. Ali-
ter & non ponas ventosas super partibus superioribus .s. naso
propinquis ne sanguis trahatur ad superiora: & distilla in na-
sum aliquas distillationes prædictas.s.quinta tertij. ca.de cura
fluxus sanguinis narium. Et cum non est aliquid prohibens.s.
catarrhus aut nimia repletio,infrigida caput cum infrigidanti
bus dictis in capitulo de cura fluxus sanguinis narium.

*Et quandoque aduenit patientibus quartanam fluxus san-
guinis narium,quare oportet ut iuues cum facientibus fluere
sanguinẽ ex naribus,scitis. in ipso enim est sanatio quartanæ.
si uero superfluitatem timuerimus faciemus sicut illud quod
fecimus.*

Hic fluxũ sanguinis nariũ regit in quartana.d.ꝙ oportet ut
iuues cũ faciẽtib9 fluere ipm ex narib9 q̃ sunt scita quinta ter-
tij..s.cõstringẽdo gulã,ponẽdo digitos in narib9,aut setas por
cinas,aut herbã dictam polygonium.nam per fluxum ipsius sa-
natur quartana maxime pendẽs a melancholia genita per adu-
stionem sanguinis:si tñ timueris ne superfluat cõstringe ut di-
ctũ ẽ.Cura sanguinis nariũ exigit quinq; intẽtiones.Prima est — Quinque ĩtẽtiones ĩ cura flux9 sanguis narium.
remotio causæ flux9 quæ multiplex esse põt.s.nimia aquositas:
aut nimia cholera sanguine permixta.aut superflua caliditas
sicut in febribus acutis, aut debilitas contentiuæ: aut irrita-

tio uirtutis expulſiuæ.ſecunda intentio eſt diuerſio cũ euacuatione aut ſine. tertia fluxus interceptio cum his quæ applicantur collo temporibus, aut fronti. Quarta orificiorũ uenarum quæ ad nares terminantur cõſtrictio.ſ.cum his quę naribus inſtillantur, aut inſufflantur, aut in forma ſtuellorum imponunt: & hoc abſq; alijs ſm plurimum eſt ſufficiens. Quinta eſt regimen ſex rerum non naturalium per quæ ſanguis inſpiſſetur, & ſm plurimum infrigidetur, & fiat ineptus fluxui, & contentiua membrorum fortificetur. Et pro complendo quartam intentionem infunde aliquem puluerem ſicut trochiſcos de terra ſigillata: aut de Karabe: aut bo.ar.ſan.dra. in albumine oui: & bñ concute: deinde fac ſtuellũ ex ſetis groſſum, ex coto, aut tela aranea, aut pilis leporis, & infunde in albumine illo, & naribus impone, quem diu retineat & non uiolenter extrahatur. hoc.n.ſm plurimum ſufficit: immo ſtuellus infuſus in ſolo albumine oui eſt ſufficiens ſm plurimum. Et quia cura fluxus ſanguinis narium cum eſt continuus celeritate indiget: ſunt hæ omnes intentiones, aut plures ex his quàmcito perficiẽdæ cum remedijs opportunis.

Regimen uomitus qui accidit eis. C. VX.

CRiticus iterum non abſcindatur niſi apud neceßitatem.

In hoc cap. Auic. ponit regimen uomitus. & primo critici non reſtringendi. ſecundo reſtringendi critici uel non critici. ſecunda ibi § Et ſm plurimum. § Dicit primo non eſſe reſtringendum criticum niſi ſit neceſſarium ſcilicet quia ſuperfluens & deijciens virtutem: & quia nõ euacuat quale eſt euacuãdũ.

Et ſecundum plurimum abſcindatur in eis per uomitum, & per adiutorium eius quo extrahitur humor nociuus, ſicut eſt ſyrupus acetoſus & aqua calida. Et quandoq; eſt neceſſarium ut confortetur uirtus: quare ponatur loco ſyrupi acetoſi puri ſyrupus acetoſus cum ſeminibus.

Nunc facit quod dictum eſt: & continet duas partes. nã primo ingenerali docet regere uomitum. ſecundo magis in ſpirituali. ſecunda ibi § Et ſi humor imbibitus. § Dicit primo uomitum ſm plurimum abſcindi per uomitũ, & per adiutoriũ quo euacuatur humor nociuus ſicut ꝑ ſyrupum acetoſum cũ aqua calida: quandoq; tamen neceſſe eſt dare regimen fortius ut ſyrupum acetoſum cum ſeminibus loco ſyrupi acetoſi ſimplicis. Pro qua parte notandum ꝙ uomitu ualde debilitante, & corpore ualde inepto ad uomitum, & ſuſpecto per illum ad fracturam uenæ non debemus ſi poſſumus aliter uomitũ uomitu curare: in alijs autem caſibus uomitus eſt uomitu curandus, maxime materia ad ſuperiora leuigante: quę ſententia colligitur de cimaſexta tertij. de cura colicæ paſsionis. Notandũ ſcđo ꝙ ut facilior fiat uomitus præparandum eſſe humorẽ uomitui cum ſyrupo acetoſo zuccarino materia exiſtente calida, & cũ oxymelle ſimpici ipſa exiſtente frigida & groſsiori. ipſa uero exiſtente frigidiori, & groſsiori cum ſyrupo acetoſo compoſito cum ſeminibus, ſcilicet calidis ſubtiliatiuis materierum, ſicut cum aniſo, fæniculo, & ſimilibus. Eſt autem huiuſmodi ſyrupus acetoſus compoſitus duplex. Quidam cum zuccaro factus & dicitur apud nos ſyrupus acetoſus. Quidam cum melle & dicitur oxymel cõpoſitũ: quod conuenit adhuc materia exiſtẽte groſsiori. Oxymel uero ſcilliticum conuenit materia exiſtente frigidiſsima, & groſsiſsima. hi autem ſyrupi miſcendi ſunt cum aqua calida. i. tepida. omnia. n. tepida exoluũt robur ſtomachi: poſt cuius tepidi ſumptionem per horam procuret uomitum exquiſitum ſatis cum impoſitione digiti, aut pennæ in gutture.

Et ſi humor eſt imbibitus & groſſus: tũc oportet ut fiat ſolutio in dando in potu quod eſt ſicut aloe & hiera. Et quando non eſt imbibitus fortaſſe confert hiera & aloe.

Nunc ſpecialem ponit uomitus curam. Et continet partes tres. Nam primo ponit regimen uomitus ſm diuerſitatẽ ſubſtantiæ & ſitus humorum. ſecundo ponit curam uomitus cholerici. tertio ponit regimen uomitus melancholici. ſecũda ibi § Et quando aſsiduauerit uomitus. § tertia ibi § Ad uomitũ quidem choleræ nigræ. § prima in tres. nam primo docet regere uomitum humore exiſtente imbibito groſſo. ſecundo nõ exiſtente imbibito. tertio exiſtente imbibito non groſſo. ſecunda ibi § Et quando non eſt imbibitus. § tertia ibi § Et ſi eſt imbibitus nõ groſſus. § Dicit primo quòd humore exiſtẽte imbibito in ſtomacho & groſſo oportet ſoluere uentrem cũ aloe & hiera. Et dicit in ſecunda parte quòd quando non eſt imbibitus fortaſſe confert hiera & aloes. Primo prima parte notandum quòd humor exñs in ſtomacho quandoque eſt imbibitus ideſt intus bibitus, & poroſitatibus concluſus, quandoq; eſt inuiſcatus, quandoq; natans, quandoq; apoſtemans. Imbibitus eſt duplex. ſubtilis & groſſus: licet ſubtilis ſit magis aptus imbibi: & uterq; poteſt eſſe ex quacunq; ſpecie humorum. Pro remouendo ergo groſſum ſiue imbibitum ſiue non: docet exhibere hieram pigram. ſ. ſimplicem Gal. quæ dicta eſt hiera quaſi ſacra & pigra amara: & fit ex octo rebus inter quas nihil ẽ ſolutiuũ niſi aloe. Aloe autem quandoq; ponitur dupla ad reliqua, & eſt magis ſolutiuæ: & hanc uocant aloem & hieram. Aliquando ponitur in doſi æquali reliquis ſeptem: & hanc uocant hieram & aloem. Doſis hieræ pigræ in qua aloe eſt duplum ad reliqua ſine melle, eſt a. ʒ. ſ. uſq; ad duas: in forma electuarij cum melle eſt. ℥. i. & hoc magis cõfert quãdo humor eſt imbibitus. Aut aliter per aloe & hieram intelligamus aloe qui de nouo miſceatur cum hiera pigra aloe dominante ſicut. ℞. aloe. ʒ. i. hieræ pigræ. ʒ. ſ. miſce. & exhibetur in forma pilularum. vel diſtemperentur cum aqua zuccarata & bibantur. Econtra uero per hieram & aloẽ intelligimus hieram dominari ut. ℞. hieræ p. ʒ. i. aloe. ʒ. ſ. & exhibeantur. ut ſupra. Et forte per hieram & aloem intellexit duas medicinas diſtinctas: quarũ quęlibet huic propoſito deſeruit.

Et ſi eſt imbibitus non groſſus mundat ipſum ſyrupus acetoſus cũ aqua calida, deinde æquat ipſum poſt illud aqua granatorum quæ bibatur. Quod ſi euomuerit eam, bibat ipſam vice alia donec æquetur et quieſcat: et ſimiliter ſyrupus de mẽtha cum granis granatorum. et fortaſſe ſedat ipſum infrigidatio ſtomachi.

Facit quod dictum eſt, & continet partes duas. Nam primo ponit tria remedia facienda quando humor eſt imbibitus non groſſus. ſecundo quoddam regimen euitare docet. ſecunda ibi § Et non oportet ut approximet. § Primum remedium mundans humorem imbibitum non groſſum eſt ſyrupus acetoſus cum aqua calida. digerit. n. ipſum ingroſſando, & abſtergit ipſum a ſtomacho, & ſua punctione incitat ad uomitum. poſt quem facto uomitu aqua granatorum bibita æquat ipſum ſcilicet ſtomachum temperando eius caliditatem: quam ſi uomuerit bibat alia uice donec æquatur ſcilicet ſtomachus, & uomitus quietetur. Secundum remedium eſt ſyrupus de mentha cum granis granatorum: confert enim in dicto uomitu. Tertium fortaſſe infrigidatio ſtomachi ſedat ipſum non ſolũ perficienda cum interius ſumptis: ſed etiam cum exterius applicitis: ita ut aliquando oporteat eſſe actu, & potentia frigidum ſicut in colica paſsione præcipit Raſ. 9. Almanſoris. Hæc autem adminiſtranda ſunt humore iam educto.

Et nota quod eſt bonũ in uomitu uehementi & proprie ab humore calido primo lauare ſtomachum cum aqua calida, aut hordei in multa quantitate: deinde approximare remedia conſtringentia interius, & exterius actu & potentia frigida.

Et non oportet ut approximet rebus ponticis, et ſedãtibus uomitum cum ponticitate ſua, et acetoſitate ſua ſtyptica ille qui uomit propter humorem imbibitũ: quia eſt malum et addit imbibitioni, ſed non imbibito fortaſſe facient eum deijcere deorſum: quamuis ſit groſſus, et fortaſſe iuuabunt uirtutẽ ſtomachi ad expellendum eum per ſuperiora.

In præſenti parte docet euitare quoddam regimen dicens. Non oportet illum qui vomit propter humorem imbibitum approximare rebus conſtringentibus uomitum ſua ponticitate & ſtypticitate. nam hæc faciunt humorem magis imbibi. humore uero non exiſtente imbibito fortaſſe conferunt. Nam ſi humor ſit groſſus fortaſſe ſtomachus cõfortatus deijciet eum ꝑ inferius. Si uero ſubtilis fortaſſe eiiciet eum cũ uomitu: tutius tñ eſt ut credo primo mũdificare ſtomachum ab humoribus

bus in eo contentis per ſuperius, aut inferius, ſiue ſint imbibiti, ſiue non: poſtea huiuſmodi confortantia adminiſtrare tam interius, quàm exterius.

Et quando aſſiduauerit vomitus de cholera, & non fuerit de genere imbibiti: tunc vtere ſtypticis: & proprie emplaſtris iuuantibus factis ex corticibus granatorum, & gallis & his ſimilibus cum vino permiſto, aut aceto permiſto.

In præſenti parte curat vomitum cholericum quando non fuerit humor imbibitus. d. quod tu debes vti ſtypticis, & proprie emplaſtris factis ex corticibus granatorum, & gallis, & ſimilibus cum vino aut aceto mixtis.

Et ad vomitum quidem choleræ nigræ ſuperfluum ſubmergatur ſpongia in aceto, & ponatur ſuper ſtomachum. Quod ſi neceſſarium fuerit aliquid fortius adminiſtra medicinas prædictas in capitulo retentionis vomitus.

Nunc curat vomitum melancholicum. d. ꝙ vomitui cholerę nigrę ſuperfluæ confert ſpongia infuſa in aceto & bene expreſſa ſtomacho applicita. Vltimo dicit quòd in efficacioribus pro reſtringendo uomitum erit recurrere ad medicinas dictas in capitulo de reſtrictione vomitus decima tertij. Notandum quod huiuſmodi ſpongia in aceto infuſa confert ſtomachum quadam ſtypticitate confortando: & ſi fuerit melancholia aduſta confert infrigidando & incidendo, & ſtomachum confortando. Sed ſi cum aceto bullierit mentha & ſimilia confert etiam calefaciendo. Cura vomitus ſex exigit intentiones. Prima remouet cauſam ſiue fuerit primitiua ſicut regimen ſex rerum non naturalium faciens vomere: ſiue fuerit corporea ſicut oppilationes, apoſtemata, ulcera, & ſimilia in ſtomacho exhibentia, aut in membro ſibi communicante. Alia diuertit humores ad ſtomachum fluxuros. tertia mundificat ſtomachum a ſuperfluitatibus in eo exiſtentibus ad uomitum incitantibus. quarta uias, & ductus conſtringit per quę ad ſtomachum defertur humor ipſum ſtomachum confortando, ne recipiat, & vt debite ſuas operationes perficiat. quinta corrigit accidentia. ſexta ordinat debitum regimen ſex rerum. Et ex dictis in textu potes elicere auxilia plures harum intentionum perficientia.

Regimen fluxus ventris, qui accidit eis. Cap. XVI.

IAm ſingulariter in capitulo fluxus ventris locuti ſumus in hac intentione, ergo redeamus ad illud. Et de illis quæ conferunt ex via ciborum ſunt almes torrefacti, & lentes torrefactæ & coriandrum: quodcunq; horum duorum fuerit, elixetur, & fundatur aqua ab eo, & proprie quando fit acetoſum cum granis granatorum: quoniam eſt bonum.

Hic Auicen. ponens fluxum ventris qui aceidit febrientibus duo facit. Primo pro ſufficienti regimine fluxus uentris remittit nos ad decimamſextam tertij. d. ſe locutum fuiſſe ibidem ſingulariter quantum eſt opportunum in hac intentione i. in regimine fluxus uentris, ſequẽtis febrem. ſecundo hic breuiter ſe expediens ponit quoſdam cibos conuenientes in fluxu ſequente febrem dicens: ꝙ de illis quę conferunt uia cibi ſunt ſicut almes torrefacti, & lentes torrefactę, & coriandrum ſimiliter torrefactum: Quodcunq; horum duorum. ſ. almes & lentium poſtquam torrefactum eſt debet primo elixari, & abijci prima decoctio: deinde debent bullire quouſq; decocta ſint, & debent fieri acetoſa cum granis granatorum. ſ. exprimendo ſuccum ab eis: & huiuſmodi condiendo. Almes autem ſunt robilię. Coriandrum preparatum cum aceto, & torrefactum eſt ſingulare in fluxu uentris & proprie ad retinendum cibum in ſtomacho. Hæc autem cum frigida ſint & ſtyptica conferunt in fluxu ſequente febrem. Intentiones habendæ in cura fluxus uentris ſunt ſex. Prima remotio cauſæ fluxus quæcunq; fuerit aut primitiua aut corporea. ſecunda eſt diuerſio humorum a fluxu ad inteſtina. tertia eſt mundificatio inteſtinorum a ſuperfluis in eis contentis, & doloris eorum ſedatio: aut cum clyſterijs ſi fuerit in inteſtinis groſsis: aut cum ſumptis in potu ſi fuerit in gracilibus. quarta intentio eſt uiarum, & ductuum conſtrictio, humorum ingroſſatio, & quietatio

x inten
ones in
ra flu-
us.

nec non inteſtinorum confortatio ne recipiant cum exterius applicitis, & ſumptis. quinta eſt accidentium correctio. ſexta debiti regiminis ſex rerum ordinatio.

Regimen ſitis eorum ſuperflua. Cap. XVII.

OPortet vt inũgatur caput cũ oleo frigido valde, quod fundatur ſuper ipſum, et ponatur ſuper caput ſi non fuerit quod prohibeat: et cum aquis infrigidantibus.

Auicen. ponens regimen ſitis ſuperfluentis. primo ponit regimen generale pro ſedando ſitim. ſecundo ſedat ſitim ſecundum aliquos ſpeciales modos ipſius. ſecunda ibi § Sitis quandoq; fit a frigore. § prima in duas. nam primo ponit regimen ſitis per infrigidantia capiti applicanda. ſecundo per infrigidantia in ore tenenda. ſecunda ibi § Et retentione mucilaginis. § Dicit in prima parte oportet inũgere caput oleo frigido potentialiter infrigidato. ſ. actualiter infuſo ſuper caput non exiſtente prohibente. ſ. catarrho, capitis repletione & ſimilibus. Et inungi etiam cum alijs aquis infrigidantibus. Cauſa dicti eſt: quia ſi ſitis ſequitur ſuperfluam cerebri caliditatem frigida applicita capiti conferunt remouendo cauſam: quare infrigidatio capitis eſt cauſa infrigidationis oris ſtomachi per neruos deſcendentes.

Et retentione mucilaginis ſeminis cidoniorum permixtæ cum oleo roſato vltimo, aut infuſionis prunorum, et medullarum cucumeris, et alkendi et cucurbitæ, et ſeminis lactucæ nigræ, et radicum liquiritiæ et pilularum deſcriptarum in antidotario ad ſitim: et de illis quæ maſticantur, eſt almoſoſat, & ſunt tamarindi.

Nunc ſedat ſitim cum his quæ in ore tenentur. Primum eſt mucilago ſeminis cydoniorum permixta cum oleo roſato ultimo: ſed in infrigidando inter omnes modos olei roſati eſt quod fit ex oleo onfacino, & roſis albis ſylueſtribus nondum bene maturis. Secundum eſt cum retentione infuſionis prunorum. ſ. acrium: aut etiam cum retentione medullarum cucumeris, & alkendi. i. citrulli & medullæ cucurbitæ: & retentione ſeminis lactucę nigrę: quoniam eſt frigidus. ſ. in fine ſecundi uel in principio tertij. Radicum liquiritiæ mundatarum a cortice exteriori, & infuſarum in aqua. Tertium tenendum in ore ſunt pilulę ſcriptę in antidotario: & debent eſſe confectæ ex frigidis, & acribus. Quartum remedium eſt aliqua quæ tenentur in ore ſicut almoſoſat, & ſunt tamarindi. Cauſa dicti: quia pellicula oris eſt contingua pelliculæ oris ſtomachi: quapropter infrigidatio, & humectatio unius eſt cauſa infrigidationis, & humectationis alterius.

Et ſitis quidem quandoq; fit ex frigore et abſcindit eam ſomnus: et quandoq; fit ex calore, et abſcindunt eam vigiliæ.

Vltimo dicit quòd ſitis quandoq; fit a frigore, & abſcinditur per ſomnũ, & quandoq; fit a calore & abſcindunt eam uigiliæ. Notandum pro declaratione huius partis quod in ſiti mendoſa cauſata per indigeſtionem ciborum maxime non calidorum ſicut piſcium, & ſimilium digeſtionis difficilis a quibus ſtomachus laborat in digeſtione eleuantur uapores calidi peruenientes ad os ſtomachi, & ſitim inducentes conuenit ſomnus qui fortificando calorem ſtomachi eſt cauſa digeſtionis, & reſolutionis eorum uaporum qui erant cauſa ſitis: & ſic uerificata eſt prima pars huius textus. & hanc ſententiam elicere poſſumus ex particula quinta aphoriſmorum aphoriſ. 27. Quibuſcunq; deſiderium, nocte bibet: &. 13. tertii. capitu. de ſiti ad finem: &. 4. epidemiarum. In uigilando ſitis in ſuperficie ſomnus medicamentum. Secundus modus in ſiti cauſata ex uaporibus calidis circa os ſtomachi facta conſumptione & exiccatione nimia uigiliæ conferunt reſoluendo illos uapores calidos qui erant cauſa ſitis: & hoc uoluit Auicen. in parte ultima. Ex hoc facile ſoluuntur inſtantiæ quæ contra hunc textum fieri conſueuerunt. Cura ſitis quinquæ exigit intentiones. Prima remotio cauſarum ſitis ſiue fuerint primitiuæ ſiue corporeæ per communitatem a toto ſicut in febribus, aut a membris particularibus ſicut a cerebro aut a mẽbris ſpirualibus & reliquis: aut per eſſentiam propter nocu-

In cura ſitis quinq; intẽtiones.

menta

menta cerebri & proprie oris eius. secunda est sedatio sitis cō plenda aliquo octo modorū infrascriptorum : aut pluribus ꝯm exigentiā causarū sitis. Primus modus est cum his super quibus anhelamus sicut super aqua frigida, & similibus frigidis: & hic modus confert in siti sequēte superfluam calefactionem cerebri, & membrorum spiritualinm. Secundus modus per retenta in ore sicut est frustum anguriæ & similia : & hic modus maxime ualet in siti sequente calefactionem, & exiccationem meri, cānæ pulmonis & membrorū spiritualium. Tertius modus est per caputpurgia, & per gargarismata cum aqua frigida sola, aut cui admixti sunt aliqui succi acres: & hoc ualet in siti sequēte dispositiones capitis & meri, cānæ pulmonis & mēbrorum spiritualium. Quartus modus est per epithemata & vnctiones circa caput, collum, gulam & spondyles usq; ad tredecim, & mala granata, & reliqua ex rebus frigidis quibus aliquid aceti sit admixtum ad penetrādum: & hæc ualet in siti merito cuiuscunq; membri contingentis cuius regio ungatur, & epithemetur. Quintus modus est cum somno, fortificando digestionem : per cuius debilitatem accidit sitis. Et similiter quandoq; uigilię sedant sitim resoluēdo uapores, qui in somno concentrantur. Sextus modus est cum bibitis quæ in mala complexione calida & sicca sine materia debent esse frigida actu & potentia. ubi uero adsit materia cholerica, aut salsa alterius generis: aut proprie imbibita, aut inuiscata potus debet esse actu calidus, licet potentia frigidus. Septimus modus est stupefaciendo aliqualiter sensum oris stomachi cum intensę frigidis actu, uel potentia : & hoc ualet in quacunque siti. Octauus modus est conuertendo mentem ad alia magni nocumenti ita ut sitis obliuiscatur, & hoc ualet in quacunquæ siti remissa. Tertia intentio est confortatio stomachi complenda cum interius & exterius applicitis contrarijs dyscrasiæ & moderata stypticitate participantibus. Quarta intentio est correctio accidentium & perficitur secundum ipsorum exigentiam. Quinta intentio quæ est regimen sex rerum declinet ad contrarium dyscrasiæ.

De profunditate somni, quæ acidit eis. Cap. XVIII.

Oportet vt remoueatur a profunditate somni cum fabulis, & his similibus per voces : & ligentur membra eorum inferiora ligatione dolorosa, postquàm non fuerit quod prohibeat: & supponatur colyrium subtile si natura fuerit restricta, & in hora quietis, & tempore assiduitatis: & uentosetur quod est inter ambas spatulas, & spondyles.

Remouet profunditatem somni quatuor auxilijs. primo cum fabulis & similibus sicut historijs. secundo per uoces. s. alte uocando dormientem, & strepitus circa ipsum faciendo. tertio ligando membra eius infra genua per quatuor digitos ligatione dolorosa: tum ad excitandum : tum ad diuertendum uapores & materias ad inferiora : & sub hoc modo comprehenduntur fricationes membrorum inferiorum. Dicit tñ has ligaturas debere fieri si non fuerit quod prohibeat sicut podagra, & ulcera illarum partium quæ ligant. quarto supponendo colyrium subtile acutum & mordicatiuum: sicut est suppositorium hoc. ℞. mell. ℥. ij. hieræpigrę: salisgemmę añ. ʒ. i. & si uis fortius adde suprascriptis scamoneæ, colocynthidis añ. ℈. s. & fiant suppositoria longitudinis quatuor uel quinq; digitorum & mediocris grossitiei. Vel fiat suppositorium ex sapone vel sal gemma, & ligetur ut ad libitum possit exthrai. hæc autem fieri debent uentre restricto: & possunt fieri in hora quietis. s. a profunditate somni. i. cum somnus non est profundus ad præseruandum ab eius profunditate, quando homo est ad illam paratus : & erit tempore assiduationis profunditatis in somno, ut remoueatur profundatio illa. Aliter in hora quietis. s. paroxysmi & exacerbationis, & tempore assiduitatis. i. dū adest paroxysmus dans iutelligere ꝙ etiā tempore paroxysmi hoc faciendū est in quacunq; hora hoc accidens superuenerit. Vltimum auxilium est uentosatio eius quod est inter ambas spatulas, & spondyles. i. uentosatio in pulpis spatularum sine scarificatione, aut cum scarificatione si peccauerit sanguis, aut fuerit timor lethargi. Sunt & alia remedia sicut odor aceti acutissimi. Itē prouocatio sternutationis iam præmissa uētris lenitione, uentosatione, & euacuationibus opportunis. Dubitatur utrū fabulę remoueāt profunditatem somni. Negatiue arguit sic. fabulæ inducunt profunditatē somni. ergo nō remouent, consequentia patet: & antecedēs declarat experiētia. Secundo aliquę fabulę cōtristant, ergo inducunt somnū. patet cōsequētia: quia tristitia reuocādo spiritus interius est cā somni. Tertio auditio fabularū prædicationū, lectionū, & similiū sunt cā resolutionis spirituū, & liquefactiua materierū, & euaporationis earū. ergo sunt cā somni. tenet cōsequētia, quia his modis somnus ꝓuocatur. assumptū patet q̄a spiritus audiēdo excitant, & cōmouent quorū motus est cā resolutionis eorū liquefactionis materierū, & euaporationis ipsarū. In oppositū est Aui. Primo notandū ꝙ fabula apud Macrobiū in cōmētario libri de somno Scipiōis circa principium a fallēdo dicta. est narratio rerū nō habētiū faciē ueritatis, aut nō uerarū. historia uero est narratio uera rerū gestarū. & earū scriptura chronica uocat. Secūdo notādū ꝙ quædā corpora ꝯm cerebrū abūdant in quibusdā humiditatibus crudis frigidis aptis euaporatiōi quorū spiritus agitati & laborātes dum audiūt aut legūt hmōi sunt cā liquefactionis earū: & ꝙ in uapores cōuertat: quarū liquefactio, & in uapores cōuersio est cā somni: tū spiritus infrigidādo, & īgrossādo tū oppilādo. Aliqua uero sunt quæ abūdāt ī humoribus cholericis & nitrosis quorū uapores sunt cā uigiliarū. Cū ergo audiūt, aut legunt hmōi fit in eis duplex motus. unus spiritualis ꝓprius ipsi intellectui ꝯm quē componit, diuidit & discurrit: alter est motus ipsorū spirituū ꝯm diuersas partes ꝯm exigētiā passionum, quæ cōmouent audiēdo & legendo hmōi: quia si p hmōi audita & lecta cōmouent ad tristitiā timorē, aut desperationē spiritus mouent interius. Si uero ecōtra mouent ad spem, gaudiū, audaciā, aut irā, spiritus mouent exterius in quorū motibus supcalefiūt, p quā supercalefactionē resoluunt, & paucificant: & sic humiditates de quibus supra liquefiunt: & in uapores cōuertunt. In primis itaq; corporibus hmōi audita aut lecta, sunt cā somni: in secūdis sunt cā uigiliarū. Tertio notandū ꝙ quidā hoīes sunt prōpti & acuti ingenij: quidā tardi & obtusi: primi legētes & audiētes & bñ intelligētes quæ audiūt, & legūt uidētes se ꝓficere uigilāt. secūdi uero ex cā contraria dormiūt: licet aliqñ secūdi pp uehemētē tristitiā cū uidēt se nō ꝓficere, neq; intelligere expectātes rephēsionē, & ignominiā potius uigilāt : tristitia nāq; de futuro malo est cā uigiliarū: & tristitia de pterito est cā somni. Similiter primi aliqñ cū iā tenent rē de qua agit dormiūt, spiritibus iā quiescētibus qui prio erāt in motu. Quarto notādū ꝙ fabulæ, historiæ, pdicationes & hmōi qñq; sunt difformes ex parte narrātis ita ut nūc alta voce, nūc submissa loquat, nūc leui, nūc aspa, & austera. Qñq; ēt ex parte eorū de quibus agit ita ut nūc cōmoueant audiētē ad misericordiā, nūc ad odiū, & irā, nūc ad tristitiā, spem, desperationē, & sic de reliquis. qñq; uero sunt uniformes: tū ex parte recitātis: tū eorū quæ recitant: primę excitāt, & uigilare faciūt mouentes spiritus diuersis motibus: immo cōtrariis. secūdæ vero faciūt dormire sptritus quietātes, aut figētes ꝯm habitudinē vnā. somnus. n. quieti uehemēter existit similis. secunda primi. Præterea. Hmōi fabulæ & historiæ &c. qñq; sunt breues & nō inducūt somnum: quādoq; longæ fatigantes audiētes, & spiritus ipsorum resoluentes, & sunt causa somni. Præterea. Quādoq; sunt de rebus multū mouētibus audientes, & excitāt vigilias : quandoq; de rebus parum cōmouentibus. & sunt potius causa somni. Et ex his iam manifestū est quales homines per huiusmodi lecta, aut audita excitant a somno & quales prouocantur ad somnū. secundo etiā manifestū est quales fabulæ, aut historiæ: & qualiter recitatæ uigilare faciunt: & quales, & qualiter recitatæ dormire faciunt : tu ergo cum excitare uis somnolentum narra historiam, aut fabulā multum mouentem, & difformem, & recita eam difformit frequenter eleuando uocem, & eam exasperando. Econtra vero fac cum uis somnum inducere : & quæ dicta sunt pro magna parte elici possunt ex predictis Aristote, decimaoctaua problematum problemate primo. Solutio autem rationum factarum in principio suadentium cōtrariū huius declarationis manifesta est ex dictis. Cura somni ꝓfundi quatuor exigit intentiōes. Prima remouet cām ꝓfunditatis somni. Secūda. excitat ꝓfunde dormiētē cū auxilijs quæ dicta sunt. Tertia corrigit accidētia tā præsentia quàm verisimiliter secutura sicut lethargiā. Quarta ordinat debitū regimē sex rerū in cōtrariū ꝓfunditatis somni, & causæ eius. Cra sōni quatuor exigit intentiones.

De gra-

De grauitate capitum eorum. Cap. XIX.

OPortet vt alienetur ab eis emulsio lactis super capita eorum, aut effusio olei super ea, aut embrocha, aut caputpurgium.

Auic. in præsenti parte ponens regimen grauitatis capitis primo docet quæ sunt euitãda. secũdo quæ sunt faciẽda. secũda ibi § Immo sint contenti. § In prima parte docet euitare quatuor. primum est emulsio lactis super caput grauatum. secundum est effusio alicuius olei super caput. tertium est embrocha. quartum est caputpurgium.

Immo sint contenti vaporationibus factis cum embrochis ex camæmilla: & sint in eis violæ, & furfur & his similia.

Nunc docet quæ facienda sunt dicens ꝙ contenti sint uaporationibus factis ex embrochis chamęmilę, uiolarum, furfuris, & similium. Notandum per grauitatem capitis intelligendum esse quandam ponderationem, & capitis perceptam extensionem causatam per multam materiam grossam uaporosam & hoc maxime ab ægro percipit̃ cũ multũ deprimit caput & postea paulatim ipsum eleuat. Cui Auic. prohibet emulsionem lactis, aut eius infusionem sup caput ne inuiscatũ in capitis superficie oppilet poros, & prohibeat uaporum exhalationem. Secundo prohibet applicationem olei: quia si frigidum oppilaret frigiditate & uiscositate. si uero calidum: licet forte iuuaret sua caliditate resoluendo: tamen plus est aptum nocere sua oppilando uiscositate. prohibet tertio embrochas & caputpurgia quæ per nares sugantur maxime, quãdo essent frigidæ oppilantes, aut malam complexionẽ capitis augentes, & forte humores agitantes, & mouentes siue calidæ sint siue frigidæ non præcedente euacuatione: concedit tamen euaporationes factas cnm embrochis, & decoctionibus factis ex chamæmilla ad resoluendum: uiolis ad infrigidandum dyscrasiam febrilem & ad temperandum caliditatẽ chamæmillæ, & furfuribus ad resoluendũ & abstergendum, si quid in poris capitis cutis ipsos oppilans continetur. hæc autem fieri debent præmissis euacuationibus, & diuersionibus opportunis. Cura grauitatis capitis exigit quatuor intentiones. prima euacuat materias grauantes euacuationibus communibus. s. phlebotomia & pharmacia ſm exigentiam. secunda diuertit cum clysteribus, lotionibus crurium, fricationibus, & similibus. tertia eradicat residuum materiei, aut partem ipsarum in capite contentarum caputpurgijs, masticatorijs, & similibus. quarta resoluit residuum in capite contentum dyscrasiam cerebri alterando, & ipsum confortando cũ euaporationibus in textu positis in quibus melius forte esset ponere rosas, quàm uiolas aut utrasq; multum. n. ualent rosæ in capitis confortatione: & tu adde reliquas intentiones omnibus communes feb.

De inquietudine habentium feb. & aliorum. Cap. XX.

OL facere vero oleum violatum cum oleo de semine lactucæ, et oleo nenufarino, et oleo de cucurbita: et adhærere aliquid de stupefacientibus fumosis sup tempora: & incuruare caput super vapores hamectantes: & odorare nenufar, & poma mandragoræ: & allhesebram aspersum ex longinquo, & embrochæ humectantes: & res quas scis. Et similiter si non fuerit quod prohibeat, detur in potu syrupus papaueris: & lohoc eius.

In præsenti capit. ponit regimen inquietudiuis vigiliarum febrientium & aliorum. s. non febrientium: & habet hoc capitulum duas partes. nam primo ponit regimen prædictum non specialiter descendendo ad causas dictæ inquietudinis. secundo specialiter descendendo ad unam specialem causam. secunda ibi § Et cum humor baurachius: § Prima in duas. nam primo ponit hoc regimen non explicando tempus administrationis huius regiminis. secundo ponit regimen explicando tempus. secunda ibi § Et cum inuenit leuitatem. § prima in duas. nam in prima ponit regimen per odorationes & vnctiones & potus. secundo per diuersiones. secunda ibi § Deinde multiplicent̃. § Dicit in prima parte ꝙ odorare oleũ uiolatũ, & oleum seminis lactucę, & nenufarinũ, & de cucurbita & adhibere aliquid famosum stupefaciens sup tẽpora sicut est iusquiamus, papauer, mãdragora, & opiũ: sicut vnguentum populeon cũ pauco opii: & incuruare caput super vapores humectãtes, sicut super uapores eleuatos a decoctione facta ex lactucis & similibus: & odorare nenufar frigidum, & humidum circa ſm gradũ & poma mãdragoræ frigida in tertio & sicca in primo, & odorare allehesebrã, & est liliũ ualliũ citrini coloris & nõ est nenufar: cũ iam sit nominatũ ex lõginquo aspsum. s. uino odorifero pauco cũ aqua rosata multa sic admixta: & similiter embrochę humectãtes. i. casus liquorũ humectantiũ sup caput. i. proprie sup cõmissuram coronalẽ factorũ ex lactucis: floribus nenufaris, violis, & similibus sunt res quas scis cõferre in prouocãdo somnũ. similiter si nõ fuerit quod ꝓhibeat, det̃ syrupus de papauere loco eius: & tu sup. diacodion. i. decoctio papaueris. hæc. n. quę sunt de papauere sunt domestica stupefaciẽtia quæ natura bene tolerat. Dicitur aũt si non fuerit quod prohibeat: quia prohibens posset esse sicut pleuresis, aut asthma ab humore grosso in pectore contento, & similia.

Deinde multiplicentur inter manus eius candelæ, et eleuentur voces cum fabulis, & ligentur cum institis extremitates eius ligatione dolorosa parum, cum ansis quæ resoluantur velociter: deinde præcipiatur ei vt dormiat & claudat oculos: cumq; dormit parum, extinguantur candelæ, & cessent voces & soluantur ansæ: quoniam dormiet.

Nunc curat inquietudinẽ, & uigilias diuertendo, & laxãdo virtutẽ animalẽ dicẽs. quod inter manus ægri ponant̃ multæ cãdelæ accensæ, & fabulent̃ alte. s. astantes: & extremitates infirmi ligent̃ dolorose: sed modicum dolorose cũ institis, & alutis uel cordellis cũ ansis. i. nodis qui facile solui possunt sicut sunt nodi, quibus utimur in laqueãdo caligas: et præcipiat ægro ut dormiat, & claudat oculos. cũq; parũ dormit. i. incipit dormire extinguant̃ candelæ, cessent voces & soluant̃ ansæ: qm̃ dormiet.

Et cum inuenit leuitatem, & quietem ex paroxysmo aut vehementia, assiduet ablutionem faciei cum aqua in qua decoctum est papauer nigrum cum aliquantulo mandragoræ, & radice eius.

Hic ponit regimẽ uigiliarũ explicãdo tẽpus dicens. ꝙ cũ æger inuenit leuitatẽ, id est declinationẽ, & quietẽ totaliter cessante paroxysmo quo ad interpolatas, aut leuitatẽ uehemẽtię quo ad cõtinuas proportionales, laues faciẽ cum aqua decoctionis papaueris nigri, cui aliquid mãdragoræ & radicis eius sit admixtũ, quę sunt frigida & sicca in fine tertii: aut in principio quarti. nõ. n. concedit decoctionẽ huiusmodi in statu paroxysmorũ, aut exacerbationũ ne oppilando poros sua intensa frigiditate magis noceãt, quàm conferant stupefaciendo.

Et cum est illic humor baurachius, confert aqua in qua cocta sunt sisymbrium, & melilotum. & alhacuẽ, et papauer abluendo faciem, & incuruando super vaporem eius.

Et cum est illic humor baurachius, id est nitrosus siue salsus in causa uigiliarum confert aqua in qua decocta sunt sisymbrium: & est species menthæ, melilotum, alhacuen. idest matricaria: & secundum aliquos pes coruinus: sicut dicit Auicen. decimasexta tertii de excoriatione intestinorum: & hæc tria sunt calida resolutiua: & pauper ponitur ad stupefaciendum & somnum inducendum & ad temperandum huiusmodi caliditatem cum hac decoctione est abluenda facies & debet incuruari super uaporem eius, ut uirtus horum penetret melius ad profundum. Cura uigiliarum exigit duas intentiones. Prima remouet causam uigiliarum siue fuerit primitiua, sicut superflua aeris caliditas, & siccitas, & cibi & potus calidi & sicci. Item accidentia animi molesta, siue fuerint corporea, sicut dolores, febres, præsentia humoris cholerici, salsi, aut melancholici. Secunda somnum inducit quinquæ modis. primus cum odoramentis: secundus cum applicitis exterius sicut lotio extremorum cum decoctionibus somniferis. Item cum unctionibus, & epithematibus applicitis fronti, &

temporibus

temporibus & parti anteriori capitis. Itẽ cum embrochis sup parte anteriori capitis. Tertius modus est cum instillatione in aures. Quartus cum suppositis in modũ colirij, uel clysterij. Quintus cum sumptis. hæc tñ diuersificanda sunt ẽm diuersitatem causarum: & a leuioribus inchoandum est, & gradatim ad fortiora procedendum. Sextus modus est cũ laxãtibus uirtutẽ animalem, de quo apud Aui. in textu. Tu uero si uis addas duas alias intẽtiones oĩbus cõmunes. s. correctionẽ accidẽtiũ & debitũ regimen sex rerũ in contrariũ dyscrasiæ facientis uigilias.

De dolore ventris qui accidit eis. Cap. XXI.

FIT ex effusione choleræ ad stomachum: et si accidit in principio periodi eius, detur in potu parum syrupi de malis, cum syrupo acetoso.

Licet dolor stomachi posset esse ex multis causis: Aui. tamẽ breuitati indulgẽs, & excusatus pp ea quæ dixit decimatertia tertii, curat tantũmodo dolorẽ stomachi ex effusione choleræ ad stomachũ, eo q in febribus acutis ex hac cã dolor stomachi frequẽter accidat. Dicit ergo dolor stomachi fit ex effusione choleræ ad ipsum: siue illa cholera effundat̃ ad ipsum solum ex hepate, & chisti fellis mediante poro felleo ad stomachũ terminato, & nõ ex mẽbris quæ sunt ultra hepar mediãte hepate: & si accidit in principio piodi febris sicut est ẽm plurimũ det̃ in potu parũ syrupi de malis granatis muxis, aut acribus cũ syrupo acetoso simplici. uel de malis macionis cuius est uigor unire stomachũ, & stringere choleræ acuitatẽ. Hi. n. alterãdo dyscrasiã calidã stomachi & ipsam cõfortãdo prohibẽt cholerã ad ipsum ueniẽtẽ, & si nõ possunt phibere aduẽtũ eius, saltẽ remittũt acuitatẽ eius. Præterea. Faciunt ut facilius possit euomi cũ secũ pmiscet̃. Credo itaq; horũ syruporũ esse exhibẽdã ℥. i. aut circa cũ. ij. ℥. aquæ p horã aut circa ante principiũ paroxysmi. Cura huius doloris quatuor exigit intẽtiones. Prima euacuat cholerã ab hepate aut toto, secunda diuertit ipsam maxime ad intestina cũ clysteribus, quæ duæ intẽtiones absoluẽdę sunt ante paroxysmũ tpe maioris quietis. tertia cõfortat stomachũ, & alterat dyscrasiã cũ dictis in textu, & cũ exterius applicitis ne cholera effundatur ad stomachũ ad quod iuuat positio ventosæ super regione hepatis. Quarta intentio iuuat ad uomitum eius, aut expulsionem eius per inferius.

De asperitate linguæ eorum. Cap. XXII.

IN essentia quidem viscositatis fricetur cum brusco, aut cum virgis salicis, cum oleo amygdalino et zuccaro tabarzet: donec mundetur, aut cum spongia, et pauco sale, et oleo rosato, in hoc: enim est alleuiatio multa infirmi.

In præsenti cap. Aui. determinat de asperitate linguæ febriẽtiũ, & cõtinet partes duas. primo ponit curãtia dictã asperitatẽ secundo quædã uitãda explicat. secũda ibi ❡ Et oportet ut nõ ponant̃. ❡ Prima in duas. nã primo ponit regimen asperitatis uiscositati & limositati cõiunctæ. secundo qñ non est ibi uiscositas aut limositas. secunda ibi ❡ Et post illud. ❡ In prima dicit q in essentia uiscositatis. s. qñ asperitas sequit̃ uiscositatẽ. i. humorẽ grossum per linguã inuiscatum fricetur lingua cũ brusco, aut cum lignis salicis cum oleo amygdalino. aut zuccaro tabarzet. i. optimo. s. trium coctarum donec mundet̃. Secundum remedium est cum spongia cum pauco sale & oleo ros. infuso. hoc enim est alleuiatio multa infirmi. Primum quidem remedium perficit̃ liniendo linguam cũ zuccaro optime dissoluto cum oleo amygdalarum dulciũ, & præstantius isto est oxymel simplex: & debet alterum istorum quod uis remanere super linguam per horã: deinde mundare linguam cum uirgis brusci subtiliatis: aut cum uirgis salicis. moderni tñ idem faciunt cũ cãna curuata, & subtiliata. Aliqui id faciunt cum cochleari argenteo. Et si uellemus illis duobus remedijs uti præmittatur remedium Auic. s. zucca. cum oleo amygdallino, deinde sequatur oxymel: cum primum mollificet, secundum magis abstergit. Alleuiatur enim infirmus per remotionem illius limositatis: quia impediebat gustum: & forte si est in meri, aut canna pulmonis potest impedire deglutionem, & anhelitum. Sed secundo remedio. s. spongia utimur fricando linguam cum ea.

Et post illud, cum eius asperitas est non propter viscositatẽ immo a siccitate oportet vt teneat in ore suo sebesten, aut nucleos prunorum, aut saltem qui asportatur de India: et est in colore salis, et dulcedine mellis: et sumat de eo secundũ quòd dixit Archigenes quantitatem fabæ unius. Et grana cydoniorum sunt de eis quæ humectant linguam, et prohibent ei offuscationes.

Curat asperietatem coniunctam siccitati, quæ est uera asperitas quæ est inequalitas superficiei linguæ cum siccitate & duritie: & dicit quòd teneatur in ore sebesten fructus notus frigidus & humidus: & melius est ut pungantur ẽm multas partes & ponantur in aqua postea teneantur super linguam: & nuclei pomorum frigi. & humi. primo in aqua positi: & similiter pruna aperta excorticata & in aqua posita essent præstantia. tertio teneatur in ore zuccari candi. quod circumscribit dicens quòd est in colore salis. s. albi, & dulcedine mellis, & teneat de ipso quantitatem unius fabæ, & grana cydoniorum: & proprie aliqualiter contusa humectant, & prohibent eius offuscationem, & proprie sequentem caliditatem exiccantem: quia frigi. sunt & humida.

Et oportet ut non ponantur puluinaria multa, neque resupinetur dormiens: nam hæc duo exiccant linguam.

In parte ista ponit duo uitanda. Primum quòd non teneat sub capite multa puluinaria. s. plena pennis: quia nimis calefaciunt: nec resupinetur æger dum dormit: quia supinus magis difficulter respirat: & sic propter hæc duo lingua exiccatur. Cura asperitatis exigit duas intentiones. prima debetur causæ accidenti quæ est euacuatio humorum viscosorum, quorum uapores ad linguam peruenientes inuiscantur in eius superficie, & faciunt primam asperitatem: sed secundæ asperitatis est extinctio caliditatis febrilis superfluæ. Secunda uero intentio quæ debetur causæ coniunctæ asperitatis prima est humoris coniuncti, abstersio uiscosi a linguæ superficie: sed secũda alterius asperitatis est humectatio cum infrigidatione.

De sternutatione assidua quæ accidit eis. Cap. XXIII.

QVandoq; magnificatur nocumentum sternutationis aßiduæ cum eis: lædit namque eos, et replet capita eorum, et debilitat eorum virtutes: et fortasse facit fluxum sanguinis narium.

In præsenti capitu. Auicenn. ponit regimen sternuationis: & continet duas partes. In prima ponit utilitatem, & necessitatem regiminis sternutationis: in alia parte ponit remedia. secunda ibi ❡ Quare oportet. ❡ In prima parte dicit quòd quandoque magnificatur nocumentum sternutationis assiduæ in febribus, quia lædit eos & replet capita agitando materias in capite contentas, & faciendo eas fluere per caput, & aliquãdo ad guttur, & pulmonem: vt patet quinta tertii. & secundo prognostico. commento. 48. secũdo debilitat virtutes infirmi: tamen forti, & frequenti motu spiritus resoluendo, & non sinendo ipsos dormire & quiescere, nam interdum sternutabũt duobus diebus, tertio quia fortasse facit fluere sanguinem violenter ad orificia venarum, quæ ad nares terminantur, & aliquando venam, & arteriam in capite rumpendo. Et præter tria nocumenta aliquando faciunt scotomiam, & vertiginem agitando spiritus, & vapores circa oculos, & circa partem anteriorem cerebri contentos, & non absq; causa. Est enim sternutatio, prima tertii, tractat. quinto capitulo proprio. motus contractiuus. & concussiuus fortis, sicut quædam epilepsia, immo dicitur quòd motus sternutationis est quasi motus epilepsie leuis, epilepsię vero quasi sternutatio multa & fortis.

Quare oportet, vt, si fricetur eorum frons, et collum, et nasus, et aperiantur ora eorum, et fricentur eorum palata cum uehemẽtia, et tendantur capita eorum et conuertantur, et premantur eorum extrema. Et fundantur, in aures eorum olea tepida ad caliditatem parum per decliuia et humectentur lacerti eorum, et ipsorum mandibulæ, et ponantur super eorum ceruicibus pul-

uinaria

uinaria calefacta,et non excitentur a ſomno eorum ſubito, et minuantur a puluere et fumo:et omni in cuius odore eſt acuitas:et olfaciant ſauich,et lutum alnaiachi,et ſpongiã marinã.

Nunc Auic.curat ſternutationem & habet tres partes. In prima ponit quædam facienda.ſecundo quædã euitanda.tertio ponit regimen ſternutationis per odores.ſecunda ibi §Et non excitentur.§ tertia ibi§Et olfaciant.§ Prima in duas.nam primo ponit quædam remedia diuerſiua materierum,& diſtractiua virtutis ſentiendo.ſecundo ponit regimen magis per reſoluentia.ſecunda ibi§Et fundantur in aures.§ Sed pro declaratione textus,& regimine ſternutationis eſt ſciendum quòd cura ſternutationis exigit quinq; intentiones eliciendas ex textu. Prima eſt diuerſio materiæ, & ſedatio triſtis ſenſationis maxime diſtrahẽdo virtutem ſenſitiuam, & in textu perficitur fricando frontem,& naſum,& fricando palatum cũ vehementia. Item extendendo capita ipſorum poſterius cum fricatione,& pectinatione doloroſa. Item fricando & ſtringendo extrema.i.brachia adiutoria,coxas,& crura,& teſticulos: & ſub hac fricatione cõprehende etiã fricationem oculorum. Vnde Ariſt.22.problematum.problemate primo. Propter quod fricantes oculos ceſſamus a ſternutatione.Item auris.vnde quinta tertij.capitulo de medicinis prohibentibus ſternutationẽ. Et de eis quę prohibent ipſam eſt fricatio oculi,naris,& extremitatum auris,& palati. Secunda intẽtio eſt repreſsio acuitatis rei facientis ſternutationem:& hoc modo oleũ roſ. oleũ de ſalicibus odoratum eſt conueniens:de quibus oleis facit mentionem Auicen.in quinta tertij.capitulo allegato.& in capitulo præſenti ad finem.docet euitare odores acutos: & docet olfacere ſauich,& lutũ alnai:& eſt lutum quo utuntur carpẽtarii. Tertia intentio eſt reſolutio materiæ facientis ſternutationem.& iſto modo odoramentum ſpongiæ marinæ conuenit. Item olea tepida declinantia ad calidum infuſa in auribus. Item poſitio puluinorum calidorum ſub ceruicibus. Quarta intentio eſt correctio accidentium, & hæc perficitur humectando mandibulas,& earum lacertos exiſtentes circa tẽpora ne nimis per ſternutationem reſoluantur,& exiccentur, aut forte ſpaſmẽtur. Quinta intentio eſt ſopire uirtutem ſenſitiuam,& profundatio ſomni conuenit.quinta tertii.capitulo alleg.& excitatio a ſomno & puluis & omnia excitantia uirtutem diſconueniunt.quinta tertii.& capitulo præſenti. Et tu adde ſextam ſcilicet euacuationem materię quę ſtat ſub forma cauſę accidẽtis quæ debet eſſe prima in executione quã Auic. forte non poſuit:cum materia illa quæ eſt in cerebro ſtans ſub forma cauſæ accidentis per ſternutationẽ euacuatur ſicut experientia declarat. Sed notandum ut tollatur cõtradictio apparens in textum cum dicitur: & non excitentur a ſomno eorum ſubito.ſtatim poſt ſubdat:& minuantur a puluere & ſomno ꝙ ſomnus conuenit quidem ſopiendo virtutem ſenſitiuam, & faciendo pro tunc ceſſare ſternutationem. Nocet autẽ qñ prolongatur caput replendo,& vaporum reſolutionem prohibendo,quapropter concedendus eſt in forti,& cõtinua ſternutatione:non tamen valde prolongandus eſt propter nocumenta ſupraſcripta.Qñ autem debeat concedi,& quantum prolõgari ſtat in diſcretione medici. ut plurimum tamẽ ęger ſponte ſua excitatur propter acuitatem materiæ cõmouentis ſternutatiomem:minor itaq; ſm plurimum poteſt error eſſe ſinendo ipſum dormire,quàm excitando. Si uero ſecundus textus dicat ſomno,non eſt contradictio,& continet ueritatem. minuendus enim eſt a forti ſono in ſternutando, & a quocunque magno ſono audito:quia ponit humores in motu.

Quinq; intentiones i cura ſternutatiõis.

De dolore capitis qui accidit eis. Ca. XXIIII.

LIga extremitates eorum, et proprie coxas,et cum inſtita liga,et frica pedes eorum,et ſupponantur eis colyria trahentia materiam ad inferiora.

In hoc cap.ponit Auicẽ. regimen doloris capitis.& habet duas partes.nam in prima regit dolorem capitis magis in generali. In ſecunda parte regit ipſum a ſpirituali cauſa contingentem.ſecundam ibi§Et quãdo multiplicatur repletio.§Prima in duas.nam in prima regit magis per diuertentia. In ſecunda magis per confortantia caput,& in frigidantia.ſecunda ibi§Et conforta eorum capita.§ Dicit primo te debere ligare extremitates cũ inſtita,& proprie coxas & fricarẽ pedes.ſ.magnos comprehẽdentes coxas, & crura:& ſupponere colyria.i. ſuppoſitoria trahentia materias inferius. & ſub colyriis comprehende clyſteria.

Et conforta capita eorum cum infrigidantibus notis. Et ſi non fuerit quod prohibeat ex coryza,aut tuſsi embrochentur capita eorum cum decoctione roſarum,et violarũ,et hordei,et foliorum ſalicis,et his ſimilium: et ſimiliter oleo roſato,et oleo de ſalicibus.

Auic.facit quod dictũ eſt.& primo ponit regimen ꝑ infrigidantia confortantia caput.ſecundo per embrochas.tertio ponit regimen & canones applicationis lactis. quarto ponit canones applicationis humectantium.ſecunda ibi§Et ſi non fuerit quod prohibeat.§tertia ibi§Et nõ mulgeas lac.§ quarta ibi §Et non adminiſtres humectantia.§Dicit in prima parte te debere confortare caput cum.ſ.infrigidantibus notis qualia ſunt quæ ſtatim ſequenẽ. In ſecunda parte dicit.ꝙ ſi nõ fuerit quod prohibeat.ſ.coryza aut tuſsis embrochenẽ capita cũ decoctione roſarum,violarum, hordei,foliorum ſalicis, & ſimilium:& cum oleo roſ. & oleo de ſalicibus & ſub embrochis comprehende vnctiones,& epithemata.

Et quando non excuſat hoc:tunc permiſce embrochas infrigidantes cum lenitiuis ſicut chamæmilla,et ſtupefactiuis,ſicut eſt papauer.

Id eſt qñ hmôi non ſufficiunt ad curam tunc adminiſtra embrochas ex decoctione rerum infrigidantium ſicut ſunt ſtatim dictæ permixtarum cum rebus lenitiuis.i.quæ leniũt dolorem reſoluendo:ſicut ſunt chamæmilla,& ſtupefactiuis ſicut eſt papauer,ut ſimul fiat infrigidatio,reſolutio,ſtupefactio.

Et non mulgeas lac niſi cum remouetur febris. Si autem uirtus fuerit fortis,mulgeas lac caprinum: et ſi fuerit debilis mulgeas lac muliebre,et caue lac apud repletionem humidam faciẽtem profunditatem ſomni:et ſimiliter caue humectãtia.

Hic ponit can.adminiſtrationis lactis dicens, non mulgeas lac ſuper capita niſi cum remouetur febris,ne lac oppilãdo retineat in capite uapores febriles,qui ſunt cauſa augmenti doloris. Secundo dicit,ꝙ ſi uirtus fuerit fortis, mulge lac caprinum:ſi uero debilis lac muliebre.primum.n. eſt magis infrigidatiuum.ſecundum magis confortatiuum.tertio dicit cauendum eſſe lac in capite vbi eſſet repletio faciens ſomni profunditatem:& ſimiliter caue tunc omnia humectantia,& maxime talia in potentia.& cauſa cano.nota eſt.

Et tu non adminiſtres humectãtia niſi ubi eſt uapor fumoſus,et caput ſiccum,et parum ſomni.

In hac parte dicit te non debere adminiſtrare humectãtia, niſi cũ vapor eſt fumoſus ſicut ille qui eleuatur a cholera & a melancholia:& caput eſt ſiccũ,& parum dormiens,tunc enim conueniunt humectando:& ſomnum inducendo.

Et quando multiplicatur repletio in capite ex uapore humido,trahe eũ ad inferiora cũ colyriis, et clyſteribus, et ſtringe membra inferiora ita quòd teſticulos.

In hac parte dicit quòd quando in capite multiplicatur repletio ex uapore humido eleuato.ſ.a phlegmate uel a ſanguine trahe uapores & materiam ad inferiora cum colyriis, & clyſteribus,ligando membra inferiora ita ut etiam lingentur teſticuli eorum. Ligatio.n.doloroſa multum facit ad diuerſionem. Cura dolorum capitis & proprie in febribus contingentium exigit ſex intentiones. Prima remouet cauſam doloris ſcilicet febrem ipſam cũ remediis opportunis inferius in propriis capitulis ponendis. Secunda diuertit humores & vapores a capite cum clyſteribus lenitiuis,fricationibus & proprie extremorum,& ipſorum ligationibus ac lotionibus, necnon cũ poſitione uẽtoſarũ incipiẽdo a ſpatulis, & deſcẽdẽdo. Et ſi caput fuerit repletũ fiat diuerſio,& materiæ replẽtis eradicatio præcedente uniuerſali euacuatiõe cũ maſticatoriis,gargariſmatibꝰ,& caputpurgiis uſq; ad veſicatiões,& cauteria. Vniuerſalis aũt euacuatio cõpleri põt phlebotomia, pharmacia, aut utraq; ſm exigẽtiã quæ euacuẽt tã a capite,q̃ a mẽbro mittẽte ſi aliquod fuerit in cã. Tertia intẽtio alterat diſcraſiam capitis quæ ſecundum plurimum in inferioribus eſt caput confortando, & prohibendo ne recipiat uapores, aut humores. & hæc perficitur cum humidis caput confortantibus ſtypticitate

Intentiones in cura doloris capitis.

citate moderata, & proprietate: & in his rosæ & quæ fiunt ex ipsis obtinent principatum, & possunt applicari sub forma unctionis, epithematis, embrochæ. odores ad hoc conferunt, & possunt infundi in auribus medicinæ attractiuæ, & doloris sedatiuæ: & quæ hic posita sunt ab Aui. in principio capituli quæ sunt propria: si tamen capitis repletio esset humida huiusmodi uitanda essent: & debemus stare contenti secunda intentione, & odoribus contrarijs dyscrasiæ: & his quæ per nares suguntur sicut aqua rof. cum pauco aceti: sed uaporibus caput replentibus existentibus fumosis his audacter possumus uti: mulsione tamen lactis, & ipsius epithematione super caput non debemus nti nisi in tepore, uel quiete: quod caprinũ forti existente uirtute: quia magis infrigidat: & muliebre uirtute existente debili: quia magis confortat. si tamen uirtus esset extremæ debilis neutro utendum est: ne prohibendo transpirationem, & materiam ingrossando suffocaretur calor innatus debilis: & hoc uoluit Serapio breuiarij primo. ca. septimo. & Halyabas tertio praticæ. capitulo. 24. Quarta intentio est materiæ replentis, & uaporum resolutio. simul .n. alterando dyscrasiam, & dolorem sopiendo: & hęc intentio completur cum antidotis uirtutem habentibus mixtam. partim resolutiuã, partim infrigidatiuam, partim stupefactiuam: sicut est decoctio cum chamæmilla, melliloto, papauere, rof. uiolis & huiusmodi: & anhetum resoluit, sedat dolorem, & somnum inducit. pectinationes quoq;, & leues capitis fricationes iuuant ad resolutionem vaporum. Quinta intentio est correctio accidentium, & præcipue uigiliarum: quarum cura in hoc canone stante capite repleto, & capitis repletione humida fiat epithema ex oxyrodino. i. epithemate facto ex aceto & oleo rosato. Dicitur autem ab oxy quod est acetum, & rodos rosa, & catarrho etiam existente esset epithemandũ cum oxyrodino. nam si figatur apostema in capite non est spes curæ. Sexta intentio est regimen sex rerum quod sit in contrarium febri: necnõ causæ febris, & accidentibus: immo aliquando in accidentium uehementia est magis ordinandum ẽm eorum exigentiam quàm ẽm exigentiam febris, seu causæ eius. Si tamen dolor capitis proueniret in febribus a caliditate & siccitate sine materia: una tantum exigitur intentio complenda cum frigidis & humidis capiti applicitis ipsum confortantibus, & cum odoribus, & similibus.

De tussi eorum. Cap. XXV.

TVßis plurimũ accidit eis ex calore, aut siccitate, quare oportet ut teneant in oribus suis pilulas bechichias, & allohoc de papauere facta cũ medullis fructuum frigidis, & amylo, & his similibus: & utantur ceratarijs infrigidantibus factis ex oleo rosato puro, & e x mucillagine psylij, & succo portulacæ & alijs.

Hic dicit quòd tussis accidit febrientibus ẽm plurimum ex calore, aut siccitate. quapropter oportet ut teneant in ore suo pilulas bichichias id est ad tussim. bichis .n. grecæ tussis latine: indo bichon. i. medicamen ad tussim, & allohoc. i. electuaria quæ lambuntur de papauere sicut diacodion facta cum medullis fructuum frigidis sicut semen cydoniorum. &. 4. semina communia frigida & amylo componendo omnia adinuicẽ in modum electuarij: & utantur ceratariis, & unguentis recipientibus ceram & oleum infrigidãtibus factis ex oleo ro. puro. i. in quo non sint nisi rosæ & oleum mixtum cum mucillagine psylij, succo portulacæ, & aliis infrigidantibus, & humectãtibus proprie sicut succus cucurbitæ. Cura huius tussis exigit duas intentiones. una est cura feb. secundum quod dicetur in sequentibus. altera est infrigidatio & humectatio complenda tam regimine sex rerum non naturalium quàm regimine medicinali cum his quæ applicantur exterius, bibendo, lãbendo, & in ore tenendo. Descriptio communis pilularum bichichiarum. recip. iiij. se. fri. minorum an. drach. i. camphoræ. gra. ij. succi liquiri. diadraganti. gummi ara. ana. drac. i. penidiarum. drach. ij. pulparum sebesten. iuiubarum an. drach. i. mucillaginis. psylij. se. cydoniorum an. drach. 5. syrupi uiolati quantum sufficit ad omnia permiscenda pro pilulis conficiendis, & fiant pilulæ aliqualiter pressæ ad quantitatem unius amygdalæ. Vnguentum conueniens in caliditate & siccitate uehemẽtibus. recip. olei uiolati. unc. i. amygdalarum dulcium. unc. 5. olei ro. drach. ij. ad confortationem mucillaginis. se. cydoniorum. drach. ij. mucillaginis psylii. drach. i. gummi a ra. drach. i. pinguedinis gallinæ recentis nõ salitæ, lotæ quater cum aqua uiol. unc. 5. ceræ quantum sufficit: & fiat unctio. Si uero tussis in febribus acciderit a catarrho fluente ad pulmonem liquefacto per febrem faciente suspicionem phthisis, utetur hoc syrupo omnium præstantissimo sumendo de eo debite calido mane & sero. recip. iuiubarum, sebesten ana numero. xv. liquiritiæ. capillorum uen. an. drach. ij. passularum. ℥. 5. incidantur incidenda, & bulliant in duabus lib. aquæ ad consumptionem medietatis & coletur: quæ decoctio colata misceatur cum syrupo de papauere. syrupo de myrto an. unc. ii. & clarificetur & valet quamuis esset febris in catarrho calido subtili suspicionẽ phthisis faciente.

Cura tussis duas habet intentiones.

De destructione appetitus eorum. C. XXVI.

QVãdoq; est causa eius humor in ore stomachi quod scitur ex eo quod dictum est de destructione appetitus: & euacuatur per uomitum, aut solutione uentris, & multotiens iuuatur cum intromißione digitorum in gutture, & commotione stomachi: & proprie quando vomitu expellit cholericam rem, aut acetosam.

Curat destructionem appetitus, per quam intelligite etiam ipsius diminutionem quando pendet ab humore in ore stomachi contento. Et diuiditur in tres partes. nam primo facit hoc: secundo curat hanc destructionem sequentem debilitatẽ oris stomachi propter aliquam malã complexionem. tertio docet excitare appetitum destructum ex catarrho. secunda ibi § Et quando est vehementia debilitatis. § tertia ibi § Et oportet ut approximes eis odores bonos. § In prima parte dicit: ꝙ quandoq; cum destructione appetitus est humor contentus in ore stomachi siue sit ibidem paulatine congestus, & est phlegma. siue aliunde deriuatus: & potest esse humor cuiuscunq; generis. s. phlegmatis a cerebro catarrhizatus, & melancholicus a splene: & cholericus a chisti fellis: & cuiuscunque generis ab hepate & a toto corpore mediante hepate: & frequenter reperitur in stomacho humor cholericus, & acetosus destruens appetitum: & quãuis acetosa excitent appetitum, tamen cum superfluunt, ipsum deiiciunt sua superflua frigiditate corrũpendo spiritus. omnis. n. immoderata dyscrasia deiicit actum propriæ uirtutis. Item possunt habere aliquam malam qualitatem stomachi horridam. Præterea. Possunt se nimis profundare in stomachi substãtiam: quoniã si essent pauci, & in superficie corrugando essent causa appetitus, præcipue si non haberent aliquam malam qualitatem in stomacho horridam. Hi autem humores sunt euacuandi per uomitum: & multotiens patiẽtes iuuantur cum intromissione digitorum in gutture, & commotione stomachi proprie quando uomunt materiam cholericã, uel acetosam: aut supple humorem alium qualiscunq; sit.

Et quandoq; est ex vehementia debilitatis: quare curetur complexio quæ facit eam, cum eo quod scitur.

Hic curat destructionem appetitus propter debilitatẽ magnam sequentem aliquando malam complexionem cum eo ꝙ scitur. s. decimatertia tertii. Curatur autem cum cõtrariis stomachum confortantib. proprietate, & stypticitate moderata: quæ mala complexio in febribus ẽm plurimum est calida.

Et oportet vt approximes eis odores bonos excitantes appetitum, sicut odor sauich infusi cum aqua & aceto. & detur eis electuarium proportionale febricitantibus, & parum vini, & succi fructuum ponticorum boni odoris: et lambãt aliquid de aceto, gelatinæ piscium, aut hædi, et his similium. Et ponantur super stomachum post dies primos emplastra facta ex fructibus. Et sint in eis absinthium, et aloe, secũdum quod scis: et inunctio eius cum oleis bonis est iuuatiua.

In præsenti parte excitat appetitũ primo cum odoribus bonis sicut est odor sauich infusi in aqua cũ aceto. ẽ. n. sauich hordeũ non integre maturũ primo vstulatũ postea fractũ sicut farquod debet coqui in aqua & cõdiri cũ aceto. Vel sit infusum in aqua & pauco aceto iuxta textũ. Et loco huius odorãtur uipæ

infusæ

infusæ in aqua rosarum, & pauco aceti & pauco vini odoriferi: & in aqua frigida addatur multũ de vino & parũ pulueris gariofi. & communiter magis cõfert ad appetitum quod magis delectat. & secundo detur electuarium proportionale febricitantibus quod debet esse frigidum. Et de præstantibus ẽ quod ponit a Mesue distinctione prima, cuius hic est textus.

Confectio de cydonijs facta cum succo cydoniorum appetitum excitat mortuum. ℞. succi cydoniorũ, mellis dispumati ana. ℥. iij. aceti boni. ℥. ij. decoquãtur cũ facilitate auferendo spumam. Si autem volueris ipsum cõferre in dispositione frigida adde de aromatibus secundum quod est expediens sicut est piper longum, cinnamomum, lignũ aloes, caryophyli & similia: & des parũ vini & proprie acris quando est mala complexio calida. Si autem frigida sit vinum vinosum dulce, aut austerum s̃m appetitum patientis: vt romania & proprie succus fructuum ponticorũ. Et per pontica intellige etiam styptica: & ex maxime proprijs est succus cydoniorum: & lambant aliquid de aceto gelatinæ piscium. i. lambẽdo deglutiãt vt in eius sumptione delectentur. Tertio curat per applicita exterius post primos dies. quare iam factę sunt euacuationes secundum quòd oportet. Hæc autem emplastra sint ex fructibus in quibus ponantur absinthium, & aloe ad confortationem & temperiem frigidorum: vt ℞. pulparum cydoniorum coctorum sub prunis. l̃. diminute lib. j. absinthij puluerizati. ℥. j. aloe. ʒ. ij. misce & incorpora addendo aceti boni, vini nigri styptici. ana. quantum sufficit: & est proprium. Potes autem addere plus de vino, & aliquid aromaticum de quibus supra vbi esset lapsus ad frigidum. Item vnctio cũ oleis bonis sicut de absinthio, de spica, de cydonijs & sic de alijs est iuuatiua. Cura destructionis appetitus exigit duas intentiones ex textu eliciendas. prima remouet causam. secunda excitat appetitum. prima perficitur secundum exigentiam causarum ipsum destruentium. secunda cum stypticis proprijs aliqualiter ad acetosum declinantibus calidis, aut frigidis secundum exigentiam. In causa calida cydonia, & quæ fiunt ex eis obtinent principatum. Succus quoque limonum, aranciorum, & citrorum & agresta, & acetum, & similia sunt propria. Sed in causa frigida oliuæ conditæ, cæpæ, caro salsa, & pisces salsi, & proprie in aceto infusi, & absinthium comestũ est propriũ & ex compositis gelatinæ, limonia, & similia.

De bolismo eorum. Cap. XXVII.

OPortet vt curentur cum odoramentis, et luto alnatachi & armeni infusi cum aceto, & odorent almosofat, et panem mundum calidũ, et carnes assatas, et stringe eorum extremitates. Et extende aures eorũ, et capillos ipsorũ & conforta eorum cerebra cum embrochis infrigidantibus et humectãtibus. plurimum nãq; bolismi eorum est propter destructionem oris stomachi propter causam communicantem ramis, qui adueniunt eis cum sensu: & est corpus durum, & induratur. verum sensus non vltimatur cum eo.

In hoc capitulo Auicen. curat bolismum, & est bolismus seu appetitus vaccinus, appetitus membrorum cum satietate stomachi. membra nanq; inanita appetunt cibum, sed stomachus respuit. Et diuiditur in partes tres. In prima curat bolismum per odores. secundo per excitantia virtutem. tertio per confortantia cerebrum. secunda ibi ͅ Et stringe eorum extremitates. ͅ tertia ibi ͅ Et conforta eorum cerebrum. ͅ

Dicit in prima parte quòd oportet vt patientes bolismum curentur cum odoramentis, luto alnatachi & luto armeno infuso cum aceto, & odorent almosofat. i. tamarindos: & per hos reliqua acetosa dat intelligere. & odorent panem mundum calidum: & ex optima farina frumenti actu calidum: & carnes assatas: & per hoc intellige reliqua quæ placet ægro excitantia appetitum. secunda stringe eorum extremitates scilicet adiutoria & coxas, & extende aures eorum & capillos eorum ad euigilandum virtutem cerebri, & oris stomachi sopitam. tertio conforta ipsorum cerebrum cum embrochis infrigidantibus, & humectantibus: & causam reddens quare debet cerebrum confortari cum frigidis & humidis: & debeat eius virtus sopita excitari cum dictis diuersionibus dolorosis dicit: quia plurimum bolismus accidit propter nocumẽtum oris stomachi propter causam communicatam neruo, qui defert sensum ori stomachi: & ortum habet a tertio pari neruorum cerebri: & corpus scilicet nerui illius, aut oris stomachi est durum, & induratur scilicet per caliditatem febrilem adurentem & præter modum exiccantem: vnde sensus non vltimatur cum eo scilicet ore stomachi scilicet in bonitate. Curat itaque bolismum a caliditate febrili contingẽtem præter modum exiccantem membra dicta. Nota tamen in hectico non necessario causari bolismum cum fiat in eo tãta durities neruorum vt priuetur sensu. causatur autem vehemens durities propter vehementem compactionem humidi cum sicco terreo, dum calidum valde excessiuum applicatur humido. dum vero calidum paulatine agit sicut in hectico: & magis vniuersaliter resoluendo humidum non facit membrũ ita durum, neque ineptum ad virtutem sensitiuam: stat itaq; in hectico non esse bolismum quantumcunque nerui dicti, & os stomachi plurimum exiccetur, & magis quàm in bolismo dicto. Cura bolismi exigit duas intentiones. prima remouet causam siue fuerit caliditas superflua, siue frigiditas, & quæcunq; alia. non enim solum ex caliditate, sed etiam ex frigiditate superflua, & ex multis alijs causis contingere potest. octaua problematum. problemate septimo & decimatertia tertij capitulo de bolismo. Secunda intẽtio est excitatio virtutis sensitiuæ & appetitiuæ cum his quæ dicta sunt. Cura bolismi duas habet intẽtiones.

De nigredine linguæ eorum. Cap. XXVIII.

OPortet vt non dimittatur super linguam nigredo: immo fricetur cum eo quod scis, & si non, eleuabuntur ad caput vapores maligni: et faciunt cadere in sirsen.

Hic dicit oportet vt non dimittatur supra linguam nigredo: immo fricetur cum eo quod scis. s. in capitulo de asperitate linguæ: & si non amoueatur nigredo ab ea: eleuabuntur ad caput vapores maligni, & facient cadere in sirsen. Notandum hanc nigredinem esse causatam ex vaporibus adustis, & malignis eleuatis a pessima materia, quæ est in stomacho, aut in membris spiritualibus s̃m plurimum, qui vapores hærẽtes linguæ faciunt corruptionem gustus, & vaporãtes capiti possent facere sirsen, quia phrenesim saltem non verã. Studendũ est itaque in prohibendo illos. primo alterando dyscrasiam tam membrorum, quàm humorũ, & ipsos digerendo. secũdo euacuando eos. tertio sumendo coriandros præparatos ad prohibendum ipsos ascẽdere ad superiora. Deinde remoueatur nigredo a lingua primo eam humectando cum aqua zuccarata tepida, aut similibus, postea ipsam abstergendo cum prædictis in capitulo de asperitate linguæ.

De appetitu eorum canino. Cap. XXIX.

ET curantur cum vnctuosis frigidis, & dulcibus.

Dicit Auicen. appetitum caninum curari cum vnctuosis frigidis, & dulcibus vtputa cucurbitis conditis cũ oleo violato, & zuccaro: & hoc quando pendet a caliditate sicut accidit in febribus, & bibat aquam. Si vero pendeat a frigiditate dentur calida vnctuosa dulcia, & bibat vinũ dulce nulla acredine, aut stypticitate participans. Et ingenium in cibando eos est vt non præsententur coram eis nisi ea quæ debent comedere. postea surgant a mensa, & circa alia occupentur: & similiter stomachum relaxantia sunt exterius stomacho applicanda calida, aut frigida secundum exigentiam dyscrasiæ. Ego autem postquàm a mensa surrexerunt, consueui sibi cõcedere aliquas passulas & similia quæ paulatim comedantur, interim sopitur fames.

De syncopi quæ accidit eis. Cap. XXX.

QVandoque accidit eis syncopis in principio febrium propter effusionem choleræ ad stomachos eorũ. Quare oportet vt detur eis ante paroxysmum, aut apud paroxysmum frustum panis de simula cum aqua granati, & aqua agrestæ. Et scias quòd quando aggregantur syncopis, & febris, tunc syncopis est dignior curatione.

Hoc capitulum diuiditur in tres partes. In prima curat syncopim a cholera repente ad stomachũ prouenientem. In secunda ibi ͅ Et scias. ͅ comparat syncopim ad febrem ostendens quæ sit dignior curatione. In tertia parte ibi ͅ Et si indiget. ͅ ponit quædã cõuenientia, & quædam vitanda in syncopi. In prima parte dicit quòd syncopis accidit in principio paro-

paroxyſmorum feb.propter effuſionẽ choleræ ad ſtomachos
eorum : quare detur eis ante principium paroxyſmi.ſ.per ho
ram , aut circa fruſtũ panis de ſimula cũ aqua granati. ſ.acris,
aut muzi & cum aqua agreſtæ ſiue ſimul miſceantur : ſiue vnũ
iſtorũ tm̃.prohibent nanq; huiuſmodi choleram ad ſtomachũ
effundi ipſum cõfortãdo,& caliditatẽ tẽperãdo. Et ſi venerit
ad ſtomachũ cum his mixta facilius euometur. In ſecũda par
te dicit,ꝙ quãdo coniunguntur ſyncopis & febris , ſyncopis
ẽ dignior curatione cũ ſit accidẽs ſæuiſsimũ nõ dãs inducias.

*Et ſi indiget pauco vino detur permixtum cũ iij.drach. vi
ni antiqui,et ſi nõ, ſyrupi malorum antiqui,cuius reſoluta eſt
ſuperfluitas : et phlebotomia quidẽ multotiens addit in ſynco
pi : et clyſtere leue eſt magis cõueniens : et vomitus eſt iuuati-
uus eis : et cõſtrictio cruriũ et ponere manus et pedes in aqua
calida. Et cum euadunt, tunc de ſollicitudine eſt, vt cibẽtur ſa
uich hordei infrigidato, in quo ſint grana granatorum.*

In hac parte dicit: ꝙ ſi indiget qui paratus eſt ſyncopi ali-
quanto vino,detur permixtum vtputa cum.ʒ.iij.vini antiqui
.i.bene clarificati depurati miſceat notabilis quãtitas aquæ
vtputa.℥.j.aut quantũ videbitur ſm̃ potentiã vini , conſuetu-
dinem ægri,tempus anni,& febris intenſionem.verũ tempo-
re noſtro in quo bibimus potẽter,hæc vini quãtitas eſſet exi-
gua. etiam poſſemus exhibere vnc.j.cum tantundem,aut du-
plo aquæ. & debet eſſe hoc vinum releuãs a ſyncopi ſubtile ,
& aromaticum tendẽs in dulcedinem: velocius enim cæteris
a ſyncopi releuat ſuis vaporibus ſpiritibus cõſimilibus ipſos
fouendo. Et ſi nõ poſſet ſibi dari vinum lege prohibẽte : aut
quia forte per proprietatem indiuidualem ſibi inimicatur.ſy
rupi malorum antiqui.i.bene depurati a quibus aquoſitas ſit
reſoluta & fex deſcẽderit,ſic erit minus aptus ebullitioni : &
p mala intellige granata, aut mala pontica de quibus ſupra :
& ſyrupus de acetoſitate citri eſt præſtans & ſimiles : & ſit
roſ.vnc.j. vel circa cum.ij.vnc.aquæ acetoſæ quæ eſt præſtan-
tior,niſi forte eius odor ægro diſpliceat. Secundo dicit ꝙ fle
botomia vitanda eſt : quia addit in ſyncopi. Tertio dicit ꝙ
clyſtere leue eſt magis conueniens non quidẽ in actu ſynco-
pis,ſed ante ſyncopim, & ante paroxyſmum , ad prohibendũ
choleram rupturã ad ſtomachũ. Et vomitus eſt iuuatiuus eis
cũ ſentit præſentialiter choleram in ſtomacho , & adeſt nau-
ſea ante ſyncopim,& in ſyncopi,& poſt ſyncopim. Vidi enim
multos ſyncopizantes cum vomitu choleræ ſtatim liberari.
Et conſtrictio crurium,& ponere manus & pedes in aqua ca
lida conuenit ante paroxyſmũ ad diuertendũ. Et cũ euadunt
a ſyncopi cibẽtur ſauich hordei, de qua ſupra per ſauich hor-
dei hic intellige ptiſanam,& ſit infrigidatum proprie cũ gra
nis granatorum.ſ.muzis,aut acribus.tum propter feb.tum ꝑ-
pter ſyncopim. Si tamen poſſet expectari declinatio paroxyſ
mi feb.anteq̃ cibetur eſſet præſtãtius. Cura ſyncopis exigit
duplex regimen. vnum tempore ſyncopis actualis,& diſpoſi-
tionis propinquæ ſyncopi : & eſt vt æger releuetur a ſyncopi
excitando ipſum cũ vocibus altis, & aſpergendo faciem cum
aqua,& proprie roſ.& bonis odoribus . Et ſi ſyncopis fuerit
propter raptum materiæ ad ſtomachum conueniunt fricatio
nes,ventoſæ diuertentes,ligaturæ extremorum, & lotiones:
ipſo tamen ſemper iacente ſupino.Sed non conuenit phlebo
tomia.tum quia debilitat : tum quia facit fluere choleram ad
ſtomachum:neque debent exhiberi ſolutiua per os cum debi
litent,& attrahant materias ad ſtomachum:ſed bene cõuenit
ſuppoſitorium,& forte clyſtere lenitiuũ cum pauco melle,ni
ſi ſit ex his qui ſyncopizant ex clyſteri . Si vero fuerit ſynco-
pis ꝑpter præfocationem ſpiritus in corde, & proprie a mul
titudine,etiã preter diuerſiones ſupraſcriptas, cõuenit phle-
botomia ex baſilica dextri lateris ſi fuerit repletio ſanguinea
aut ex baſilica ſiniſtri lateris ſi fuerit repletio vaporoſa . Si
vero ſyncopis fuerit propter paucitatem ſpiritus , neque di-
uerſiones,neque phlebotomiæ , neque aliæ euacuationes cõ-
ueniunt : ſed ſolum excitatio a ſyncopi cum vocibus,aſperſio
ne faciei bonis odoribus : & vini exhibitione , aut aquæ car-
nis : & debet iacere ſupinus : & ſecundum plurimum omnes
patiẽtes ſyncopim præcipiuntur vigilare , & dimittere locu-
tionem.11.tertij. Aliud regimẽ eſt obſeruandũ in diſpoſitio
ne ante ſyncopim: vtputa in his qui ſyncopizant in principio

Duplex regimen in cura ſyncopis.

febrium ſicut ſyncopalis minutæ,aut humoroſæ , aut propter
alias cauſas : & exigit duas intentiones . Prima eſt remotio
cauſæ ſyncopis tam propinquæ quàm remotæ : & pro hac in-
tentione perficienda ſi in cauſa fuerint humores,conuenit ip
ſorum euacuatio , tam flebotomia quàm pharmacia ſecũdum
exigentiam cauſæ : ſint tamen ſolutiua bene correcta, neque
cordi inimica. Secunda intentio eſt cordis confortatio cum
proprijs dyſcraſiæ contrarijs. huiuſmodi exquiſitũ regimẽ vi-
de in commento quod feci ſuper. 9. Almanſoris.

De coſtrictione anhelitus eorum. Cap. XXXI.

*COnſtrictio anhelitus accidit eis, aut propter ſpaſmum
& ſiccitatem quæ accidit eis in lacertis anhelitus: aut
propter materiam præfocatiuam deſcendentem ad gut
tur eorum , aut propter debilitatem quæ dominatur neruis
venientibus ad membra anhelitus .*

Habet hoc capitulum duas partes . In prima parte ponit
tres cauſas conſtrictionis anhelitus. In ſecunda curam. ſecun
da ibi§Et prima quidem.§ In prima parte dicit quód conſtri
ctio anhelitus accidit febrientibus propter ſpaſmum,& ſicci-
tatem in lacertis anhelitus ideſt ſpaſmum eorum de inanitio
ne. per quem intellige omnem contractionem a ſiccitate de-
pendentem,aut impotentiam debite mouendi pectus ab ea-
dem cauſa. Secunda cauſa cõſtrictionis eius eſt propter ma-
teriam præfocatiuam deſcendentem ad guttura eorum , &
proprie ad epiglottum , & cannam pulmonis facientem vnã
de ſpeciebus ſynanchiæ præfocatiuæ. Tertia eſt propter de-
bilitatem quæ dominatur neruis venientibus ad membra an-
helitus,ſiue ſint nerui reuerſiui venientes ad compoſitionem
muſculorum epiglottis: ſiue ſint nerui venientes ad diaphra-
gma : & hi deſcendunt a tertio & ſexto pari neruorum cere-
bri ſiue veniant ad compoſitionem neruorum mouentium pe
ctus qui deſcendunt a nono & decimo pari neruorum nuchę:
quorum primum oritur inter octauam , & nonã ſpondylem .
ſecundum inter nonam & decimam .

*Et prima quidem curatur cum vnguentis , vel emplaſtris
humectantibus. Et ſecunda cum eis quæ prohibent ſtrangula
tionem : & tertia cum æquatione complexionis in cerebro,et
inunctione colli cum eis quæ infrigidant & humectant : & ſu-
per ſtomachum iterum ex eis quæ ſunt ſicut raſura cucurbi-
tæ, & portulacæ, & ſandali cum oleo roſato, & ſimilibus ei.*

Hic ponit curam & habet tres partes. In prima curat pri
mam cum vnguentis & emplaſtris humectantibus. In ſecun-
da curat ſecundam cum prohibentibus ſtrangulationem . In
tertia curat tertiam cum æquantibus complexionem cerebri
& ſecundo vngendo collum cum infrigidãtibus, & humectã-
tibus. & tertio ponendo ſuper ſtomachum raſuram cucurbi-
tæ, portulacas,& ſandalos cum oleo roſa. & ſimilibus. Cura
coſtrictionis anhelitus propter primam cauſam exigit duas
intentiones . Prima remouet cauſam.ſ.febrem cum his quæ
dicentur in capitulis ſequentibus.pro qua curanda magis in-
tendendum eſt febrem inquantum febris cum frigido & hu-
mido, quàm cauſæ eius . Secunda intentio eſt infrigidatio
colli,& partium pectoris cum his. ℞.olei amygdalarum dul-
cium.vnc.j.s. pinguedinis gallinæ recentis lotæ quater cum
aqua frigida & vltimo cũ aqua violata. ʒ.vj. olei violati vnc.
s. ceræ albæ quantum ſufficit , fiat vnctio mollis . Secunda
cõſtrictio anhelitus curatur cura ſynanchiæ quæ exigit duas
intentiones , vnam quæ debetur cauſæ antecedenti comple-
ta euacuatione,diuerſione,& fluxus interceptione : & inter
cætera ad dilatandum viam anhelitus multum confert ven-
toſa poſita in collo. Secundum regimen exigit tres intentio
nes ſcilicet repercuſsionem conuenientem in principio .
ſecundo repercuſsionem mixtam reſolutioni conuenientem
in augmento vſque ad medium ſtatus . tertio deinceps reſo-
lutionem. Si vero apoſtema tendat in maturationem adiu-
uetur cum interius & exterius applicitis: & poſtea procure-
tur eius eruptio , & vlceris mundificatio , & tandem con-
ſolidatio . Pro his recurre ad ea quæ ſcripſi nonus. Al-
manſoris . Sed tertia conſtrictio pendens a caliditate &
ſiccitate neruorum , de quibus ſupra , præter intentionem
quæ

quæ debetur febri completur cũ frigidis applicitis capiti, &
collo, & spondylibus superioribus dorsi: necnon cum appli-
citis stomacho, & maxime parti superiori, & versus diaphra-
gma: & per hoc diaphragma, & mẽbra anhelitus humectentur,
& infrigidentur. Et medicina Auic. sic est describenda.
℞. succi rasuræ corticis exterioris cucurbitæ recentis. succi
portulacæ ana ʒ. iij. olei rosa. ℥ j. bulliant simul ad cõsumptio-
nem succorum: deinde adde sandalorum. ʒ. ij. & fiat vnctio.
Vel ℞. rasuræ cucurbitæ recentis aut antiquæ. ʒ. ij. succi por-
tulacæ olei rosati. ana vnc. j. sandali. ʒ. ij. misce omnia simul &
applica in modum epithematis.

De vehementia tristitiæ eorum. Cap. XXXII.

*QVãdo multiplicatur tristitia causa oris stomachi ex ad-
uentu humoris mordicatiui in eo: tunc infrigida stoma
chos eorum cum eis quæ scis de cibis: et inungan-
tur, & dormiant in loco proximo motibus aquæ, strato
extremitatibus, & fructetis frigidis, & odoriferis frigidis, &
nenufare & rosis, & aspersionibus frigidis factis ex fructibus
odoriferis frigidis, et sandalis: et multotiens quidẽ conferunt
in eorũ tristitia clysteria frigida facta ex aqua cucurbitæ, &
citrulli, et succo portulacæ, et semperuiuæ cum oleo rosato.*

In hoc capitulo Auicen. ponit regimen tristitiæ & angu-
stiæ febrientium contingentis causa humoris mordicatiui ve
nientis ad os stomachi, qui secundum plurimum est choleri-
cus dicens: & stomachus eorum est infrigidandus cum frigi
dis siccis: & debet in eis esse aliquid stipticum sicut vinũ gra-
natorum, & cydoniorum, & succus arancij. secundo vngatur
stomachi eorum cum frigidis aliqualiter stypticitate partici-
pantibus. tertio dormiant in loco frigido propinquo moti-
bus aquæ, aut aliter frigido stratorũ idest in quo sunt strata. i.
lecti ex extremitatibus fructetis frigidis, sicut ex folijs salicis
& similibus, & in illo loco sint odorifera frigida sicut nenu-
far, rosæ: & aspergãtur per locum illum fructus odoriferi fri-
gidi & sandali. quarto conferunt eis clysteria frigida facta ex
succi cucurbitæ. vnc. vj. succi citrullorũ, succi portulacæ ana
vnc. ij. succi semperuiuæ. vnc. j. olei rosa. vnc. iiij. & supponatur
tepidum. Cura huius tres exigit intentiones. Prima est
euacuatio humoris illius vomitu, aut secessu. Secunda est sto
machi confortatio, & infrigidatio. Tertia est somni prouo-
catio, & regimen aliarum sex rerum declinans ad frigidum.

Difficultas deglutiẽdi quæ accidit eis. Cap. XXXIII.

*DIfficultas deglutiendi cum accidit eis, & febris fuerit
conclusa, tunc phlebotomia paulatim fiat, & æquatio
fiat ad retrahendum: & suppositorium est melius,
quàm plurimum solutiuum desuper.*

Dicit quòd si difficultas deglutiendi accidit quæ forte est
species synanchiæ lædens meri, & febris fuerit conclusa, quæ
pendet a sanguine: tunc fiat phlebotomia: quam melius est
reiterare, quàm vnica vice multum de sanguine extrahere:
& fiat de cephalica in brachio, aut de vena quæ est inter pol-
licem, & indicem: postea sequenti die phlebotomentur ve-
næ quæ sunt sub lingua: & suppositoria & clysteria magis cõ-
ferunt quàm solutiua sumpta per os: cum difficile sit illa su-
mere: & forte sumpta prouocarent vomitum, quod esset val
de malum. Cura huius perficienda est cura synanchiæ, quæ
ex cap. tertio præcedenti potest esse manifesta.

Frigus extremitatum quod accidit eis.
Cap. XXXIIII.

*MVltotiens profundatur calor eorũ, et infrigidãtur eo
rum extrema, & tẽdit calor submersus ad caput: po
nantur ergo extremitates in aqua calida, & non bi-
bant aquam frigidam.*

Dicit multoties profundari calorem febrilem, & extrema
eorum infrigidari, & calorem submersum tendere ad caput.
Pro cuius cura ponantur extremitates in aqua calida, & non
[Calor multis ex causis profundatur.] bibant aquam frigidam. Notandum multis ex causis calorẽ
profundari, & extrema infrigidari. Primo propter paucita-
tem spiritus vnde retinentur interius natura existẽte magis
sollicita de membris intrinsecis, quàm extrinsecis. Secundo
propter magnum nocumentum in aliquo, vel pluribus mem-
bris intrinsecis: sicut si in eo esset apostema, vel vlcus, aut es-
set in eo materia multum lædens sua multitudine, aut malitia
absq; vlcere, aut apostemate: & hæc duo sunt valde mala.
Tertio potest esse propter materiã frigidã existentem in ex-
tremis sicut in liparia. Quarto aliquando propter cibum ca
lore reuocato interius ad fortificandũ digestionem: & non
est bonum per viam signi. Item propter timorem, & similia
accidentia trahentia calorem interius: etiam propter conti-
nentis frigiditatem. Sexto. propter oppilationes in extre-
mis: vnde spiritus & sanguis nõ libere possunt venire ad ex-
trema. Septimo quia calor spiritus, & sanguis tendunt inte
rius ad locum materiæ vt eam expellant sicut accidit in prin
cipijs paroxysmorum. Hæ causæ colligi possunt sparsim in
multis. s. prima quarti. trac. secundo capitulo primo. & eodẽ
tractat. capitulo de horripilatione. & in capitulo de liparia.
& quarta aphorismorum aphoris. 48. & septima aphorismorũ
commento primo. & commento. 27. & quinto de accidenti
& morbo. Intelligamus tamen in proposito hanc infrigida-
tionem fieri per retractionem humorũ, & vaporũ, & modo-
rum submersionis & suffocationis calorum a quacunq; causa
fiat, quo stante tendit calor submersus ad caput: quia vapo-
res leues tendunt sursum ad caput in homine rectæ staturæ,
& non fit in alijs animalibus. sexto problematum. problema-
te. 55. in quo casu cõueniunt extremorum calefactiones mul
tis ingenijs. s. cum pannis calidis, & fricatione, ponẽdo late-
res calidos vino aspersos ad extrema, aut approximando ex-
trema ad ignem, & inungant extrema cum oleo anethino, &
similibus calidis: aut impleatur vesica, aut alius vas decoctio
ne anethi, anisorum & chamæmillæ: & applicetur ad extre-
ma seu loca quæ frigent, & nõ bibat aquam frigidã, sed aquã
zuccaratam calefactam: & discurre per cætera auxilia dicta
in capitulo de regimine rigoris. ibidem enim sunt positæ in-
tentiones huic capitulo deseruientes: & plurima auxilia il-
las intentiones perficientia.

Sermo de febribus cholericis. Cap. XXXV.

*FEbres cholericæ tres sunt. tertiana continua, et tertia-
na periodica, et causon.*

In hac parte Auic. determinat de febribus humoralibus in
speciali: & diuiditur in quatuor partes. In prima determinat
de febribus cholericis. In secunda de sanguineis. In tertia de
phlegmaticis. In quarta de melancholicis. partes patebunt
per rubricas capitulorum. Prima pars diuiditur in duas par-
tes. In prima magis generaliter determinat de febribus cho-
lericis. In secunda magis specialiter. secunda ibi in sequenti
capitulo. §Paroxysmus tertianæ.§ Primum capitulum tres
continet partes principales. primo enumerat fe. chole. secun
do illas declarat. tertio ponit generalia signa fe. cholericarũ.
secunda ibi §Tertiana quidem.§ tertia ibi §Et vehemẽtia qui
dem sitis.§ In prima parte dicit feb. cholericas esse tres. s. ter-
tianam continuã, tertianam periodicam. i. interpolatam: &
causonẽ. Ex quo infertur omnem feb. cholericam esse tertia-
nam continuã, aut tertianam interpolatã, aut causonem. Enu
merari tamen possunt feb. cholericæ per diuisionem bimem-
brem, sicut enumerat eas Gal. secundo de differẽtijs feb. capi
tulo primo. & secundo de crisi satis ad principium. omnis fe.
choler. aut est interpolata, aut continua: & continua aut est
continua proportionalis de tertio in tertium, aut causon.

Contra. aliqua feb. est cholerica quæ non est aliqua ex istis
tribus enumeratis a Gal. aut ab Auic. ibi. igitur diuisio insuf-
ficiens. consequẽtia tenet. & assumptũ est manifestum de cho
lerica paroxysmante omni die: cuius paroxysmi sunt æqua-
les quo ad intensionem, durationem, & accidentia: & omnes
pendent a minera vna, ita vt non possit dici ꝙ sit duplex ter-
tiana, aut duæ tertianæ. Præterea. Quid prohibet cholerã
ꝓpter grossitiem, aut paucitatem eius paroxysmare de quar-
to in quartum: sicut paroxysmat aliquando melancholia de
quinto in quintum & de sexto in sextum, & de septimo in se-
ptimum. vt inferius apparebit in capitulo de sextana, & se-
ptana: sicut etiam flegma propter paucitatem, & grossitiem
potest paroxysmare de tertio in tertium. Dicendum istas ra
tiones concludere: sed sermo Gal. & Auicen. est de febribus
communiter contingentibus sic paroxysmantibus merito suę
formæ substantialis, & proprietatis specificæ resistitiuæ sicut

dictum fuit in quæstione de periodicatione. nam etiam causon, licet videatur continua conclusa: habet tamen excrescentiam quandam occultam de tertio in tertium: sed interdum causæ manifestæ causas occultas superant, & variatur periodus secundum plurimum consuetus.

Et tertiana quidem periodica aut est pura, & fit a cholera pura.

Nunc Auic.declarat membra diuisionis prædictæ: & diuiditur in partes duas. In prima generaliter notificat feb.chole.periodicam.secundo causonem & continuã secũda ibi §Et causon vero est de genere.§Prima in duas. nam primo ponit vnam diuisionem feb. cholericæ periodicæ & declarat vnum membrũ.secundo aliud secũda ibi§Aut non pura.§ In prima parte dicit ꝙ tertiana periodica aut est pura: & sic fit a cholera pura:& per cholerã puram: intellige cui non est admixtus alter humor commixtione vnita per quã vtriusq; cõponentis amittatur forma substantialis, & acquiratur materiæ vtrique forma vna cõmunis. exempli gratia. sicut cholera naturalis, aut forte genita a suanguine per adustionem,aut putrefactionem, cum subtile eius vertitur in choleram.

Aut non pura,et fit cum putredine choleræ grossæ substantiæ propter cõmixtionem choleræ cũ flegmate cõmixtione aliqua cõplexionali vnita: & propter hoc diuersificatur ab hemitritæo, cum hemitritæum faciant duæ materiæ separatæ: & hanc faciat materia vna, quæ in seipsa est permixta: cum cujus calore permiscetur aliquantũ frigoris, quod grauat suã putredinem, & suam resolutionem, & suam digestionem: & propter illud quidem in hemitritæo fiunt duo paroxysmi: & tertianæ non puræ paroxysmus vnus. Et hæc quidem non pura, quandoq; prolongatur tempore longo, & circiter medietatem anni: & quandoq; perducit ad mollitiem, & magnitudinem splenis.

Et est quę pendet a putredine choleræ nõ purę & hæc cholera non pura est cholera grossæ substantiæ propter commixtionem choleræ.s.puræ cum flegmate commixtione complexionali vnita.i. per quã commixtionem inducitur forma vna in materiam vtriusq;.s. choleræ & flegmatis: & hæc est vera mixtio per quam fit miscibilium vnio per formam substantialem vnitam.nam generatio vnius est corruptio alterius, aut plurium sicut chyli in stomacho ex multis cibis. Aliter dicũt quidã ꝙ hic fit commixtio vnita per vnam formam: quia humor magis dominãs assimilat sibi alium: sicut vnum elementum assimilat sibi aliud. Sed difficile esset saluare quomodo phlegma assimilat sibi choleram: cum coctum per digestionem aliquam nõ possit incrudari saltem in eodem loco communi in quo facta est digestio prima.s.in hepate, & venis ad differentiam sanguinis qui in mãmillis per veram digestionẽ infrigidatur. Secundo dicit ꝙ hæc tertiana non pura diuersificatur a pura vel ab hemitritæo cũ hemitritæum faciãt duæ materiæ sic habentes.s.duas formas substantiales distinctas.& hanc.s.tertianã non purã facit materia vna.s. per vnitatẽ formæ quæ in seipsa est permixta.s. mixtione vnita: cum calore cuius choleræ miscetur aliquantulũ frigoris, quod generat.i. prolongat suam putredinem, & suam resolutionem, & suã digestionem.nam tardius putrefit postq̃ incipit putrere, & tardius resoluitur, & tardius digeritur quàm cholera pura: sed hoc vltimũ est verum secundũ plurimum vt videbitur infra. Nam & si hæc miscibilia nõ remanerent formaliter in mixto ex ipsis genito: remanẽt tamen ipsorum uirtutes refractę redactæ ad medium.s.caliditas, siccitas, & subtilitas choleræ: & frigiditas, humiditas, & grossities flegmatis. Tertio dicit ꝙ propter illud hemitritæus habet duos paroxysmos: vnum de tertio in tertium, alium quotidianum: & tertiana nõ pura habet vnum paroxysmum de tertio in tertium. Quarto dicit ꝙ tertiana non pura quandoq; prolongatur tẽpore longo circa medium annum: & quãdoq; perducit ad mollitiem.i. ad hydropisim. vel mollitiem.i.ad paralysim hepate, aut neruis debilitatis ex longitudine feb.& magnitudine splenis debilitato splene, & multiplicatis humoribus melancholicis ꝑ adustionem, aut putrefactionem. Notandũ circa primum dictũ ꝙ licet ſm plurimum cholera non pura fit ex cõmixtione choleræ cum flegmate; aliquando tamen fit ex commixtione choleræ cum melancholia: quæ etiam ad vnã formã reducuntur: & hæc uocatur cholera minoris famæ: eo quòd raro reperit: & primo uocatur cholera nota, & famosa eo ꝙ frequẽter reperitur: reperitur autem prima raro, & secunda frequenter: quia minus de melancholia in corpore reperitur, & plus de flegmate. Secundo quia difficile est duos humores siccos ꝑmiscere. flegma uero humidum, & bene passibile per choleram optime potest permisceri cum ea: quam sententiam collige a philosopho in fine primi de generatione: & hæc quidem cholera est duplex.una quidem uitellina, quæ assimilatur in colore uitellis ouorum: & fit ex permixtione flegmatis grossi cum cholera: alia autem est citrina, & est ex permixtione flegmatis subtilis cũ cholera: & hæc est calidior uitellina, & etiam subtilior. Erunt autem aliæ choleræ præter has quæ per adustionem transeunt uersus melancholiam. Item prassina, zinaria, de quibus prima primi ab Auicen.

Notandum secundo circa tertium dictũ quòd ex illo aperte apprehenditur formas substantiales humorum, & cõsequẽter proprietates specificas insequentes formas, & complexiones eorum esse causas periodicationis: quia hemitritæus pẽdens a duobus humoribus qui nõ sunt redacti ad vnã formã.s. a flegmate & cholera facit periodos ſm illorum humorũ exigentiam. tertiana uero nota pendens ab humore genito ex flegmate & cholera quæ sunt redactæ ad unam formam per unam complexionem, & consequẽter habens unam proprietatem specificam facit unã febrem, & habet solum unum modum periodicationis, qui est periodus choleræ: eo quòd in illa mixtione cholera uincit saltem uirtute. Et si in mixtione flegmatis & choleræ uincere phlegma fieret periodus flegmatis sicut in phlegmate salso.

Contra, si æqualiter miscerẽtur quo ad uirtutes: aut nullus ex putredine illius humoris fieret paroxysmus, aut duo. Ad hoc dicitur, quòd est impossibile sequi quemlibet, sicut est impossibile illos humores æquipotenter concurrere ad mixtionem: ita ut per actionem & passionem qualitatum eorũ æquipotenter concurrentium generetur nouus humor, qui sit flegma, aut cholera: multo minus sanguis, aut melancholia & per æquipotentiã non solum intelligo æquipotentiam qualitatum ipsorum humorum sed æquipotentiam omnium agẽtium & resistentium ex parte utriusq;, sicut sunt dispositiones membrorum, influxus cœlestes, & reliqua. hæc autem uerificare physici est. Contra quartum dictum instatur ꝙ tertiana non pura nõ debeat prolongari usq; ad medietatem anni cum terminus flegmaticæ sit.64. dierum: quæ tamen est prolixior cum materia sit grossior, uiscosior & secundum plurimum maioris quãtitatis, quæ faciunt ad prolongationem.

Præterea. Videtur quòd aliqua tertiana nota minus debeat prolongari quàm tertiana pura omni paritate supposita ex parte quãtitatis, & reliquorum: quia cura tertianæ puræ fit per ingrossationem choleræ puræ a qua pendet: ut est manifestũ de intentione omnium præterquàm de intentione Rasis. cuius opinionem reprobauit Auic.in capitulo de curationibus uniuersalibus febrium putridarum. Ponamus ergo ꝙ cholera pura cum erit digesta sit in duplo grossior, aut in qua proportione uolueris quàm quando erat non digesta: & possibile est reperiri choleram non puram in eadem proportione qua est a cholera pura.ergo erit digesta, uel magis propinqua digestioni quàm a cholera ante digestionem, & sic facilius euacuabitur quàm a cholera pura non digesta. Et confirmatur. accipio.c. choleram non puram, non digestã grossiorem quàm b.cholera pura digesta in ea ꝓportione in qua ipsa. b. cholera pura digesta: & subtilietur per digestionem sicut deberet fieri donec sit similis in substãtia.b.choleræ puræ digestæ: & manifestum est ꝙ tunc.a.b.c.erãt similes in modo substantiæ.ergo merito huius æque faciliter euacuabiles. sed a.& b.facilius euacuantur quàm cholera pura non digesta.ergo etiã.c.facilius euacuabitur quàm cholera pura nõ digesta tenet consequentia.quia quæcunq; se habent in eadem proportione ad tertium se habent inter se. primo Euclidis. Ex quo infertur aliquam choleram non puram minus grossam quàm.c. facilius esse euacuabilẽ quàm. a. cholera pura nõ digesta cæteris paribus. Ad primum respondetur ꝙ terminus communis flegmaticæ interpolatæ est.64. dies: sed terminus

commu

communis tertianæ est valde minor. plurimum enim termina tur in .40. die qui est terminus vltimus tropicarum: cum quo tamen stat quòd aliqua tertiana prolongatur vsq; ad medium annum, sicut aliqua phlegmatica terminatur supra annũ. Ad secundam non est facile respondere volenti tenere oppositũ eius, quare ratio concludit: & qui aliter sentiunt respondeāt neque quod ratio concludit est contra experientiam. vidi.n. plures tertianas nothas terminari inter quintum diem cum vomitu, & secessu magnæ quantitatis cholerae citrinæ & vitellinæ: verum est contra dicta auctorum: sed sufficit quòd vniuersales medicorum verificantur vt in pluribus.

Causon vero est de genere continuæ: quoniam differentia inter eius vehementiam, et eius teporem est insensata: et accidentia eius sunt vehementia.

In parte ista facit quod dictum est: & primo notificat causonem: secundo tertianā interpolatā & continuā. secunda ibi §Tertiana vero.§ Prima in duas. nam primo notificat causonem quo ad proprietates, & accidentia eius. secundo causam reddit. secũda ibi §Et causa.§ In prima parte dicit quòd causon est de genere feb. continuarum: quoniā differentia inter eius vehementiam, & ipsius teporē est insensata. i. vix perceptibilis: & accidētia eius sunt vehementia maxime quæ sequuntur impresionem caliditatis sicut dolor capitis, sitis, instantia vigiliarum, linguæ ariditas, nigredo, & similia.

Et causa est acuitas materiei, et multitudo, cũ eius casus sit circa cor, et in venis oris stomachi, aut in partibus hepatis proprie: et ad summum in membris nobilibus vicinis cordi.

In præsenti parte reddit Aui. causam suarum proprietatũ, & accidentiũ dicens: quòd causa est acuitas materiæ, & multitudo eius: & tu supple cordi propinquitas: cũ. s. locus eius s. materiæ circa cor. i. in venis & arterijs circundantibus cor, siue sint in cordis superficie, siue cordi intrinsece, & etiam continetur in ventriculo dextro: & in venis supple, & arterijs stomachi, quæ tamen non sunt valde magnæ: aut in partibus hepatis maxime vena chylis, quæ est in gibbo hepatis ꝓprie: quia ibi est frequenter ratione multitudinis choleræ, & acuitatis materiæ: tum propter caliditatē cordis cui vicinaē tum ꝓpter caliditatem hepatis. Et ad summum materia cōtinetur in mēbris nobilibus vicinis cordi sicut est pulmo gibbus hepatis, & os stomachi aut in ipso corde. Et ex his possumus elicere descriptionem causonis. Est enim febris continua accensa valde: cuius tepor inter eius excrescentias est occultus pendens a phlegmate salso, aut cholera ebulliente cum putredine, aut sine in venis cordis, aut dextro eius ventriculo, vel in venis membrorum cordi vicinorum sicut pulmonis, & oris stomachi & gibbi hepatis: & sub venis etiam comprehēdendo arterias. Et ex eis apparet ratio quid nominis eius, cũ causon græce idem sonet quod incendium latine.

Causonis descriptio

In tertiana vero cholera est in carne, et ad partes cutis: et in cōtinua est sparsa in venis corporis, quæ elongātur a corde.

In ista parte notificat tertianā interpolatā, & continuam dicens quòd in tertiana. s. interpolata cholera est in carne, & in partibus cutis, & in cōtinua est sparsa in venis cordis, quæ elongantur a corde. Pro quo sciendum quòd in interpolata cholera, quæ est causa coniuncta est in carne. s. musculosa, aut alia, aut in poris cutis. cholera vero quę est causa antecedens est in venis secundum plurimum, & maxime in paruis quę ad partes exteriores terminantur. Et paroxysmus fit secundum plurimum ex vna parte choleræ existentis in venis paruis iā dictis, quæ expellitur extra venas ad poros carnis & cutis: & ibi putrens facit paroxysmum: deinde alia expellitur & facit sm paroxysmum. tertio deinceps. Sed in continua proportionali causa coniuncta faciens excrescentiā cōtinetur in venis paruis, quæ ad partes extrinsecas terminātur; & ibi putrens facit excrescentiā: deinde alia succedit & facit secundā excrescentiā, & sic deinceps. sed in causone materia continetur in partibus superius dictis. s. cordis, & cordi propinquis: quia cholera putrens de tertio in tertium extēditur ad venas magis distātes & tunc sic apparet aliqua febris remisio, licet occulta. parua enim remisio in caliditate magna vix potest cōprehendi sicut a magna quātitate parua diminutio. Nec pōt dici ꝙ excrescētia quæ tñ est occulta, sicut tepor est occultus fiat: quia aliquid expellitur de tertio in tertium de venis magis distantibus ad venas cordis, aut propinquis cordi: quia natura est magis sollicita de membris nobilibus, quàm de ignobilibus. Item quia feb. causon semper esset mortalis: quia huiusmodi expulsio de membris ignobilibus versus cor est pessima per viam signi, & per viam causæ: & si aliquando fiat est raro: & fit quando homo est debilis, & morti propinquus.

Et vehementia quidem sitis, et angustia, et inquietudo, et impatientia, et alienatio, et nausea, et amaritudo oris, et siccitas labiorum, et scissio eorum: et dolor capitis multiplicatur in febribus cholericis: & est nam in pluribus eorum ad siccitatem decliuis: quoniam materiei motus est aut ad superiora, aut ad illud ad quod apparet de corpore, & cute.

In parte ista Auicen. ponit signa generalia febrium cholericarum. Quorum unum est uehementia sitis propter superfluam caliditatem cōsumentem humidũ roridum oris stomachi: licet et possit fieri a membris alijs stomacho cōmunicātibus sicut est pulmo, & cerebrũ cum superflue calefiunt, & exiccātur in fe. cholericis. Secundũ est angustia per quam intellige aut nocumentum membrorum spiritualium cũ anhelitus fit anxius cum suspirijs propter superfluam caliditatem, & uapores acutos spiritualia lædentes: aut intellige conturbationem, & anxietatem stomachorum ex defluxu choleræ ad stomachum ab hepate, & chysti fellis. Tertium est inquietudo, quia non potest dormire, neque in uno loco quiescere. Quartum est impatientia quia multum lamentatur, & est molestus sibi, & cęteris, tum propter dolores capitis & similes: tum quia nō potest dormire, neq; quiescere. Quintum est alienatio per quā intellige nocumentũ cuiusq; uirtutis interioris. s. imaginatiuæ, cogitatiuæ &c. Sextum erit nausea. i. inclinatio ad uomitum per quā datur intelligi subuersio, & uomitus propter defluxum choleræ ad stomachum. Septimum amaritudo oris uaporibus cholericis ad linguam peruenientibus. Octauum siccitas labiorum. Nonum scisio eorum ex superflua caliditate & siccitate exiccante, & continuitatem eorum soluēte: eo quòd mollia sunt, & facile passibilia. Decimũ dolor capitis qui multiplicatur in ipsis propter superfluā caliditatem, & uapores acutos panniculos cerebri lædētes. Vndecimum uenter eorum plurimum est siccus: eo quòd materia cholerica petit superiora sicut caput, & stomachum sua leuitate, aut mouetur de centro ad circumferentiam, cum frequenter sub forma sudoris expellatur, aut sensibiliter resoluatur.

De tertiana absolute, & nominatur tritæus. Cap. XXXVI.

Paroxysmus tertianæ incipit in primis cum horripilatione vt punctura acus; deinde infrigidat, & incipit facere rigorem difficilem ualde difficiliorem reliquis rigoribus, non frigidum, aut cũ pauco frigore. Et non est frigus eius nisi propter profundationem caloris ad interiora ad partem materiei, & inuenit sicut puncturas acuum. Et hic quidem rigor cum vehementia sua est velocis sedationis: & tu iam sciuisti causam huius rigoris: & fit rigor eius in tribus diebus primis fortior & vehementior; & in quartana econtrario. Et iterũ rigor incipit cum fortitudine: deinde lenitur paulatim, & minuitur velociter: et in quartana econtrario.

Auicen. in præsenti parte specialius determinat de febr. cholericis: & diuiditur hæc pars in duas partes. In prima determinat de periodica & continua proportionali. In secunda de causone. secunda ibi §Causon est secundum duos modos.§ prima in duas. primo notificat tertianam absolute. secundo ponit differentiam inter puram tertianam periodicam & non puram. secunda ibi §Pura est subtilior.§ Hoc capitulum primum diuiditur in tres partes. In prima ponit signa febr. tertianæ quæcunque sit. Secundo pro eius notitia ponit quendam canonem erroris correctiuum. tertio cōplendo ponit quædam alia signa. secunda ibi. §Cum ergo

componuntur duæ tertianæ.§ tertia ibi §Et patientibus tertianam.§ Prima diuiditur in sex partes. In prima ponit signa sumpta a qualitate seu modo rigoris. secũdo ponit signa sumpta a duplici exeũte.s.vrina & sudore. tertio ponit signa sumpta a qualitate caloris.quarto ponit quædam signa sumpta ab actione læsa maxime animalis virtutis. quinto ponit signa sumpta a pulsu. sexto ponit quædam signa sumpta ab annexis rerum naturalium secunda ibi §Et sudor multiplicatur in tertiana.§ tertia ibi §Tertianæ caliditas est saluior.§ quarta ibi §Accidẽtia quæ accidunt eis.§quinta ibi§Pulsus eius est acutus.§ sexta ibi §Et quoniã significat eum ætas.§ In prima parte dicit quinque.Primũ est ꝙ paroxysmus tertianæ in primis incipit cum horripilatione,& punctura acus. deinde infrigidat & incipit facere rigorem difficilem valde difficiliorem reliquis rigoribus non frigidis : aut cũ pauco frigore. secundo causam reddens quare frigus non est magnum: dicit quòd non est frigus eius.s.tertianæ nisi propter reuocationem caloris ad interiora ad partem materiei.i. vbi continetur materia sicut dictum est in primo capitulo huius secũdi tractatus. Et subdit ꝙ inuenit.i.sentit.s.febriẽs puncturas acuum, propter materiã subtilem cholericã venientem ad poros lacertorum,& cutis.est.n.lassitudo vlcerosa. Tertio dicit ꝙ hic rigor: licet sit vehemens,intensus : tamen est velocis sedationis in comparatione ad rigores prouenietes a materia frigigida,aut viscosa: & tu iam sciuisti.s.in capitulo de rigore causam rigoris,& qualiter fit. Quarto dicit ꝙ in tertiana fit rigor in diebus primis fortior,& vehemẽtior quàm postea:sed in quartana est econtra: quia rigor fit remissior in diebus primis & postea fortior. Vltimo dicit quòd rigor incipit cum fortitudine : deinde lenitur paulatim & minuitur velociter: sed in quartana est econtra : quia in primis inchoante paroxysmo est leuis : deinde in eodem paroxysmo procedit augẽdo, & durat diu.

Pro quorum declaratione primo notandũ circa primũ dictum ꝙ paroxysmus tertianæ incipit in primis cum horripilatione,& nõ cum rigore:quia cholera cum in principio venit ad mẽbra sensibilia est pauca, postea est in maiori quantitate. ꝓpterea in initio facit horripilationem,deinde rigorẽ: quia horripilatio fit a minori causa quàm rigor. vt dictũ est in capitulo proprio : & ex eadem s.causa sunt sicut puncturæ acus paucę & remissæ in initio,deinde in processu plures & intensiores : quarum sensatio dicitur lassitudo vlcerosa post horripilationem:& frigus parum reuocato calore interius, est rigor difficilior cæteris rigoribus : licet sit breuis plurima cholera ad membra sensibilia veniẽte quàm in principio. Et ex hoc apparet Auic. sentire intensiores rigores fieri ab humoribus calidis quàm ab humoribus frigidis licet breuiores. de quo fuit dubium decisum in capitulo de horripilatione. Notandum secundo circa secundum dictũ quòd frigus est minus in tertiana, quàm in flegmatica aut melancholia : quia in ea nõ fit frigus nisi ex reuocatione caloris interius : sed in febr. pendentibus a materia frigida fit frigus propter reuocationẽ caloris:& ꝓpter positiuã infrigidationem a materijs frigidis venientibus ad mẽbra sensitiua in principio paroxysmorum.

Notandũ quòd hic rigor in tertiana quãuis sit intẽsus tamẽ est velocis sedationis:quia pauca est materia,& subtilis & parum viscosa : pendẽs aũt a melancholia, aut flegmate est longæ durationis ex causis contrarijs. Notandum circa quartũ dictum quòd in primis paroxysmis rigor in tertiana est fortior,sed in paroxysmis circa statũ materia est remissior ꝑ digestionem ingrossata,& infrigidata. vnde nõ venit cum tãto impetu ad membra sensibilia,& est minus acuta. Ecõtra autẽ accidit in quartana & flegmatica : quia materia per digestionem subtiliatur:& sic mouetur cũ maiori impetu ad membra sensibilia:& hæc est causa quã ponit Sera.6.suæ practicæ capitulo de tertiana. & Cõmentator Alexandrinus super primo epidemiarum.caꝑ.secundo.& de hoc ut dicit Commentator Alexandrinus idiota tristatur,& artista lætatur. Vltimo notandum circa vltimum dictum quòd in tertiana rigor incipit cum fortitudine satis a principio paroxysmi : licet tamen ut dictum fuit in principio capituli horripilatio præcedit, cum deinde lenitur paulatim & minuitur.i.aufertur velociter,eo quòd totum tempus rigoris in tertiana est paucæ durationis vtputa a media hora vsq; ad unã : sed in quartana ecõtra:quia rigor in initio paroxysmi incipit debilis, postea paulatim ꝓcedit augendo postea decrescit,& tarde aufertur. eius enim duratio communiter est a duabus horis vsque ad tres.

Et sudor multiplicatur in tertiana cũ dimittit : & fit vrina in ea rubea tendens ad igneam,in qua non est multa grossitudo:aut est nõ pura,& fit vrina eius cruda,aut grossa.

In hac parte ponit signa sumpta ab exeuntibus : & dicit ꝙ sudor multiplicatꝛ in tertiana cũ paroxysmus recedit:cuius cã est subtilitas materię,& aptitudo motus eius ad cutim. secundo dicit ꝙ vrina in eo fit rubea tendẽs ad igneã, in qua nõ est multa grossitudo : & hæc vera sunt in tertiana pura. Aut est non pura. s. tertiana, & fit vrina eius cruda,& grossa : cruda quidem & tenuis ꝓpter oppilationem : sed grossa, quia aperta oppilatione, materia aliqua cum vrina permiscetur.

Et tertianæ caliditas est saluior caliditate causonidis : & quanto prolixius manus tangit corpus non additur inflãmatio : immo quandoq; minuitur inflammatio eius, & in causonide additur inflammatio.

Ponit tertium signum sumptum a caliditate, dicens, quòd caliditas tertianæ est saluior caliditate causonis.i.minus mordax & acuta. & quanto prolixius manus tangit corpus,nõ additur inflãmatio:immo quãdoq; minuitur, sed in causone est econtrario.tota causa huius est multitudo vaporis peruenientis ad tangentẽ in causone propter multitudinẽ materiæ. E contra paucitas vaporis peruenientis ad tangentem in tertiana ꝓpter paucitatem materiæ.vnde facile resoluitur,& calor apparet minor,mordacitas eius caloris sequitur intensionem & multitudinem eius: & siccitatem sibi coniunctam.

Et accidentia quæ accidunt eis in tertiana sunt vigiliæ sine grauitate in capite, nisi in quibusdam non puris, & sitis, & furor, & ira, & odium locutionis.

Ponit quartum signum di.ꝙ in tertiana.s.pura sunt vigiliæ sine grauitate in capite propter paucitatem & subtilitatem materiæ & vaporum nisi in quibusdam non puris : quarũ materiæ sunt grossæ multæ:ideo in eis adest dolor cum grauitate multis grossis vaporibus ad caput peruenientibus, & grauatibus : & per hoc forte fit in eis aliquis somnus : & de hoc loquitur Gal.in lib.de caumate. Et sitis,furor, & ira quorum causæ sunt notæ.& odium locutionis. quia spiritus cõmotus loquendo,aut audiendo acuit choleram,& vapores eius: aut quia forte habent organum auditus valde mundum, consumpta humiditate auditum obtundente : ideo sonus imprimit multum in auditum, & valde tympanizat, sicut tangibile in organum tactus neruo discooperto.

Et est pulsus eius acutus,velox per comparationem ad reliquas febres:& nõ est æqualis constrictionis, & dilatationis : quoniam humor debilitat eum,& addit ei diuersitatem apud statum. & diuersitas in eo est sub ea quæ est in alijs febribus humoralibus,& minor ea,quæ est in alijs cum duritie, & est pulsus fortior in ea : immo diuersitas non est in eo secundum plurimum nisi diuersitas propria cum febre, & alijs. Et in principio quidem est necessarium vt coarctetur pulsus vsq; ad horam dilatationis febris : & tunc confortatur, & fit velox, & frequens : et eius diuersitas non est multum superflua.

Hic ponit quintũ signum seu genus signorum & dicit quatuor. Primum ꝙ pulsus eius scilicet patiẽtis tertianã est acutus.i.magnus,velox per cõparationem ad reliquas feb. s.quæ non sunt cholericę,& non est æqualis cõstrictionis & dilatationis:quia diastoles non æquatur systoli: quia humor debilitat eum.s.pulsum.i.virtutẽ pulsatilem : & addit ei diuersitatẽ apud statum.i.vsq; ad statum inclusiue. Secundo dicit quòd si diuersitas quæ fit in statu est magis ratioue feb.quàm ratione humoris:& tamẽ diuersitas est in eo sub ea quæ in reliquis feb.humorosis,scilicet minor ea diuersitate quę est in alijs cũ duritie propter caliditatem exiccantem materiam. Tertio dicit quòd est pulsus fortior in ea,quàm in alijs humoralibus ratione suæ materiæ subtilis non tm̃ opprimentis virtutem: immo diuersitas non est in eo supple notabilis ꝭm plurimum nisi diuersitas propria cum febre inquantũ feb.est : & alijs scilicet causis naturalibus & præternaturalibus quæ diuersificãt pulsum præter febr. & causas feb. Sunt enim aliqui qui naturaliter

raliter habent pulsum diuersum: & in aliquibus diuersifican tur pulsus propter aliquas causas distinctas a febr. & a causis feb. de quibus sæpe dictum est. Quarto dicit quòd est necessarium vt in primo coarctetur pulsus vsq; ad horam dilatationis feb. idest usq; ad augmentum confortatur pulsus, & fit uelox, & frequens scilicet magis quàm antea: & eius diuersitas non est superflua. s. in comparatione ad alias feb.

Dubitatur vtrum in statu paroxysmi tertianæ pulsus sit magis diuersus quàm in tēporibus præcedentibus. Et videtur ꝙ sic. quia Auic. affirmat hoc dicēs ꝙ humor debilitat eum, & addit ei diuersitatem apud statum: & parum infra: immo nō est diuersitas in eo ſm plurimū nisi diuersitas propria cum fe. & alijs. Amplius in statu est maior debilitas: quia maior calor: & sic pulsus est magis diuersus. Præterea. In statu est maior pugna quàm in alijs tēporibus: ergo pulsus magis diuersus. In oppositum est Gal. secundo de differentijs feb. capitulo de signis tertianæ vbi dicit in illa ipsa iam signum est magnæ putredinis. s. diuersitas pulsus, & multo magis inuadēte paroxysmo: & multo magis ascendente in statum: in hoc autem statu minus quàm secundum ascensionem & augmentum. Et idem ponit Gal. lib. 1. cap. de signis feb. putridarum. minor itaq; diuersitas pulsus secūdū Gal. est in statu tertianæ quàm in principio: & minor in principio, quàm in augmēto.

Pro solutione dubij sciendū triplicem esse diuersitatē pulsus: vnā quæ sequit̄ oppressionē calidi naturalis sub materia: & hæc est in principio. Secundā sequentem diuersitatē in dispositione materiæ vnde fit diuersitas in modo caloris: & hic est in augmento. Tertiā sequentem debilitatem per viam resolutionis spiritus: & hæc est maior in statu quàm in alio tpe: quia tunc est maior caliditas, ac maior spirituum resolutio.

Sed cōtra hæc est maior in declinatione: quia tunc de spiritibus plus est resolutum. Respondetur quòd de declinatione salubri cum fit caloris remissio, & proprie per resolutionem vaporum putridorum fit aliqua virtutis confortatio. & etiā declinatione existente mortali, dicit Gentilis de intentione Gal. in commento pulsuum ꝙ ipse casus virtutis nō facit diuersitatem in pulsu. s. manifestā quæ proprie dicitur diuersitas, nisi aliqua pugna coniungatur: & intellexit hoc Aui. paucis verbis lib. primo fen secunda cum dixit. Causa diuersitatis pulsus cum debilitate virtutis est pugna inter ægritudinem & virtutem. in statu autem paroxysmi est maior excitatio, & violentia ad pugnā: & ideo virtus deficit, & pulsus tendit ad vermicularem & formicantem ſm ordinem caudæ soricinæ finientis: non tamē est propter hoc diuersus. s. notabiliter. si autem sit ad bonum certum est quòd nō fit diuersus propter causam dictā. Et ex his manifesta est concordia Gal. cum Auic. nam de diuersitate pulsus sequente resolutionem spiritus quæ magis est in statu loquitur Auic. de reliquis duabus loquitur Gal. Quòd si quærat quæ istarum diuersitatum est absolute maior. Respondetur quòd ſm plurimū illa quæ est in augmēto: deinde quæ est in principio est minor. & adhuc minor quæ est in statu: & adhuc minor quæ est in declinatione salubri. Inuenies tamen oppositū quandoq; ſm diuersitatem quarundā conditionū indiuidualium. Si tamē comparemus pulsum tertianæ ad pulsum aliarū febrium paroxysmatium, certum est pulsum in alijs febribribus esse magis diuersum: tum ꝓpter grossitudinem & multitudinem materiæ magis opprimentem virtutem, & feb. cū causa eius, necnon propter debilitatem maiorem per viam resolutionis, & aggrauationis. Et ex his patet solutio ad rationes adductas in principio suadentes contrarium huius determinationis. Ad primam patet solutio per expositionē textus. Ad secundā negetur illa consequentia, est maior debilitas in statu, ergo maior diuersitas in pulsu. nam diuersitas in pulsu nō solum sequitur debilitatem: sed multo magis pugnā: quæ est maior in augmento quàm in statu. Et ex his patet responsio ad tertium.

Et quandoque significant ipsam ætas, & consuetudo, & regio, & ars, & forma, & tempus, & multitudo euentus tertianæ in illa hora.

Hic ponit sextū genus signorū dicēs. quòd qnq; tertiana significatur per ætatē. s. iuuentutis in qua cholera multiplicat̄ magis quàm in alijs ætatibus, & consuetudinē patiēdi tertianam superiori tpe. & ꝑ artē. s. multiplicātē cholerā & inflammantem: sicut ars fabril. & ꝑ formā. i. habitudinem macilentā cū citrinitate coloris & similibus quæ est habitudo cholericorum. & ꝑ tēpus anni. s. æstatē: & ꝑ regionē. s. ad calidā declinantem: & per multitudinem euentus tertianæ in anno illo, quæ multitudo sequitur aliquā causam communem sicut influxus, astrorum, vtputa dominium martis, aut declinationem anni illius ad superfluam caliditatem & siccitatem.

Cum ergo componuntur duæ tertianæ sunt paroxysmi euenientes omni die. Qui ergo considerat tertianam per paroxysmum errat in ea: immo oportet vt attendantur significationes aliæ quas dicemus.

Hic ponit cañ. erroris correctiuū di. quòd qn̄ componunt̄ duæ tertianæ paroxysmi eueniūt omni die. q ergo cōsiderat tertianā per paroxysmū errat. s. si fidat solo illo signo: immo oportet quòd considerentur alia signa quæ dicemus. s. in capitulis sequētibus: & quæ dicta sunt in hoc cap. Notandū ꝑ huius partis declaratione, quòd illa est differētia inter duas tertianas & duplicem tertianā: quia duplex tertiana licet toties paroxysmet quoties duæ tertianæ: tñ causæ cōiūctæ paroxysmorū eius deciduntur ab vna minera. Ecōtra aūt causæ coniunctæ paroxysmorū duarū tertianarum deciduntur a duabus mineris loco distinctis. Et ſm plurimū qn̄ sunt duæ tertianæ paroxysmi vnius sibi correspondētes de tertio in tertiū sunt similes multū in modo inuasionis intēsione, & duratione, & accidētibus: & magis differunt a paroxysmis alterius tertianæ quàm differāt paroxysmi vnius duplicis tertianæ inter se, ꝓpter cōmunionē quā habēt in minera. Notandū secundo ꝙ licet paroxysmi duarū tertianarum, & etiā duplicis tertianæ possint uenire omni die: immo aliqñ duo paroxysmi eueniūt vna die: & sequenti die nullus: & tertia die duo secundum modum cōmunicationis subtractionis, aut alternationis. Dictum autem Auicē. intelligitur ut in pluribus. Et nota quòd hic error frequenter accidit medicis modernis qui uidentes paroxysmos quotidie iudicant fe. quæ in ueritate sunt duæ tertianæ unam quotidianam phlegmaticam.

Differētia inter duplicē tertianam & duas tertianas.

Et patientibus quidē tertianā: accidunt vigiliæ, & amor solitudinis, & multoties sentiunt ebullitionem apud hepar.

Hic cōplet signa tertianæ quæ sunt tria. s. vigiliæ ꝑp caliditatē superfluā, & uapores acutos. amor solitudinis: q̄a nolunt audire strepitum ꝓpter dolorē capitis, qui ſm plurimū sibi accidit. aliter amor solitudinis: quia sunt queruli, semper lamētantes propter inquietudinem. tertio sentiunt ebullitionem apud hepar. est enim sub media pennula hepatis chystis fell. ebullit autem hepar & chystis cholera inflammata; & multiplicatur in febribus cholericis cuius chystis est receptaculū: sicut in melancholicis multiplicatur melancholia in splene: & in phlegmaticis phlegma in stomacho.

De differentia inter tertianam puram & non puram. Cap. XXXVII.

Pura est subtilis leuis.

Hoc cap. continet duas partes principales. In prima ponit signa tertianæ puræ. In secunda non puræ. secunda ibi} Et cum non pura inuenitur grauitas.} Prima diuiditur in decē partes ſm ꝙ exponit signa. partes patebunt in legēdo textū.

Primum signum est. ꝙ tertiana pura est subtilis. i. pendens a cholera pura quæ est subtilis: quapropter est facilis resolutionis, & communiter paroxysmi sui sunt breues: & ipsa etiā tota est breuis in comparatione ad non puram aliter subtilis. i. acuta siue mordax. est enim calor eius mordacior quàm calor non puræ leuis: quia non opprimens virtutē, & suffocans calorem innatum coarctans pulsum sicut in tertiana non pura propter suæ materiæ grossitiem.

Cuius paroxysmus consumitur a. iiij. horis vsq; ad. xij. horas, & non addit super eas multū. Et si addit additione multa, tunc est non pura, & est secundum plurimum perueniens ad vij. horas.

Secundum signum est. quòd paroxysmus eius consumitur a. iiij. horis usque ad. xij. & si multum prolongaretur ultra xij. horas, scilicet ad decimamquartam, aut supra: tunc non est pura: & est ut plurimum perueniens ad septem horas. Specificat autem terminum maiorem, & minorem, & medium secundum plurimum contingentem in quibus terminis mul-

tum differt a tertiana non pura, in qua iſti tres termini ſecundum plurimum magis prolongãtur ratione maioris groſſitiei, viſcoſitatis, & multitudinis materiæ. Hi tamen termini nõ a priori: ſed a poſteriori: & per experientiã inuenti ſunt.

Et caleſit in ea corpus velociter, & vides caliditatem procedere ex corpore, & extremitates adhuc ſunt frigidæ.

Tertium ſignum, & caleſit corpus in ea velociter, & vides caliditatẽ procedere ex corpore, & extremitates adhuc ſunt frigidæ. caleſit aũt corpus in ea velociter: quia cholera pura eſt humor calidus ſubtilis, qui cũ incepit caleſieri calor ſuus cito peruenit ad ſtatũ ſicut ignis accenſus in lignis ſiccis ſubtilibus vapores ſui ſubtiles valde calidi ſparſi per corpus cito ipſum inflammãt. Ad hoc autem adiuuat, quia rigor ſuus paruo tẽpore durat. ideo ſubdit quòd cum vides caliditatem procedere ex corpore. i. in exterioribus corporis ad partes exteriores corporis præcipue ad partes pectorales, & ſibi vicinas: & tñ extremitates ſunt adhuc frigidæ vaporibus nõ ita cito peruenientibus ad extremitates. quapropter eſt notabilis calor in partibus pectoralibus, & vicinis, & extremitates frigent. non ita fit in tertiana non pura, nec in flegmatica, aut melancholica propter tarditatem inflãmmationis humorũ a quibus pendent ratione groſſitiei; & propter vapores groſſos non ita cito peruenientes ad partes vicinas. & etiam non ita cito inflammantes ea: quia non ſunt ita calidi.

Et ſimiliter pura non addit, cum non accidit error, ſupra ſeptem periodos: & quãdoq; conſumitur propter ſubtilitatẽ ſuæ materiæ in paroxyſmo vno, in quo accidit vomitus, aut ventris ſolutio mundificans. ſi autem addit ſuper ſeptẽ periodos additionem plurimam: tunc eſt de genere non puræ. & ſimiliter ſi prolongatur ſpatium ſui rigoris.

Quartum ſignũ. quòd ſimili modo his qui dicti ſunt in pura tertiana non accidente errore non pertranſit ſeptem periodos, propter paucitatem & ſubtilitatem materiæ. ſecundo dicit quòd quandoq; conſumitur paroxyſmo vno cũ vomitu, aut ſolutione ventris mundificãte corpus a materia faciente feb. hæc autem non accidunt aut rariſsime accidunt in tertiana non pura, & multo minus in phlegmatica, aut melancholica propter cauſas oppoſitas.

Et apparet digeſtio in vrina in primo die, aut in tertio, aut in quarto, aut in ſeptimo.

Et apparet digeſtio in vrina prima die, aut tertia, quarta, aut ſeptima: qđ nõ eſt in non pura ſm plurimũ: licet neceſſarium ſit aliquã cholerã non purã ita cito digeri, ſicut aliquam cholerã purã aliorum paritate ſuppoſita. Specificauit autẽ diem primã, tertiã, quartã, & ſeptimã: quia ſunt aptiores digeſtioni choleræ quàm ſecundus, quintus, aut ſextus. quia digeſtio choleræ magis fit in diebus imparibus: ſicut ipſa in eiſdẽ magis mouetur. Specificauit aũt quartũ: quanuis ſit par: quia eſt dies indicatiua in qua ſicut in critica ſigna digeſtionis ſunt magis certa ſigna ſalutis: ſicut etiã in eiſdem ſunt certiora ſigna mortis vt dicit Gal. ſecundo, & tertio pronoſticorum.

Et ex dictis apparet quòd ſi extẽdatur multum vltra ſeptẽ periodos eſt de genere non puræ: & ſimiliter ſi prolongetur multum ſuus rigor: ambo enim huiuſmodi ſignificant groſſitiem materiæ quæ non eſt pura.

Et eſt additio ſuorum paroxyſmorum, et anteceſſio eorum adinuicem ſecundũ ordinẽ ſeruantem proportiones ſimiles, & in non pura eſt illud diuerſum, non retentum, nõ ſimilatum.

Ponit ſeptimum genus ſignorũ di. primo quòd additio. i. augmentum paroxyſmorum & eorum anteceſsio. i. anticipatio ſeruans ſimiles proportiones. i. quòd ꝑ quantũ augetur ſecundus, & anticipat ſupra primũ per tantum tertius ſupra ſm eſt ſignum puræ tertianæ. ſed in non pura eſt illud diuerſum non retentum, non ſimilatum, quoad accidentia. quaſi dicat. paroxyſmi tertianæ puræ ſeruant proportiones ſimiles adinuicem in his tribus per vniformitatem, & ſubtilitatem materiæ. ſed in non pura non ſeruantur huiuſmodi proportiones propter materiæ groſſitiem, & difformitatem: & multo minus ſeruabuntur in quotidianis.

Et ſimiliter q̃do aſſimilãtur paroxyſmi ſecundũ terminum vnũ, et reliqua ſigna elõgationis febris, ẽt ſunt de illis quæ ſcis.

Octauum ſignum. qñ aſsimilãtur paroxyſmi ſm terminum vnum. i. inuadunt eadem hora, ſignificatur nõ pura. ſignificat enim groſſities materiæ quæ nequit ab vno ordine remoueri & hæc ſententia colligitur quarta aphor. cõmẽt. 3. quibuſcũq; exacerbationes. & ſimiliter cõſidera reliqua ſigna elongationis quæ ſunt de illis quæ potes ſcire ex hac fen. & ex dicendis in fen ſequenti quæ ſumuntur ab ætate, tempore anni, & prolixitate typi, & ſimilibus.

Et cum vides principium cum rigore ſecundũ quòd determinauimus, & ſtatum cum ſudore exuberante: tunc non dubites quoniam ipſa ſit pura.

Nonũ ſignũ. cũ vides principium. ſ. paroxyſmi cum rigore ſatis intenſo nõ prolixo ſm quæ determinatũ eſt, & ſtatum cũ ſudore exuberante non dubites. eſt enim tertiana pura. hic enim fiunt ſubtilitate materiæ: non ſic eſt in non pura.

Et in pura quidem, cum eam habens bibit aquam, procedit quod eſt in corpore eius cum vapore humido, quaſi ipſe velit ſudare, & quandoque ſudat.

Decimum ſignum. cũ habens tertianã purã bibit aquam. ſ. frigidam, procedit quod in corpore eſt ad circumferentias cum vapore humido quaſi velit ſudare: & quandoque ſudat. cuius eſt, quia cholera ſubtilis per aquã frigidam digeritur, caliditas ſuperflua temperatur, & calor innatus fortificatur; quapropter aqua calefacta in corpore, & in vaporem verſa educitur ſimul cum vaporibus a centro ad circunferentiam, qui humectant cutim, & fortaſſe fit ſudor cum ſint copioſi, & pori ſatis lati. Econtra aũt cholera, & reliqua materiæ groſſæ incrudantur: & calor corporis qui non eſt ita intenſus extinguitur, virtus debilitatur, & ſic ſudor impeditur: ad cuius ſudoris prohibitionẽ adiuuat oppilatio exiſtens in alijs febribus ab humoribus groſsioribus pendentibus.

Et cũ non pura inuenitur grauitas plurima in capite.

Hic ponit ſigna tertianæ non puræ: quorum primum eſt grauitas in capite. i. dolor grauatiuus.

Et extenſio.

Secundum extenſio. i. dolor extenſiuus. hi autem fiunt ꝓpter multitudinem, & groſſitiem vaporum qui in ratione cõuerſionis cuiuſdam verſus naturam ſui humoris ingroſſati, magis grauant caput, & extendunt.

Et prolongatur rigor donec peruenit vſque ad xxiiij. aut xxx. horas vſque ad horam ſuam, & tepeſcit donec complentur xlviij. horæ: & per quantitatem additionis paroxyſmi ſuper duodecim horas eſt eius elongatio a puritate.

Tertium. ꝙ prolongatur rigor. i. paroxyſmus. uel aliter ꝓlongatur rigor donec paroxyſmus cuius ille rigor eſt principiũ, perueniat vſq; ad 24. horas aut 30. uſq; ad horã ſuã. i. declinationẽ excluſiue: & tũc tepeſcit donec cõpleanẽ. 48. horę. durabit itaq; declinatio. 15. horis. Sed cõtra. ſeqẽ quòd eius paroxyſmus eſſet longior q̃ paroxyſmus flegmaticæ, aut quartanæ. Ad qđ dr̃ ꝙ paroxyſmus flegmaticæ aut quartanæ eſt lõgior ſm pl̃m de ple. i. merito cauſæ cõiunctæ faciẽtis paroxyſmum. de ꝑ accidẽs aũt aliqñ cõtingit cõtrariũ ꝑꝑ inordinatũ regimẽ, aut duritiẽ uiſcerũ & ſimilia. aut forte cholera nota, ualde difformi accidit ut pars ſubtilis inuiſcata cũ parte groſſiori imbibaẽ in poroſitatibus membrorũ: & ꝓhibet materiæ groſsioris eductionẽ ſub forma ſudoris, aut alio modo. quod non ita accidit in quartana, aut flegmatica quæ licet habeaut partes difformiores: nõ tñ ita aptas imbibi, & imbibitas alias ſecũ retinere: ſicut habet cholera nota. & hæc ſolutio eſt melior prima. tñ primæ cauſæ poſſunt eſſe cõmunes. ſecunda uero non: aut nõ ita frequenter. Secundo dicit quòd ſm quãtitatem additionis paroxyſmi ſuper horas eſt eius elongatio a puritate. Si enim multũ ꝓlongatur paroxyſmus ultra 12. horas, multũ elongatur a puritate. Si uero parũ poſt, & parum elongatur, & cauſa ſumitur ex maiori groſſitie, & uiſcoſitate cæteris paribus ex parte quantitatis, & reliquorum.

Et in tertiana quidẽ non pura tardatur apparitio digõnis.

Quartũ ſignũ. in tertiana nõ pura digeſtionis apparitio tardatur, ſupple magis quàm in tertiana pura materia eius ꝑ ſuã groſſitiẽ magis reſiſtente uirtuti digerenti q̃ cholera pura.

Et non apparet in forma offuſcatio, nec extenuatio.

Quintum

Quintũ signũ.nõ apparet in forma .i. habitudine offuscatio .i. color tẽdẽs in nigrũ sanguine & spiritibus paucificatis cum tẽdẽtibus in quandã adustionẽ:sicut apparet in tertiana pura pp maiorẽ caliditatẽ amplius resoluẽtẽ & exiccantẽ:.& eadem causa non apparet tanta extenuatio.

Et fortasse non eradicatur cum sudore copioso.

Sextũ signũ.fortasse.i.aliqñ:immo sæpe tertiana nõ pura nõ eradicatur cũ sudore copioso: sicut tertiana pura humore existente grossiori, & plurimũ oppilationi coniuncto.

Et fortasse non incipit cum rigore.

Septimũ signũ.& fortasse nõ incipit sẽp cũ rigore materia existẽte nimis crassa:& tardius mota sup mẽbra sẽsibilia.

Et non est caliditas cum multa fortitudine.

Octuũ signũ.& nõ est cũ multa fortitudine pp annexionẽ phlegmatis,aut melãcholię cũ chola naturali.verũ vbi esset facta chola nõ pura pp suã aductionẽ absq; horũ admixtiõe, illa non pura posset esse calidior. nam dicit Gal.tertio de ingenio sa. quòd si cholera fuerit grossissima cutim excoriabit vsque ad sui interiora: quod non faceret cholera pura.

Neque est augmentum eius æquale: immo est quasi ipsa addatur, deinde procedit, & minuitur.

Nonũ signũ.nõ est augmentũ eius æquale.i.vniforme:immo est quasi addat̃ ipsa,& crescit.deinde pcedat.i. credatur augmentũ pcedere, & minuit̃.hæc aũt fiunt pp difformitatem materiæ pp quã accidit vt pars subtilior moueatur in qua calor manifeste procedit post illud pars grossior mota ad putredinẽ suffocando calorem facit illum minui. & hæc maxime verificantur in augmento particulari.

Et accidentia sæua minorantur in ea.

Decimũ signũ.accidentia sęua minorãtur in nõ pura quæ.s. accidẽtia sequũtur impressionẽ caloris: licet ecõtra accidẽtia sequentia oppressionẽ virtutis,& caloris innati sint fortiora quàm in tertiana pura,materia eius existente grossiori; licet minus calida.

Tertiana continua. Cap. XXXVIII.

Cognoscitur per vehementiam paroxysmorũ tertianæ: & per vehementiã accidentiũ tertianæ: et apud Gal. quidem cum sanguis putrefit fit de hac genere, & de eo fiet sermo post.

Primo ponit signa tertianę continuæ per quæ distinguit̃ ab alijs feb. & maxime cholericis .s. tertianę interpolatæ & causonis.secũdo ponit opiniõnẽ Gal. pmittẽs se inferius de hac locuturũ:vt puta in capitulo de feb.sanguinis.secũda ibi §Et apud Gal.§ In prima parte dicit q tertiana cõtinua cognoscit̃ p vehementiã paroxysmorũ tertianæ .i. quia cũ hæc est cõtinua vehemẽter paroxysmet: sed occultæ vt dictũ fuit superius.& secũdo differt ab oĩbus fe. quę nõ paroxysmãt de tertio in tertiũ neq; occulte nec manifeste. Notãdũ primo q sicut tertiana interpolata est duplex .pura & impura: ita tertiana cõtina est duplex.pura & nõ pura.& vtraq; dicit̃ pura:quia pẽdet a cholera pura. & utraq; dicitur nõ pura: quia pendet a cholera nõ pura. siue sit cholera nota: siue minoris famæ. & in vtraq; pura accidẽtia sequẽtia impressiõnẽ caloris maiorant̃ respectu accidẽtiũ nõ pure. & ecõtra in vtraq; nõ pura accidẽtia sequẽtia oppressiõnẽ maiorãtur respectu accidẽtiũ puræ.cũ cholera nõ pura sit grossior,& minus calida quàm cholera pura.Si tñ cõparemus paroxysmos cõtinuę paroxysmis interpolatæ,cæteris paribus.s.certũ est paroxysmum cõtinuæ superare paroxysmũ interpolatæ impressione, oppressione, & duratione apud Gal. hæc imponit Gal. ipsũ opinatũ fuisse q sanguis cũ putrefit facit tertianã continuã: sed de hoc erit sermo: vt puta in cap. de feb. sanguinis.

Tertiana continua duplex sicut interpolata.

Cura tertianæ puræ. Cap. XXXIX.

Oportet vt rememoreris illud, quod dedimus tibi de radicibus in curatione fe. de solutione ventris, & cibo, & in omnibus capitulis, & fabrica super illud.

Auic.intẽdẽs hic ponere curã tertianæ duo facit. Primo hoc.secũdo ponit curã tertianæ,nõ purę,secũda ibi in principio sequẽtis capři§Res quibus.§Primũ capřm diuidit in duas partes.In prima ponit curã tertianæ interpolatæ. In scđa curã tertianæ cõtinuæ.Prima in tres.In prima curat fe. In scđa pcura accidẽtiũ remittit nos ad pcedẽtia. In tertia curat caliditatẽ qñq; remanẽtem post fe. secũda ibi§Et si fuerint illic accña.§Tertia ibi§Et qñ post.§Prima in tres.nã in prima curat ipsam a principio vsq; ad statũ.In secũda curat ipsam in statu. In tertia curat ipsam in declinatione.secũda ibi§Et si cõsequat̃.§tertia ibi§Balneo vero oportet.§Prima in tres.nã in prima ponit canonẽ in euõne.secũdo in cibatione,puocatione vrinæ,digõne,& alteratiõe caliditatis. tertio cañ.cibatiõis assumit scđa ibi §Et nõ cibes nisi apud.§Tertia ibi§Et scias q intẽtio.§Prima in tres:quia in prima ponit can.in euõne per medicinas.In scđa p clysteria.In tertia p phlebotomiã. scđa ibi§Et clysteria lenia.§tertia ibi §Et qñ possibile ẽ vt phlebotomes.§Prima in duas.primo remittit nos ad can. gñales.secundo reijcit quoddã regimẽ Ras. & sequẽtiũ eũ.scđa ibi§Et tu quidẽ nõ auscultes.§In prima parte dicit.oportet ut rememores id qđ diximus prius de radicibus.i.can.vl̃ibus in curatione fe.de soľone vẽtris quo ad primũ cap.intitulatũ intẽtio ad curationes vl̃es fe. pu. & de cibo quo ad sequens cap. de cibatione febricitantium. & in hoc cap. de cura tertianæ & sequentibus, fabrica curationes tuas super illud super can. generalibus positis in illis duobus cap. non enim oportet generalia in vnoquoq; cap. replicare.

Et tu quidem non auscultes sermonem eius qui concedit in principio solutiua fortia, & myrabolanos et his similia, nisi illud quod diximus: immo oportet ut properes in primis, & lenias lenitate quadam cum eis quæ diximus illic, sicut sunt tamarindi quantitate .xl. drac. qui infundantur in aqua calida in nocte, & colentur: & proijciatur desuper siracost: aut tereniabin, aut aqua duorum granatorum: & sicut decoctio lubleb cum tereniabin et passulis enucleatis, aut infusio prunorum cum tereniabin aut siracost,aut syr. violatus,et violæ conditæ: & fortasse facit mucillago psylij cum quibusdam syrup. sicut est syrupus prunorum, & lubricitatem, & lenificationem, & cum decoctione lentiũ cum lubleb: aut clysteria lenia,sicut est clystere cum decoctione althææ, & iuiubæ, & sebesten & radice lilij & oleo vio. & succo sielæ, & baurach secundum modum quem scis, & illud quando necessitas tangit ad ipsam. rectum nanq; est ne in potu detur quod est sicut sorbitio hordei, neq; ei simile, nec cibi, nisi natura iam lenificata: & si ventris solutio principio in feb. tertianæ pura minoris sit malitiæ, quàm eius simile in alijs: licet sit eius malitia, etiam maxima.

In hac parte dicit nõ auscl̃tes s̃monẽ eius .s.Ras.qui cõcedit in principio solutiua fortia.s.scamoneã, & myrabolanos qui post soľonẽ derelinquũt vestigiũ cõstrictionis. & his similia partim exoluẽtia parti cõstringẽtia nisi p modũ pquẽ dixim' nõ.n.soluẽtia cõueniũt in principio nisi coacte:sicut in materia furiosa,aut multa,aut aliis casibus de quibus supra in cap. gñali curationis fe.pu. Et similiter in principio nõ cõueniũt styptica nisi timore fluxus vẽtris pñtis,aut futuri aut forte cã correctiõis medicinarũ soluẽtiũ imõ oportet vt i pricipio pcedas cũ leniẽtib.in ca.gñali fe.& exẽplificãdo enumerat quæque medicinas leniẽtes.prima cuius vnica dosis sic describit̃: nã descripta p Auic.est p pluribus.dosib. cũ ponat ibi.40.drac. tamarindorũ. ℞.tamarindo ℥ vi.usq; ad.℥.i. incidãt in frusta satis grossa & infundãtur in.vi.vnc. aquæ calidæ p.xii. horas postea colent̃ exprimẽdo:cuius colaturæ.℞ vnc.iiii.siracost. mãnæ vnc.5.vsq; ad onc.i.& debite calidã exhibe,& est lenitiuũ & cholera æductiuũ uel cũ suprascriptis infusione aquæ .i. succi.ij.granatorũ.i.acris & muxi.vnc.i.vel.i.5.melius est vt addatur.vnc.i. zucc. posset tamẽ loco muzi accipere dulce vbi nõ cõueniat tanta infrigidatio.& hæc est prima descriptio. ℞ lubleb quæ apud Simonẽ est volubilis quã minorem dicimus, nascitur vbiq;, & in vineis & in locis cultis, & est habens lac: & est de leuioribus solutiuis sine facilioribus laxatiuis ita vt detur in feb.acu.& loco ipsius possumus accipere lupulos silicet decoctionis eorum puta vnc.iiii.mannę. onc.i. passul.enucleatarũ. vnc.i. misce & fiat potio. Tertia descriptio. ℞ pru.circa vnc.i. infundantur post eorum incisionem in aquam per horas xii. postea colentur bene exprimendo cuius infusionis.℞.vnc. ii. mannæ circa.onc.i.misce.

sce. Quarta descriptio est syrupus viol. aut violæ conditæ siue zuc. viol. ℞ ex vio. recent. unc. iij aquæ zucc. unc. iij. uel loco eius accipiat zuc. unc. i. 5. & cum tribus. unc. aquæ zuc. distemperet. Quinta descriptio. ℞. mucillaginis psylii. unc. 5. syrup. de prunis. unc. i. 5. aquæ decoctionis lentium & lubleb. vnc. iii. aut quantum sufficit ad bene distemperandũ misce. hæc tamen sunt leuia. & si venter esset stypticus non soluerent. Moderni tamen vtuntur casia. vt recip. floris cassiæ ab vnc. vsq; ad drach. x. distemperetur cum aqua fructuũ: aut loco ipsius pro diuitibus, aut delicatis accipiant unc. ii. mannæ. Clystere positum ab Auic. concedendũ illis quibus non est opus potione, aut forte qui nolunt sumere. ℞. ra. altheæ, unc. i. iuiubarum, sebes. ana numero. xx. radicum lilij. s. albi, vel ireos si vis magis stimulare expulsiuã. unc. 5. incidantur radic. & contundãtur iuiubæ & sebes. & bulliant in. vi. li. aquæ vsq; ad cõsumptionẽ duarum partiũ, de qua decoctione accipiatur lib. i. 5. olei vio. succi siclæ. ana. unc. iii. salis. 3. ii. misce. Aut huius loco fiant clysteria infrigidãtia, & lenientia quorũ descriptio præcessit in curatiõe fe. pu. in generali. & his clysteribus non solum vtendũ est a principio: sed quãdocunq; venter fuerit notabiliter stypticus. est nanq; rectũ, vt dicit Aui. vt non detur aqua hor. aut similes potus neq; cibi nisi natura lenificata. & hoc verũ est regulariter vbi venter fuerit plenus fæcibus: licet omnis leuis vẽtris cõstrictio per quã in principio ante digestionẽ educit materia propria fe. tertianæ sit minoris nocumenti, quàm in aliis fe. in quibus exoluẽdo educunt materiæ: attamẽ ipsa etiã est magni nocumenti. sed de nocumẽtis quæ sequunt euacuationẽ materię factam a principio an̄ digestionẽ dictum est abunde in cap. generali feb. pu. Et positi sunt ibidẽ quinq; casus in quibus cogimur euacuare ante digestionẽ: & quamuis hæc euacuatio semper notabiliter noceat; tamẽ in casibus suprascriptis eã facimus: speramus multo maiora esse iuuamẽta quàm nocumẽta: minus tamẽ nocet hæc euacuatio in tertiana pura quàm in aliis fe. quia cholera pura a qua pendet magis stimulat expulsiuã: & quia est naturæ multũ horrida, eius euacuationem natura facile consentit immo adiuuat. & tertio quia subtilis facilius per meatus angustos educitur. Nec obstat, quòd subtilitate sua magis inbibat in poris quàm materiæ grossæ: quia illę sua grossitie sunt difficulter mobiles: & sua viscositate superficiei membrorũ adhærẽtes, vt grossities & viscositas tm̃ ꝓmoueant ad earum difficilẽ euacuationẽ quantũ subtilitas materiæ cholericæ: & cum hoc aliis facilius cho. educitur.

Et quando est possibile vt phlebotomes vsq; ad tres periodos fac.

In præsenti parte superius diuisa Aui. ponit tres cañ. Primus quando est possibile. i. cõueniẽs ut phlebotomes in tertiana pura fac illud usq; ad tres periodos.

Pro cuius can. declaratione dubitatur an post tres periodos conuenit phlebotomia in terrtiana. videtur ꝙ sic ex Aui. quarta primi. cap. de phlebotomia vbi dicit. ꝙ in earũ principio phlebotomia penitus dimittat. & inferius dicit ꝙ cum in fe. oportuerit phlebotomare nõ attendas ꝙ quidã dicunt ꝙ post 4. dies nõ est bonũ: immo post. 40. dies. In oppositũ est Aui. hic. Soluendũ vt dicit Gẽtilis ꝙ in tertiana pura phlebotomia nõ fit ratione causæ coniunctę: sed fit ratione choleræ quæ stans sub forma antecedẽtis est mixta cum sanguine & disposita vt sequatur illũ in phlebotomia: vel quia sanguis existens multus & subtilis quãuis a principio stet sub forma sanguinis: tamẽ in processu inflãmatus & ebulliens ꝑ actionẽ caloris febrilis ſm aliquam partẽ eius in cholerã cõuertetur & crescet causa eius. Vel tertio. quia cholera quæ erat in principio sanguini permixta fit acutior & multũ distans a natura sanguinis & forte ſm locũ ab eo separabitur. & ideo phlebotomia tunc nõ erit cõuenies cũ a principio fuisset cõueniẽs. hoc aũt tempus Auic. arbitratus est esse spatiũ triũ paroxysmorũ. Ex quibus apparet ꝙ si tertiana pura incipiat a cholera separata a sanguine: & distante a natura sanguinis: deinde in ꝓcessu sui permisceat, aut fiat magis ꝓpinqua naturæ sanguinis: quia forte infrigidabitur, & ingrossabit in principio: nõ conueniebat phlebotomia quæ in processu erit cõueniẽs. Hoc aũt cognoscetur: quia vrina in primo casu cum citrinitate sua tendebat in rubedinẽ cum grossitie. in processu vero fit magis citrina cum tendentia in rubedinem, in secundo vero vrina se habebit econtra. Et ex his patet solutio ad rationem primã fundatã super textu Auic. voluit. n. Auic. ibidẽ phlebotomiã dimitti in ægritudinibus pẽdẽtibus ab aliis humoribus quàm a sanguine: qñ hũmores illi stantes sub forma causæ antecedẽtis nõ sunt mixti sanguini & forte multum distãtes a natura sanguinis. hic aũt loquitur de tertiana, cuius causa antecedẽs est in principio sanguini mixta. Ad secundũ textũ dicẽdũ ꝙ ille nõ contradicit primo: nec textui Aui. in pñti parte. nã in quacũq; ægritudine facienda est phlebotomia vbi apparet necessitas eius: etiã si trãsierint quatuor dies cõstante virtute cũ quo stat quòd phlebotomia quæ fit posterius non fuisset cõueniẽs a principio: tutius tñ & eligibilius stante pari indicatione de phlebotomia ipsam facere a principio quàm posterius. & sic medici faciunt ſm plurimũ: licet aliqñ cogantur posterius eam reiterare: & rarissimũ est quòd cõueniat posterius, & a principio nõ cõuenit: & ſm plurimũ copiosior faciẽda est a principio: quàm posterius. Et ex his elicere possumus quòd aliquæ sunt fe. in quibus phlebotomia cõuenit in principio, & nõ in fine. in aliquibus ecõtra cõuenit in fine & nõ in principio: in aliquibus in fine, & in principio: in aliquibus neq; in fine, neq; in principio.

Et similiter quando times quòd sit ægritudo furiosa, et facis illud, erit illud quod accidit de errore, si accidit minus quàm aliud.

In hoc secũdo canone dicit quòd qñ tu times. i. suspicaris quòd ægritudo sit furiosa, & facis illud. s. phlebotomiã, erit illud quod accidit de errore. i. nocumento si accidit. i. si quid nocumenti acciderit minus quàm aliud nocumentũ, quod sequetur ex omissione phlebotomiæ, nam ex omissione phlebotomiæ forte sequetur apostema alicuius mẽbri nobilis. & si fiat nõ sequetur nisi quædã leuis debilitas: & forte eductio simul humoris boni, & mali & similia quæ sunt valde leuiora nocumenta quàm apostema membri nobilis. Hic canon etiã posset adaptari pharmaciæ. de his actum est quantum est expediẽs in cap. curationis vl̃is feb. putridæ; ad quod recurre.

Et oportet vt non moueas in die paroxysmi aliquid nisi propter necessitatem.

Tertius cañ. oportet vt nõ euacues aliqd. i. aliquẽ hũorẽ in die paroxysmi nisi ꝑꝑ necessitatẽ: sed de hoc fuit dubiũ decisum in capitulo generali: ad quod recurre si expedit.

Et non cibes nisi apud conditiones prædictas.

In hac parte diuisa superius aggregat cano. partim circa ꝓuocationẽ vrinæ, digestionẽ materiæ, & caloris febrilis alterationẽ. Primus canon. nõ cibes nisi apud cõditiones ꝓdictas. s. quòd venter sit primo lenificatus: quòd cibus sit digestus ante aduẽtũ paroxysmi. & quòd cibet in quiete, & tempore aut solũ declinatione fe. si est possibile. & similibus conditionibus obseruatis de quibus in capitulo generali.

Et non prouoces vrinam cum emulsione seminum.

Secundus quòd nõ prouoces vrinam cum emulsione seminum communium frigidorum, neq; cum aliis prouocantibus nisi facta phlebotomia, ventre lenito de quibus dictum fuit in capitulo generali feb. pu.

Et oportet vt superueniat ei paroxysmus dum est famelicus, & non est in stomacho eius aliquid.

Tertius canon. quòd paroxysmus superueniat vacuo stomacho a cibo, & nõ sufficit sibi dicere dum est famelicus. quia posset ex appetitu canino famescere pleno stomacho. ideo dixit. dum non est in stomacho eius aliquid.

Immo oportet vt sumat in potu syrupum acetosum omni mane: & post duas horas aquam hordei in die in qua non est paroxysmus.

Quartus canon quòd detur syrupus ace. s. duarũ unc. cum. iii. unc. aquæ in mane zuccaratę omni die. s. & per duas horas post, detur aqua hor. quæ sit circa. unc. iiii. in die in qua nõ est paroxysmus: vt quòd incisum est & abstersum per syrupũ acetosum lauetur per aquã hor. sed in die paroxysmi solũ præcipit syrupũ acetosum, & nõ aquã hor. post syrupũ acetosum ne forte paroxysmus supueniret aqua hor. existẽte in stomacho.

Sed dubiũ est quid esset faciendũ si esset duplex tertiana paroxysmans omni die. oporteret enim secundũ plurimũ alterũ

e orum

forum dimittere: & tunc præstentius esset vna die syrupum acetosum exhibere, & altera die aquam hor. propter iuuamenta prædicta.

Et syrupus quidem acetosus post paroxysmũ est cõueniens.

Quintus canon quòd syrupus acetosus iuuat si detur post paroxysmum: quia remittit reliquias caloris & rectificat residuum materiæ.

Et similiter ponere pedes in aqua frigida ad attrahendum residuum caloris.

Sextus canon. quòd similiter iuuat ponere pedes in aqua frigida post paroxysmũ ad attrahendũ, & remouẽdũ residuũ caloris. Accidit aũt quamuis paroxysmus recesit in pedibus remanere aliquẽ calorẽ, quẽ remouet positio pedũ in aqua frigida. & p pedes intellige crura: & etiã pedes paruos: & idem est iudiciũ de manibus vsq; ad adiutoria. Et hic maxime exequẽda sunt, obseruatis in magna parte conditionib. superius positis in capitulo generali in balneando febrientẽ in aqua frigida. Aliter forte esset tutius ponere huiusmodi extrema in aqua tepida aut simplici aut decoctionis rerũ frigidarũ. & forte hic canon positus est ad prohibendũ hecticã in paratis ad eam aut ad curandũ eam si inceperit. multa.n. opus est derelinquere discretioni medici. Ego .n. quantum est in me hunc canonem non obseruarem nisi ad curandum, aut prohibendũ hecticam: licet tamen hic infusio extremorum in aqua frigida maioris posset esse nocumenti in tertiana pura, quàm in reliquis putridis febribus.

Et ego magis diligo vt sit in syrupo acetoso proprie in postremis emulsio seminum frigidorum prædictorum: & ante paroxysmum per tres horas, aut quatuor.

Hic est septimus canon. in quo dicit se magis diligere vt in syrupo acetoso in postremis .i. digesta materia, & pro parte minorata ponatur lac. 5 .seminũ communiũ fri. s. melonis, anguriæ, cucurbitæ, cucumeris, citrulli: vt puta. ℞ syru. acetosi simplicis. unc. i. 5. lactis expresionis .s. communiũ frigidorum prius contusorũ. & infusorũ in aqua calida. unc. 5. misce. Et cõsidera quòd Auic. opinatus est hic semina cõmunia esse satis cõueniẽs prouocatiuum in materia cholerica: sicut asparagus, & assarũ in phlegmatica: quia vsus illorũ digestiuorũ expedit in tertiana sicut vsus fortiorum prouocatiuorum in phlegmatica, aut melancholica. Aliter posset intelligi quod ante paroxysmum, detur solum syrupus acetosus. sed in postremis .i. post paroxysmũ detur syrupus acetosus: & lac se. communiũ frigidorum educens residuum materiæ per vrinam: licet hic simul mixta posint dari ante paroxysmum & post digesta materia. Tempus autẽ dandi syrupũ acetosum ante paroxysmũ est tres aut quatuor horæ vt in aduentu paroxysmi sit digestus. est .n. potus cibalis, & forte vomeret nisi esset digestus in aduentu paroxysmi aut forte cõsumptus a calore febrili non operaretur in materiam. quantum tempus debeat dari post paroxysmũ nõ est hic ab eo expressum: sed credo quòd finita declinatione immediate posset dari: vel forte parum post ante completam declinationem vt postea ipso digesto posset cibari si fuerit expediens.

Et detur in potu interim post paroxysmum aqua hordei. Et quãdo necessaria est subtiliatio regiminis, detur in potu sicut aqua granatorum, et aqua melonis indi, et his similia. Et gradatim fiat eius regimen secundum modum prædictum. ¶Et quoties appropinquat status subtilietur: et in diebus primis cibetur cum Kisch hordei, et pane trito cum aqua frigida: aut sicut est, aut emulctũ ex eo qui fit ex lacte acetoso, et lentibus.

Octauus canon. & detur in potu post paroxysmum aqua hordei quæ potest dari medicinaliter siue ante eam datus fuerit syrupus aceto. siue non: cuius iuuamenta sunt nota. & post dari loco cibi: & ꝓprie in die paroxysmi: & maxime si fuerit vniuersalis in quo oporteret attenuare diætam. ideo subiungit. & quando est subtiliatio regiminis detur in potu .s. via cibi sicut aqua granatorũ & aqua melonis indi .i. anguriæ. & gradatim ꝓcedendũ est subtiliãdo regimẽ vsq; ad statum inclusiue ẽm modũ prædictũ .s. in capitulo de cibatione febricitantiũ. Ideo subdit. & quoties appropinquat status subtilietur. sed in diebus primis cibetur cum kisch hordei .i. ptisana ordeacea & cum pane trito .i. dissoluto in aqua frigida: aut sicut est quòd detur simul panis, & aqua, aut multũ ex eo .s. sola aqua quæ exprimitur a pane. & est diæta valde subtilis: & ex eo cibo qui fit ex lacte acetoso de quo extractũ est butyrum. Infunditur .n. panis, & resoluitur in lacte acetoso de quo extractum est butyrum: aut in aqua lactis, aut totum simul aut sola expresio ẽm quòd opus est subtiliori, aut minus subtili diæta. & lentibus .i. Kisch lentium prima aqua abiecta: & hi cibi grosiores magis conueniunt in principio, sed tenuiores magis in statu.

Et quando cibus acetat in stomacho nõ detur in potu aqua hordei, quæ non est valde subtilis aliquid: et si necessariũ fuerit dare in potu ipsum confortetur parum cum decoctione radicis apij. Si autem fuerit stomacus frigidior illo, et febris nõ magna, et non pura, ponatur parum piperis secundum consilium Hippocratis.

Nonus canon prohibet acetositatẽ cibi: vt qñ cibus esset aptus acetosari i stomacho nõ detur in potu aqua hordei nisi qđ est subtile valde. Et si necesse fuerit dare eam in potu quæ est grosior, ꝓhibeatur eius acetositas decoquẽdo in ea parũ radicis apij. & stomacho existẽte frigidiori, & febre non magna & non pura tertiana quæ est minus calida ꝙ̃ pura, non timeas ponere parum piperis ad bulliendũ cum hordeo in aqua: utputa in tribus libris circa sex grana grosso modo fracta, consilio Hippocratis: cuius librum non habemus.

Quod signa significauerint quòd crisis est propinqua: tunc sufficiat ei aqua hordei, et aqua granatorum dulcis, et muzi, et syrupus acetosus.

Hic decimus canon subtiliat regimen appropinquante crisi & notus est.

Et fructus quidẽqui diliguntur eis sunt granata dulcia, et muza, et pruna matura, et immatura. Melon vero indus est res maximi iuuamenti cum hoc quòd ipse soluit, et prouocat, et frangit vehementiam caloris, et facit sudare: & fortasse non nocet nisi parum, et ex oleribus cucurbita, et cucumer, et alkehebedi, et lactuca.

Vndecimus canon. eligit fructus conuenientes in tertiana pura, & quædã olera & nõ oĩa alkehebedi idest citrulli. qui aũt fructus cõcedãtur in febribus qui nascunt ex arbore non lignea, qui dicũtur apud græcos & arabes olera; dictũ fuit in capitulo generali febriũ putridarũ: & hi fructus licet suggerant aliquid mali chymi putrescibilis, tamen cõcedunt in aliquibus febribus putridis quia infrigidant, & humectant, ventrem leniunt, prouocant vrinam, & sudorem saltẽ aliqui eorum & proprie anguria. liberius tamen conceduntur in febribus pẽdẽtibus a cholera pura cuius putredo est sicut quædam exarsio &c. & hæ sunt tertiana pura, tam interpolata, quàm continua & causa pendens a cholera pura.

Et scias quòd intentio in eo quo cibantur patientes tertianam, aut est humectatio sicut datur eis in fine de extremitatibus altaiugi, et de testiculis gallorum, et cerebellis hædorum, cum quibus non est nausea: et vitellis ouorum: aut est infrigidatio et humectatio simul sicut in kisch hordei. Et non vltimes in infrigidatione multa, et proprie in principio nisi inuenias inflammationem, aut timeas conuersionem eius ad causonem, et continuam.

In hac parte Auic. summat intentiones cibationis in tertiana dicens: ꝙ intẽtio in cibando patientes tertianã est duplex. vna est ad humectandũ tam qualitatiue, quàm substantifice: & ratione huius danť eis in fine .i. in declinatione tertianæ vniuersali de extremitatibus althaiugi .i. auium ẽm aliquos: qđ nõ videtur verisimile: cũ extremitates auiũ sint notabiliter siccæ. credo ꝙ althaiugi sit quadrupes notabiliter humidus, sicut agnus, aut porcus. Et quanuis aliquæ partes horũ animaliũ essent humidiores: quia dant nutrimentũ magis viscosum, & nõ ita euaporabile: & de testiculis gallorum nondũ coeuntiũ: quorũ parũ multũ nutrit. & de cerebellis hędorũ nõ nauseãtibus: quia cerebella sũt nauseatiua. tertio alimẽtorum. & tertio canone. & vitelli ouorum quia digestibiliores quàm albumẽ apud Glauconẽ. Alia intentio est infrigidatio & humectatio simul sicut Kisch hordei. Secundo dicit

cit non vltimate infrigides & proprie in principio vniuersali & etiam in particulari nisi inuenias inflammationē multā: & timeas conuersionem tertianæ interpolatæ ad causonem, & tertianam continuam. Et ex his accipere potes tutius & magis esse infrigidandum in statu, & declinatione tam vniuersali quàm particulari, quàm in principio. est enim in illis temporibus calor maior: & non ita timetur prohibitio euacuationis materiæ & expansionis caloris sicut in principio: sed in augmento iudicium est medium.

Quòd si consequatur crisis, & videris digestionem in vrina: & est sedimen laudabile quod cognouisti, tunc si excusat bene est: & si non, cura tunc cum eo quo iuuatur natura ex prouocatione vrinæ, aut solutione ventris: aut vomitu, aut fluxu sanguinis narium, & non agas contra ipsam in hoc. Quod si non inuenis declinationem manifestam, tunc euacua cum solutione ventris. nam de illo est scamoneæ sexta. drach. i. iuleb. Aut decoctio myrabolanorum cum tamarindis, & tereniabin, & passulis, et radicibus, & caßia fistula secundum quòd sciuisti: et tibi incst vt confortes eas cum fumo terræ, et sene, & scamonea.

In præsenti parte curat tertianam in statu vniuersali dicēs ꝙ si natura faciat crisim & verisimiliter laudabilē: quia tu vidisti digestionē in vrina signatā per substantiā vrinæ ingrossatam, cum prius fuerit subtilis: & per sedimen laudabile: tūc si ipsa excusat bene est. si vero nō: quia diminute euacuat: tūc iuua eam per viam per quā incepit cum ꝓuocatione vrinæ, solutione ventris, aut vomitu, aut fluxu sanguinis narium: & nō agas contra inclinationē eius. Et in his dictis includitur sententia aphoris. vigesimi. primæ particulæ. Et quorū crisis fit &c. & sententia aporis. vigesimiprimi. primæ particulæ quæ ducere oportet vndecunq; natura repit. Secundū dictū est quòd si nō videris naturā inclinantem per aliquam viam: tunc euacua cum solutione ventris, hęc .n. est via ꝯm plurimum conuenientior, & magis ægro tolerabilis. Solutiua vero sunt ista. ℞. scamoneæ sextam. ʒ. i. & sunt gra. x. iuleb. ℥. 5 Secundū solutiuū. ℞. myrabolan. ci. tamarindorum, passularum, radicum endiuiæ ana. vnc. 5. bulliant in nouē. vnc. aquæ ad consumptionem duarum partium & colentur. cuius colaturæ. iij. vnc. aut quantum sufficit misceatur cum vna vnc. tereniabin & vnc. 5. cassiæ. Et subdit, & tu potes confortare hoc solutiuum cum fumo terræ, & senæ, & ad bulliendo cum suprascriptis & ponendo in substantia, duo aut tria grana scamoneæ correctæ: valebit ratione senæ & fumi terræ magis ad humores adustos.

Et de illis quæ conueniunt eis tantum sunt trochisci de spo. solutiui. Descriptio. Re. myrabolanorum enucleatorū pondus. drach. iiij. zuccari tabarzet pondus. drach. xx. scamoneæ pondus sextæ. drach. i. bibatur cum aqua frigida, et post illud curentur cum prouocatione.

Tertiū solutiuū est trochisci de spodio solutiui: cuius descriptionē vide quinto canone. Quartū solutiuū. ℞ myrabolan. citrinorū. ʒ. iiii. zuc. optimi. ʒ. xv. scamoneæ sextā. ʒ. vnius. bibantur cum aqua frigida. Contra. Auēzoar præcipit solutiua dari cum aqua calida. Dicendū ꝙ regularius est solutiua dari cum aqua calida: quia iuuat ad operationē eorū. tn̄ in fe. inflāmatiuis timēdo ne ex calore medicinæ corrumpantur possunt dari cum aqua frigida: licet aliqn̄ aqua frigida fortificet operationē solutiui, figendo partes eius in poris stomachi, aut intestinorum: & post illud curentur cum prouocatione .s. vrinæ. est namq; rectum vt ventris solutio præmittatur prouocationi vrinę, vt potest patere ex dictis.

Et si fuerit illic caliditas superflua, et inflāmatio maxima cum iam euacuaueris tunc non erit ei malum dare in potu aliquid de extinguentibus fortibus de illis quæ dicta sunt in regimine acutæ. et fortasse conferunt ei emplastra ex eis.

Ponit alium canonē dicēs ꝙ existente inflammatione maxima, præmissa euacuatione nō erit malū dare ei in potu aliquid de extinguētibus fortibus ex his quæ dicta sunt in regimine fe. acutarū, fortasse tūc emplastra infrigidātia. hic autē maxime necessaria sunt in tertiana continua, & cum timetur transitus in causonē. Et nota ꝙ ista extinguētia potata, & epithemata maxime conferunt, & securius administrātur facta euacuatione: vt dictum est in capitulo de regimine acutarū.

Balneo vero oportet ne approximent nisi post digestionē: post digestionem autem, et apud declinationem est ipsum melior curatio eis, et proprie consuetis: quamuis error in intromittendo eos in balneo ante digestionem saluior est, quàm suū simile cum alijs. Et oportet vt sit balneum eorum temperatum boni aeris, qui sit humidus: in quo sudent cum facilitate: ita vt non inflammentur eorum corda: et inungantur cum oleo violato et rosato conquassato cum aqua: et non prolongent in eo moram: immo egrediantur velociter: nam iteratio est eis conuenientior quàm stationis prolongatio. Et si apud exitum infundantur in aqua tepida, stent in ea secundū quantitatem delectationis: deinde cum egrediuntur: tunc conuenit eis vt bibant vinum album subtile multa commixtione permixtum, et cooperiantur in lectis suis. sudabunt enim sudore vehementi; et si quid residuum fuerit digeretur. Et post illud cibentur cibis infrigidantibus, et humectantibus, et oleribus, quæ sunt illius modi. Et non timeas post declinationem potare eos vinum plurimum commixtum. vinum enim fractum per commixtionem confert quantitati eius residui in resoluendo illud, cuius necessaria est resolutio; et succurit aquæ penetranti cum fortitudine sua, et pemixtione eius quod est in eo de calefactione pauca, quare infrigidat vehementer, et humectat.

In parte præsenti superius diuisa curat tertianam in declinatione, dicens ꝙ patientes tertianā non debent ingredi balneum nisi post digestionē materiæ: sed multo magis conuenit cum ventū est ad declinationē: & proprie consuetis balneari. Secūdo dicit ꝙ balneū ante digestionē in tertianarijs est minus malū, quàm in alijs febriētibus .s. phlegmaticis, aut melancholicis. Tertio dcit quòd eorū balneū debet esse temperatum .s. ad sensum balneādi: & debet esse boni aeris quòd locus ille nō sit mali odoris: & sit humidus .s. per aspersionem aquę tepidæ per locū eius in quo sudēt cum facilitate, vt non inflammentur corda eorū: propterea nō sit superfluæ calidū: & post exitū a balneo vngantur cum oleo rosato conquassato cum aqua vt sua viscositate retineat aquā in poris, quę retenta amplius infrigidet, & humectet. Quarto dicit quòd non prolonget moram in balneo. est .n. balnei reiteratio conuenientior, quàm stationis in eo prolongatio: quia minus debilitat & magis humectat. Quinto dicit quòd si post exitum balnei infundatur in aqua tepida, & stent in ea secundū quantitatem delectationis confert. Pro quo nota ꝙ per aquā tepidam possemus intelligere aquā minus calidā, q̄ sit aqua balnei præcedentis quam temperatam appellat, eo ꝙ habet calorem conuenientē quo pori aperiuntur, & materia euaporet & sudet homo: sed ista tepida administratur post illam quæ est minus calida ad mitigandū calorem per præcedentē aquā inductū. est .n. tepida respectu illius: & post hāc corpore exiccato debet sequi inunctio cū oleis infrigidantibus suprascriptis. Aliqui vero per aquā tepidam subsequentē intelligunt aquam primā calidiorem: quod confirmant tum ex vi vocabuli. videtur enim tepidum magis calidū quàm temperatū. Itē quia Anic. secunda primi & Gal. 10. therapeuticæ docet in balneādo procedere de causa minus calida ad magis calidam, ergo sic debet esse in harum aquarum administratione. Ego credo vtranq; opinionem esse veram: sed in diuersis casibus, in hectica .n. & in febribus valde calidis in quibus timemus inflammationem, & exiccationē est procedendū ex calida in frigidā sicut in tertiana, & causone, & hectica & similibus. Econtra vero in quibus non timeamus aliquid suprascriptū; sed intendamus solā resolutionē: nec his debet succedere inunctio cum oleis frigidis: sed potius cum calidis: in primis vero succedat inuctio cum frigidis. Expositio itaq; prima est melior cum hic ponatur cura tertianæ puræ, & cōtinuæ & interpolatæ. Sexto dicit ꝙ cū isti egrediūtur de balneo cōuenit vt bibāt uinū albū subtile, mixtū cū multa aqua .s. postquā quieuerint aliquantulum: & calor sit aliqualiter remissus, ne mēbris nimiū calefactis fortiter attrahētibus attrahāt uinū in

digestū

digestũ ad hepar & ad membra: & sumpto vino cooperiantũ in lectis suis: & dormiant. sudabunt .n. sudore copioso: & si quid residuũ fuerit, digeretur per hunc potũ aquæ vino mixtę quæ infrigidat & humectat, & ad euacuationem præparat maxime per sudorẽ. Septimo dicit ꝙ postquàm sudauerit, & calor corporis temperatus fuerit cibetur cibis infrigidantibus & humectãtibus sicut ex oleribus qualia sunt lactucę, portulacæ, & cucurbita & similes: & tunc pro potu conuenit vinum cum multa aqua commixtũ quo debẽt vti cum cibãtur: & etiã medicinaliter sicut statim concessũ fuit post balneum & maxime conuenit vinũ aquosum albũ subtile de quo supra ideo dicit Auic. Vinũ fractũ permixtione multę aquæ conuenit quantitati residuæ eius .s. materiæ in resoluẽdo illud cuius necessaria est resol̃o, & facit aquã secũ commixtã penetrare ad vniuersum corpus cum fortitudine sua & sua ꝓprietate, quia multũ ad mẽbra attrahitur. & permixtio eius qđ est in eo de calefactione pauca iuuante ad penetrandũ, quare attractum simul cum aqua infrigidat vahementer, & humectat totum corpus, & multo magis quàm vinũ solum, aut aqua sola. Proportio autẽ aquæ ad vinũ sit secundũ vini potentiã, consuetudinem ægri, tempus anni, febris magnitudinem: communiter tamen sit a dupla vsq; ad quadruplam.

Et si fuerint illic accidentia sitis, et dolor capitis, et vigiliarum, et aliorum iam, tibi præterijt eorum cura.

In hac parte superius diuisa pro cura accidentium quæ sequuntur febrẽ remittit ad capitula suprascripta in quibus posita est cura huiusmodi accidentium.

Et quando post crisim remanet aliquid caloris inseparabilis, tunc tibi superest vt administres syrupum acetosum cum succis diureticis, aut in quo decocta sunt semina, & radices diureticæ.

In parte præsenti curat calorem remanentem post crisim, & fractionem tertianæ: qui calor ẽm plurimũ remanet in hepate: & cognoscitur per caliditatẽ in loco sensatã & per tincturam vrinæ. Si ergo calor fuerit immaterialis absq; oppilatione sufficit sola infrigidatio cum interius, & exterius applicitis. Si vero fuerit cum materia in primo opus est euacuatione, postea infrigidatione, & confortatione. Si vero adsit oppilatio & materia sit in gibbo præmissa lenitione, & phlebotomia si fuerit expediẽs est educenda cum aperiẽtibus, & prouocantibus, & si frigida sufficiunt, sicut aqua hordei & semina communia frigida, & aqua cichoreę & similia. Si vero nõ: tunc administres syrupũ acetosum cum succis diureticis, sicut succus fœniculi, & similes: aut administres syrupum acetosum in quo cocta sint semina, & radices diureticæ .i. prouocantes vrinam: & syrupus acetosus ex quinq; radicibus calidis scilicet apij, fœniculi, petroselini, brusci, & asparagi. & semina eorundem, & anisi & similium. Si vero oppilatio sit in concauo potius educatur cum solutiuis materia oppilante, & ex oppilatione retenta. Et si quæratur an sit possibile caliditatem absq; materia fieri, & foueri ab oppilatione; Dicẽdum est ꝙ sic, & modus est: quia oppilatio prohibet euentationẽ calidi mẽbralis, & spumosi. quapropter necesse est caliditatẽ fieri, & remanere donec remota sit oppilatio.

Et scias quod cura tertianæ continuæ est cura tertianæ interpolatæ: sed est decliuior ad obseruationem dispositionum digestionis, & ad infrigidandum cum syrupo acetoso facto cum seminibus, ut semine citruli, & semine endiuiæ propie contritis: & post ipsum post duas horas datur in potu aqua hordei: et ad subtiliationem cibi, & ad administranda clysteria lenia in principio, & ad prouocationem: et oportet vt subtilient, et non sumant in potu de solutiuis in principio, neque approximent alicui eorum, nisi eis quæ sunt sicut syrupus violatus, et aqua fructuum: et non vtantur nisi clysteribus lenibus.

Cura tertianæ continuę in quib⁹ differt ab interpolata.

In parte præsenti ponit curas tertianæ continuæ, & tertiatæ interpolatæ: quia omnes intentiones quæ requiruntur in tertiana interpolata requiruntur in tertiana continua. Est tamen differẽtia in executione illarũ intentionũ in quinque. Primo, quia in tertiana cõtinua debemus magis obseruare digestionẽ .i. magis sollicite eligere exhibendo pluries digestiuum in æquali tempore, q̃ in interpolata, quia materia eius est ineptior euoni. cuius signũ, quia tempore periodi non expellitur extra venas, sicut in interpolata. Est itaq; ineptior ratione qualitatis, aut modi substantię: & est maior timor exhibere solutiuũ in ea materia non digesta, ne forte agitata, & non educta tendat ad membra nobilia. & etiam ne maior sequatur inflammatio, & tertio maior debilitas: hęc ita non timemus in interpolata: propterea possumus exhibere solutiuum efficacius in interpolata, quàm in continua, non expectata digestione completa. Secunda est differentia: quia in continua oportet plus infrigidare cum syrupo acetoso facto cum seminibus frigidis, sicut semen citruli, anguriæ & similium, & semine endiuiæ, quod potest fieri lac huiusmodi semẽ exprimendo in syrupo acetoso: vel ponendo ipsa ad bulliendum secum: & postea colando. Et post hunc syrupum per duas horas dando in potu aquam hordei: & causa nota est cũ maior sit caliditas in continua, quàm in interpolata. Tertio oportet diætam magis subtiliare, quàm in interpolata, quia morbus est acutior. Quarto plus vrinam prouocare. tum quia materia continuæ magis continetur in venis, quàm materia interpolatæ: tum quia plus in continua est de aquositate, & serositate sanguinis per urinam educenda: quare magis prouocationi vrinæ est intendendũ: & ista maior prouocatio fiat cum pluri vsu aquæ hordei subtilis, & expressione seminum communium frigidorũ. Quinto plus debemus intendere ad lenitionem ventris cum clysteribus lenientibus, & infrigidantibus: & etiam cum medicinis lenientibus sumptis ante exhibitionem pharmaci electiui in continua, quàm in interpolata. propterea dixit oportet vt subtilietur & subtiliter, & caute se gerant patientes tertianam continuã, & non sumant in potu de solutiuis in principio .s. exhibentibus: nec approximent alicui eorum nisi quæ sunt sicut syrupus acetosus, violatus, & aqua fructuum: & nõ vtantur nisi clysteribus lenibus. non autem acutis: & hæc omnia magis obseruanda sunt in continua, quàm in inter polata: & propter stypticitatem ventris, & maiorem timorem phrenesis. Et tu adde sextam differentiã: quia magis opus est phlebotomare in continua quàm in interpolata: cum in continua causa antecedẽs, & coniuncta contineatur intra venas: sed in interpolata sola causa antecedens: & quia in ea est maior timor raptus materiæ ad membra nobilia quàm in interpolata.

Sed contra quintam differentã instatur ꝙ citius debeamus vti solutiuis eligentibus: & etiã fortioribus in tertiana continua, quàm in interpolata: quia materia tertianæ continuæ frequẽtibus est furiosa, & maioris quantitatis, & est in membro nobiliori, & apta magis rapi ad membra nobilia, quàm materia tertianæ interpolatæ: ergo citius, & fortioribus solutiuis intendendũ est in ea, quàm in interpolata, añs & consequentia pñt patere ex suprascriptis. Ad hoc dicendũ hanc ratione concludere: quia cura coacta per quam exhibentur solutiua fortia ante digestionẽ materiæ frequentius est vtendum in continua, quàm in interpolata: sed illa quinta differentia veritatem habet in cura regulari.

Octo intentiones curatiuæ in tertiana.

Ex dictis in hoc capitulo possumus elicere octo intentiones curatiuas. Prima est debitum regimen sex rerum declinans ad frigidum & humidũ: sed magis in continua quàm in interpolata: & sit magis tenuis & sit magis frigida & humida quã in interpolata: & sit magis tenuis in statu & ꝓprie hora crisis in qua regulariter non conceditur vinum, neq; carnes: neq; oua nisi in declinatione: & vinum tunc etiam sit in pauca quantitate pauciferum & bene limphatum: inspecta tamẽ ægri consuetudine. Secunda intentio est eductio materierũ communium contentarũ in stomacho: & in intestinis cũ clysterijs, aut medicinis lenientibus frigidis & humidis: quę intentio magis sollicite exequenda est in cõtinua, quàm in interpolata. Tertia est phlegma, cuius maior necessitas est in continua quàm in interpolata. Quarta est digestio materiæ cum frigidis & humidis ingrossantibus: sed magis sint extinguentia in continua, quàm in interpolata: & in ambabus potest concedi potus aquæ frigidæ obseruatis conditionibus de quibus in capitulo generali: hæc tamen digestio magis sollicite obseruanda est in continua, quàm in interpolata. Quinta est euacuatio materiæ cholericæ cum euacuantibus ipsam eligẽtibus: quæ tñ sint mixta cum leniẽtibus, & magis lenientia.

tia, & minus fortia resoluentia conueniunt regulariter in cōtinua. Sexta est prouocatio vrinæ, & sudoris cū frigidis & humidis potentia: actu calidis, maior tamen prouocatio urinæ ẜm plurimum est expediens in continua, & sudoris interpolata. Septima est virtutis confortatio necnon caliditatis superfluæ in membris remanentis alteratio. Octaua est correctio accidentium ẜm ipsorum exigentiam.

De cura tertianæ non puræ. Cap. XL.

Res in quibus diuersificatur cura tertianæ non puræ sunt res in quibus cōicant febres frigidæ de licentia secunda.

In hoc cap. ponit curam tertianæ non puræ. Et primo ponit differentiam inter curam puræ & non puræ ẜm ꝙ ordinat multos can. curatiuos: in quibus differt cura non puræ a cura puræ. In secunda parte summat curam non puræ. In tertia ꝓsequit curā tertianæ non puræ in speciali. secunda ibi [Et oportet vt cōsideretur.] tertia ibi [Et cū uideris.] pria in duas: primo ponit istam differentiā in gñali. secundo in speciali eā declarat. secunda ibi [Et fortasse cōcedit.] In prima parte dicit ꝙ res quibus diuersificat cura tertianę non puræ a cura tertianæ puræ sunt res quibus cōicant febres frigidæ inter se: & cum tertiana non pura de licentia secūda. i. quātum ad indicationē secundā. Pro cuius textus difficilis declaratione, sciendum ꝙ ꝑ febres frigidas intelligit feb. pendentes ab humore frigido: sicut sunt phlegmaticæ, & melancholicæ. ꝑ tertianam non purā vt dictū fuit superius intelligit tertianā pendentē a cholera non pura: siue sit cholera citrina, siue vitellina quæ fit ex cōmixtione choleræ cū phlegmate: licet vitellina sit grossior citrina ꝑꝑ grossioris phlegmatis mixtionē tam in cholera uitellina, quā citrina. & hæ duæ dñr choleræ notæ & famosæ: eo ꝙ magna quantitas reperit, & multotiēs faciunt fe. siue sit cholera non pura genita ex cōmixtione choleræ cū melancholia dicta minoris famæ: eo ꝙ ipsius minor reperiat quātitas, & rarius faciat fe. siue sit cholera non pura ingrossata per ulteriorē adustionē: sicut cholera prasina, & zinaria. oēs. n. hæ grossæ indigentes pro sui digōne subtilatiuis, & incidentibus. Sed ecōtra cholera pura a qua pēdet tertiana pura indiget pro sui digōne ingrossantibus, & inuiscātibus. Ex quibus infertur ꝙ humores frigidi phlegmatici, & melancholici, & choleræ non puræ cōueniūt adinuicē quantū ad digestiua cū in his ẜm plurimū digestiua debent esse subtiliatiua & incisiua. & quantū ad hanc differt a cholera pura cuius digō: ut patet ex ꝑcedēti. c. ꝑficiēda est cū ingrossantibus, & inuiscantibus. Præmittendū scdo ꝙ Aui. hic sicut ēt alibi ꝑ licentiā intelligit indicationē: ut. 14. tertii. c. de cura apostematū calidorū dixit. Et quære ex his. s. repletione, uirtute, & similibus: licentiā in phlebotomia. i. indicationē ꝑ quā sit licitū phlebotomare. Est aūt licentia duplex, siue indicatio duplex. una prima & sumit a fe. & rōne huius intendimus infrigidare & humectare. Altera secunda, & sumitur a causa fe. & rōne eius intendimus dirigere, & euacuare: sed hoc intendit de digōne. Dicit ergo ꝙ res quibus cōueniūt adinuicē fe. frigidę: & etiā quibus cōueniūt cū tertiana non pura de licentia secunda. i. quantū ad indicationē secundā: rōne cuius digerimus cū subtiliantibus: cū pendeāt ab humoribus grossis: sunt res quibus differt cura tertianæ non puræ: quantū ad intentionē secundā ut dictum est, indignemus subtiliantibus cum sit humor grossus: sed in cura tertianæ puræ indigemus ingrossantibus cum sit humor subtilis.

Et fortasse conceditur illud habentibus puram. s. ut non expectent plurimum declinationis: sed quandoque expectant digestionē: quoniā est prohibitū in eis balneum. Balneum. n. facit descendere phlegma indigestū propter illud quod effunditur ad locum putredinis: & permiscet humorem malum cum putrido, & resoluit subtile: & facit remanere spissum.

Hic in speciali ponit differentias inter curā tertianæ puræ & non puræ. Et diuiditur hęc pars in sex partes ẜm ꝙ sex sunt differentiæ. secunda ibi [Et quidē cibatio.] Tertia ibi [Aut infrigidatio minor.] quarta ibi [Vt clysterizet.] quinta ibi [Et ut expectetur digō.] sexta ibi [Et vt sint in aqua hordei.] In prima parte dicit ponens differentiā ex parte balnei: & fortasse. i. aliqñ. Vel possemus dicere ꝙ sit modus loquendi: conceditur illud habentibus tertianam purā. s. ut non expectent plurimum declinationis. i. digōnis significatæ per declinationem pro faciendo balneū: & si qñ quāuis expectent digōnem manifestam: sed non tantā quantā expectant patientes tertianā non purā, cuius expectationis maioris in tertiana non pura cās assignat tres. prima, quia balneū facit descēdere phlegma indigestum ad locum putredinis. ergo non conuenit. antecedens patet, quia balneū aliqñ phlegma super caliditatem effundit ipsum ad locum putredinis. & patet consequentia: quia per talē effusionē augetur putredo: infestatur ēt corpus magis. nam res mota est magis afflictiua seipsa quiescentē. qn to de accidente. secunda quia balneū ante digōnem hmōi: ꝑmiscet humorem malum putridū cum non putrido: igitur est inconueniens. & patet antecedens: quia eleuat humores tam putridos, quā non putridos. Et est differentia inter primā & secundam: quia stat humorem moueri ad locum putredinis in quo non est humor putridus, cui commisceatur. Sic etiam possumus imaginari humorem non putridum misceri putrido, dato ꝙ non in loco, seu minera putredinis. tertio probat conclusio sic: balneū resoluit subtile, & dimittit grossum spissum. ergo &c. patet consequentia: quia talis dimissio est incōueniens. & patet antecedens: quia cum materia est indigesta non habet debitam permixtionem subtilis cum grosso. quapropter resoluetur subtilis apta resolutioni: & fiet grossa ineptissima digestioni & euacuationi. non autem sic fieret materia existente perfecte digesta, & debite permixta. Gentilis tamen & Marsilius præter hunc intellectum dant alium dicētes ꝙ in hoc textu possemus intelligere duas differentias inter curam tertianæ puræ, & non puræ. unam ex parte euacuationis & est prima. alteram ex parte balnei quibus non assentio. primo quia verba textus male possunt accommodari his duabus differentijs. secundo: quia differentiam hanc. s. sumptam ex parte expectationis digestionis euacuationem Aui. statim ponit inferius. non est autem bene conueniens vt idē bis replicet in tam parua distantia.

Et ꝙ cibatio omni die iterum: aut prope cibationem, est ex eis quæ illis nocent: immo oportet ut cibentur uno die, & alio die non. Et sit in cibis eorum quod abstergat, & calefaciat parum: & ut sit cibatio in principijs ægritudinis spissior, quā sit in principijs puræ: deinde gradatim perueniat ad subtiliationem fortem, sicut est subtiliatio tertianæ.

Hic ponit canonē in cibatione patiētium tertianam. d. primo ꝙ cibatio. s. conueniens: & proprie cibatio. i. alicuius cibi oblatio: diminuti tamen a cōuenienti cibatione omni die est nociua, secundo dicit ꝙ immo oportet vt cibenē uno die: utputa in die quietis: alio die non. s. in die paroxysmi. tertio dicit ꝙ debet esse in cibis eorum aliquid quod abstergat, & calefaciat parum: sicut aliquid zuccari: aut radicis fœniculi, petroselini, hyssopi, & similium: quia materia eius est uiscosa grossa. quarto dicit quòd cibatio in pricipijs. s. uniuersalibus ægritudinis debet esse grossior quā in principijs puræ: deinde gradatim subtiliando perueniat subtiliationē fortē, s. in statu, aut ꝑpe statū: sicut est subtiliatio tertianæ puræ ī pricipio.

Sed dubitatur utrum patiens tertianā nō purā debeat una die cibari. s. in die quietis. altera uero die omnino abstinere. s. in die paroxysmi: sicut sonāt uerba Aui. non cōcedentis in die paroxysmi cibationem. & idem sentit Gal. in therapeutica ad Glauconem. d. ꝙ cibandus est præter diem.

In decisione huius dubii Gentilis & Marsi. tenet cibādum esse sicut uerba Au. sonāt. s. una die sic, altera non: & cōsequēter, & subtilius diętandum sit in die paroxysmi in tertiana non pura, quā in tertiana pura: quāuis in die quietis, & ēt absolute in ordine ad statum sit grossius diætandum in non pura: quia lōgior. Vnde conceduntur in ea pulli: sed in pura non: sed sola ptisana, & similia.

Sed contra. quia nō uidetur uerisimile quòd febriens notabiliter cuius humidum continue ēt dissoluitur: & spiritus paucificantur: possit alternis diebus abstinere a cibo omnino per. 24. horas: & maxime in hac fe. quæ quandoq; prolōgatur vsq; ad duos menses & supra. Præterea paroxysmo tertianæ non puræ durante a. 14. horis usq; ad. 18. horas sicut durat ẜm plurimum, quòd prohibet sibi exhiberi ante paroxysmum ptisanā hordaceā per. 4. horas aut. 6. & similiter in fine paroxysmi eandem: aut panem lotum: & in aqua dissolutum, quē poterimus

terimus etiam dare in declinatione,si hora declinationis fuerit hora consueta.Nec valet si dicant ꝙ paroxysmus tertianæ non puræ durat aliquando.24.horis aut supra.& non est conueniens in paroxysmo cibare primo, quia hoc raro accidit: nec pp casum raro euenientem debent facere canonem generalem in omnibus. Præterea etiam in hoc casu in declinatione paroxysmi cibari poterit saltē dando brodiū pulli zuccaratum:quod cum hoc ꝙ nutriet, forte etiā prouocat sudorem.Nec valet si dicant ꝙ cadente virtute esset cibus dādus: aliter non,quia non debemus expectare ꝙ cadat.

Ego itaq; pro mea parte credo aliquid esse exhibendum in die paroxysmi tertianæ non puræ:& ante paroxysmum, & post paroxysmum:aut saltem in declinatione eius: sed rē subtilem sicut ptisanam: aut panem lotum etiam in brodio pulli, & similia: præcipue tempore nostro in quo homines sunt assueti multo cibo. est.n.dandum aliquid consuetudini. prima aphorismorum.Sed uolendo tenere Auicē.& Gal.& uniformiter mētibus eorum loqui,oportet dicere ꝙ cibatio de qua hic loquitur est exhibitio ferculi,& pullæ satis grossę in nota bili quantitate. sed proprie cibatio ut sonat uocabulū est exhibitio ferculi & carnium: sed in modica quantitate. ptisana vero & panis lotus sorbilis & similia: quæ ego concedo etiā bis in die non sunt cibatio, neq; proprie cibatio: hoc modo credo eorum dicta esse interpretanda: & sic nostro tempore diætandum esse.

Et ut sit infrigidatio minor.

In hac tertia parte ponit minorem infrigidationem cōuenire in tertiana non pura: quod intelligendum est tā in regimine medicinali:quam in regimine cibi & potus.

Sed dubitatur.quia dictum hoc est de licentia prima: quæ debetur fe. & non de licentia secunda quæ debetur humori. Dicitur ꝙ etiā de licentia secūda quę debetur humori. nō.n. solum minus in tertiana non pura infrigidamus.quia fe.sit minor.sed etiam ne cholera nō pura amplius ingrossetur:& fiat ineptior euacuationi.

Et ut clysterizetur in principio clysteribus acutioribus.

Hæc est quarta differentia per quam medici debent clysterizare ĩ principijs uniuersalibus, clysteribus acutioribus:quā patientes tertianam non puram propter maiorem multitudinem, grossitiem, & uiscositatem materiæ in partibus stomachi, & intestinorum in quibus est minera illorum phlegmatum,quæ choleræ admiscentur,imponēdo blitem minorē,cartamum,mercurialem:turbit:furfures: & similia in decoctione pro clysteribus. Item ponendo in eisdem mel,aut mel violatum,hierampicram,& similia.

Et ut expectetur digestio in solutione uentris eorum plus.

Quinta differentia per quam præcipitur ꝙ maiorem digōnē debemus expectare in tertiana nō pura pro dādo pharmacum electiuum choleræ non puræ quàm in tertiana pura pro dando pharmacum electiuum choleræ puræ. cuius cañ. ratio est quia cholera non pura propter suam grossitiem,& uiscositatem est ineptior euacuationi quàm cho. pura ut declaratū fuit satis superius.

Contra quem canonem instatur: quia communiter operātes faciunt contrarium frequenter satis a principio euacuantes non expectata ualde manifesta digestione in tertiana nota:& econtra ualde manifestam, immo completam digestionem in tertiana pura expectantes.

Secundo Auicē. concedit in principio non puræ clysteria acuta,& non in principio puræ. Tertio in fine huius capituli componit solutiuum cuius paucum euacuat parum de malo. quare debes intelligere in tertiana esse euacuandum paulatime,ante digestionem completam.

Quarto in cura phlegmaticæ satis ab initio euacuat cum turbit. ergo sic faciendum est in tertiana nō pura propter admixtionem phlegmatis cū cholera ratione cuius generatur cholera non pura. In oppositum est Auicen. in parte præsenti.& ratio eius dicta est supra.

Pro solutione huius dubij præmittendum est primo quòd duplex est cura:regularis,& coacta.quid sit vtraq; istarum ex sæpe dictis manifestum est. Hoc præmisso sit hæc prima cōclusio.coacte frequentius est euacuandum in tertiana non pura,quàm in pura ante completam digestionē. probatur, quia in pura aliquando coacte euacuandum est ante completā digōnem pp furiositatē materiæ: sed in non pura euacuandum est ante digōnem cōpletam pp multitudinem materiæ cogentē euacuare.rarissime āt in pura contingit esse furiositatē materię cogentē euacuare.igitur conclusio vera.tenet cōsequētia:& maior quo ad utrāq; partem est manifesta. minor uero probatur:quia raro reperiūtur materiæ furiosæ.secūda aphorismorum. commento duodecimo. Et multoties in tertiana non pura reperitur materia peccans superflua multitudine: cum de mente auctorū frequenter sit morbus repletionis sicut in phlegmatica. hoc ēt quotidiana experientia declarat. Secunda conclusio. citius ab initio cæteris paribus cogimur euacuare in tertiana pura pendente a materia furiosa nulla expectata digestione,quàm in tertiana non pura pendente a materia multa.probatur,cum uelocius & maius immineat periculū pp materiā furiosam, quā pp materiam multam: ppea medici materia furiosa statim ab initio euacuant,ēt eradicati ue si possunt. Et ita præcipit Auic. in.c.de curationibus uniuersalibus fe. pu. sed in tertiana non pura phlegmatica, & similibus antequā minorent,expectant aliquā digōnem saltem occultam:quæ non excludit principium ab augmento: & ita paulatim procedunt dirigendo, & euacuando: vt patebit de intentione.Auic.in hoc cap.& in.c.de phlegmatica. Tertia conclusio.regulariter & ſm plurimum est longiori tpe,& maior expectanda digō in tertiana non pura,quā in pura. probatur,quia cholera non pura ſm plurimum est ineptior digōni, quàm cholera pura. quare longius tp̄s exigit pro sui digōne. Præterea. dato ꝙ in genere suo haberet æqualem gradū digestionis cum cholera pura:cum pp grossitiem, & uiscositatem suam difficilius sit apta a suo loco remoueri,& penetrare per meatus angustos: ideo exigit in genere suo maiorē digestionem,quàm cholera pura,ut sit apte educibilis.& hæc conclusio est de mente Auic.in præsenti parte.

Et ut sint in aqua hordei eorum uirtutes digestiuæ & resolutiuæ:sicut est illud quod diximus in eo,in cuius stomacho acetat aqua hordei:immo fortiores quàm in illo. Fortasse.n.necesse est ut decoquantur in ea hyssopus,& origanum, & calamenthum,& spica secundum completionem:& sicla iuuatiua est eis:& permixtio aquæ ciceris cum aqua hordei: & in fine eius cicer est iuuatiuum eis.

In parte præsenti ponit sextam differentiam. d. ꝙ in aqua hordei patientium tertianam non puram debent esse uirtutes digestiuæ, & resolutiuæ.i.subtiliatiuæ.s.illud quod ponit in eo:in cuius stomacho acetat aqua hordei: immo fortiores quā in illo. fortasse.n.necesse est ut decoquātur in aqua hordei eorū hyssopus,cali.in tertio & sic. origanum ēt & calamēthum spēs pulegii calidi & sicci in secundo. & spica calida & sicca in primo ſm complexionē.i.diuersitatē cōplexionis corporum patientiū,& choleræ non puræ.cholera.n.magis calida:sicut cholera citrina exigit minus calidā quā cholera uitellina. & sir̄ corpora magis calida exigunt minus calida. & sicla.i. blitum minus est iuuatiua eis pp plures partes calidas repertas in blite minore, quàm maiore: quapropter magis subtiliat,& abstergit quàm blitum maius:& in fine eius.s.tertianæ cicer.s.aqua ciceris rubei,vel nigri iuuat in eis: non āt in principio:quia nimis prouocat & aperit. & per cicer etiā possumus intelligere ipsum uia cibi exhibitū in substantia. p̄stantius tamen est kisch eius:quia facilioris digestionis. Notandum primo ꝙ in.c.de aqua hordei docuit Auic.ponere radices apij ad prohibendū eius acetositatem in stomacho.& illis non sufficientibus docuit ponere parū piperis. hic autem Aui. non ponit hæc calida ad prohibendū acetosatione aquæ hordei.sed ad subtiliandum materiam tertianæ non puræ. Et quamuis dicat hic ꝙ debent poni in ea fortiores quàm positę sunt ad prohibendum acetosationem, non intelligitur intensiue:sed quo ad multitudinem formæ.non.n.posset aliquid cōueniens intensiue calidius quàm sit piper calidum in quarto, quæ ibi ponitur.

Et oportet ut consideretur propinquitas non puræ ad purā,& elongatio eius ab ea: & secundum illud diuersificetur inter curam eius, & curam puræ: quod si fuerit ualde propinqua puræ:tunc diuersifica inter eas diuersificatione parua.

In

In parte præsenti generalizat differentiam inter curā tertianæ puræ, & non puræ.d.ꝙ ſm longinquitatem non puræ a pura debeat inter eas cura diuersificari, ipsa autem parum distante debet cura parum diuersificari. & hæc diuersificatio intelligitur in sex conditionibus suprascriptis. Sed ut in hac ultima exemplificetur quādo parum diuersificabitur, ponemus ad bulliendum cum aqua hordei radices endiuiæ: & si multū, radices apij.

Et cum uideris urinas eorum grossas:tunc phlebotoma:& cum phlebotomaueris,non indigebis clysteri.

Hic ponit in speciali curam tertianæ non puræ. & primo per euacuationem. secundo per digestionem. tertio ponitur descriptio quarundam medicinarum & cañ.quorūdam in eis. secunda ibi[Adiuuantia autem.]tertia ibi [Et de euacuationibus bonis.] Prima in quatuor, sicut quatuor ponit cañ. in quatuor euacuationibus: quorū primus est de phlebotomia: & est ꝙ cū videris vrinas grossas:& tu supple subrubeas significantes choleram esse admixtam cū sanguine phlebotoma: & cū phlebotomaueris nō indigebis clysteri.s. acuto saltē eadem die. Pro quo sciendum quod duplex est clystere,quoddā acutum:& non est solum ad mundificandū intestina:sed attrahendum materias a longinquis.quoddam est lenitiuum:& est ad educendum materias quæ in intestinis continentur. Nunc ad propositum clystere lenitiuum posset eadem die p̄mitti phlebotomiæ virtute non exñte multum debili. nam si esset multum debilis melius est ꝙ præcedenti vespere præmittatur: sed clystere acutum regulariter non debet fieri eadem die in qua fit phlebotomia.

Et scias ꝙ non est res magis iuuans eos, quàm uomitus post cibum.

Hic est secundus canon in quo dicit rem non esse magis iuuantem eos quàm vomitus post cibum.Cui canoni cōcordat. Gal. in therapeutica ad Glauconē. & Rasis decimoseptimo continentis. Cuius ratio est: quia vomitu vtraque materia.s. cholera,& phlegma apte euacuat̄. fit.n.hæc fe.& duplex tertiana non pura & hemitritæus: hominibus multiplicantibus phlegma per indigestionem stomachi,& calidis ſm hepar: & supercalefactis malis motibus in quibus vomitus huiusmodi euacuat materias:quia facilior.plurimorum.n.expulsio est leuior ea, quæ paucorum vt dicit. Fiat autem hic vomitus sumendo post cibum.ʒ.iii.oxymellis cum.ʒ.iii.aquæ tepidæ: & si opus sit addatur aliquid fortius: vtputa. ʒ. i. succi raphani: aut simile, & adiuuetur cum iterata impositione digiti: aut pennæ in ore.

Sed, vtrūm hic vomitus debeat fieri natura non inuitante est dubium, cū superius in capitulo generali prohibeatur natura non inuitante. Ex alia parte hic,& in multis locis plurimum laudatur:& est aptissimus ad euacuationem hm̄oi materierum.Credo ipsum esse prouocandū etiā natura non inuitāte obseruatis duabus cōditionibus.prima quod facile vomāt. secunda quod frequenter consueuerint purgare superflua sua per vomitum. Sed natura inuitante adiuuandus est quandocunque natura tentauerit, nisi aliqua cā fortis obstet:sicut timor fracturæ venæ frangi consuetæ,& similes, aut quia difficulter vomant.

Et de solutiuis in principiis eius quæ sunt propinquiora æqualitati est aqua algeleniabim decocti, & syrupus acetosus: & fortasse ponemus in ea cas.fi.& fortius illo est, vt ponas in eam virtutem turbit.

In parte præsenti describit quędam solutiua.d.quod de solutiuis quæ conceduntur in principiis tertianæ non puræ propinquis lenitati, id est lenibus non exoluentibus sunt aqua scilicet infusionis algeleniabim, id est, conditi de rosis, siue sit zuccarum rof. siue mel rof. & debet esse ex rosis recentibus decocti.i. sufficienter ingrossati per decoctionem.propterea magis intelligit de melle rof. quod decoquitur.possemus ēt iuleb rof.ex rof. recentibus vti: quod etiam decoquitur. Dosis autem sit.iii.vnc. cum tanta aqua vt apte posit bibi. Syrupus acetosus solus:aut cum his mixtus tantæ quantitatis vt posit aliqualiter lenire, & fortasse ponemus in ea.s. aqua mixta cum suprascriptis casiam tantæ quantitatis vt posit lenire si fortiori sit opus:& possumus casiam, & virtutem turbit miscere cum aqua suprascripta in dosi conuenienti:aut tantum vnum ex eis.Ecce ꝙ hic concedit turbit in principio quod maxime concedendum est cum sint aliqua signa digestionis occultæ: quæ non excludunt principium: vt est apud Gal.primo de crisi.septimo capitulo.Halyabas tamē non concedit solutiuum electiuum in principio huius fe. nisi materia sit tumultuosa: sed tu intellige p tumultuosam largo modo:& de his supra dictum est quantum est opportunum.

Et clysteria in principio sunt magis dilecta quàm solutiua alia: & sunt clysteria in quibus est virtus albascech & chamæmillæ, & siclæ,& carthami, & violarum, & sebesten, & ficus, & odor turbit:& ex eis est cas. fist. & oleum sisaminū, & baurach:& fortasse indigetur vno istorum secundum elongationem febris a pura.

Affirmat clysteria ēt magis Aui. dilecta quā solutiua alia.s. in principio. qui canon superius declaratus fuit in capitulo generali.& describens ea innuit nobis duplex clystere.vnum leue in quo non ponūtur electiue aliqua euacuantia,nec multum stimulantia:aliud acutum in quo ponuntur turbit, cartamum:& de sale notabiliter.

Descriptio primi.reci.chamęmillę,siclæ,violarum añ.M.i. ficuum siccarum numero vi. sebesten numero.xx. post debitā incisionem & contusionem bulliant in iiii. lib. aquæ ad consumptionem medietatis & colentur: cuius decoctionis colatæ accipiatur vnc. xx. olei sisamini.ʒ.iii. saľ.ʒ.ii. misce. violæ tamen in fine ponantur ad coquendum. Descriptio acuti.℞. alhascech.i.tribuli,cartami ana.vnc.ii.turbit. vnc.v.siclæ minoris.M.ii.bulliat in quatuor lib.aquæ ad consumptionē medietatis:& colentur bene exprimendo:de qua decoctione accipiantur.vnc.xviii.olei sisamini. vnc.iii.salis.ʒ.v.& vtrisque potes addere casiam.Possemus etiam huiusmodi fortificare addendo hierampicram,benedictam,hieram logodii,& similia ſm exigentiam. His ergo vtere in febre leui: aut parum distante a pura:acuto in multum distante.

Adiuuantia autem ad digestionem sunt sicut syrupus acetosus permixtus cum aliquantulo de algeleniabim: aut syrupus acetosus de radicibus. Et post septimum sicut decoctio absinthij. est.n.iuuatiua, subtiliatiua materiei, & confortatiua stomachi:& similiter aqua fœniculi, & aqua apij cum syrupo acetoso: & si pertransit decimumquartum: tunc non malum est dare in potu trochiscos rosatos minores.

Recip.syrupi acetosi simplicis.vnc.i. mellis rof.co.ʒ.v.misce cum aqua endiuiæ:& aqua zucca. Item conuenit syrupus acetosus de radicibus procedente magis digestione, & præmissa euacuatione.Item decoctio absinthii post septimum:& post manifestam digestionem iuuat subtiliando materiam, & confortando stomachum,ante digestionem nocet vt inferius in hemitritæo. & similiter post digestionem: & aliquam minorationem conuenit apii, & fœniculi aqua, & huiusmodi aperientia.& possunt misceri cum syrupo acetoso.& si pertrāsit decimumquartum non est malum addere trochiscos rof. minores.i.breuis descriptionis qui conueniunt:tunc confortando quadam stypticitate,quorum administratio non est cōueniens nisi post digestionem,& minorationem.

Si autem ægritudo prolongatur non inueniemus excusationem, quin demus ea quæ sunt sicut trochisci de eupatorio, & decoctio eius,& calefactio partium hypochondriorum est huius generis:& emplastratio mirach eorū iterum cum eis, quæ digerunt,& maturant, & mollificant tensionem cum venerit illic. Cum ergo scieris quòd digestio iam aduenit:tūc euacua, & prouoca,& non cures.

Hic ostendit quid faciendum sit cum huiusmodi tertianæ prolongantur multum.s.ad duos menses supra:quia tales malignant membra nutritiua,ea oppilando,debilitando,& multiplicando in eis superfluitates iam forte errante digestiua hepatis. vnde est timor de hydropisi. dicit.n.in hoc canone vtendum esse trochiscis de eupatorio, & decoctione eius:& debemus etiam calefacere partes hypochondriorum: & emplastrare myrach cum his quæ digerunt.s.ad benignum reducendo id quod potest reduci, & maturāt disponendo ad euacuationem.

cuationem,& mollificant tensionem myrach, si fuerit, resol-
uendo quæ in eis de humoribus & ventositatibus continen-
tur. dabimus ergo trochiscos de eupatorio distemperatos cũ
syrupo suo aut forte reformatis in pilulis : ne forte distempe
rati cum syrupo sint nimis abominabiles : aut forte faciemus
decoctionem supplentem vicem trochisci ex eupatorio, sco-
lopendria, cuscutha, tamarisco & similibus. Syrupus autem
mirabilis in his casibus est syrupus acetosus diarhodon descri
ptione Mesue quem potes distemperare cum aqua absinthij,
& eupatorij. Calefactio autẽ de qua supra, fiat cum oleo de
absinthio, de spica, fomentando. s. partem læsam cum filtro in
his infuso, quam potest sequi vnctio ex eisdem miscendo se-
cum aliquid absinthij, spicæ, squinanthi, calamenti, & similiũ:
addendo ceram & parum aceti ad penetrandum. Et de præ-
stantibus est succus eupatorii cum quo potest fieri vnctio &
fomentatio : aut singulariter, aut cum suprascriptis miscẽdo.
Tua autem interest huiusmodi diuersificare, & secundũ feb.
exigentiã: & secundum membra nobilia læsa. s. hepar, aut sple
nem, aut stomachum : aut plura simul. Cum ergo scieueris ꝙ
digestio iam. s. perfecta euenit: tunc euacua. s. pharmaco exol
uente, & prouoca vrinam fortioribus prouocatiuis : & non
cures tantum. s. de alteratione, aut digestione quantum de
euacuatione. Aliter, & non cures, i. non dubitanter euacues
soluendo : sicut forte fecisti ante perfectam digestiouem. nã
perfecta digestione huiusmodi conceduntur securius : quia
ex parte digestionis non potest sequi nocumentum.

Et de euacuationibus bonis eis est vt sumantur hierapicræ drach. v. succi lactucæ, et eupatorij ana. ʒ. iij. sem. apij, myrabolanorũ citrinorum, chebulorum ana. ʒ. v. turbit. drach. vij. fiant pilulæ ex eis cum aqua apij, & sit dosis eius. drach. ij.

Hic ponit primo quasdam medicinas solutiuas. secundo
ponit can. & secundum illius sententiam ponit quasdam alias
medicinas. ibi secunda §Et fortasse est necessaria.§ In prima
parte ponit duas medicinas: quarum prima est ista. ℞. hieræ-
picræ. s. cõmunis quæ hiera simplex appellatur : & fit ex octo
rebus : & dicitur hiera quasi sacra, & picra amara : quam po-
nit Auicen. quinto canone, & Gal. septimo therapeuticæ : &
manifestum est quòd hæ pilulæ sunt magis solutiuæ flegmatis
quàm choleræ, & reliqua quæ dicit nota sunt.

Et de illis est decoctio bona inuentione nostra. Recip. eupatorij, absinthij, myrabolanorum chebulorum ana. drach. v. seminis melonis, seminis cucumeris, & citruli, seminis apij, polypodij, sucaha, bedeoard omnium ana. drach. x. turbit. drac. i. cassiæ fistulæ. drach. vi. passularum enucleatarum. drach. xx. ficuum. x. numero : sebesten numero. xxx. geleniabin facti cum rosis persicis pondus. drach. xv. decoquantur omnia secundum descriptionem huius. Et sumatur de ea cadus magnus in qua posita sit siliqua vna scamoneæ.

Hic ponit secundum solutiuum: & est decoctio quæ vt exi
stimo debet hoc modo fieri. debemus accipere omnia quæ
ponuntur in hac recepta præter casiam, & geleniabin, & cõ-
terere conterenda grosso modo : & incidere incidenda, &
bullire in sex lib. aquæ vsque ad consumptionem medietatis,
aut duarum partium : si vis quod fortius soluat: & coletur be
ne exprimendo : cum qua colatura, vel decoctione colata mi
sceatur casiæ tractæ. ʒ. vj. geleniabin de rosis persicis. i. regio
nis illius. ʒ. xv. misce : de qua decoctione exhibeatur pro dosi
vna cadus magnus & est pondus. iij. vnc. in quo cado ponatur
vna siliqua scamoneæ : & est pondus quatuor gra. hordei. Su-
caha est spina arabica. Beloard est spina alba : & sunt similis
virtutis. Hic nõ insto in verificatione huiusmodi receptarũ :
nimis enim esset prolixum. Modus autem verificãdi eos, faci
le elici posset ex quæstione mea de cõpositione medicinarũ.

Et fortasse necessaria est medicina fortis vno modo : debilis alio modo : eius vero fortitudo est secundum hoc quòd ipsa euacuat humorem viscosum: sed ipsius debilitas est secundum hoc, quòd ipsa non euacuat plurimum vice vna : immo possibile est vt fiat gradatio in ea, quare euacuat humorem cuius euacuatio non est necessaria multis vicibus, vt non destruat virtutem.

Hic Auicen. ponit canonem, & continet tres partes: pri-
mo ponit cañ. & ipsum declarat. secundo ponit vtilitatem &
conditiones medicinæ solutiuæ secundum dictum canonem.
tertio describit illas medicinas. secunda ibi §Et hæc est me-
dicina quæ potest subtiliare.§ tertia ibi §Huiusmodi quidem
medicina.§ In prima parte dicit. fortasse idest aliquãdo fore
necessarium fortem medicinam vno modo: & alio modo de-
bilem : fortem quidem euacuantem humorem viscosum, qui
resistit euacuationi. debilem vero, quia non vice vna pluri-
mum euacuantem, quæ medicina est gradatim: & in pluribus
vicibus exhibenda & non vnica exhibitione : sed in pluribus
totus humor superfluus educatur, & non detrahatur virtus.

Pimo notandum merito dictum fuisse fortasse siue aliquã-
do : quia ista medicina non conuenit, nisi quando tertiana nõ
pura multum elongatur a pura propter multi & uiscosi fleg-
matis admixtionem cum cholera : sicut est in tertiana nõ pu-
ra pendẽte a cholera vitellina valde grossa : & maxime quan
do adest virtutis debilitas non tolerantis in paruo tempore
fortem euacuationem. Secundo notandum quòd licet duo
humores æquales habeant gradum digestionis in latitudine
conueniente suæ speciei, stat vnum esse altero euacuationi
imperatorem. sicut cholera vitellina naturali. choleræ com-
parata, & melancholia flegmati comparata: vnde oportet mi
nus paratum paulatine & gradatim magis euacuari, eo qui
magis paratus est. Ex quibus infertur cæteris paribus me-
lancholiam magis gradatim esse euacuandam quàm flegma:
& flegma quam choleram notham : & cholerã notham quàm
choleram naturalem. Et nota in ista euacuatione humorum
grossorum tardã euacuationem solutiui esse meliorem quàm
festinam eius operationem. impetuosa nanque, & velox so-
lutio educit partes subtiles, grossis remanentibus.

Et hæc medicina est quæ potest subtiliare, & aggregare, & soluat parum eius, & soluat plurimum eius ex malo : sed parum parum ex malo : & plurimum plurimum ex malo.

Nunc facit quod dictum est. & primo præmittit conditio-
nes medicinæ dictæ. secundo infert implicite formam exhibi
tionis medicinæ dictæ. secunda ibi §De decoctionibus pa-
rum.§ In prima parte dicit quòd hæc medicina potest subti-
liare, & aggregare : ita quòd modicum eius euacuabit, & plu
rimum eius euacuabit : sed parum eius parum euacuabit de
humore malo : plurimum vero eius plurimum euacuabit de
humore malo. prima autem pars sic est intelligenda. hæc me-
dicina potest subtiliare idest minorare : & subtilem idest hu-
morem minorem quando scilicet datur in parua quantitate.
& aggregare : quia coniunctim multum de humore euacua-
re quando scilicet datur in magna quantitate : & cõsonat hęc
expositio textui sequenti. quòd parum parum soluit : & plu-
rimum plurimum. secundo potest exponi quòd hæc potest
subtiliare scilicet humorem quãdo scilicet in ea ponerentur
aliqua subtiliantia. & aggregare, quia stypticando vnire, &
vniendo confortare : quãdo scilicet ponerentur in ea aliqua
styptica : nec mirandum huiusmodi effectus a medicina com-
posita posse produci. Notandum tamen quòd si notum sit pa
rum medicinæ parum soluere: & multum multum : determi-
nate tamen sunt doses medicinarum compositarum secundũ
virtutes simplicium ingredientium medicinas compositas so
lutiuas, quorum ingredientium virtutes a Mesue, & reliquis
perquirendæ sunt.

De decoctionibus vero parum fortasse non facit aliquid.

Hic Auicen. implicite tangit modum, & formam compo
sitionis & huiusmodi exhibitionis melancholię compositę. d.
quòd forsan modicum ex decoctionibus non facit aliquam
operationem. Ex quo infertur quòd cum quærimus euacua-
tionem humoris paruam, vel magnam non erit exhibenda
medicina in forma decoctionis, sed secundum substantiam :
vt puta in forma pilularum, aut electuarij : ita vt detur sub-
stantia medicinæ & non solum forma, aut virtus. Aliter ad
soluendum etiam parum oportet dare quantitatem magnam
quam stomachus forte abominaretur : & hoc maxime verifi-
catur in humoribus grossis & viscosis difficilis solutionis : &
in his quorum venter non facile obedit medicinis solutiuis.

Et huius quidem medicina est vt sumatur turbit quantitas drach.s. & plus secundum necessitatem : & scamoneæ prope altusugi.i.aut supra id:et conficiatur cũ geleniabin prædicto, & bibatur. Aut sumatur de agare,& scamonea secundum hanc compositionem & conficiatur cũ geleniabin prædicto, & bibatur : aut ponatur in succo rosarum recentium, cuius quantitas sit.vnc.i. et bibatur : aut in syrupo ros.et bibatur.

Auicen.describit illas medicinas : & continet tres partes secundum numerum trium medicinarum. quarum prima est. ℞.turbit.drach.s.scamoneæ altusugi vnum.aut parum plus : & est altusugi pondus trium gra. hordei. Debemus autem de turbit ponere plus,& minus de scamonea quando tertiana non pura multum distat a pura. Econtra vero quando parum distat & misceatur cum geleniabin : & est vna dosis. Secunda medicina. ℞. agarici, scamoneæ secundum hanc proportionem.i. proportionem horum duorum inter se. & euacuetur de flegmate & cholera secundum exigentiam choleræ non puræ. poterimus ergo accipere agarici. ℈. ij. scamoneæ altusugi vnum aut circa: & similiter misceantur cum geleniabim,& bibantur. Aut tertio huiusmodi permisceantur cum succo rosæ recentis cuius quantitas sit vnc .j. aut cum syrupo rosato & bibatur: & hæc vltima commixtio magis valet in tertiana non pura parum distante a pura propter succũ rosa.aut syrupum rosa.magis infrigidantem & choleram euacuantem. Sed hæc nota quòd in tertiana nõ pura cholera & flegma ex quibus facta est cholera citrina aut vitellina sunt redactæ ad vnam formam : ideo bonum est vt hæ medicinæ solutiuæ,in quarum compositionem ingreditur turbit, scamonea & similia : sint fermentatæ : & per fermentationem redactæ ad vnam formam & ad vnam proprietatem electiue euacuantem choleram & flegma. In hemitritæo vero cuius cholera & flegma non sunt redactæ ad vnam formam, melius est vt non sint fermentatæ : vt scamonea euacuet choleram: turbit flegmam: & de hac materia dictum est quantum opportunum est in quæstione mea de compositione medicinarum in fine. In tertiana non pura prius quam ponantur intentiones iuxta Auicẽ. consideretur propinquitas puræ ad non pu[illegible] & eius elongatio secundũ pluris, aut paucioris : grossioris aut minus grossi flegmatis admixtionem cum cholera : & secundum hoc cura diuersificetur tam ex parte sex rerum non naturalium, quàm in regimine medicinali.

In cura tertianæ non puræ nouem intentiones.

Cura itaque tertianę non purę exigit nouem intentiones. Prima est debitum regimen sex rerum: quod minus debet ad frigidum & humidũ declinare quàm in tertiana pura: & tanto minus quanto est magis distans a pura : & tanto cibus & potus debet esse magis abstersiui,incisiui,& subtiliatiui, quãto magis distat a pura : & diæta debet esse grossior in non pura, quàm in pura : ita vt a principio comedantur pulli satis grossi : & quanto magis procedit versus statum diæta subtilietur : & in die paroxysmi non conceditur cibatio : & in cibis eorum sit aliquid quod abstergat, subtiliet, & incidat, & calefaciat parum sicut passulæ, zuccarum : aut sint decoctæ radices apij & fœniculi. Secunda intentio est lenitio complẽda tam clysteribus, quàm medicinis sumptis per os, quæ debent esse efficaciora,& magis abstergentia quàm in tertiana pura. Tertia intentio est flebotomia cuius secundum plurimum est maior necessitas quàm in tertiana pura : quia ẽ morbus magis repletionalis. Quarta intentio est digestio complenda a principio cum minus abstersiuis, subtiliatiuis, & incisiuis, ac aperitiuis : postea gradatim huiusmodi aperiantur sicut a principio syrupus acetosus simplex cum melle rosato. postea syrupus acetosus duarum radicum : postea radicum.v. & in aquis a principio aqua endiuiæ : postea aqua ca. ve. & absinthij : postea aqua fœniculi & apij.

Quinta est euacuatio cum solutiuis sæpe reiterãda vt paulatim materia digeratur, & paulatim euacuetur : & vbi non multum distet a pura aloes lotus obtinet principatum. Sed vbi multum distet per multam flegmatis mixtionem cũ aloe misceatur parum turbit, vel agarici cum suis correctiuis, & dentur pilulæ elephanginæ, pilulæ stomatichæ & similes. & si fortioribus opus esset, dentur pilulæ aggregatiuæ : aut diaphinicõ. in parua dosi : aut solutiua posita in textu. & hic est opus medicina forti debili iuxta textum. Esto tamen memor vt in hac,& in omnibus febribus & alijs ægritudinibus diuturnis : & inter vnam euacuationem & aliam tempus interponatur in quo ab omni re medicinali desistendum est. ne natura terreatur & fastidiatur a continuo vsu medicinarum : & etiam ipsa posset facere crisim si expedierit. omnium enim natura operatrix: medicus vero minister &c. Sexta est prouocatio vrinæ & sudoris cum fortioribus & calidioribus q̃ in tertiana pura in quibus gradatim augmento procedendũ est, propterea fricationes in ea optimæ sunt.

Septima est vomitus prouocatio & maxime post cibum si natura ipsum tentauerit. est enim valde conueniens ad euacuationem flegmatis cuius plurimum in stomacho congeritur, & choleræ quæ a chisti ad stomachum mediante meatu ad ipsum terminato deriuatur. Octaua est confortatio stomachi & hepatis : & eorũ dyscrasiæ alteratio : maxime quando prolongatur. est enim timor de hydrope. Nona est accidentium correctio. Si vero tertiana non pura penderet a cholera minoris famæ vtrunque regimen debet esse magis humectatiuum : & intendendum est cum his quæ choleram, & melancholiam respiciunt.

De feb. causon : & est illa quæ nominatur faricos. Cap. XLI.

Causon est secundũ duos modos. aut enim causon est cholerica:et est causa in ea multitudo putredinis:aut intra venas corporis totius:aut in venis quæ sequũtur partes cordis ꝓprie,aut in venis partiũ oris stomachi, aut in hepate.

Auicena in parte præcedẽti determinauit de tertiana interpolata, & continua proportionali : in præsenti parte determinat de causone dicta a caumate idem sonante quod incendium latine. dicitur autem faricos quasi feb. incensiua. Diuiditur hoc capitulum in partes tres. In prima ponit species & quædam alia. In secunda ponit signa. In tertia curam. secunda ibi §Signa eius.§ tertia ibi §Et cura tertianæ.§ prima in quinque. In prima ponit species eius ẽm causas eius. In secunda comparat causonem tertianæ ponens durationem. In tertia ponit quæ corpora sunt paratiora ad incurrendum causonem : & magis lædi ab ea & minus. In quarta ponit dictum Hippo. In quinta mons terminationis. secunda ibi §Et quoniam causon.§ tertia ibi §Et senibus quidem.§ quarta ibi §Et Hippoc. quidem dixit.§ quinta ibi §Et plurimum.§ prima in duas. In prima declarat causonem cholericam : & est vera. In secunda declarat causonem flegmaticam & est non vera. secunda ibi §Aut flegmatica.§ In prima dicit quòd causon est duplex. quædam cholerica & est eius causa multitudo putredinis choleræ : aut intra venas totius corporis. s. magnas & paruas : aut in venis quę sequuntur partes cordis ꝓprie idest quæ sunt in substantia propria cordis : aut in venis partium oris stomachi, aut in hepate : aut in venis hepatis.

Aut phlegmatica, & fit ex phlegmate salso putrefacto in venis quæ sequuntur partes cordis : sicut dixit Hippocrat. in epidemia, & non fit phlegma salsum sicut sciuisti, nisi ex aquositate phlegmatis cum cholera acuta. Est ergo cholera quæ putrefit, aquositas permixta aquositati plurimæ.

Hic declarat causonem flegmaticam quæ fit a flegmate salso iam putrefacto in venis quæ sequuntur partes cordis, siue in venis membrorum cordi proximorum : sicut oris stomachi, hepatis, & pulmonis : sicut dixit Hipp. in epidemijs. secundo dicit quòd non fit flegma salsum sicut sciuisti. prima primi capit. de humoribus : nisi ex mixtione flegmatis aquosi cum cholera acuta. tertio infert quòd cholera quæ putrefit est aquositas permixta aquositati plurimæ.

Et quoniam causon vehementiora habet accidentia quàm tertiana, oportet vt sit breuioris spatij quàm ipsa.

In hac secunda parte comparat causonem tertianæ. d. quia causon est sæuiorum accidentium quàm tertiana oportet vt sit breuioris spatij quàm ipsa, natura non potente diu fortem morbum tolerare. quinta aphorismorum aphorismo septimo. Quicunque a tetano apprehenduntur.

Contra. sequitur causonem esse breuiorem ephemera cum habeat sæuiora accidentia quàm ephemera. consequens est falsum. Præterea reperitur tertiana vnius paroxysmi quæ est bre-

est breuior causone. Respondetur rationem Auic. non concludere nisi ponantur cætera paria præter comparata: & quę ad comparationem sequuntur. & hæc fuit intentio eius hic comparantis tertianam causoni.

Et senibus quidem parum accidunt febres causones, & cũ accidunt eis pereunt: quoniam nõ fiunt in eis nisi a causa valde forti. Amplius eorum virtutes sunt debiles. in iuuenibus vero & pueris plurimum accidunt: & est in infantibus lenior propter humiditatem eorum: & quandoque est in eis cũ profundatione somni propter eleuationem vaporũ ad caput.

Dicit quòd senibus raro accidunt feb. causonis. cuius causa est: quia sunt natura frigidi. idem habetur aphor. prima particula. aphor. 14. Qui crescunt. propter hoc senibus non similiter acutæ febres fiunt. frigidum enim corpus habent. Secundo dicit ꝙ cum accidunt eis pereunt: quoniam non fiunt in eis nisi a valde forti causa. Cuius ratio est. quia ægrotant in contrarium suæ complexionis quæ est causa valde calida: & eorum virtutes sunt debiles. Tertio dicit ꝙ causon est lenior in infantibus, quàm in reliquis propter humiditatem suę complexionis optime resistentem exiccationi aptæ fieri per causonem. Vltimo dicit causones in eis fieri quandoq; cum profunditate somni propter eleuationem vaporum ad caput sua multitudine oppilantium: & forte immo tantum eleuantur vapores cholerici, & salsi qui ratione suæ acuitatis sunt apti facere vigilias: immo sanguinei & flegmatici: quanuis neque sanguis neque flegma putreat.

Et Hippocrates quidem dixit, quòd si alicui accidit in febre causon tremor; tunc permixtio mentis soluit ab eo tremorem.

In præsenti parte ponit dictum Hipp. secundo verificat ipsum. secunda ibi ❡ Et simile. ❡ In prima parte dicit Hip. dixisse. s. sexta aphorismorum aphorismo 26. Quibuscunq; in causone tremores fiunt. Item quarta aphorismorum aphorismo quinquagesimo septimo non communiter habito. A spasmo & thetano habito febris acuta superueniens soluit ægritudinem. Quòd si alicui accidat in febre causon, tremor: tunc permixtio mentis soluit tremorem. Notandum primo quòd per permixtionem mentis debemus intelligere quancunque corruptionem sensus interioris. Notandum secundo ꝙ per tremorem debemus intelligere non solum tremorem ꝓprie sumptum: immo quancunq; neruorum passionem maxime a causa frigida cõtingentem: sicut accidit in causone: & in alijs febribus in quibus propter caliditatem febrilem materiæ frigidæ liquefactæ fluunt ad neruos: & causant tremorem, & spasmum, & paralysim: & similes neruorum pasiones: permixtio aũt mẽtis sequens caliditatem, & vapores acutos calefacientes notabiliter cerebrũ, & neruos, resoluit tremorem .i. est signum resolutionis tremoris: quia resoluuntur materiæ facientes ipsum per caliditatem fortem febrilem.

Et simile est vt sit illud: quoniam cerebrum calefit valde, & calefiunt nerui: & est simile vt sit causon: & sit permixtio mentis, & resoluatur ab eo per tremorem propter expulsionem materierum ad neruos.

In hac parte Auicen. verificans aphorismum dicit est simile. i. verisimile: vt sit illud. s. resolutio tremoris: quoniam cerebrum calefit valde, & nerui calefiunt. quapropter materia faciens tremorem resoluitur ab eis. secundo dicit ꝙ est simile vt sit in aliquo causo: & permixtio mentis, & resoluatur ab eo per tremorem ꝓpter expulsionem materierum ad neruos: & hanc sententiã voluit Gal. sexta aphorismorum aphorismo vigesimosexto. Quibuscũq; in causone tremores fiunt alienatio soluit. potest confirmari per aphorismum quinquagesimum octauum quartæ particulæ. A causone habito rigore superueniente solutio fit & hoc est verum sequente sudore: vel aliqua alia euacuatione vt sumitur in quinto de accidenti & morbo. & hic per tremorem intellige rigorem.

Et plurimum quidem consumitur cum vomitu, & solutione ventris, aut sudore, aut fluxu sanguinis narium.

Nunc Auic. ponit crises causonum. d. illas consumi secundum plurimum vomitu: solutione ventris: sudore vel fluxu sanguinis narium. Dixit autem secundum plurimum cum possint aliquando terminari per insensibilem resolutionem: terminantur autem rarissime per vrinam, aut crisi permutationis. sed frequenter terminantur per fluxum ventris. deinde per sudorem. tertio per vomitum. quarto per fluxum sanguinis narium. quinto insensibiliter.

Pro notitia dictorum in hoc capitu. circa principium tria sunt intelligenda. primum vtrum causon pendeat à cholera, vel a flegmate salso. secundum vtrum sit possibile ipsum esse non putridum, tertium vtrum materia eius contineatur tantum in locis: de quibus Auicen. fecit mentionem.

Pro horum dubiorum decisione præmittendum primo ꝙ causon dupliciter accipitur. primo communiter, & significat quancunque febrem vehementis incendij: sicut sonat eius quid nominis: & sic aliquando sumitur ab Isaac. & in septimo viatici. & Gal. secundo de differentijs febrium cap. tertio. & ab Auer. septimo colliget. capitulo de cura febrium synocharum. secundo proprie & significat febrem quę in caumaticando supremum obtinet gradum, quam Auerr. eodem septimo capit. de causone vocat incensiuam. Secundo notandum quòd materia posset esse fortis caumatis dupliciter vno modo merito suæ naturalis complexionis & hoc modo cholera inter omnes alios humores obtinet principatum. est enim cæteris calidior. prima primi. secundo modo ratione loci: & hoc modo quæ continetur in membro calidiori est magis incensiua. Tertio notandum quòd causon proprie sumpta descriptiue est febris maxime incensiua pendens ab humore supremo calido ebulliente in partibus cordis, aut membris sibi proximis. cuius tepor inter eius excrescentias est occultus: ex quibus sequitur causonem proprie sumptam esse cholericam, siue cholera sit naturalis, siue non naturalis. Communiter autem sumpta posse a flegmate & salso & ab alijs humoribus notabiliter calidis pendere: sicut a melancholia genita per adustionem sanguinis. Item per adustionem choleræ. Descriptio causonis communiter sumpti vt nõ differt a febre synocha est febris incensiua pendens ab humore notabiliter calido ebulliente: & in partibus cordis, & in membris sibi vicinis: & hoc modo sumpta conuenit synochæ: quòd si voluerimus eam a synocha differre, addamus huic descriptioni, cuius tepor inter eius excrescentias est occultus. Synocha enim non habet huiusmodi excrescentias secundum proportionem ad aliquam diem sequentem suam formam specificam: sicut habent cæteri humores.

Et ex his patet responsio ad primum dubium. Auicen. tamen fecit solum mentionem de causone pendente a cholera vel a flegmate: eo quòd frequentius ab his duobus humoribus contingat: licet contingens a flegmate salso non sit propria causon. Pro responsione ad secundum dubium tenenda est hæc conclusio. quòd licet causon non verus posset ab humore non putrido, sed solum ebulliente absq; putredine contingere: causon tamen verus pendet ab humore putrido. Prima pars conclusionis probatur. potest enim sanguis ebullire sine putredine, & facere synocham non putridam. igitur & cholera potest ebullire sine putredine, & facere causonem. tenet consequentia: cum cholera sit magis parata ebullitioni quàm sanguis. quia calidior & minus apta putrere: quia sicca. hoc etiam est de mente Auerr. septimo colliget. Secunda pars conclusionis probatur: quia causon uerus obtinet supremum gradum caliditatis inter febres ex superius dictis. ergo sit tantum ab humore putrente cum humor non putris habeat diminutam caliditatem in comparatione ad caliditatem ipsius putrentis: immo feb. pendens ab humore nõ putrente est media inter ephemeras & febres putridas de mente auctorum. Sed pro responsione ad tertium tenendum ꝙ causon verissimus obtinens supremum gradum in latitudine causonum pendet a materia putrente in uenis totius. sed maxime in venis cordis, & sibi proximis. In secundo gradu est quæ pendet a materia putrente in venis cordis tantum. In tertio gradu quæ pendet a materia putrente in venis proximis cordi: sicut in venis gibbi hepatis & parte venæ chilis proxima cordi. nam per venas intelligo arterias: febris autem pendens a materia putrente in venis distantibus a corde non est dicenda causon. cõclusio probatur.

Causon duplex.

An causon possit esse absq; putredine

nam cum materia eius putret in omnibus venis est magis apta maxime caumatizare totum corpus: minus tamen cum putret in venis cordis: deinde minus cum putret in venis proximis cordi. Sed quæ putret in venis distantibus a corde nō est factiua tanti incendij. quapropter nō est factiua causonis: sed solum continuæ proportionalis. vtrum autem materia apostemans cor, aut cerebrum aut membrum nobile sibi proximum posset facere causonem, est quæstio dubia apud aliquos: sed indubie tenenda est pars affirmatiua.

De signis eius. Cap. XLII.

Signa eius sunt inseparabilitas, & occultatio teporum; & vehementia accidentium ex asperitate linguæ: & ex citrinitate eius in primis: & ex nigredine eius secundo. Et ex retentione sudoris nisi apud crisim. Et vehementia sitis. Inquit Hippocrates nisi accidat tussis parua accidentalis, sedat ergo illa sitim. Et videtur vt sit vehementia sitis eorum propter causam pulmonis. ergo cum mouetur tussis parua humectatur: per id quod currit ad ipsum ex carne molli. Et caliditas in causone quidem secundum plurimum non est ita fortis in exterioribus sicut fortitudo eius in interioribus. Et est confractio in eo leuior, quàm in alijs.

In præsenti parte ponit signa: & continet tres partes. In prima ponit signa causonis absolute. In secūda causonis cholericæ. In tertia signa causonis accidentis pueris. secunda ibi ¿In facta autem ex cholera.¿ tertia ibi ¿Et quando accidit in fantibus.¿ prima posset diuidi in sex partes secundum ꝙ sex sunt signa, partes patebunt. Primum signum est inseparabilitas. i. cōtinuitas feb. & occultatio teporis: quamuis enim tepescat de tertio in tertiū illi tepores sunt adeo remissi vt vix comprehendi possint, vt dictum fuit superius: & per hoc signum differt ab interpolatis, inter quarum paroxysmos sunt quietes, & a continuis proportionalibus: inter quarum excrescentias sunt manifesti tepores. Si vero textus dicat temporum cōtinet veritatem: quia tempora sua siue horæ occultantur. nam apud Gal. secundo de differentijs febrium satis ad principium causon poteſt dici cōtinua cōclusa distinguibilis in epacmasticā homotenam & paracmasticā: sicut distinguitur feb. sanguinea: & ipsa existente paracmastica cætera tempora præter augmentū occultantur propter suā breuitatem. Si autem fuerit homotena cætera tempora occultantur præter statū. est enim fere tota status. si autē fuerit paracmastica cætera tempora occultantur præter declinationem. Per tempora etiam possumus intelligere partes capitis laterales, quæ in causone occultantur propter vehementem resolutionem, & exiccationem illarum carnium quę in temporibus apparent. vnde non se offerunt sensui tumores naturales in illis partibus consueti. Secundum signum est vehementia accidentium ex asperitate linguæ superficie ipsius superflue exiccata per exiccationem facta dum & inæquali, & ex citrinitate eius in primis vaporibus cholericis ad ipsam peruenientibus ipsam citrinantibus. sed postea denigratur per vehementem adustionem eius. Tertium signum est priuatio sudoris nisi apud crisim. & per hoc differt a cholerica interpolata in cuius paroxysmis ſm plurimum accidit sudor: & etiā in parte a continua proportionali cum in fine excrescentiarum suarum ſm plurimum accidat sudor. In hac uero nunquàm nisi tempore crisis: quia materia in partibus a cute multum distātibus continetur. Quartum signum est vehementia sitis propter uehementem caliditatem pulmonis, & aliorū membrorum spiritualium. Et est modus sitis positus secundo techni. decimatertia tertij. quarta aphorismorum aphoris. 57. Quibuscunq; tusses siccæ & modicæ prouocatæ in febribus urentibus non ualde sitientes fiunt. Et merito dicit Hip. & modicæ: quia magnæ propter uehementem motum exiccantem augerent sitim. Auic. ergo conformando se aphorismo Hip. dicit quòd sitis in causonizāte est uehemēs nisi accidat tussis parua accidentaliter. i. non antiqua: sed nuper facta in causone sedans illam sitim. Et uerificans dictum Hip. dicit ꝙ uehementia sitis eorum fit propter causam pulmonis. s. superflue exiccati. Cū ergo mouetur tussis parua, humectatur pulmo per illud quod ad ipsum currit ex carne molli: quoniam est in radice linguæ. ibidem enim humiditas quædam congregatur ex uaporibus ad ipsam perueniētibus, qui in humiditatem cōdensati fluentes ad pulmonem humectādo ipsam sedāt sitim: licet etiam humiditas posset a capite ad pulmonem catarrhizare, quæ etiam sedabit sitim. Quintum signum est quòd caliditas in causone secundum plurimum non est ita fortis in exterioribus, sicut est in partibus interioribus.

Cōtra frustra dixit an plurimum: quia semper caliditas in causone nō est ita fortis in exterioribus, sicut in interioribus.

Dicendū intentionem Auicē. fuisse ꝙ caliditas intrinseca in causone magis excedit caliditatem extrinsecam, quàm in tertiana interpolata, & continua proportionali: eo ꝙ materia putrens in causone cōtinetur in uenis cordis: aut sibi proximis ualde acute distantibus: quapropter uapores non ita facile ad cutim sparguntur sicut in tertiana continua, in qua materia putrens continetur in uenis paruis proximis cuti, & satis a corde distantibus in tertiana interpolata, in qua materia continetur in cute, & carne proxima cuti: ad quod facit ꝙ uirtus est debilior in causone, quàm in tertiana continua, aut interpolata: quapropter non sufficit ita uapores exterius spargere. Dixit autem ſm plurimum: quia aliquādo in crisi cōtingit oppositum materia exterius sparsa, cum causon sudore terminatur. Sextum signum ꝙ confractio. i. lassitudo maxime ulcerosa, aut apostemosa, est in causone leuior quàm in alijs. s. in tertiana interpolata, aut continua: eo ꝙ materia in causone, & similiter uapores minus spargunt exterius super membra sensibilia, quàm in illis propter causam dictam.

Et in facta quidem ex cholera, fortia fiunt accidentia mala ex vigilijs, & inquietudine, & adustione, & permixtione mentis, & fluxu sanguinis narium, & dolore capitis, & pulsatione temporum, & profunditate oculorum, & solutione ventris cum cholera pura, & casu appetitus.

Nunc ponit signa causonis cholericæ. d. accidentia mala et se fortia, ut uigilias, inquietudinem, adustionem, & mentis permixtionem, propter uapores uehementer calidos & siccos petentes caput: & fluxum sanguinis narium: propter uehemētem sanguinis ebullitionem, & leuigationem, & uenarum narium aperturam. Item dolorem capitis potentissimū a caliditate uehementi. Item pulsationem temporum ex eadem causa, profundationem oculorum sequentē uehemētem resolutionem. & fluxum uentris choleræ puræ. s. in caliditate quàm sine mixtione fri goris. s. notabilis: sed multum accedētis ad naturam igneam. Item puræ, quia sine mixtione alterius humoris, ꝓpter choleræ dominium, & maxime uera sunt in comparatione ad causonem flegmaticam. Et casu appetitus cholera sua caliditate adurente superficiem oris stomachi, & præter modum exiccante ramos neruorum descendētium a cerebro ad os stomachi ad dandum sibi sensum. Item propter raptum choleræ ad os stomachi forte ad uomitū excitantis, & os amaricantis.

Et quando accidit infantibus, abhorrent mammillam, & non recipiunt eam: & corrumpitur illud quod suggitur de lacte, & acetat.

Hic ponit signa causonis cum accidit infantibus. d. quòd infantes cum causonizant, abhorrent mammillam, quia sunt uehementer supercalefacti secundum os, & stomachum, unde abhorrent, quodcunque actu calidum: & desiderant actu frigidum; propterea medici in hoc casu iubent mammillam totam: sed maxime pupillam eius infrigidari cum aqua frigida: & hanc taliter infrigidatam acceptant libenter, nisi forte ex alia causa abhorrerent omnem potum: utputa propter raptum choleræ ad os stomachi: & similes causas irritantes ad uomitum.

Sed dubitatur utrum lac in stomacho infantis patiētis causonem corrumpatur ad acetosum. Negatiue arguitur quia in stomacho eius corrumpitur ad fumosum: ergo non ad acetosum: cōsequentia tenet, cum huiusmodi corruptiones sint cōtrariæ: & exigant causas contrarias. Sed antecedens est Gal. in commento illius aphorismi. Lac dare caput dolentibus malum. Secūdo sic, acetositas causatur a frigido: ergo lac in stomacho causonizāte uehemēter calefacto nō corrumpitur ad ace-

ad acetosum. consequentia tenet: & antecedens est Gal. primo de simplici medicina. & Auicen. secundo canone. Confirmatur, quia omne acetosum est frigidum: & si fit a re calida genitum sicut est acetum vini. Et confirmatur: quia omnis curatio ad acetosum curatur per calefacientia: vt patet prima quarti de ephemera ex nauseatiua satietate: vtputa per diatrionpipereon. Tertio aut acetositas illa fieret a calido aut a frigido: sed non a calido: quia tunc magis acetosaretur in stomacho iuuenis causonizantis, quàm pueri. Item magis hæc acetositas fieret in hepate quàm in stomacho. nec a frigido: quia tunc magis acetosaretur in stomacho senis quàm pueri. consequens est contra experientiam. In oppositum est Auicen.

Primo notandum de intentione Auicen. secundo cañ. capit. 3. quòd acetositas fundatur in substantia subtili frigida: propterea mixta subtilis substantiæ frigida secundum plurimum sunt acetosa sicut acetum: aut facile ad acetosum transmutabilia vt lac, & aqua hordei. Secundo notandum quòd de intentione eiusdem acetositas prouenit ex conuersione dulcedinis: cum diminutione caliditatis in eo qd' digeritur. & hoc secundum plurimum fit per viam corruptionis sicut in lacte, & aqua hordei: aut prouenit a digestione ponticitatis cum augmento caliditatis & humiditatis. & hoc secundum plurimum fit per viam digestionis: sicut in fructibus qui ex pontico conuertuntur ad acetosum: sicut apparet in vuis, piris, pomis, & similibus. Tertio notandũ huiusmodi transmutationem ad acetosum fieri: quandoque a caliditate digerente, quomodo fructus a principio pontici: sicut poma, pira, & similia, de quibus supra, transmutantur per caliditatem solis: & etiam per propriam caliditatem digerentem, & permiscẽtem partes aqueas, & aereas cum sicco terreo ad acetositatẽ: quæ acetosa licet de frigiditate minus habeant quàm pontica ex quibus generantur: aliquando tamen magis infrigidãt quàm ipsa propter maiorem penetrationem eorum substantia magis subtiliata. Quandoq; vero hæc transmutatio ad acetosum fit a caliditate corrumpente: sicut vinum a caliditate putrefaciente corrumpitur in acetosum, quod remaneat frigidum partibus calidioribus resolutis: licet remanentibus in eo quibusdam partibus acutis, & magis exacutis a caliditate putrefaciente remanẽte in eo mordicatio satis fortis. & hoc modo lac, & aqua hordei corrumpuntur ad acetosum tam a caliditate continentis, quàm a caliditate stomachi. Quarto præmittendum caliditatem stomachi naturalem fortem propter multitudinem calidi naturalis: sed non intensam valde optime etiam conuertere lac, aquam hordei & similia, facile acetosabilia in bonum chylum. Si vero hæc caliditas esset multa & intensa valde: quàmuis naturalis fortasse corrumperet huiusmodi ad acetosum: sicut econtra ipsa existens multa intẽsa nec obtusa multo humido corrumperet huiusmõdi ad fumosum. Ex his infertur quòd lac in puero febriente est aptum acetosari propter extraneationem caloris stomachi, & eius obtusionem a multo humido: sed magis in stomacho frigido complexionaliter habente caliditatem diminutam in quanto: sed in iuuene febriente habente stomachum complexionaliter calidum cum multitudine caliditatis in quanto & in quali corrumperetur ad fumosum: & corruptio ad acetosum de qua supra non est apta ita fieri in iuuene: cum calor eius non obtundatur humido sicut calor pueri: sed magis est aptum lac in eo corrumpi ad fumosum. in senibus vero propinquis iuuentuti iudicium est medium: sed distantes parificantur pueris. Et ex his infertur omnem acetosationem, siue naturalem siue præternaturalem fieri a caliditate aucta, aut diminuta: non autem a frigiditate pura. Cuius ratio efficax est: quia si fit naturalis, fit a caliditate digerente. si vero præternaturalis, fit a caliditate corrumpente. videmus enim lac citius corrumpi ad acetosum in continente calido quàm frigido; vtputa in æstate quàm in hyeme.

Et ex his facilis est solutio ad rationem suadentem oppositum. nam manifestum est ex notatis in quæstione in aliquo puero lac corrumpi ad acetosum, in aliquo ad fumosum: nec hoc est contra mentem Gale. in loco ibidem allegato. Et similiter patet responsio ad secundum. Et cum auctoritates dicunt acetositatem fieri a frigido non est intelligendum quòd fiat a frigiditate pura? sed a caliditate diminuta: licet tamen secundum plurimum corruptio ad acetosum sit curanda cum calidis. Et similiter patet ex dictis responsio ad vltimum. Et ad confirmationem dicitur chylum in hepate posse corrumpi ad acetosum tam merito dispositionis ipsius, quàm merito dispositionis hepatis ipsum transmutãtis cum caliditas eius est notabiliter diminuta in quanto, & in quali: vnde flegma acetosum frequenter in eo generatur, sicut in eo vehementer supercalefacto. & ex chylo valde calido, vel ad fumosum corrupto humores: adusti & fumosi generantur.

De cura causonis. Cap. XLIII.

Est cura tertianæ puræ.

In præsenti parte Auicen. curans causonem ponit curam eius a principio vsq; ad declinationem. secundo curat ipsum in declinatione. secunda ibi §Et in fine eius da in potu.§ prima in duas. nam primo ponit can. attendendum in cura eius. In secunda parte pro cura accidentium remittit nos ad loca superiora: & cum hoc aliqua ipsorum curat. secunda ibi §Et cura accidentium eius superflua.§ prima diuiditur in septem partes secundũ quòd septem sunt canones. Partes patebunt. Primus canon. Cura causonis est cura tertianæ puræ: intellige de causone a cholera pendente. probatur: quia eadem est causa vtriusq;. s. causonis, & tertianæ tam continuæ quàm interpolatæ: quia eadem materia cholerica. Vnde eædem intentiones exiguntur in vtraq;: & non est differentia illarum nisi sm magis & minus. Causon autẽ pendens a flegmate multum assimilatur in cura tertianæ nõ puræ: cũ materia vtriusq; sit ex commixtione choleræ cum flegmate: licet in cholera nota magis dominetur flegma quàm in flegmate salso.

Et cum indiget euacuatione, sicut cum illis quæ dicta sunt: tunc festinatio est melior: Complementum vero est apud digestionem,

Secundus can. Cum indiget euacuatione cum illis, aut similibus quæ dicta sunt in cura tertianæ: tunc festinatio, & festina euacuatio est melior quàm in tertiana, cum pendeat a pluri materia & magis furente quàm tertianæ. secundo dicit quòd complementum. i. completa euacuatio quę dicitur eradicatiua fiat apud digestionem. i. materia digesta: & hoc est verum nisi materia sit valde furiosa. nam in eo casu oportet eradicatiue euacuare iuxta posse etiam ab initio.

Et non flebotometur. fortasse enim inflãmabit eos: & fortasse iuuabit eos: si fuerit illic turbiditas, & rubedo.

Tertius can. Quòd causonizans non flebotometur secundum plurimum. fortasse enim flebotomia inflãmabit eos perducendo ad humorum cholericorum ebullitionem: & forte iuuabit eos: & si fiat illic tenebrositas & rubedo. i. vrina rubea grossa significans choleram facientem causonem: aut etiã flegma salsum esse sanguini commixtum. appellauit autem ipsam turbidam: quia quando est mixtio sanguinis color vrinæ cum a citrinitate tẽdit in rubedinem opacam, siue obscuram attestatur sanguini. hoc autem raro est, quare raro in causone competit flebotomia: secundum plurimum enim causones fiunt in valde cholericis: in quibus est parum de sanguine parum permixto cum cholera: raro itaq; in causone competit flebotomia siue pendeat a cholera, siue a flegmate salso.

Verum indiget subtiliatione, & regimine vehementiore, & infrigidatione actu eius quod ipsi sumunt.

Quartus canon. Verum indiget subtiliatione. idest vt medicus subtiliter se gerat in cura causonis. est enim ægritudo valde periculosa. Aliter. subtiliatione. i. diæta subtili, & magis subtili quàm in tertiana pura interpolata, aut continua cum sit sæuorum accidentium, & velocioris terminationis: & indiget regimine vehementiori. s. infrigidatiuo: vt non solum sumat: sed etiam exterius frigida applicentur: & infrigidatione actu eius quod sumunt. debent enim esse actu frigida, & potentia. nam multo maiorem exigit infrigidationem, quàm tertiana.

Et cum times casum virtutis est necessarium cibare eos, quamuis non appetant, & proprie in eo ex quo resoluitur res plurima: multotiens enim aduenit eis bolismus propter priuationem sensus.

Quintus canon. Cum times casum uirtutis est necessariũ cibare: quamuis non appetant: & proprie est cibatio necessaria in illo in quo resoluitur res plurima. scilicet ex spiritibus & humoribus & ex humido substantifico: sicut sunt cholerici habentes humores,& spiritus subtiles,& poros latos, & os stomachi debile. Multotiens enim aduenit bolismus, qui fit in eis propter priuationem sensus ori stomachi sequentem caliditatem adurentem, exiccantem, & indurantem superficiem oris stomachi, & neruos qui descendunt a cerebro, & os stomachi ad dandum sibi sensum. hoc enim posuit superius causare bolismum, qui est fames membrorum stomacho cibum renuente.

Et indigent lenificatione in principio fortiori.

Sextus canon. Et indigent lenificatione. id est ventris lenitione in principio fortiore. scilicet quàm tertiana: eo ꝙ venter in causone est magis stypticus propter maiorem caliditatem resoluentem, & fęces exiccantem. Debent enim hæc lenificantia dari in maiori quãtitate: & cum hoc frequẽtius iteranda sunt,& humectanda, siue sint clysteria, siue sumpta per os: & cum hoc sunt magis infrigidantia,& humectãtia sicut sunt clysteria cum decoctione matrum violarum, in quibus ponatur succus anguriæ, cucurbitæ, oleum violatum, parum camphoræ,& etiam cassia. Et similiter lenientia per os sicut manna, cassia cum decoctione prunorum, tamarindorum, violarum, & similium. Gentilis dat vnc.iij. syrupi violati cum modico mucillaginis psylij: quod est cõueniens si venter sit facile lenibilis: & hæc non solum dantur ad educendũ superfluitates stomachi, & intestinorum: sed ad infrigidandum & prohibendum ne materia conuertatur ad aliquod membrum nobile.

Et indigent curationibus febris acutæ prædictis secundum omnes species narratas.

Hic ponit septimum canonem. secundo describit quasdam medicinas huic canoni deseruientes. secunda ibi ⟨Et quandoque conueniens est.⟩ In prima parte dicit quòd indigent curationibus feb. acutæ secundum omnes species narratas, quæ sunt sex, de quibus supra in capitul. feb. acutarum. extinguitur nanque caliditas vehemens in feb. acutis cum infrigidatione aeris. secundo cum infrigidatione cibi. tertio cum epithematibus. quarto cum medicinis sumptis scilicet aquis syrupis & similibus. quinto cum his quæ tenentur in ore. sexto cum clysteribus.

Et quandoq; conueniens est vt dormiant apud teporẽ paruum feb. super aquam tamarindorum. Et quãdoq; ponitur in ea parũ camphoræ, et diligitur eis syrupus acetosus, aut emulsio seminis portulacæ, aut emulsio seminis endiuiæ: & melon alkin est bonus valde. Et sit contentus potatione aquæ frigidæ secundũ ꝙ diximus illud. Si autem non fuerit quod prohibeat detur in potu de ea etiam vsq; ad satietatem. Et fortasse aduenit eis permixtio mentis, & obliuiscuntur petere aquã. quare oportet vt sorbeant de ea paulatim sorbitiones plurimas: & proprie in eo cuius linguam vides siccam.

Hic ponit quædam sumenda iuxta quartum modum infrigidandi: quorum primum. ℞. tamarindorum. vnc. ij. incidantur & infundantur in vnc. vj. aquæ & colentur, & exprimantur de qua accipiantur. ℥. iiij. camphoræ gra. iiij. super hanc aquam dormiat tepescente febre: quia tepor communiter est in mane. infrigidat enim, lenit ventrem, & cor confortat. Concedit enim somnum ne per vigilias virtus medicinæ dissoluatur. Et quamuis camphora excitet vigilias. secundo cano. sua siccitate, aut suo odore: tamen multo magis iuuat infrigidando,& cor confortando. Secundum est syrupus acetosus simplex: & per hunc intellige reliquos sicut syrupum acetositatis citri, lymonis & similium. Emulsiones etiam seminis portulacæ frigidæ & humidæ in secundo. Item emulsio sem. endiuiæ & similium, sicut sem. papaueris sunt præstantes,& melon alkin. i. anguria est bonus: & sit contentus potatione aquæ frigidæ. Secundum quod dixit superius in capit. de curationibus generalibus feb. putridarũ. illius enim potus vsq; ad satietatem est vltimus in extinguẽdo. Sed obseruentur octo, aut plures de conditionibus ibidem positis. nulla enim est feb. in qua conueniat huiusmodi potus sicut in causone, cum sit reliquis magis incensiua. Et subdit ꝙ fortasse sibi aduenit permixtio mentis: & obliuiscuntur petere aquam. quare oportet vt sorbeant. i. cogantur de ea paulatim sorbitiones plurimas: & proprie in eo cuius vides linguam siccam, & arentem significantem. s. magnum incendium.

Et cura accidentia eius superflua cum eis, quæ diximus in capitulis suis. Et oportet vt caueatur in eis superfluitas sanguinis narium. est enim de eis in quibus magnificatur timor apud eos. Et oportet vt obseruetur anhelitus eorũ, & non dimittas partes pectoris spasmari. Et oportet vt obserues capita eorum cum aceto & oleo rosa. & sandalis & aqua rosa. & camphora & his similibus: & embroches cum decoctionib. in quibus decocta sunt ea quæ diximus. Et quando fortes sunt in eis vigiliæ: tũc cura eos, et non est malum vt in potu des syrupũ de papauere, etiã et si sit de nigro in huius dispositione.

In hac parte superius diuisa pro cura accidentium remittit nos ad dicta superius: & exemplificando de his accidentibus dicit quòd oportet vt caueatur superfluitas fluxus sanguinis narium. Est enim de eis accidentibus in quibus magnificatur timor apud eos. Ego enim cum nõ possem in causonizante fluxum sanguinis narium constringere, balneaui ipsum in athesi vsq; ad collum donec sanguis constringeretur, & rigeret: & eadem die sanatus est a fluxu sanguinis,& a causone. secundo dicit quòd oportet vt obseruentur, idest conseruentur eorum anhelitus,& non dimittantur partes pectorales spasmari propter caliditatem exiccantem, & contrahẽtem musculos,& neruos. Hoc autem fit cum frigidis & humidis applicitis pectori, collo,& capiti: sed de hoc superius præcessit capitulum intitulatum de constrictione anhelitus. Et tertio dicit oportere obseruari capita eorum cum his. ℞. aceti. vnc. j. olei rosa. aquæ ros. ana. vnc. ij. sandalorum. ʒ. ij. camphoræ gra. v. & his similibus sicut succis infrigidantibus sicut lactucæ & similium embroches. & embroches cum decoctionibus in quibus decocta sunt ea quæ diximus. s. in cap. de dolore capitis, quæ sunt infrigidantes,& humectantes, & confortantes,& somnum prouocantes: & per embrochas intellige embrochas proprie sumptas,& epithemata. hæc enim fiunt pro regimine doloris capitis phrenitidis veræ,& nõ veræ tam præseruatiuo, quàm curatiuo. quarto dicit: & quãdo fortes fiunt in eis vigiliæ cura eos: sed de regimine vigiliarũ superius præcessit capitulũ. Et subdit ꝙ procurãdis vigilijs non est malum vt des in potu syrupum de papauere, quanuis sit de nigro qui est magis infrigidans, quàm syrupus de papauere albo. dosis eius est ab. vnc. j. vsq; ad unc. ij. hora somni.

Et in fine eius, da in potu trochiscos qui conueniunt eis, sicut sunt trochisci de camphora: & in illa hora conuenit eis syrupus acetosus cum emulsione seminis cucumeris, & seminis endiuiæ & seminis portulacæ. de vnoquoq; eorum sit pondus. drach. ij. & syrupi acetosi sit pondus. drach. xxv. vsq; ad. xxxv. secundum quod videtur.

In hac parte superius diuisa curat causonem in declinatione. d. quòd tunc dentur in potu trochisci qui conueniunt eis sicut trochisci de camphora: quorum descriptionem, & utilitatem uide a Mesue in suo antidotario distinctione octaua. tunc enim. s. in fine conueniunt trochisci cum antea non conuenirent iuxta determinata superius in fine capituli de generalibus curationibus feb. putridarum. dosis eorum pulverizatorum est drac. j. cum unc. j. uini granatorum, aut acetositatis citri, aut arancii. & duabus unc. aquæ zuccaratæ, aut aquę acetosæ, aut aquæ nenufaris. Et in illa hora, scilicet in declinatione conuenit syrupus acetosus cum emulsione seminis cucumeris, semi. endiuiæ, semi. portulacæ secundum quòd tibi uidetur dare magis, aut minus infrigidantia: & magis aut minus prouocantia, in maiori aut minori quantitate. Auicenn. tamen ordinat aliter hanc receptam dicens quòd de unoquoque illorum seminum debent accipi. drachmæ ii. de syrupo acetoso simplici. drachmæ uigintiquinque usque ad drachm. x x x v. i. a. iii. unc. usque ad. iiii. uel circa: & debẽt misceri post se. cõtritionem: & postea exprimi. Sed nota

quòd

quòd istæ syrupus debet esse longus. non enim posset apte sumi. Tēpore aūt nostro hæc recepta est sic ordināda. ℞.sem. cucumeris, endiuiæ, portulacæ. ana. ʒ.ij. contundātur grosso modo, & infundantur in vnc.v. aquæ calidæ per duas horas. postea exprimantur. & aqua illa expresſionis sem. illorum misceatur cum vnc.ij.syrupi acetosi simplicis breuis.

Et si fuerit illic vētris solutio: tunc dentur trochisci de spodio constrictiui. Trochisci boni. Recip.spodij, rosa.ana.ʒ.ij.s. croci.sextam.ʒ.vnius.sem.portulacæ, sem.endiuiæ ana.ʒ.iii. sem.citru. sem.cucumeris ana.ʒ.ii. sandal. drach.i.s. succi liquiritiæ.amyli.ana.drach.i.camphoræ sextam. drach. vnius. Et dosis eius sit. drach.i Et iterum rosa. drach.iiii.sem.melonis.citruli, cucumeris, & portulacæ, omnium ana. drach.ii. croci.tertiam. ʒ. vnius .camphoræ sextam. ʒ.vnius. gummi. amyli.dragaganti, succi liquiritiæ.ana drach.i. dosis eius. ʒ.ii. Et cū declinat ægritudo manifeste: tunc nō est malum vti balneo: cuius aqua declinat ad frigus. Et illi in quibus magis diligitur balneum ex eis, sunt quorum feb.est ex flegmate salso.

Hic curat fluxum ventris in causone.d.ꝙ dentur trochisci de spodio constrictiui.℞.spodii, rosa.quæ duo sunt frigida & sicca & styptica.ana.ʒ.ii.s.croci sextam.drach.j. ad cordis cōfortationem.se.portulacæ: se.endiuiæ quæ sunt frigida & humida. ana.ʒ.ii.sandali frigi.& sicci.ʒ.j.s.succi liquiritiæ, amyli ana.drac.i.camphoræ sextam.ʒ.vnius & mediā. dos. drac.j. Et iterum alia descriptio. ℞.ros.ʒ.iiii.sem.melonis, cucumeris, citruli, portulacæ ana.ʒ. ii. & tertia.ʒ. vnius, camphoræ sexta & medietas sextę.drach.vnius.& sunt.15.grana, gummi arabici, amyli, dragagāti, succi liquiritiæ.ana.drach.i.dosis est drach.ii.Cum declinat ægritudo tunc non est malum vti balneo quod declinat ad frigus. secūdo dicit ꝙ illi in quibus magis conuenit balneum sunt quorum feb.s.causon est ex phlegmate salso. Notandum ꝙ manifeste declinante febre, & materia paucificata notabiliter vt non timeamus agitationem, & materiæ ebullitionem conuenit balneum aquæ declinātis ad frigus: quia tepide tali tepiditate qualem habet aqua in quam impresserunt radii solis tēpore æstatis in causone cholerico ad infrigidādum & humectandum. Sed in phlegmate conuenit balneū aliqualiter calidius. quo balneo fiat pororū apertio, & materiæ resolutio quę sua grosſitie est ineptior resolutioni: cuius nō expectata tanta digestione, nec tanta materiæ minoratione posset concedi balneū in cholerica, quàm in flegmatica. eo quòd sua grosſitie est ineptior resolutioni: & est in ea timenda agitatio & dilatatio magis quā in cholerica. Et ex his habeamus concordiā inter. Gal.negantem balneum in causone flegmatica.tertio regi.acu.commento vltimo. & Auic.hic concedentem ipsum Gale. negat ipsum ante completā digestionem: quādo tamen conceditur in cholerica: & in hoc nō discrepat ab Auic. præterea nō concedit balneum tepidum quale conceditur in cholerica: sed calidius tepido: & idem sensit Auicen.

CVRA.

Pro cura causonis in primis memorādū est doctrinæ Hip. prima aphorismorum. aphor. 6. Ad vltimas ægritudines &c. & quarta aphorismorum.aphoris.9. medicari in valde acutis eadem die si expedit.differre enim in talibus malum.cū enim causon sit ægritudo acuta valde oportet multum & repente subuenire & multiplicare remedia absq; errore semper seruata virtute: sed principaliter vacare circa intentiones in quibus consistit vis curationis vt sunt digestio, euacuatio, & extinctio caloris febrilis, & accidentium correctiuum. Quibus præmisſis sciendū quòd cura causonis octo exigit intentiones. Prima est debitum regimen sex rerum non naturaliū. secunda euacuatio. tertia est caloris febrilis extinctio. quarta est digestio. quinta eradicatio. sexta vrinæ prouocatio. septima membrorum nobilium, & proprie cordis confortatio. octaua accidentium correctio. Regimen vero sex rerum iuxta primam intentionem sit excellenter frigi.& humi.& multo magis quàm in interpolata, aut continua in qua etiā diæta debet esse tenuis & tenuior quàm in tertiana pura, & excellenter frigida & humida.ita vt cibi & potus sint actu & potētia frigida. Sed cū timemus casum virtutis propter accidentium sæuitatem, & multā resolutionem oportet cibare illos: & proprie qui sunt cholerici, rari in poris, habentes spiritus, & humidum subtile, & os stomachi debile, etiam si pateretur bolismum.

Cura causonis octo exigit intentiones.

Pro secunda intentione.s.euacuatione oportet diligenter considerare an opus sit flebotomia: quod cognoscitur per vrinam rubeam grossam, & habitudinem carnosam & similia: & in eo casu flebotomia quàm citius est posſibile: licet raro accidat vt in causone cōpetat flebotomia cū secundum plurimū corpora sint cholerica, quorum sanguis est paucus, cui cholera nō est immixta: præmittatur tamē ventris lenitio cū clysteri si fuerit expediens: deinde sequenti die poteris minorare cum medicina leniente, & eligente.vt ℞. floris cas.vnc.i.vel mānæ.vnc.i.diaprunis solutiui, aut electuarii de succo rosa. ana.ʒ.i.vsq; ad ii. ſm exigentiā, aquę decoctionis tamarindorum, violarū quantum sufficit, fiat potio. Si vero nō sit opus flebotomia: tunc prima die, aut quàmcitius fieri potest, soluendum est cum medicina suprascripta, licet tñ frequēter cholera multū superabundante: quànuis sit mixta sanguini oportet præmittere minorationem phlebotomiæ. hæc stant in discretione medici. Procuretur tñ deinceps vētris lenitio saltem cū clysteribus. vt. ℞. decoctionis matrū violarū lib.i.succi cucurbitæ.℥.iiii.olei ros.olei violati an.vnc.ii.camphoræ gra.iiii.sal.ʒ.ii.& tepidū supponat. Tertia intētio est extinctio caloris feb.& perficit sex modis positis in curatione feb.acutarū. s. aeris infrigidatione. secūdo infrigidatione cibi & potus actu & potentia.tertio cū epithematibus fri. & hum.æquali stypticitate participātibus capiti, cordi, hepati, & renibus.hæc tñ omittenda essent tēpore crisis, & maxime per sudorem.quarto cū syrupis: & huic maxime inter omnes febres conuenit potus aquæ frigidæ, syrupus de papauere, de acetositate citri, & similes: & ex aquis aqua nenufaris, acetosæ, portulacæ, & similes.oportet enim multum infrigidare cū huiusmodi frigidis actu & potentia multum intensis in gradu & multiplicatione in quantitate, Quòd si non possunt bibere multam aquā semel, detur in multis vicibus inter quas sit mora parua. nam aliter fortasse excitaret caliditatem.quinto cum his quæ in ore tenentur, sicut anguria, acetositas citri, & arantii & similia. sexto cum clysteribus quibus supra. Et in hoc casu aliquando conuenit balneum aquæ frigidæ, etiā in statu ad extinctionem caliditatis: licet in declinatione iuxta textum conueniat aquæ tepidæ sumptio ad frigidum declinantis in cholerica: sed calidioris in flegmatica. Quarta intentio.s.digestio perficitur cum oxyzaccara, syrupo de acetositate citri, limonis, de nenufare: & similibus vsque ad syrupū de papauere: sed in flegmatica syrupus acetosus simplex, oxyzaccara cum quibus modicum syrupi de fumo terræ posset admisceri. Quinta intentio est radicatio perficienda cū solutiuis de quibus supra in secunda intentione. verum possunt solutiua in flegmatica salsa distemperari cū aqua lactis, tam in minoratione, quàm in eradicatione. Sexta intentio scilicet prouocatio vrinæ perficitur cum huiusmodi. ℞.syrupi acetosi simplicis vnc. ii. emulsionis sem. communium frigid. vnc.iii. misce. Septima intentio scilicet cordis confortatio, & membrorum nobilium perficitur cum huiusmodi. ℞.trochisci de camphora. drac.i. acetositatis citri, vini granatorum ana. vnc.i.aquæ acetosæ. vnc.ii. Item cum triasandal. Octaua scilicet accidentium correctio perficitur regēdo fluxum sanguinis narium, difficultatem anhelitus, phrenesim, vigilias, fluxum ventris, tam regimine curatiuo, quàm prohibitiuo.

De feb. sanguinis. Cap. XLIIII.

OPinatus est Gal. quòd non sit febr. sanguinis a putredine sanguinis. nam sanguis cum putrefit fit cholera et nō est sanguis.fit ergo tūc fe. cholerica nō sanguine: et fit causon ꝑdictus, et tertiana: et curat eam, cum illa cura.

Postquàm Auicen. in præcedenti parte egit de febr. cholericis hic agit de sanguineis: & habet tres partes. In prima ponit essentiam febr. sanguineæ, & species eius. secundo signa. tertio curam. secunda ibi {Signa.} tertia ibi {Intētio in curatione.} In prima ponit opinionem Gal. cum rationibus suis. secundo ipsum reprobat. tertio prosequitur de feb. sanguineis ſm opinionem propriam. secunda ibi {Hic uero sermo eius est.} tertia ibi {Dicamus nunc.} In prima parte dicit Gal.opinatum fuisse non fieri febres sanguinis a putredine sanguinis. quod probat duabus rationibus. Prima. nam

cũ sanguis putrefit fit cholera,& nõ est sanguis . fit ergo tunc feb.cholerica , & nõ sanguinea. tenet consequẽtia : cum feb. humorales recipiãt denominationẽ a causa cõiuncta . Et istã rationẽ ponit Gal.2.de crisi.& 2. de differẽtijs. Et ex hoc sequitur feb.factã ex putredine sanguinis esse causonẽ, aut tertianã continuã,vel interpolatã : cũ præter has nõ sit in aliqua fe.cholerica.secunda ratio. hæc feb.curatur cura febriũ cholericarum . ergo est cholerica. tenet consequentia : cum vna quæq; feb. exigat curam propriam a cura aliarum distincta . accidens autem est manifestum : cum Gal. nõ distinguat feb. acutas in cura : sed omnes ponit in cura sanguineæ in de feb. ad Glauconem.&. 9. &.11. therapeuticæ.

Hic vero sermo eius est contrarius sermoni Hip.et contrarius ei quod est conueniens. Et plurimum quidem erroris eius est in sermone eius : quando putrefit sanguis fit cholera . Istæ enim sermo facit opinari duas intentiones: quarum vna est, quòd quando putrefit peruenit ad hoc , vt fiat post putredinem , cholera . Et secunda quòd quando putrefit , tunc fit cholera, sicut dicitur,quòd lignũ quando calefit, fit cinis.

In pñti parte.Aui.intendens reprobare Gal. dicit ꝙ ex putredine sanguinis nõ fit feb.sanguinea . primo ponit propositionẽ quæ est origo & fundamẽtũ sui erroris , ponẽs illius ꝓpositionis duplicẽ intellectũ. secũdo arguit cõtra ꝓpositionẽ ſm illũ duplicẽ intellectũ.tertio de intẽtione Hip. concludit cõtra Gal.secũda ibi {Cõsideremus itaq;.} tertia ibi {Verum veritas sana est.} In prima dicit quatuor. Primũ ꝙ hic sermo Gal.s. ꝙ ex putredine sanguinis non fit feb.sanguinea est cõtrarius sermoni Hip.& cõtrarius ei qđ est cõueniẽs.i.veritati cõtrarius.secundũ ꝙ plurimũ erroris sui.i. origo & fundamentũ erroris sui est in sermone eius.i.in hac ꝓpositione sanguinis quãdo putrefit fit cholera.tertiũ ꝙ iste sermo facit opinari duas intẽtiones.i.hæc ꝓpositio quãdo sanguis putrefit fit cholera : potest habere duos intellectus . quorũ vnus est : qñ sanguis putrefit peruenit ad hoc,vt fiat post putredinẽ cholera , ita vt cholera sit terminus suæ putrefactionis.secũdus qñ putrefit tunc fit cholera.i.ita cito sicut incipit putrefieri , incipit eius cõuersio in cholerã. quartũ est exemplũ de ligno , quod qñ cõburitur fit cinis. põt enim hæc propositio,lignum qñ cõburitur fit cinis,habere duplicẽ intellectũ. primus ꝙ cinis sit terminus cõbustionis ligni, sicut dictũ est ſm primũ intellectũ : quia cholera est terminus putrefactionis sanguinis. secundus ꝙ lignũ æque cito sicut incipit comburi, incipit esse cinis,sicut dictũ est penes ſm intellectũ quòd sanguis æque cito sicut incipit putrefieri,incipit esse cholera. Primo notandum pro declaratione primi dicti quòd dictum Hippoc. contra Gal.nõ habemus manifestũ in libris: quorũ notitia ad nos peruenit. aliqualiter tamẽ ex dictis suis primo epidemiarum : & in regi. acu. potest elici ex putredine sanguinis posse fieri febrem sanguineam .

Consideremus itaq; in vnaquaq; duarum propositionũ.Intellectus vero primus est corruptæ acceptionis tribus modis : quorũ primus est, ꝙ sanguis quãdo putrefit cõuertitur subtile eius ad cholerã malam,& spissum eius ad melancholiam, non ergo cum totalitate sua fit cholera. Et secundus est ꝙ illud fit post putredinẽ:& nostra consideratio est in dispositione putredinis. Et tertius est : quoniam post illud fit cholera : et non scimus an in ea sit putredo , an non , nam plurimæ res putrefiunt , et separatur ex eis subtile , et spissum , et non est in spisso , neque in subtili putredo: quoniam non est necessariũ vt sit putridum id quod generatur a putrido. Fit enim ex putredine quod non est putridum. Et si generatio eius a putredine faceret putredinem eius necessaria, oporteret vt spissum cinerulentum iterum esset putridum . Esset ergo illic febris melancholica iterum . hoc ergo est illud quod facit esse necessarium expositio eius , quod primum intellectum est .

In parte præsenti intendens reprobare Gal.opinionem arguit contra propositionem quæ est fundamentũ suæ opinionis. primo ſm primũ intellectũ. secundo penes secundũ intellectũ.ibi secunda {Quòd vero intelligitur.} In prima parte dicit Auic.consideremus itaq; in vnaquaq; duarũ ꝓpositionũ .i.cõsideremus ꝓpositionẽ dictã , quæ est sanguis qñ putrefit fit cholera ſm vnũquẽq; duorũ intellectuũ . secundo dicit ꝙ intellectus primus est corruptæ acceptionis tribus modis. i. tribus rõnibus:& nõ dicit ꝙ sit falsus : sed solũ corruptæ accēptus a Gal.quia dato sicut est veritas ꝙ sanguis quãdo putrefit tandẽ trãsmutetur in cholerã, saltẽ ſm aliquã eius partem: nõ ꝓpter hoc sequiẽ ꝙ ex putredine sanguinis nõ fiat fe. sanguinea:immo potius oppositũ:quia qñ putrefit & non est adhuc trãsmutatus in aliquẽ humorẽ facit febrẽ:& certũ ẽ quòd illa est sanguinea : quia est humoralis, & non cholerica , nec melancholica, nec phlegmatica cũ feb. debeat denominari a causa coniuncta eius.tertio dicit quòd primus modus,& prima ratio est ꝙ qñ sanguis putrefit conuertitur subtile eius in cholerã malã.i.nõ naturalẽ:& spissum eius ad melancholiam. nõ ergo cũ totalitate sua fit cholera.secũdus modus.i.ratio secunda est ꝙ illud.i.transmutatio ipsius in cholerã fit post putredinẽ : sed nostra cõsideratio est in dispositione putredinis .i.dũ actu putret anteq̃ sit ꝯuersus in cholerã facit febrem,& certũ est quòd illa nõ est nisi feb. sanguinea vt statim deductũ est. tertius modus.i.ratio tertia est ꝙ fit post illud. i. post putrefactionẽ cholera : & nõ scimus an illa cholera sit putrida, an nõ. nã plurimæ res putrefiunt,& separatur ex eis subtile, & spissum : & nõ est in spisso nec subtili putredo ; quoniã nõ ẽ necessariũ vt sit putridũ,qđ generaẽ ex putrido. fit enim ex putredine qđ nõ est putridũ. sicut acetũ generaẽ ex vino per putrefactionẽ:qđ tñ nõ est putridũ:& similiter vermis generatur ex putredine:q tñ nõ est putridus. Et si gñatio alicuius ex putredine faceret putredinẽ necessariã , oporteret quòd spissum cinerulentũ esset putridũ: & p spissum cinerulentum intelligit cineritiũ remanẽs post putredinẽ humorũ. Ex quo sequiẽ quòd cuicũq; febri derelinquẽti cineritiũ post sui humoris putredine complicareẽ feb.melancholica,cũ cineritiũ illud sit terreũ & melancholicũ qđ est contra experientiam. hoc est ergo illud qđ facit esse necessariũ expositio eius quo ad primũ intellectũ. Primũ inconueniẽs quòd sanguis cũ putrefit nõ totus cõuertiẽ in cholerã : sed solũ pars subtilior & vnctuosa.spissum vero eius & pars terrestrior cõuertiẽ in melancholiã. ergo nõ omnis feb. sequẽs putredinẽ sanguinis est numeranda inter fe.cholericas:neq; curãda cura feb. cholericarũ. Cuius oppositũ dicit Gal.locis allegatis.s.in de feb rib. ad Glauconem.&.9.therap. secundum incõueniens est quòd sanguis per tempus putret antequàm conuertatur ad choleram : & in illo tempore facit feb. & certum est quòd non potest esse nisi feb. sanguinea cum adhuc non sit in alium humorem transmutatus . tertium inconueniens , quòd dato quòd sanguis post putredinem transmutetur in choleram ; stat tamen illam choleram non esse putridam : quia nõ omne quod generatur ex putrido est putridum : febr. itaque pendens a putredine illius sanguinis non erit cholerica , nec phlegmatica , aut melancholica , vt manifestum est. ergo erit sanguinea cum sit humoralis .

Quod vero intelligitur secundo est mendacium : quoniam putredo est via corruptionis .

In parte pñti arguit Auic. cõtra ꝓpositionẽ Gal.penes secundũ intellectũ & quod est sanguis qñ putrefit: tunc fit cholera.i.ꝙ æque cito sicut sanguis putrefit:tunc incipit esse cholera:& non datur tempus , neque instans in quo sit verum dicere sanguis putret : quin in illo nõ sit verum dicere sanguis est conuersus in choleram : saltem quo ad eius partem subtilem : & hic per choleram intelligit choleram quæ est actu habens formam choleræ : & non intelligit per choleram,choleram in potentia,aut in causis suis . nam hic intellectus secundus non differt a primo. nam in sanguine dum putrefit , licet habeat formam sanguinis,est cholera in potentia, cũ tandem per putrefactionem in cholerã transmutetur. Hoc sic præmisso arguit sic. quod est in via corruptionis non est corruptum. sed sanguis est in via corruptionis , ergo non est corruptus : & sic non est factus cholera : quia generatio huius choleræ non potest esse nisi per sanguinis corruptionem .

Et putredo quidem non habet tempus : et conuersio sanguinis in choleram non fit nisi in tempore .

Hæc est secũda ratio . putrefactio sanguinis nõ habet tempus.i.nõ exigit tempus:sed cõuersio sanguinis in cholerã nõ

fit nisi

fit niſi in tempore. ergo putredo ſanguinis non eſt conuerſio eius in choleram.tenet conſequentia:& maior eſt manifeſta: quia putredo ſanguinis incipit in inſtanti, ita vt nunc non ſit putridus:& immediate poſt hoc erit putridus:minor nota. ꝙ conuerſio ſanguinis in choleram exigat tẽpus.probatur:quia ante tranſmutationem eius in choloram, oportet præcedere alterationem quæ exigit tempus.

Contra hanc rationẽ Aui.inſtatur quia ſanguis non putridus poteſt incipere eſſe putridus:ita ſanguis tranſmutatus in choleram poteſt incipere eſſe tráſmutatus in choleram.ergo tranſmutatio ſiue conuerſio ſanguinis in choleram nõ magis exigit tempus,quàm putredo ſanguinis. Præterea. Sicut ante tranſmutationem ſanguinis præcedit alteratio: ita ante putrefactionẽ eius præcedit alteratio:humores nanq; ſani prius ad putredinem diſponuntur quàm putreant.aliter omnis alteratio prima in putredinem eſſet putrefactio & ſic nimia infrigidatio ſanguinis eſſet putrefactio: quod eſt contra diffinitionem putrefactionis. Reſpondetur præmittendo ꝙ putrefactionis, ſiue putrefacti eſſe ſanguinis non datur primum : ſed datur vltimum in quo non. Sed econtra tranſmutari eſſe ſanguinis in choleram datur primum.datur.n.primum in quo eſt cholera:& non datur vltimum ſanguinis: quia ſic duo inſtãtia eſſent immediata. Ex quibus ſequitur ꝙ inter quodcunq; inſtans in quo eſt ſanguis, & primum inſtans in quo eſt cholera cadit tempus medium,in quo eſt alteratio faciens ad tráſmutationem ſanguinis in choleram. non autem eſt neceſſarium inter non putrefactionem ſanguinis, & eius putrefactionem cadere tempus medium: & tũc ad primam rationem negatur maior: & ad probationem bene conceditur ꝙ humores ſani prius ad putredinem diſponuntur, quàm putreant, cum quo tamen ſtat ꝙ ſanguis, & alij humores non ſani proximi putrefactioni poſſint putrefieri ſine alteratione præcedente : ſed ſanguis quantuncũq; proximus naturæ choleræ non poteſt in choleram tranſmutari niſi alteratione præcedente,quę exigit tempus.

Et putredo quidem eſt corruptio accidens ſanguini, & eſt ſanguis, ſicut accidit in phlegmate & eſt phlegma,& non fit cholera,neq; melancholia, niſi conuertatur poſt illud cum cõplemento putredinis.

Hæc eſt tertia ratio . ſicut eſt de putredine phlegmatis ita eſt de putredine ſanguinis:ſed poteſt eſſe ꝙ phlegma putreat & ſit phlegma:quia retinens formam & ſpeciem phlegmatis, & non conuerſum ad alium humorem. ergo poteſt eſſe ꝙ ſanguis putreat,& ſit ſanguis non conuerſus in cholerã nec melancholiam. tenet conſequentia per locum a ſimili:& antecedens eſt conceſſum a Gal.& ab omnibus medicis ponentibus febrem quotidianam pẽdere a putredine phlegmatis & ideo poſtea ſubdit:& ꝙ ſanguis non fit cholera aut melãcholia niſi conuertatur poſt illud.i.poſt initium putredinis cum complemento putredinis in choleram & melancholiam . non autem conuertitur in choleram aut melãcholiam niſi principio ſuæ putredinis. Nota tamen Aui.hic per complementum putredinis nõ intelligere vltimum terminum putrefactionis : quia ille eſt incineratio : ſed intelligit ꝓceſſum putredinis in quo ſm partẽ eius ſubtilẽ & vnctuoſam cõuertiť in cholerã:& ſm partẽ groſſam in melancholiã:citius tñ conuertiť in cholerã, quàm in melancholiam:quia illa eſt facilior tranſmutatio.

Verum veritas ſana eſt ſermo Hippocratis,quòd ex ſanguinis putredine generatur febris.

Hic concluditur contra Gal. de intentione Hip.d.veritas ſana eſt ſermo Hip. ꝙ ex ſanguinis putredine generatur fe.ſ. ſanguinea ſicut etiam ex putredine aliorum humorum generatur fe.ab eis denominatæ.hic tamen ſermo in libris Hip.ad nos tranſlatis non reperitur expreſſus. Sed præter rationes ſupraſcriptas eſt una efficax ad conuincendum dicentẽ ꝙ ſanguis cum putreſit eſt cholera : quia ſanguis putreſit, aut dum eſt,aut dum non eſt. Non eſt dicendum ſecundum:quia ſequitur contradictio.ſequitur.n.ſanguis putreſit,quando non eſt. ergo ſanguis putreſit,& ſanguis non eſt.& ex alia parte ſequitur.putreſit. ergo eſt : cum putredo ſit paſsio mixti quod putreſit quarto metheororũ.Si vero dicitur primum,ꝙ ſanguis putreſit quando eſt . ergo putreſit , quando eſt ſanguis. ergo vltimo putreſit,quando non eſt cholera . aliter ſequeretur ꝙ ſimul eſſet ſanguis,& cholera.

Dubitat Gen. vtrum ſit via concordiæ inter Auic. & Gal. Et dicit quòd ſic.nã omnes rationes Au. philoſophicę cõcludunt cum aliquo inſtanti,& tempore puſillo dari feb. ſanguineam a putredine ſanguinis: & hoc Gal.non negaſſet:ſed dixiſſet hoc tempus non eſſe de cõſideratione medici propter breuitatem ſuam: eo quòd poſt paruum tempus poſt initium ſuæ putredinis ſm partem vnctuoſam in choleram conuertiť quæ paroxyſmat de tertio in tertium.ꝑpea bonũ eſt incipiente ſanguine putrere vt curetur fe. inde pendens cura cholericarum.propterea Auẽzoar in ca. de fe. ſanguineis antequam faciat phlebotomiam ſuadet dari euacuãtia cholerã multiplicatã in ſanguine:& ſine dubio ſi vides cholerã in ſanguine faciendum eſt quod dicit Auenzoar: ſed ſi non ſit multiplicata, & ſit immixta ſanguini incipiendũ eſt a phlebotomia . nã per phlebotomiam tam ſanguis , quam cholera euacuabitur : ſed cum alii humores putrent non ſic facile vertuntur in alium humorem. ideo fe. ab eis pendentes.ſ.a phlegmate, choléra, & melancholia curandæ ſunt cura illis humoribus pertinẽte. ꝑpea Gal.in ſuis dictis apparet varius: qđ ſibi bene imponit Auer. quarto colli. ita vt nunc concedat a putredine ſanguinis fieri fe.ſanguineã.ſ.pro paruo tpe: nunc vero neget.ſ.pro multo tpe licet Gẽt.ipſum dicat aliqñ locutum fuiſſe ſm opinionẽ cõiter conceſſam,aliquando aũt ſm opinionẽ propriã. Quòd autẽ Ga. fuit varius in dictis ſuis facile apparet. nã ſecundo de differentijs fe.ca.6. dicit quòd pingue & ſubtiliſsimum ſanguinis cum putret in cholerã conuertitur . idẽ in ſecundo de criſi.ca.9.dicit ad literã. Omnia genera fe. fiunt ex cholera & eſt plurimum quod accidit in febribus . quædam fiunt ex phlegmate:& hoc idẽ confirmat.c.10.&.11. dicit verumtamen cum incipit ſanguis putrefieri non remanet verus: ſed declinat ad cholerã.Conſtat igitur ꝑꝑ hoc fe.quæ prouenit a ſanguine quando putreſit proportionatur ad choleram. Oppoſitum tamen manifeſte apparet.9. therape. & in multis aliis locis.vbi diſtinguit feb.ſanguineam in putridam, & non putridam. Item diuidit eam in epacmaſticã , paracmaſticã & homotenam.Concordia igitur ponenda eſt inter dicta ſua.& ipſum Aui.aliquo ex dictis duobus ſupraſcriptis.Item quia licet pendeat a ſanguine:multum tamen proportionatur in cura feb.cholericis:cum exigat notabiliter infrigidantia,& extinguentia. propterea eam inter cholericas reponit:non aũt ſic inter melancholicas:quia tarde groſſum eius in melancholicum conuertitur:ſubtile vero citiſsime in choleram.

Dicamus ergo nunc quòd febris ſanguinis eſt feb. putredinis & feb.calefactionis, et ebullitionis:quam nominauit Hippo.ſynocham concluſam ſine aliis.

In parte pñti Auic. agit de febribus ſanguineis ſm opinionem propriã.habet hæc pars tres partes. In prima diuidit fe. ſanguinis in duas ſpecies primas.In ſecũda diuidit eã in alias duas ſpecies. In tertia ponit modos terminationis eius. ſcđa ibi§Et eius ſpẽs§tertia ibi§Et eius cõſumptio.§ prima i duas. nã primo præmittit diuiſionẽ.ſecundo declarat mẽbra diuiſionis.ſecunda ibi§Et plurimũ ebullitionis eius.§ In prima parte dicit quòd feb.ſanguinis eſt duplex.ſ.feb. putredinis.i.pendens a putrido ſanguine . altera eſt fe. ebullitionis & calefactionis.i.pendens a ſanguine ebulliente abſq; putredine,quã denominauit Hip. ſynocham concluſam ſine aliis.i.in hoc nomine ab alijs differente.Pro quo notandum de intentione Simonis Ianuenſis quòd ſynocha eſt feb.ex ſanguine non putrefacto.ſynochus vero eſt fe.ex ſanguine putrefacto.cuius tres ſunt ſpẽs ſm Gal.ad Glaucone.Epacmaſticus paracmaſticus, & homotenus:hoc aũt nomen ſynocha,non competit aliis febribus,neq; ſanguineis, neq; ab aliis humoribus pendẽtibus. Similiter hic terminus concluſa , idem ſonans quod vndique clauſa,quaſi vniformis non habens excreſcentias neq; occultas neq; manifeſtas,ſm analogiam ad aliquem diem non competit alicui febris: quia non febribus pendentibus ab aliis humoribus præter ſanguinem.neq; etiam ſynocho. nã ſynochus habet diuerſitates ſm tres ſpecies eius de quibus ſupra. Item ſm plurimũ ſanguis quando putret ſm aliquam eius partem conuertitur in alium humorem facientem aliquam exacerbationem ſm analogiam ad aliquam diem.

Contra . cholera ebulliens prope cor ſine putredine ſicut eſt

est possibile ex dictis superius facit continuam conclusam: igitur &c. Respondetur negando antecedens: immo cholera siue putrida siue non putrida, putrens prope cor habet tepores occultos de tertio in tertium sequentes suam proprietatem & formam substantialem ſm modum dictum in quæstione de periodicatione: sed synocha sine putredine nullum habet teporem secũdum analogiam ad aliquem diem. hoc itaq; nomen synocha conclusa nulli alteri febri competit nisi sanguineæ sine putredine. his tamen terminis. s. synocha, & synochus medici quandoq; abusi sunt vnum pro alio accipientes: & quandoq; eos pro omnibus febribus acutis continuis concedentes. Quòd si quæratur an ab alio humore q̃ a sanguine posset fieri feb. ebullitionis absq; putredine. Dicendum quòd sic, non tantum ab humore, sed etiam ab humiditatibus secundis: sed eam frequentius a sanguine continge re: quia si calefiat notabiliter absq; putrere propter sui multitudinem potest notabiliter corpus calefacere: non sic alii humores nec humiditates propter sui paucitatem nisi putreãt. Quòd si secundo quæratur an sanguis posset facere fe. non sanguineam. Dicendum q̃ sanguis tam putrens ꝙ non putrens potest facete febrem ephemeram inflammando spiritus, & non communicando vapores cordi sicut materia bubonis. quarta aphorismorum & secundo de differentiis feb. & ita alii humores: Et nota ꝙ sanguis non peccans in quantitate superflua: sed solum inflammatus. & cordi propinquus potest facere synocham sine putredine: licet ſm plurimũ adsit multitudo sanguinis cum facit eam.

Et plurimum ebullitionis eius est ex oppilatione suffocãte caliditatem: & quandoq; fit a causis alÿs quæ uehementes fiunt supra uehementiam feb. ephemeræ: & nominantur profundi somni fortis.

Hic notificat mẽbra diuisionis suprascriptæ: & habet duas partes. In prima notificat febrem sanguineam sine putredine In secunda feb. sanguineam putridam secunda ibi § Et uidetur Gal. § Prima iterum in duas. Primo notificat dictam febrem per causas. secundo per comparationem ad alias febres secunda ibi § Et est de summa. § In prima parte dicit. primo ꝙ plurimum feb. ebullitionis sanguinis absq; putredine causatur ab oppilatione suffocante caliditatem: & quandoq; ab aliis causis siue corporeis, siue primitiuis quæ sunt vehementiores quàm causæ fe. ephemeræ. Dicit secundo ꝙ hæc synocha sine putredine nominatur somni profundi. s. quia ab eo fiat difficilis excitatio & fortis quia longi. vel si ly fortis sit casus nominatiui hæc feb. nominatur fortis. s. in inflammãdo. Primo notandum circa primum dictum ꝙ sanguis est difficilius inflammabilis quàm spiritus: tum quia grossus tum quia habet plus de frigiditate resistente inflammationi quàm spiritus. ideo causæ potentiores requiruntur ad inflammandũ sanguinem quàm spiritum: licet tamen causa per se calefaciẽs spiritus sit intẽsior, quàm cã calefaciens sanguinẽ cũ spiritus sit calidior sanguine, & nihil agat ultra gradum propriũ. Secũdo notandum pro declaratione secũdi dicti ꝙ synoca sine putredine est somni lõgi & profundi propter multitudinẽ uaporum humidorum facientium somnum sui multitudine, oppilante uenas subethicas: non sic synochus putridus cum uapores sui sint acuti non mulcebres. Tertio notandum quòd licet oppilatio siue in poris, siue in venis prohibendo uaporum transpirationem, & calidi euentationem posset esse causa fe. caliditatẽ intendẽdo: tñ si esset fortis & extrema posset calorẽ absque feb. in paruo tempore extinguere: & hoc dicere possumus de intentione Gale. secundo de accedenti. de causis morbi frigidi: potest tñ sanguis intendi ab aliis causis, ita ut faciat febrem absque eo ꝙ oppilatio sit cã incensionis.

Et est de summa feb q̃ sunt inter febres putredinis, et febres ephe. quæ differt a febribus ephe. propterea ꝙ calefactum primum in ea est humor: & differt a febribus putredinis: quoniã non est ei putredo, et est feb. acuta: non febris ephe. neq; febris hectica, neq; feb. putredinis. Et multoties quidem permutatur ad feb. putredinis: aut feb. hecticam. Et multotiens quidẽ facit eam currere Gal cursu febrium diei.

Nunc facit quod dictũ est: & dicit hanc febrẽ esse de summa. i. de numero febrium mediantiũ inter putridas, & ephemeras, differentem ab ephemera, quia in illa primum calefactũ. i. immediatũ qđ est cã coniuncta feb. humoralis est tã humor, quàm uapor: sed humor nõ est primum calefactum, nec causa coniuncta ephemeræ: immo spiritus. differt vero a putridis: quia in ea non est putredo: sed est feb. acuta: quia est feruorum accidentium, & citæ terminationis, & non est ephemera neq; hectica: quia hectica est caliditas facta: synocha uero fiẽs Vltimo dicit ꝙ multoties permutatur ad putridam aut hecticam: & hoc est clarum. Et multoties Gal. numerat eam inter ephemeras. Primo notandum ꝙ synocha sine putredine est media inter ephemeras, & putridas per abnegationem. ut declarat Auice. in textu & est aliquo modo media per participationem. nam communicat aliquo modo cum ephemera: quia causa coniuncta eius est vapor sanguinis non putridus & similiter cã ephemeræ est spiritus qui est uapor sanguiuis, aut saltem genitus ex parte subtilissima sanguinis, existens sicut uapor eius. Et propter hanc cãm Gal. 8. & 9. therap. numerat eam inter ephemeras sicut hic dicit Auic. Cõmunicat ẽt cũ putridis, quia cã eius coniuncta est humor sicut est putridarum:

Dubitatur utrum feb. sanguinea putrida necessario sequat sanguineam non putridam. Et uidetur ꝙ sic: quia sanguis calesit antequam putreat: ergo prius accenditur sanguis sine putrere, antequam putreat. Tenendum est ꝙ licet secundũ plurimum ante febrem sanguineam putridam feb. sanguinea non putrida præcedat aut neutralitas eius: Est tamen possibile ante synocham putridam non præcedere non putridam synocham, neq; eius neutralitatem. Primam partẽ huius cõclusionis probat ratio adducta in principio dubii.. Secũda ueros ps probatur: quia possibile est ꝙ parua pars sanguinis incipiat putrere distanter a corde, ita ut uapor eius non posset cordi cõmunicari: & post ea putrente per partẽ post partẽ magna pte sanguinis, incipiat neutralitas fe. putridæ nulla febre nõ putrida, aut neutralitate eius præcedente. Si aũt queratur utrum synocha putrida posset conuerti in synocham non putridam. Dicendum illud non esse possibile nisi sanguis leuissime putreret. in quo casu reductionem recipere posset de intentione Gal. 2. aphorismorum aphoris. 17.

Et videtur Gal. quòd feb. sanguinis non componitur cum reliquis febribus: quoniam putredo in sanguine est communis omni humori. Et in hoc est contradictio quibusdam intentionibus suis in quo non est necesse prolongare sermonem quoniam non iuuatur cum eo medicus.

In præsenti parte notificat sanguineam putridam: & primo facit hoc comparando hanc febrem ad alias febres. secundo explicando causas eius. tertio ponendo conditiones eius secunda ibi § Et causa quidem huius febris. § tertia ibi § Et hæc quidem. § Dicit ergo in prima parte uideri Gal. febrem sanguinis non componi cum aliis febribus: quia putredo sanguinis est communis omni humori. Dicit secundo quòd inter hoc dictum & quædam alia dicta Gal. est contradictio. in qua contradictione ostendenda non oportet prolongare sermonem: quia per huiusmodi ostensionem non iuuatur medicus: immo potius impeditur sicut dicit Auicenna in primo capitulo huius primæ fen. Primo notandum quòd hoc dictum Galen. scilicet quòd feb. sanguinis non componitur cum aliis febribus elicitur ex dictis eius secundo de differentiis feb. capitulo decimo. Reuerti igitur est tempus dum dicebat eam, quæ est in sanguine febrem simpliciorem his, quæ in aliis sunt humoribus proportionabiliter. Secundo notandum quòd hic sermo, Putredo sanguinis est communis omni humori, potest intelligi dupliciter. Primo quòd sanguis per putrefactionem ad uniuscuiusq; trium humorum naturam, & febrem perueniat in canticis. 68. Et uidetur Galeno quòd feb. generata ex sanguine putrefacto sit de genere cholericæ. Probabilius tamen est quòd cum putresit sanguis, & egreditur ab æqualitate sua· ita scilicet quòd augeatur calor, & fortificetur siccitas ratione augmenti, sup ipsum generetur inde feb. de cholera citrina. Si uero augeatur & fortificetur humiditas & frigiditas ratione augmẽti phlegmatis in eo generatur inde feb. phlegmatica: & si ipsius frigiditas & siccitas intendantur ratione melancholiæ auctæ in eodem contingit inde feb. melancholica. hæc Auerr. & penes Auerroim vera sunt, siue sanguis mutet speciem: siue remaneat

Quomodo putredo sanguinis fit cõmunis oĩbus humoribus.

neat in specie. secundo intelligere possumus putredinem sanguinis esse communem omni humori: quia sanguis fit purus & solus in venis: & alij humores non sunt actu sed potentia in venis, vt videtur velle Auer. secundo colliget ad principium: & quòd per putrefactionem tamen in tres humores, & eorum naturam perueniat cum in sanguine sit cuicunque humori pars proportionata. Aut si monachi viam teneremus esset dicendum sanguinem esse illam tertiam substantiam humoralem sub certa & debita proportione, quam proportionem per putrefactionem mutando in illam triplicem substantiam mutatur humor manifeste. Tertio notandum quòd hæc consequentia. putredo sanguinis est communis omni humori. ergo feb. sanguinea non componitur cum aliis humoribus. valet penes Galenum iuxta primum & secundum modum: quia si sasguis per putredinem acquirendo caliditatem & siccitatem vertitur in choleram: tunc fit periodicatio de tertio in tertium proportionata choleræ: & tunc non periodicat alia febris cum non conuertatur ad naturam alterius humoris facientis febrem aliam. Nam si permutatur in choleram, non permutatur in phlegma, neque in melancholiam: cum exigant dispositiones cõtrarias. secundo penes modum Auer. & philosophorum ponentium quòd tantũ sanguis in actu in uenis cõtineatur, & reliqui humores sint in potentia: & penes modum monachi tenentis esse illam tertiam substãtiam debita proportione seruata. Et quia sanguis variatur in alios humores proportione uariata per putrefactionem ualet hæc consequentia. putredo sanguinis est communis omni humori. ergo feb. sanguinea non componitur cũ aliqua alia febre, cuius humor non præfuerit saltem in potentia, tam secundum philosophos, quàm secundum monachum. Quarto notandum dictum Gal. primo de differentiis febriũ contradicere dicto eiusdem secundo de differentiis febrium ca. secundo & ca. penultimo quare nota de his. In primo nanque loco dicit febrem sanguineam non componi cum aliis febribus. In secundo loco dicit eam cum aliis febribus posse cõponi. Dicit enim ad literam. *Si uero imbecillis facta fuerit hæc causa constituetur ei, vt non solum superfluitates: sed ipse sanguis corrumpatur, & putrefiat, & sanguis accẽdatur.* Sed Conciliator differentia nonagesima tollit hanc contradictionem. d. quòd in primo loco locutus est de febribus sanguinis putrentis intra venas. in secundo loco de febribus sanguinis apostemantis. Sed ne in aliis sermonẽ prolongemus: quia hoc prohibet Auicen. tenẽdum est febrem sanguineam tam sine putredine, quàm cum putredine: siue illa putredo sit in uenis, siue in apostemate posse coniungi cum aliis febrib. humoralibus, & cum hectica & cum ephemera antecedente eam. licet non cum ephemera subsequente eam ut declaratũ est superius in dubio. vtrum ephemera possit coniungi cum putrida. Vnde dicendum est sicut dicit Gen. quòd licet posset coniungi cum aliis febribus: illa tamen compositio nõ manifeste comprehenditur: quia feb. sanguinis obumbrat alias. vt dicit Isaac quinto febrium. Ego tamen credo quòd si textus ille secundo de differentiis febrium bene ponderetur, nõ sonet quòd feb. sanguinis nunquàm componatur cum aliis febribus: sed ꝙ rarius componatur, quàm aliȩ febres inter se. dicit enim febrem sanguinis simpliciorem esse febre aliorũ humorum: & non dixit eam nunquam componi cum aliis.

Et causa quidem huius febris est repletio, & oppilatio: & multitudo exercitij: et proprie non consueti: et dimissio euacuationis: deinde vsus exercitij laboriosi: et quandoque facit putredinem in eo multa aquositas sanguinis ex comestione fructuum aquosorum: quare conuertitur ad putredinem. Et multitudo humoris crudi in ea est propinqua: quare præparat ipsum ad putredinem, sicut qui generatur ex cucumere, et alkethed, et piris, et similibus.

In præsenti parte ponens causam eius dicit primo causam eius esse oppilationem siue intrinsecam, siue extrinsecam. & secũdo repletionem tam quo ad vasa, quàm quo ad uirtutem. tertio multum. i. longum & uehemens idest intensum exercitium: & proprie cum corpus non fuerit cõsuetum. quarto dimissio euacuationis consuetæ: & post ipsam usus exercitii laboriosi non consueti. quinto in causa quandoque est aquositas sanguinis ex comestione fructuum aquosorum, sicut cerasorum, persicorum, & similium: quorum aquositas non separatur neque in prima, neque in secunda digestione: quare conuertitur sanguis ad putredinẽ. sexta multitudo humoris crudi, grossi phlegmatici cum sanguine mixti sicut qui generatur ex cucumere, alkethed idest citrulis, & piris scilicet habentibus humidum male digestum, & his similibus sicut sorbæ est causa propinqua præparans ad putredinem sanguinis cui admiscetur.

Et hæc quidem febris est continua, quæ nõ tepescit propter communitatem materiei, et eius adhærentiam vsque ad crisim, aut mortem.

Ponit conditiones huius feb. d. quòd hæc fe. est continua: quia non tepescit tepore manifesto, neque occulto usque ad crisim. i. eius bonam terminationem, vel ad mortem propter communicantem materiæ. i. multitudinem eius omnibus uenis communem, & adhærentiam. i. continuitatem eius in uenis omnibus. est. n. sanguis in maiori quantitate & magis continuus in venis quàm alius humor: & per hoc differt ab aliis febribus humoralibus, quæ habent teporem manifestum, sicut cõtinuæ proportionales: aut occultum sicut causon ad aliquam diem. Et si instetur de febre unius paroxysmi dicitur ꝙ licet non habeat teporem, neque excrescentiam actu secundum analogiam ad aliquam diem habet tamen utrunque aptitudinaliter propter proprietatem in existentem cuicunque humori. cap. de febribus apostematum.

Hic sum excusatus a determinatione huius dubij. vtrũ posset sanguis periodicare ſm analogiam ad aliquam diem. nam superius dixi de hoc quantum est opportunum in quæstione prolixa de periodicatione, quæ in hoc volumine est inserta. Hic tamen memorandum est secundum plurimum hãc febrẽ esse continuam non habentem analogiam ad aliquam diem. Primo propter multitudinem replentem oẽs uenas, & etiam ipsum cor. secunda propter cõtinuitatem partium sanguinis inter se. tertio propter caliditatem & humiditatem eius quæ disponunt ad putredinem, sicut econtra frigiditas & siccitas resistunt putrefationi. quarto propter proprietatem eius inter omnes proprietates humorum minime resistẽtem: quare cum incipit secundum aliquam partem inflammari, aut putrefieri facile inflammatio & putrefactio procedit in totum, & facit continuam vniformem usq; ad crisim, uel ad mortem. Secundo dicẽdum quòd est possibile de sanguine fieri febrẽ habentem periodum. na possibile est aliquam partem sanguinis solitam euacuari per fluxum hęmorrhoidum retineri, & retentam putrefieri & facere unum paroxysmũ: & postea illa parte per putrefactionem consumpta alteram similiter reaggregari, & facere secundum paroxysmũ: & sic deinceps. Præterea. Ad quencunq; locum sanguinis posset expelli naturaliter, ad eundem potest expelli pręternaturaliter. Cum ergo sanguis cõuersus in secundas humiditates posset expelli extra uenas naturaliter, posset expelli præternaturaliter sub forma sanguinis, qui retentus in poris & putrefactus poterit facere unum paroxysmum. & postea secundo iterum expulsus faciet alium: & de hac materia dictum est alibi, quantum est opportunum.

Et eius species sunt tres. quarum saluior est paracmasticus quoniam resolutio in eo est maior quàm putrefactio incipiens cum difficultate, & non cessat minui. Deinde est homotenus: & fortasse assimilatur. vij. diebus: & nequior eorum est epacmasticus: quoniam resolutio in eo est minor: quàm putrefactio. Et eius crisis est usq; ad septimum secundum plurimum.

In pręsenti parte primo ponit tres species synochi minus generales. secundo tempus durationis eius. secunda ibi [Et eius crisis.] In prima parte dicit quòd synochi tres sunt species. quarum saluior est paracmasticus incipiens cum difficulte, & procedit minuendo usque ad finem. videtur enim totus declinatio, & huius diminutionis causa est: quoniam resolutio uaporis putridi a corde, & corpore est maior quàm eiusdem in eis multiplicatio. Deinde idest secunda species est homotenus qui fortasse similatur septem diebus scilicet in seuitate accidentium. vnde uidetur totus status. Cuius causa est: quia tanta est uaporis putridi resolutio quantum eiusdem

eiusdem in corde, uel corpore multiplicatio. Et tertia species nequior idest malignior est epacmasticus qui procedit augendo: & uidetur totus esse augmentum. cuius causa est, quia vaporis putridi resolutio est minor quàm eius multipticatio. In alià parte dicit quòd eius scilicet synochi crisis, & terminatio secundum plurimum est usque ad septimum. i. non transit septimum. Primo notandum quòd licet has tres species Auicenn. attribuat sanguineæ putridæ, possunt tamen attribui sangineæ non putridæ. ut uoluit Gale. 9. therapeu. possunt enim plus de uaporibus non putridis a corpore resolui, quàm de eisdem multiplicari: & econtra, & æqualiter. Secundo notandũ quòd licet epacmasticus absolute, & ſm plurimũ sit nequior quàm homotenus, & homotenus q̃ paracmasticus: quia absolute cæteris paribus eo deterius per uiam signi, & per uiam causæ plus multiplicari de uapore putrido in corpore, & corde quàm sit illud quod resoluitur in secundo loco tantum multiplicari quantum ab eo resoluitur: attamen epacmasticus terminatus secundum sui extremum intensius ad gradũ homoteni est minus malus quàm homotenus: & similiter si terminetur secundum idem extremum ad finem paragmastici est minus malus quàm paracmasticus ut patet.

Tertio notandum quòd licet paracmasticus non uideatur habere nisi declinationem, homotenus solum statum, epamasticus solum augmentum. omnes tamen incipientes post principia generationis, ad salutem terminandi habent quatuor tẽpora penes accidentia condistincta. reliqua autem tempora propter breuitatem latent.

Sed dubitatur de paracmastica. nam si illud quod de uapore putido resoluitur plus est quàm illud quod de uapore putrido multiplicatur. sequitur quòd paracmasticus non duraret nisi per vnum instans, aut nunquàm fieret. Secundum est contra mentem auctorum. sed primum est imposibile: quia si sic est paracmasticus, sensibiliter lædit: & cum sensibilis læsio nec subito acquiratur, nec subito deperdatur: sequitur q uòd per tempus ante hoc fuit, & per tempus post hoc erit. Sed probatur: quòd non duret nisi per instans. nam quàm primo est: est maior resolutio uaporis putridi a corpore, & corde quàm ei⁹ multiplicatio a materia putrente. ergo quàm primo est desinit esse: & sic non durat nisi per instans. Dicendum ad hoc, ꝙ sit principium paracmastici est necessarium ut sit maior in corde, & toto corpore uaporis multiplicatio quàm resolutio. ad hoc multo maior ut sit status. ergo necessarium est ut procedat augendo usque ad statum inclusiue: sed hæc tempora non manifesta sunt propter breuitatem. sola autem declinatio comprehenditur in qua fit maior resolutio uaporis putridi, quàm eius multiplicatio sicut in declinationibus reliquarum febriũ materialium: nec est necessarium quòd declinatio subito tollatur: quia quamuis fiat maior resolutio uaporis quàm eius multiplicatio: tamen tantum de eo multiplicatur, vt sufficiet feb. conseruare. Vtrum autem sit posibile febr. durare per instans, non intendo ad præsens determinare: sed apud tenentes dari ultimum neutralitatis decidentiæ, & nõ primum ægritudinis sicut communiter tenetur, tenenda est pars negatiua quæstionis. Apud uero tenentes dari primum ægritudinis tenenda est pars affirmatiua: nec propter hoc sequitur ultimam latitudinem realem subito acquiri, aut deperdi: sed solum latitudinem denominationis. Si uero quæratur utrum ex aliquo humore præter sanguinem possunt fieri tres species dictę scilicet epacmasticus, paracmasticus & homotenus. tenenda est pars affirmatiua, nam potest esse causon epacmastica in qua plus de uaporibus putridis, aut non putridis multiplicatur in corde & corpore quàm illi qui resoluuntur: & causon in qua res se habeat econtra: & causon in qua ęqualiter. Et ita occultabuntur tempora aliqua secundum quòd dictum est in sanguinea: licet etiam sanguinea putrida non semper se habeat cõformiter: sed in aliis febribus scilicet interpolatis, & continuis proportionalibus non sunt huiusmodi species attendendæ cum in ipsis tempora appareant manifestę distincta.

Sed contra dictum huius partis instatur: quia tertiana continua terminatur in septimo ut notat Gal. in commento illius aphorismi. tertiana uera septem iudicatur periodis longissima. & tertio prognosticorum: sed propter subtilitatem & paucitatem materiæ citius quàm sanguinea cum sanguis sit grossior cholera, & maioris quantitatis, quæ duo faciunt ad prolõgationem feb. Dicendum quòd licet sauguis sit grosior cholera, & maioris quantitatis: potest tamen sanguinea æque cito terminari cũ tertiana continua: quia sanguis est benignior & facilius obedit uirtuti digerenti, & euacuanti. Et secunda causa: quia tertiana continua habet tepores: neque etiam uirtus tantum irritatur ad expellendum ipsum. Præterea. Causon est breuior quàm tertiana cõtinua, & quàm sit notha.

Nota tamen quòd dixit secundum plurimum: quia quandoque sanguinea prolongatur supra decimumquartũ, cum sanguis ẽ grossus, crudus, sicut ẽ tertiana pẽdẽs a cholera grossa.

Et eius consumptio est cum euacuatione, aut sensata, aut insensata. Et quandoq; permutatur ad causonidem, & ad sirsen: & quandoq; permutatur cum infrigidatione plurima ad lethargiam: & quandoq; permutatur ad uariolas, & morbillum. Et quandoq; accidit in ea profunditas somni, & inflatio uentris, ex qua prouenit sicut uox tympani, et non deponit eam uentris solutio cum rarificatione. Et quando solutio uentris non ualet, deinde egreditur asaf uiridis lata proprie, est de signis mortis.

In præsenti parte ponit duos modos terminationis sanguineæ. Primus modus est cum euacuatione sensata, sicut per fluxum sanguinis menstrualis, hęmorrhoidalis, narium, per fluxum uentris, uomitum, per sudorem, siue sanguis sub propria forma expellatur, aut in alios humores transmutetur: quãdoq; cum euacuatione insensata idest quia sanguis in vapores conuersus resoluitur. secundo quandoq; permutatur ad causonidem, sanguine in choleram transmutato: quòd ad sirsen idest apostema capitis cholericum: licet etiam posset fieri apostema sanguineum dictum ab Auicen. phlegmon in cerebro. tertio quandoq; permutatur propter nimiam infrigidationẽ ad lethargiam. i. ad apostema phlegmaticum in cerebro, quæ infrigidatio potest sequi potum aquæ frigidæ & similia. quarto quandoque ad variolas, & morbillos permutatur, & non sunt. Et hæc permutatio accidit frequenter in pueris. quinto quandoq; accidit in ea profunditas somni dicti subet propter multitidinem sanguinis, aut uaporum oppilantium arterias subeticas, & rete mirabile, inflatio uẽtris ex qua prouenit uox sicut tympani. s. cum uẽter percutitur. Est enim hæc dispositio tympanites sequens uentositatẽ & uapores grossos propter actionem caliditatis extraneæ conuertentis humores in uentositatem, & uapores & non potentis ipsos resoluere cum maior sit humorum in illa conuersio, quàm illorũ resolutio propter uirtutis debilitatem, ad quæ adiuuat error digestiuæ hepatis, & stomachi: & non deponit eam uentris solutio cum rarificatione. i. resolutione facta. s. cum his quæ uentri applicantur sicut sunt vnctiones, fomentationes, sacculi uaporis & uentositatis resolutiua. deinde egreditur asaf. i. morbillus viridis, & proprie quando est latus, & est de signis mortis. significatur enim per hoc debilitas uirtutis, & malignitas morbi. nã morbillus ille qui est pustula quædam significat sua uiriditate malignam materiam, putredinem, & ventositatem: & sua latitudine impotentiam uirtutis expellentis: quia si uirtus esset fortis eleuaret illam putredinẽ in cupũ, cum materia faciens illã sit calida.

Et nota quòd secundum plurimum hæc materia non est solum una pustula, sed plures: & hæc pustula simul cum aliis iam dictis est de signis mortis.

De signis. Cap. XLV.

SIgna febris sanguinæ sunt adhærentia febr. & rubedo faciei, et oculorum: et inflatio uenarum, et temporum, et repletio completa absq; rigore, et nõ est sudor nisi apud crisim: et multoties associatur ei pruritus in naso, et in loco colli in quo ponuntur uentosæ: et constrictio in anhelitu: et multoties accidit eis profunditas somni et difficultas sermonis et est malum: et similiter apostema gutturis. et duarum amygdalarum, et vuæ, et cursus lachymarum: et caliditas eius est plurima propter humiditatem uaporosam, et lacunalem non exiccatam, sicut in causonide: at pulsus eius est magnus, leuis, plenus, uelox; frequens valde, diuersus non plurimæ diuersitatis, et est minoris diuersitatis, et uelocitatis quàm in causonide: et

non

non est caliditas eius in termino causonidis et tertianæ fortis.

Hoc capitulum habet tres partes. In prima ponit signa febr. sanguineę. In secunda signa permutationis eius. In tertia signa prolongationis eius ex quibus dantur intelligi breuitates eius. secunda ibi § Signa autem permutationis. § tertia ibi § Signa uero longitudinis. § prima in duas. in prima ponit signa communia febri sanguineæ. In secunda signa propria speciebus eius. secunda ibi § Illius quæ ex ea est. § Prima posset diuidi in tot partes, quot sunt signa. partes patebũt legendo textum. Primum est adhærentia idest continuitas febr. absq; tepore manifesto, uel occulto secundum proportionẽ ad aliquam diem: & per hoc differt a reliquis febribus humoralibus. Secundum est rubedo faciei, & oculorum: & causa nota est. Tertium est inflatio uenarum totius scilicet & temporum idest uenarum & arteriarum quæ sunt in temporibus propter multitudinem sanguinis extendentem simul cum uaporibus eius. Quartum repletio completa idest communis toti corpori. Quintum non est rigor: quia materia non egreditur uenas. Sextum non est sudor nisi dum fit crisis. s. per sudorem: quia sanguis non est aptus faciliter educi sua grossitie: & etiam dum fit crisis per sudorem rarissime fit euacuatio sanguinis sub forma propria. Septimum multoties associatur patienti eam pruritus in naso, & in loco colli, in quo consueuerunt poni ventosæ: quia natura tentat euacuationem per illas uias sibi consuetas. Octauum profunditas somni, & difficultas sermonis, & est malum. utrumq; enim istorum sequitur oppilationem in arterijs subeticis: & est dispositio in apoplexiam. est enim prima tertii unus modus apoplexiæ propter earum oppilationem. Nonũ est apostema gutturis, & est squinantiæ, & duarum amygdalarum, & est proprie synanchia, & vuæ propter multitudinem uenarũ in illis partibus existentium de quibus sanguis apostemans illas partes egreditur frequenter. Decimum cursus lachrymarum propter multitudinem humiditatis, & caliditatem dilatantem meatus per quos lachrimæ expelluntur. Vndecimum caliditas eius est plurima propter multitudinem uaporum eleuatorum ab humiditate sanguinea uaporosa lacunari. i. se habentem in modum lacunæ aquę calidæ. est enim caliditas eius humiditati coniuncta: & non est caliditas sicca, nec aspera sicut caliditas causonis. Duodecimum pulsus eius est magnus: quia uirtus fortis: necessitas magna: instrumentum obediẽs. leuis: quia non coarctatus sicut in principiis paroxysmorum. Aliter leuis: quia non durus propter humiditatem. plenus propter multitudinem sanguinis, & uaporum cõtentam in uenis, & arteriis. uelox, & frequens cum non possit satisfieri per solam magnitudinem. ualde. i. notabiliter diuersus: non tamen plurimæ diuersitatis, & velocitatis quàm in causoue.

Contra. quia sanguis est grossior magis opprimens uirtutem, quàm cholera; ergo pulsus debet esse magis diuersus, quàm in causone. Respondetur negando consequentiam: quia licet ratione maioris grossitiei sanguinis quàm cholerę deberet fieri in syuocha pulsus magis diuersus, quàm in causone. attamen ratione intensionis caloris, & magis acuti in causone quàm in synocha: & quia cholera est magis horrida q̃ sanguis ex quibus magis deiicitur in causone, est magis in eo pulsus diuersus quàm in synocha. secundo non est synochę caliditas ita intensa, aut acuta sicut caliditas causonis, & tertianæ: quia cholera est calidior quàm sanguis: licet propter maiorem multitudinem vaporum in synocha quàm causone possit esse in eo plus de caliditate.

Et illius quæ ex ea est a putredine caliditas, & accidentia sunt vehementiora: & cura eius est difficilior, et magis similis cum causonide. At uero subtilitas sanguinis, et grossitudo cognoscitur propter illud quod egreditur de eo.

In præsenti parte ponit signa prima specierum synochæ: & habet tres partes. In prima ponit signa synochæ putridæ. In alia ponit signa subtilitatis & grossitiei sanguinis. In tertia signa synochæ non putridæ addens alquid de putrida. secunda ibi § At uero subtilitas. § tertia ibi § Et synocha feruida. § In prima parte dicit quòd synochæ putridæ accidentia sunt vehementiora scilicet acuitas caliditatis, sitis, dolor capitis, & similia: cum uapores putridi sint acutiores non putridis. & cura est difficilior cum in cura non putridæ frequenter sufficiat sola phlebotomia, & regimẽ infrigidans. in putrida uero præter has multæ intentiones scilicet digestio, mundificatio, & aliæ de quibus agitur in sequenti cap. assimilatur enim curæ causonis cum per putredinem sanguis ẽm aliquam partem in choleram conuertatur. In secunda parte dicit quod subtilitas & grossities sanguinis cognoscitur per illud quod egreditur scilicet de sanguine, siue sponte egrediatur, siue per phlebotomiam, aut aliter egrediatur. Et nota huiusmodi notitiam esse medico necessariam ut sciat remedia ẽm exigẽtias exhibere. grossus enim debet æquari per subtiliantia, & viscosus per incidentia. & cõtrarie dispositos per contraria. his grossities sanguinis cognoscit̃ primo, quia non potest exire sine foramine lato. secundo ex colore, tẽdit enim in nigrum: uel si tendit in album per admixtionem phlegmatis grossi vides manifeste phiegma grossum inuiscatum cum eo. tertio quia quando colligitur in aliquo vase lato habente fundum planum frustũ eius coagulatum est altũ. quarto quia si frustum sanguinis suspendatur stilo in eo infixo stat suspensum stilo, & non scinditur. Item quia difficile est scindere ipsum cum re habente acutiem obtusam. quinto ex complexione, habitudine, & regimine præcedente illius a quo sanguis ille extractus est. Et contrariis modis cognoscitur sanguinis subtilitas: & tũc etiam interest cognoscere an declinet ad cholericam propter multitudinem choleræ sibi admixtam: & quia rubedo sua tendit in citrinitatem, sicut melancholicus in nigredinem, & phlegmaticus in albedinẽ cum admixtione phlegmatis grossi, aut aquositatis: & putridus tendit in fuscedinem, & viriditatem cum pallore.

Et synocha feruida est res magis similis in principio sui febri ephemeræ. uerum caliditas eius est paruæ mordicationis, et læsionis: inuenit ex ea inflammationem, et dyspnœam: et est plurimum impreßionis eius prope cor. putrida uero est æqualis, et similis æquali secundum plurimum.

Hic ponit signa propria synochæ feruidæ quæ dicitur feruida: quia in sanguine est feruor absq; putredine: & non dicitur feruida, quia sit feruidior synocha putrida. Dicit ergo quòd est res magis similis in principio sui febri ephemeræ: quia habet in principio caliditatem mitiorem similatam caliditati ephemeræ: sed in processu acutiorem: cum sit facta intẽsior. verum caliditas sua est paucæ mordicationis & læsionis scilicet in comparatione ad synocham putridam, & inuenit patiens in ea inflammationem & dyspnœam. i. anhelitus constrictionem propter multitudinem sanguinis ebullientis, & uaporum eius in uenis cordis in dextro uẽtriculo eius in uena chili, & in arteria adorti proximis cordi. putrida uero est æqualis, & similis æquali secundum plurimum in modo afflitionis: non equidem in comparatione ad synocham sine putredine. illa enim est æqualior: sed in comparatione ad alias putridas in quibus sunt maiores diuersitates in modo afflictionis, ut patet ex sæpe dictis. Aliter est æqualis. i. media inter feruorem synochæ, non putridæ, & feruorem causonis.

Signa uero permutationis eius sunt cuiusq; eorum, ad quod permutatur ut præfocationis, et apostematum gutturis, et duarum amygdalarum: et tu iam sciuisti ea: et signa uariolarum scies: et signa sirsen, et doloris capitis, et permistionis mẽtis, et aliorum iam sciuisti.

Nunc Auicen. ponit signa permutationis eius. d. quòd signa permutationis huius fe. s. ad aliũ morbũ sunt signa cuiuscunq; ad quod permutatur. i. signa cuiuscunq; morbi in quem fit hæc permutatio, ut præfocationis quãdo. s. permutatur ad pulmonem oppilans uiam anhelitus, cum apostemate aut sine apostemate: uel synanchia. i. apostematũ gutturis, sunt. n. synãchiæ apostemata gutturis: & duarũ amygdalarũ: quæ apostemata dicuntur proprie synãchiæ, & curã sciuisti. s. nona tertii. & decima tertii. & signa uariolarum scies quarto tractatu huius primæ fen. quarti. & sirsen idest apostematis capitis, & dolor eius, & permixtionis mentis, & aliarũ passionũ capitis iam sciuisti prima tertii. Pro qua parte notandum permutationẽ huius febr. ad istos morbos, uel accidentia posse intelligi,

intelligi, vel permanente febre parte aliqua materiæ ad hæc membra, quibus istæ ægritudines approprìantur permutata, quod pluries accidit, uel quia fiat critica febre recedēte, vel declinante.

Signa uero longitudinis eius, sicut iam sciuisti sunt ex postpositione signorum digestionis, et tornatilitate faciei: et diuersitate dispositionis eius in spatio suo ex additione, & statione, & diminutione. ita ut sit, quasi ipsa sit tepida. Illud enim significat quod sanguis est plenus humore crudo.

In parte præsenti ponit signa lōgitudinis & breuitatis huius feb. secundo infert dies criticos in quibus terminatur. ibi secunda § Spatium vero crisis. § Dicit primo ꝙ signa longitudinis & breuitatis sumuntur ex postpositione .i. tarditate signorum digestionis: & tu supple ex uelocitate eorum: quia si tardantur, prolongatur ægritudo. si uero uelocitantur, breuiatur ægritudo. secundo ex tornatilitate & extenuatione faciei, & eius contrario. quorum primum significat breuitatē seruando humores subtiles. secundum prolongationem seruando humores grossos. Et pro isto facit aphorismus secundæ particulæ. Febricitantibus non omnino &c. tertio ex diuersitate dispositionis in spatio suo .i. in sua duratione ex additione. s. epacmastica: & statione. s. in homotena: & declinatione. s. in paracmastica. Nam additio si morbus mortalis sit, significat breuitatem. Si uero salubris significat longitudinē significando multitudinem materiæ: diminutio uero in paracmastica quæ communiter est salubris si sequatur paucitatem materiæ significat breuitatem. Si uero grossitiem, & tarditatem inflammationis significat longitudinem. in homotena uero iudicium est medium, & propterea loquendo de paracmastica dixit. Et diminutione ita ut si quasi tepida. Aliter & melius possumus hunc textum adaptare cuilibet istarum, ita ut sit sensus quòd quælibet istarum cognoscitur ex dispositionis eius diuersitate, & uniformitate. nam si in epacmastica sit uniformis additio, & in homotena uniformis statio, & in paracmastica uniformis declinatio. hæc uniformitas significat breuitatem. si uero in epacmastica sit difformis additio: ita ut nunc magis uelociter, nunc minus faciat additionem, hoc significat diuersitatem materiæ, & sic etherogeneitatem, & sic longitudinem. Similiter in paracmastica si fiat difformis diminutio. similiter in homotena si fiat difformis statio. hæc enim difformitas significat tepiditatem: & quasi sanguis sit plenus humore crudo.

Spatium uero crisis eius significat apparitio signorum digestionis, quæ si tardatur usq; post tertium, & quartum, non fit crisis in septimo. Et multoties quidem fit crisis eius in quarto.

In parte præsenti ponit signa uelocitatis & tarditatis crisis in hac febre dicens. spatium crisis .i. propinquitatem uel distantiam eius significat apparitio digestionis, quæ apparitio digestionis si tardatur usq; post tertium, uel quartum, non fit crisis in septima. immo tardius quàm in septima. & multoties fit crisis in quarto. & tunc apparent signa digestionis in prima, uel secūda die. & hanc sententiam habes secūda aphoris. commento. 24. septimam quarta manifestat.

Cura febrium sanguinis. Cap. XLVI.

INtentio in curatione febris sanguinis est euacuatio plurimu usq; ad syncopim, & ingrossatio substantiæ sanguinis, si fuerit subtilis ualde aquosus. & cholericus. Et infrigidatio eius, & mundificatio, & subtiliatio ipsius si fuerit grossus, & sumpserit æger prius generatiua sanguinis grossi, et generatiua humoris crudi, et digestio materiei facientis febrem: et eius resolutio.

Primo ponit intentiones curatiuas feb. sanguineæ. secundo illas exequitur. tertio ponit cibaria conuenientia. quarto pro cura accidentium remittit nos ad capitula suprascripta. secucda ibi § Euacuatio autem. § tertia ibi § Cibi uero. § quarta tibi § Et si accidat. § Primo notandum ꝙ istæ intentiones positæ hic ab Auicen. sunt sex. prima euacuatio. secunda substantiæ sanguinis æquatio. tertia infrigidatio. quarta est mundificatio. quinta digestio, sexta est resolutio. Secundo notandum licet euacuatio, mundificatio, & resolutio aliquo modo conueniant: quia per quamlibet aliquid euacuatur: differunt tamen quia euacuatio est materiæ propriæ febris eductio. s. sanguinis: sed mundificatio est humorum qui sanguini immixti sunt eductio, siue illi humores fuerint ante febrē siue sint geniti post febrem: sicut cum sanguis secundum aliquam eius partem in alium humorem transmutatur per putrefactionem. Resolutio uero est uaporum qui sunt in uenis eductio. hi enim humores licet non sint materia propria feb. sanguineæ: sunt tamen apti fouere ipsam. Similiter licet æquatio substantiæ & digestio conueniant: quia unaquæq; præparat humorem ad expulsionem, aut ad hoc ut reducatur ad benignum: tamen digestio respicit humorem putrentem: & proprie opponitur putredini cum faciat cessare putredinem manente substantia tertio techni. sed æquatio substantiæ respicit utranq; s. putrentem, & non putrentem. Tettio notandū ꝙ istæ intentiones sumuntur ab essentia febris sanguineæ. Sunt enim in ea sex. primum est impletio cui opponitur euacuatio. secundum est sanguinis replentis subtilitas, uel grossities cui opponitur æquatio subtilis per ingrossationem: & grossi per subtiliationem. tertium est caliditas membrorum quæ est feb. uel caliditas sanguinis: & ei opponitur infrigidatio. quartum sunt materiæ corruptæ quæ sanguinem inficiūt. huic opponitur mundificatio. quintum est sanguinis putrefactio: huic opponitur digestio. sextum est uaporum multitudo oppilatione retentorum: & sibi opponitur resolutio. ubi etiā includitur oppilationis apertio.

Euacuatio mūdificatio resolutio qūo differant.

Sex intentiones in cura febris sanguinis.

Euacuatio autem non est aliqua sicut phlebotomia ex manu, in quacunq; hora accidat. Et non expectatur crisis, neq; digestio nisi sit repletio nauseatiua: tunc enim caue eam, et remoue ipsam. quòd si feb. perseuerauerit, tunc phlebotoma. Et non cesses phlebotomare donec æger appropinquat syncopi: aut cadat in syncopim, si corpus fuerit forte.

In hac parte prosequitur curam secundum has intentiones. & primo usq; ad declinationem. secundo in declinatione. secunda ibi § Et in fine eius. § prima in quatuor. Primo ponit curam per euacuationem. secundo per æquationem substantiæ. tertio per infrigidationem. quarto per mundificationem. secunda ibi § Sanguis uero. § tertia ibi § Eius uero. § quarta ibi § Mundificatio autem. § Dimittit curam per digestionem: quia intelligitur per æquationem substantiæ. nam quando sanguis rectificatur in substantia cum rebus proprijs contra putredinem quæ secundum plurimum debent esse frigida, sicca, & acetosa, tunc digeritur. Cura autem per resolutionem quæ completur subtiliando poros, aperiendo, & uapores transpirare faciendo est nota in capitulo de ephemeris: & in capitulo de cura putridarum in generali. ad illam. n. iuuant fricationes, & similia. prima in tres. primo ponit curā principaliter intentam, secundo ponit euacuationem ante hanc præmittendam. tertio ostendit quid faciendum sit, si istæ euacuationes non posint fieri. secunda ibi § Oportet. § tertia ibi [Quòd si dispositio.] prima in duas. primo præmittit. secundo probat. secunda ibi [Syncopis nanq;.] In prima parte dicit tria. primū ꝙ non est aliqua euacuatio præstantior quā phlebotomia ex manu .i. ex brachio in quacūq; hora accidit .i. quàm primū occuris patiēti. nō. n. dandæ sunt induciæ in phlebotomādo. secūdo dicit ꝙ nō expectetur. s. ꝙ natura faciat crisim, nec digestio cū opus sit festinātia: neq; etiam pro facienda phlebotomia est opus digestione, sicut in euacuatione aliorum humorum & cum solutiuis, nisi sit repletio nauseatiua. tunc enim caue eam. s. phlebotomiam & remoue ipsam, s. nauseatiuam satietatem antequam phlebotomes ne chylus corruptus ad hepar tractus corrumpat humores hepatis, & uenarum. Quomodo autem corrigenda sit dictum est in capitulo de ephemera ex nauseatiua satietate. tertio dicit ꝙ forte uirtute existente forti fiat phlebotomia donec æger appropinquet syncopi, aut cadat in syncopim si corpus sit forte abundans in multo sanguine.

Dubitatur utrum in synocha solum debeat fieri phlebotomia in principio. ꝙ sic, probatur per Azarauium dicentem tā in capitulo de synocha non putrida: quàm etiam in capitulo de synocha putrida: ꝙ si æger priuatus fuerit extractione sanguinis

guinis in principio, caue ipsum penitus extrahere apud augmentum ægritudinis, & in eius statu, & si virtus sit fortis. idẽ sentit Isaac in capitulo de synocha cum putredine. In contrarium est Auicen. di. ꝙ si feb. perseuerauerit tunc flebotoma. Dicendum cum Gale. nono therapeu. quòd conseruata virtute in synocha nõ solum post tres dies, sed vltra eos etiã est flebotomandum. Ad Azarauium & Isaac dicendum eos male sensisse. sed si volumus eos saluare, dicamus eos voluisse non esse faciendam tantam flebotomiam in processu, quanta est in principio.

Syncopis namque infrigidat complexionem fortem: et scias quòd flebotomia et sumere in potu aquam frigidam quãdoq; excusant ab infrigidatione.

In parte præsenti probat esse faciendam flebotomiam vsq; ad syncopim, tribus rationibus sumptis a Gale. nono therapeu. Prima flebotomia vsque ad syncopim infrigidat complexionem fortem idest fortem caliditatem febrilem vel fortem complexionem idest hominem habẽtem complexionem fortem cum abundantia plurimi sanguinis & spiritus, patientem synocham remittendo simul caliditatem eius naturalem, & præternaturalem. ergo conuenit cum hoc quod sit cura synochæ. secunda ratio hæc flebotomia & potus aquæ frigidæ excusat ab aliqua cura. ergo est facienda. quasi dicat, quòd aquæ frigidæ exhibitio, neque alia fortis infrigidatio est facienda stante repletione superflua.

Et partitio quidem in ea est melior, si non fuerit quod necessariam faciat festinationem: nam fortasse erit in ea: quæ est infra appropinquationem syncopis vltimatio.

Hic respondet vni tacitæ quæstioni. posset enim quæri an flebotomia infra syncopim sit præstantior. Respondet quòd partitio in flebotomia est melior quàm vnica flebotomia copiosa ducens ad syncopim. Si vero fuerit ꝙ necessariam faciat festinationem sicut ẽ timor festinę suffocationis, aut aduentus apostematis in aliquo membro nobili. nam fortasse in flebotomia quę est infra syncopim erit vltimatio, vel sufficiẽtia. i. subsidium vltimũ in bonitate sufficiens ad curam.

Et fortasse sequetur flebotomiam vltimam statim fluxus ventris cholericus, et sudor quem oportet omni hora abstergere, donec continuetur: fortasse enim saluabitur cum eo.

Tertia ratio. illa euacuatio est facienda ad quam statim sequitur fluxus cholericus, & sudor, quem oportet omni hora abstergere donec continuetur, ad quos aliquãdo sequitur sanitas. sed hanc flebotomiam ducentem ad syncopim sequuntur huiusmodi euacuationes aliquãdo ducentes ad sanitatem ergo est facienda. Causa vero quare sequuntur huiusmodi euacuationes est ꝙ natura confortata per deonerationem a tanta repletione, & æquatione complexionis, mouetur contra has materias sanguini immixtas, & eas expellit. Notate tamen quòd esset difficile vt fieret simul fluxus ventris, & sudor: cum sint euacuationes contrariæ: & aliquando fit vnus, aliquando alter.

Et succurratur ei quod accidit ei de debilitate, et syncopi cum cibo subtili, et quiete.

Hic docet succurrere debilitati quę sequitur hanc flebotomiam dicens quòd ei succurrendum est cum cibo subtili. i. velocis conuersionis, & penetrationis & paucæ quantitatis sicut aqua carnis, vinũ limphatum subtile boni odoris: & quiete. oportet enim ꝙ syncopizantes sint quieti animo, & corpore ita vt stent supini, & non moueantur: immo non loquantur: non tamen debent dormire. Dicit enim Auic. vndecima tertij præcipiantur vigilare, & dimittere locutionem.

Et oportet vt præmittatur lenificatio naturæ cũ illis quæ sciuntur de illis, quæ sunt sicut duorum granatorum aquæ. s. dulcis, et muzi vsque ad terminum: et siracost, et tamarindi et colyria leuia de quibus diximus. Et quandoq; est necessariũ apud digestionẽ euacuare cũ eis, quæ sunt sicut myrabolani, et fumus terræ, et caßia fistula, et his similia de illis, quæ sciuisti.

In parte præsenti ponit euacuationem quam oportet frequenter præmittere flebotomiæ. Dicit ergo quòd oportet vt præmittatur lenificatio ventris cum eis quæ sciuntur. s. in capitulo generali curationis feb. purrid. & succus duorum granatorum. s. dulcis & muzi vsq; ad tantũ. i. dosim sufficientem quæ est circa vj. ℥. & dulcoretur cũ ℥. j. zuc. optimi & secundũ lenitiuum est huiusmodi. ℞. tamarindorum. ℥. ij. infundantur per incisionem in vj. vnc. aquæ per vj. horas & aqua illa coletur exprimendo. cuius vnc. iiij. misceantur vnc. j. s. mannæ. Et colyria. i. clysteria bona leuia sunt conueniẽtia: de quibus in capitulis præcedentibus. Et quandoq; est necessarium euacuare apud digestionem. i. digesta materia cum huiusmodi. ℞. corticum myrobalanorum citrinorum vnc. j. fumi terræ. M. j. bulliant in. j. lib. aquæ ad medietatis consumptionem, & colentur exprimendo: cum cuius decoctionis. ℥. iij. misceatur floris casiæ. vnc. j. lenit enim vẽtrem, & sanguinem mundificat a cholera, & humoribus salsis.

Pro quo notandum quòd materiæ corruptæ quæ febri associantur sanguineæ quandoque sunt circa partes stomachi, & intestinorum, & meseraicarum: & ante flebotomiam educẽdæ sunt lenientibus prius positis ne materia illa corrupta ad venas trahatur: & possibile est ꝙ clysteria lenitiua sufficiant maxime si sint solum in intestinis: aliquando sunt in venis, & post flebotomiam educendæ sunt cum hac medicina vltimo posita: licet etiam ante flebotomiam cum hac medicina posset vtraque materia educi.

Quod si dispositio non tolerat flebotomiam in manu, flebotometur vena quæ est in cornu frontis, aut ponantur ventosæ. Si autem non præparatur aliquid eorum, et hoc propter accidens quod prohibet: tunc fac solutionem ventris secundum modum qui est in causonide: et regimen sit cum eis quæ aperiunt, et incidunt, et sedant ebullitionem. Et si acciderit ex flebotomia syncopis ciba cum pane, et aqua acrestæ. Quòd si accidat fluxus sanguinis narium per se non abscindatur nisi cum appropinquauerit syncopis.

Ponit quid faciendum sit cum phlebotomia non possit fieri ex brachio, quod forte est, quia vena illa non reperitur, aut quia æger est debilis: & vult ꝙ phlebotometur vena frontis. nam ista immediate confert grauitati capitis, & mediate a toto potest euacuare: & minus debilitat quã vena manus: & ponantur ventosæ. s. in spatulis, aut natibus cum scarificatione. Si autem nõ potest fieri aliquod horum propter aliquod accidens quod prohibet: aut quia nõ vult: tunc fiat solutio vẽtris cum his quæ dicta sunt in causonide euacuantibus humorem sanguini admixtum, sicut est decoctio tamarindorum cũ manna, aut casia. quibus aliquid quod electiue euacuet humorem peccãtem cum sanguine posset addi: sed de his infra. Regimen sit cum his quæ aperiunt, incidunt, & sedant ebullitionem sicut est syrupus acetosus simplex, aut oxyzaccara cum aqua endiuiæ, capillorum veneris vsq; ad aquã fœniculi maxime quãdo sanguis fuerit ingrossatus per flegmatis grossi admixtionem: aut cum aqua endiuiæ detur syrupus acetosus compositus qui apud Mesue numeratur inter syrupos frigidos. Et si acciderit ex flebotomia syncopis ciba eum cum pane infuso in aqua acrestæ: & hoc maxime competit ante syncopim ad prohibendum ipsam stomachum confortando, & post syncopim cõuenit ad prohibendum iterationem eius. Quòd si acciderit fluxus sanguinis per se. i. a natura nõ abscindatur nisi cum appropinquat syncopis. Pro quo notandum quòd prohibet syncopim in fluxu sanguinis ab arte. i. flebotomia: eo quòd in fluxu sanguinis a natura non fit syncopis nisi valde superfluente euacuatione: cum natura eligendo euacuat sanguinem minus conuenientem: sed cum minori euacuatione per artem sequitur syncopis.

Sanguinis vero ingrossatio fiat cum eis, quæ sunt sicut rob iuiubarum: & est vt decoquantur. c. iuiubæ cum libr. v. aquæ donec remaneat tertia, & inspissetur cum zuccaro, & quãto plus minoratur zucca. tanto est melius. Et lentes iterum proprie præparatæ cum aceto acetoso forti, sunt huius generis. Et caue ne des in potu rob iuiubarum, aut corpus lentium materia existente grossa.

Hic curat synocham per sanguinis æquationem, quæ fuit secunda intentio. Et dicit quòd ingrossatio sanguinis si fuerit nimis subtilis fiat cũ eis quæ sunt sicut rob iuiubarum. sed quanto

quanto plus minoratur zuccarum tanto est melius: cum zuccarum inflammet, & in choleram conuertatur. sufficiet ergo intantum zuccarari quòd aqua illa fiat dulcis. Et lentes & proprie earum kisch abiecta prima aqua, cõuenit: & cõditũ cum aceto de vino notabiliter acuto, quod exiccat & notabiliter infrigidat se profundando in substantiam sanguinis & acuitatem suam, & partes subtiles resoluendo ingrossat. subtiliat enim & mollificat dura, & grossa, & subtilia, & mollia ingrossat, & indurat: sicut est videre in auibus quæ ponuntur in aceto quarum carnes indurat, ossa mollificat. Caue tamẽ ne detur in potu rob iuiubarum, aut corpus lentium materia existente grossa: immo quærantur subtiliantia, quæ dicam cum ordinabo curam.

Eius vero infrigidatio fit cum eis quæ sunt sicut aqua lentium infrigidata, & aqua lactucæ infrigidata: & sumere in potu aquam frigidam si non fuerit quod prohibeat: & fortasse sumitur in potu donec tremere faciat, & satiet: & forsitan enim sanat eum: & quandoq; permutatur feb. ad flegmaticam: & curatur cum trochiscis de rosis & similibus: & hæc quidem cura est quorundam antiquorum, & secuti sunt eam quidam modernorum. Dare autem in potu aquam hordei est curatio conferens eis, sed cum lenitate naturæ. Et melior horarum ad hoc est hora vehementis ebullitionis, et angustiæ, & inflammationis, & frequentiæ pulsus cordis.

In parte præsenti curat synocham per tertiã intentionem dicens: quòd infrigidatio fiat cum aqua lentium infrigidata actu, & cum aqua lactucæ similiter infrigidata: & cum aqua frigida sumpta in potu si non fuerit aliquid prohibens & fortasse .i. aliquando sumitur in potu donec tremere .i. rigere faciat, & satiet ita vt non sitiat. conceditur enim de aqua quantum potest præbere quando adsunt omnes, aut plures conditiones suadentes potum aquæ frigidæ: sed de hac re dictum est sufficienter in capitulo de cura putridarum in generali. Nam hæc aqua sumpta sanat præcipue synocham non putridã sanguinem ad benignum reducendo: & fortasse mutat hanc febrem in flegmaticam non quia sanguis conuertatur in flegma sed infrigidatur, & ingrossatur ita vt faciat febrem remissam sicut est flegmatica: & potest esse ꝙ sanguis reducatur ad benignum, sed propter nimiam infrigidationem phlegma putreat nimio frigore: & accendat phlegmaticam quàm medicus magis eligat, quàm moriatur ex sanguinea nimio eius caumate, sicut hoc modo Auerrois septimo colliget permutat causonem in chronicam cum aqua anguriæ, & curatur cũ aqua trochisc. de ros. hæc flegmatica, in quam facta est permutatio, non quidem in principio permutationis sed magis in processu: vel aliter curatur febr. sanguinea cum trochiscis de rosis in declinatione sicut præcipit Rasis. 17. Continentis: & hic est ille de antiquis de quo loquitur Auic. qui vero sunt moderni deus scit: multi enim erant medici tempore Auic. quorum notitia non peruenit ad nos. Dari autẽ in potu aquã hordei confert sed cũ lenitate naturæ .i. ventre non existente valde styptico, & pleno fæcibus: aliter sed cũ lenitate naturæ. i. quia lenit ventrem cũ nõ sit valde stypticus. omne enim abstersiuum est ventris lenitiuum. secundo canone. cap. quarto. Et melior quidem horarum ad exhibendum aquam hordei, aut aquam frigidam est hora vehementis ebullionis .i. caliditatis ingentis, & angustiæ .s. cum æger non potest quiescere, & permutatur de figura in figuram ob ingentem caliditatem circa præcordia: & tunc est frequentia pulsus cordis. huiusmodi autem infrigidantia magis necessaria sunt, & minus sunt apta nocere propter caliditatis magnæ resistentiam.

Et scias quòd esse contentus infrigidatione, & dimittere flebotomiam & ventris solutionem addit in oppilatione, & coarctatione: quare additur putredo, & caliditas in reliqua dispositione.

In præsenti parte admonet nos nõ debere esse contentos sola infrigidatione, sed præmittẽdum esse phlebotomiam, & solutionem ventris ante infrigidantia fortia interius sumpta siue exterius applicita: quia huiusmodi addunt in oppilatione .s. attenuatoria: & coarctatione .i. oppilatione coarctatoria; quare crescit putredo, & caliditas in reliqua dispositione id est in putredine humoris præexistente & caliditate febrili præexistente per additionem nouæ putredinis, & nouæ febris, quæ erunt maiores tempore sequenti quàm fuerint in præcedenti: & forte accendetur putredo in aliquo humore, & fiet noua febris.

Mundificatio enim fiat cum eis, quæ sunt sicut soluentia choleram secundum responsionem necessitatis virtutis, et debilitatis, cum digerentibus humorem crudum: quoniam fortasse ipsa est causa in putrefactione sanguinis.

Hic exequitur quartam intentionem. & est euacuatio humorum qui admiscẽtur sanguini: & dicit ꝙ mundificatio sanguinis ab humoribus sibi admixtis fiat cum soluentibus choleram, ſm exigentiam necessitatis & tolerantiã virtutis: & fiat cum digerentibus humorem crudum sanguini admixtum, qui est causa putrefactionis sanguinis. Pro quo notandum quod in synocha semper opus est euacuatione: tum quia sanguis per putredinem satis cito in choleram conuertitur: tum quia aliquando præest in sanguine, disponens ipsum ad putredinẽ. Aliquando est opus euacuatione humoris crudi phlegmatici grossi, aut subtilis qui præexistẽs in sanguine disponit ipsum ad putredinem. sed innuit Auicẽ. hunc digerendum esse primo. non autem sic dicit de cholera sed solum ipsam esse euacuandam: eo quòd ipsa pararior est euacuationi quàm phlegma. Cum quibus autem hæc intentio debeat compleri videbitur in ordinatione curæ.

E in fine eius da ei in potu quæ sunt sicut trochisci de camphora, et trochisci de spodio. Isti etiam trochisci sunt boni. Recip. spo. drach. iij. sem. portulacæ. drach. v. sem. cucumeris, drach. iiij sem. cucurbitæ. drach. vi. gummi. et dragãt. et amyli omniũ ana. drach. iij. succi liquiritiæ pondus. drach. vij. fiant ex eis trochisci. Descriptio alia, et proprie ad debilitatem hepatis. Recip. rosarũ drach. iij. succi berberis. drach. ij. semi. cucumeris, et melonis, et citruli, et portulacæ, et spodij omniũ ana. pondus drach. i. gummi, et dragaganthi: et amyli: omniũ ana. drach. s. rauedsceni, et croci, et camphoræ, omnium ana. pondus quartæ partis drach. vnius: fiant trochisci.

In præsenti parte curat synocham in declinatione dando trochisc. de camphora, & trochisc. de spodio. secundo describit quosdam trochiscos. Prima descriptio est ista. ℞. spodij. drach. iij. seminis portulacæ. drachmæ. v. seminis cucumeris. drach. iiij. seminis cucurbitæ. drach. vj. gummi, dragaganthi, amyli ana. drach. iiij. liquiritiæ. drach. vij. fiant ex eis trochisci incorporando cum aliquo liquore sicut aqua rosata, aut aqua acetosæ. Descriptio alia, ꝓprie ad debilitatem hepatis. ℞. ros. drach. iij. succi berberis. drach. ij. seminis cucumeris, melonis, citruli, portulacę, spodij ana. drach. j. gummi arabici, amyli, dragaganthi. ana. drach. s. reubarbari, croci, camphoræ ana. quartam. drach. j. fiant trochisci. hos dicit valere ad debilitatem hepatis propter reubarbarum. Pro qua parte notandum hos trochiscos conuenire in declinatione iam præcedentibus euacuationibus: tum ad extinguendum caliditatem: tum ad vniendum substantiam membrorum nobilium, & ea confortandum: datur autem cõuenienter de eis. ʒ. j. cum aqua ros. aut acetosæ, & similibus ita vt bibi possit.

Cibi vero sint illi qui fiunt ex iuiubis: et illi qui fiunt ex lentibus cũ aceto, et granatis, et sumach. Et si sit aliquid corũ constrictio cuius timeatur, frangatur cum siracost, et prunis et cũ eo quod fit de cucurbita, et cum herba acetosa: et eius fructus sint pira de sceni et granata, et mala de sceni. et eius olera sint cucumeres, et cucurbitæ et alkebethed, et endiuia, et olus benedictũ, et acetosa, et coriandrũ, et quæ sunt eis similia.

In præsenti parte curans per diætam dicit cibos cõuenientes illis, qui fiunt ex iuiubis, & qui fiunt ex lentibus conditis cum aceto, cum granatis, & cum sumach, & omnes infrigidant & ingrossant: & omnes conueniunt sangnine existente subtili, & hæc sanguine existente grosso sunt vitanda. Secundo dicit quòd si ex aliquo istorum timeamus constrictionem meatuum, siue oppilationem, aut constrictionem ventris, frangantur cum siracost, & manna, aut prunis miscendo illa cum suprascriptis, & dando post illa. Item nutriatur cum

solo

solo cibo fracto ex cucurbita. Itē acetosa, & eius fructus sunt pira de sceni idest de regione illa & granata & proprie muza acetosa: & mala d'Isceni: & eius olera sint cucurbita cucumeres alkehethed idest citruli, endiuia, olus benedictum idest portulaca, & acetosa, & coriandrum, & similia frigida.

Et si accidat dolor capitis, aut pulsus cordis, aut vigiliæ, aut prufunditas somni, aut fluxus sanguinis nariū superfluus destruens uirtutem, & alia de accidentibus suis cura cum eis, quæ docuimus te in loco suo.

Hic pro cura accidentium remittit nos ad capitula supra scripta in hac fen. in quibus omnium horum ponitur curatio. Dicit tamen fluxus sanguinis destruens uirtutem: quia fluxus sanguinis criticus non est restringendus nisi manifeste debilitet uirtutem.

Dubitatur utrum liceat in synocha phlebotomare usque ad syncopim. negatiue arguitur primo per Rasim. 17. Continentis dicentem. dico, magnæ sagacitatis est non subtrahere sanguinem subito usque ad syncopim, sed trahere prima uice me dietatem. Et idem dicit Auicen. in hoc capitulo. Et partitio in ea &c. Et Gal. secundo therapeu. dicit duos phlebotomatos usque ad syncopim mortuos fuisse. nullum tamen dicit phlebotomatum citra syncopim mortuum fuisse. ergo non uidetur esse phlebotomandum usque ad syncopim inclusiue. tertio syncopis est accidens seuissimum maxime uitandum. ergo per phlebotomiam nemo debet duci ad syncopim. quarto quæcunque nocumenta uitantur, & quæcunque iuuamenta sequū tur phlebotomando ad sycopim, & uitantur & sequuntur non phlebotomando usque ad syncopim. ergo nō est facienda phlebotomia usque ad syncopim. patet consequentia. & antecedēs probatur: quia diuidendo phlebotomiam in modico tempore ut puta in spatio unius horæ aut duarum: poterit eadem quantitas extrahi ut puta duæ libræ absque hoc quòd sequatur syncopis, quæ duæ lib. extractæ continuæ facerent syncopim, & utrobiq; eadē iuuamēta sequunt, & eadē nocumenta uitant. ergo. &c. Et confirmatur, quia phlebotomia tarde, quanuis cō tinue, sanguinem educendo minus debilitat, quàm phlebotomia ueDOCiter & continue tantundem de sanguine educens. Sit ergo quòd in duplo minus, & pono quòd una lib. sanguinis continue, & ueDOCiter per phlebotomiam extracti præcise inducat syncopim in Sor. tunc arguitur sic. Phlebotomia educens tarde sanguinem: quæ sit. a. in duplo minus debilitat quā phlebotomia ueDOCiter educens quæ sit. b. ergo in duplo plus de sanguine extractum per phebotomiam præcise ducit Sor. ad syncopim: & minus eo non ducit Sor. ad sycopim, ut exempli gratia extrahens in sexquilatera plus, & hæc q̄ sit. ca. q̄ faciet iuuamenta, & uitabit eadem nocumenta quæ facit, & uitabit b. & hæc est infra syncopim. b. uero ad syncopi. ergo. &c.

Præterea. Arguitur rationibus Auer. septimo colliget. ecō tra Gal. quarum prima est ista. illa euacuatio non est facienda quæ est inartificialis: sed euacuatio usq; ad syncopim est inartificialis. ergo non est facienda. tenet consequentia. & maior est manifesta. sed minor probatur. illa euacuatio est inartificialis, quæ est contraria operationi naturæ: sed euacuatio usque ad syncopim est contraria operationi naturæ. cum natura non faciat euacuationem usque ad sycopim, nisi in crisibus mortalibus. Secunda intentio euacuationis est euacuare superflua, seruata tanta quantitate spiritus, & humorum quòd uirtus nō cadat: sed in phlebotomia usq; ad syncopī uirtus cadit. ergo nō debet esse intentio ad faciendum eam. Tertio si esset facienda phlebotomia usque ad syncopim maxime esset: quoniam infrigidat malam complexionem fortem: sed istud iuuamentum non est conueniens cum sit de per accidens. sequitur enim paucitatem sanguinis & spiritus quod est nociuum. quarto minus malum est, quòd post euacuationem aliquid superfluum maneat, & cum hoc notabiliter de calore naturali, quàm quòd totum superfluum remoueatur cum maxima paucificatione caloris naturalis, ita ut cadat uirtus: sed primum fit per phlebotomiam citra sycopim. secundum uero per phlebotomiam usq; ad syncopim. ergo prima facienda est: & non secunda.

Quinto secundum plurimum in synocha humores sunt superflui sanguini admixti apti ad putredinem, qui per diminutionem caloris per phlebotomiam usque ad syncopim putrefient, & facient aliam feb. cum calor naturalis diminutus non posset se a putredine tueri. ergo inconueniens est phlebotomare usque ad syncopim.

In oppositum est Gal. nono therapeu. & Auicen. in parte præsenti. quòd si feb. perseuerauerint tunc phlebotoma, & nō cesses phlebotomare donec appropinquet syncopi aut cadat in syncopim si corpus forte fuerit.

Inter illos duos auctores & Auer. non oportet in ponendo concordiam elaborare, sicut quidam tentauerunt, cum a proposito sint discordes. Videamus ergo cuius rationes sunt fortiores, & illum sequamur. Rationes Auer. iam dictæ sunt: audiamus rationes pro opinione Gal. In primis Azarauius, & Auenzoar quibus Rasis maxime credit, quos putat præstantiores medicos quàm Gal. sunt contra Auer. in hoc capitulo. Amplius conuenientius est maius periculum euitari minori periculo: sed in phlebotomia facta usque ad syncopim maius periculum euitamus scilicet mortem paruo periculo scilicet syncopi a qua homo resurget aspersione aquæ frigidæ. periculum autem quod euitatur est mors festina per uiam suffocationis, & quandoque propter apostema alicuius membri principalis. Tertio si fiat phlebotomia usque ad syncopim in synocha non putrida tollitur febris. & si fiat citra, non tollitur febris. immo multoties ad putridam permutatur, quę multotiens ducit ad interitum: quare &c. Quarto in infrigidando est timor, & minor quàm euacuando apud Auer. septimo colliget. sed ultimam infrigidationem concedit Auer. in synocha ergo ultimam euacuationem cōcedere potest: & istę sunt rationes medicorum quorum scientiæ & experientię crē dere debemus. Et si quæratur an in synocha putrida sit ducendum usque ad syncopim per phlebotomiam sicut in synocha non putrida. Dicendum quòd sic: quando scilicet ægritudo non dat inducias. Dicendum tamen quòd minorem phlebotomiam debemus facere in putrida, quàm in non putrida. ut dicit Gal. undecimo therapeu. quinto capitulo. & hoc quia uirtus in ea est minus fortis, & sanguis sic non est aptus euacuationi. & tertio quia non posset feb. cessare per hanc phlebotomiam: quia in sanguine putrido non posset subito fieri æquatio complexionis, & cessatio. Item oportet cōseruare uirtutem in putrida ad alias crises, quare minus est extrahendum quàm in non putrida. licet utrobique ut dictum est sit ducendum usque ad syncopim. minor tamen phlebotomia in putrida ducit ad syncopim, quàm in nō putrida propter maiorem debilitatem uirtutis, & maiorem malitiam materiæ.

His ita determinatis respondendum est ad rationes contrarium suadentes. Ad rationem Ras & Auicen. dicendum est quòd partitio est melior, si non fuerit quod necessariam faciat festinationem: sed ubi timeatur mors festina quæ aliquando accidit in. 12. horis potius eligenda est phlebotomia usque ad syncopim. Ad secundam rationem de duobus phlebotomatis usque ad syncopim mortuis &c, Dicendū est illos mortuos fuisse: quia non fuerunt seruatæ debitæ circunstantiæ, nec tenor uirtutis eorum. Et quāuis non recitet ibi aliquos phlebotomatos infra sincopim mortuos fuisse ui syncopis: fuerunt tamen mortui ui ægritudinis ducentis ad præfocationem, uel ad apostema membri nobilis. Ad tertium dicitur quòd syncopis est accidens sæuissimum, & maxime uitandum quantum est possibile, nec medicus phlebotomans intendit principaliter syncopim, immo uitat quantum est ei possibile cum remediis opportunis: sed bene statuit in mente sua tantam sanguinis quantitatem haurire etiam si esset casurus in syncopim ut uitentur maiora pericula. Ad quartam rationem negatur antecedens. & quāuis diuidatur phlebotomia ī modico tempore in duas partes: illa tamen non poterit prohibere nocumentum mortis festinum, sicut prohibet continua eiusdem quantitatis extractio. Et ad confirmationem forte negatur suppositum.

Contra pro ipso est experientia nam sanguis egrediens paulatim ex naribus minus debilitat quàm si egrederetur uelociter & continue. & est idem iudicium de sanguine menstruali, & hæmorroidali. ergo simile erit de sanguine extracto per phlebotomiam. Præterea. Aqua hydropicorum, & sanies empycorum paulatim, & successiue educta minus debilitat: immo

immo cum paulatina,& ſucceſsiua euacuatione liberatur hydropicus extrahendo totam aquoſitatem : & ſimiliter empyicus attrahendo totam materiam in pectore contentã: & utraque iſtarum uelociter educta antequã totaliter extrahatur interficit debilitando uirtutem. Et hæc iuuamenta ſunt ſexta aphoriſmorum aphoriſ.27. Quicunque empyici,aut hydropici inciduntur,aut uruntur. Idem ſanie paulatim & ſucceſsiue ex apoſtemate magno educta : quare ſuppoſitum nõ poteſt negari. Reſpondetur concedendo ſuppoſitum, & admittendo caſum,& tunc dicit quòd ſcilicet phlebotomia extrahens ſanguinem in ſexquilatera plus non facit eadem iuuamenta, nec uitat eadem nocumenta.non enim uitabit feſtinam ſuffocationem. nec apoſtema quod uitabitur per minorem quantitatẽ ſanguinis : ideo in his caſibus extremis facienda eſt phlebotomia lata ſatis de ſanguine in paruo tempore educens. Ad primam rationem Auer.quòd non tantum illa euacuatio eſt naturalis, quæ imitatur naturam,immo quãdoque illa quę eſt operationi naturæ contraria:ſicut quãdo natura mutat materiam ad aliquod membrum quod apoſtemabitur, & medicus prohibet cum repercuſsiuis. Item illa quæ ſupplet defectum naturę ubi deficit,ſicut cum ars abſcindit membrum pu tridum, quòd natura non facit:& ſic in propoſito ars ſupplet operationem naturæ. Ad ſecundum dicitur quòd intentio euacuationis eſt educere ſuperflua ſeruata uirtute a caſu,a quo non poſſet releuari : ſed quòd notabiliter uitus debilitetur,hoc non intendit euacuatio. Ad tertium dicitur quòd multa iuuamenta de per accidens ſunt conuenientia ſicut infrigidatio corporis febriẽtis per exhibitionem ſcamoneę:quòd ſicut curatio tetani cum balneo aquæ. ſeptima aphoriſ. Ad aliam negatur maior.nam caſus ille uirtutis facile remouebitur ſed.feb.remanens facile tranſibit in putridam,& forte ſequetur ægri feſtina mors. Ad ultimũ dicitur quòd uirtus deonerata leuata a ſyncopi deonerata ſanguine ſuperfluo,mouebitur contra humores illos, & expellet:quos non expuliſſet niſi fuiſſet facta tanta ſanguinis euacuatio:quod affirmat Auic.d. Et fortaſſe ſequitur phlebotomiam ultimam ſtatim fluxus cholericus,& ſudor quẽ oportet omni hora abſtergere donec continuetur, & fortaſſe ſanabitur.

Intentiones curatiuæ in feb. ſãguinea.

Cura feb.ſanguineæ nouem exigit intentiones. prima eſt debitum regimen ſex rerum.ſecunda eſt euacuatio.tertia eſt caliditatis extinctio.quarta eſt digeſtio. quinta mundificatio.ſexta eſt urinæ prouocatio.ſeptima reſolutio.octaua cordis & membrorum confortatio.nona accidentium correctio. Regimen ſex rerum debet eſſe frigidum ſed multo magis in ſynocha non putrida,& in ſynocha ſimili cauſoni. in ſynocho uero in quo eſt putrefactio ab humore crudo groſſo uel aquoſo non eſt neceſſarium infrigidare multum:& diæta debet eſſe ſubtilis : ſed ſubtilior in ſynocha non putrida,& ſynocha ſimili cauſoni in quibus Auicẽ.laudat iuiuba,ſed deberent decoqui in aqua poſt earum inciſionem: ius earum ſiue ipſarum Kiſch cõuenit.infrigidat enim & ingroſſat. Similiter confert Kiſch lentium abiecta prima aqua conditis cum aceto granatorum, uel ſumach. Item laudat cucurbitas,acetoſam,portulacam,lactucas,endiuiam,cucumeres,pruna,pira,poma.quæ omnia coquantur ut decet. Similiter laudatur acetoſitas citri,arancii, lymonis,cerasa acria,berberis,agreſta & uinum granatorum cum aqua ſit potus eorum.in ſynocho uero quandoque oportet diætare diæta groſſa & reſtauratiua:& conari ſummopere ut comedãt ſicut in peſtilentialibus: cuius cauſa eſt ut ſanguis bonus reſtauretur,cum præexiſtens ſit corruptus:& in hoc ſynocho oportet cum cibis miſcere calida,uel frigida ſecundum gradum ægritudinis,& cauſam eius prohibentia putredinem. Frigida uero quæ miſcentur ſunt,ut plurimum acetum, & reliqua acetoſa. Item ſandali,coralli,margaritæ & ſimilia. calida uero ſunt cinamomum,caryophyllum, & ſimilia boni odoris conuenientia,quando humores frigidi ſunt admixti facientes ſanguinem putrere:& tunc cõueniunt abſterſiua ſubtiliatiua, inciſiua quando humores admixti ſunt crudi groſsi. Si uero ſunt crudi aquoſi huiuſmodi declinẽt ad ſiccum cum pauca inciſione,& abſterſione: & tũc milium,& panicum, & far eſſent conuenientia.uinum,carnes,& oua non conueniunt niſi in declinatione,aut niſi timetur caſus uirtutis. Secunda intentio ſcilicet euacuatio perficienda eſt phlebotomia quàmcito eſt poſsibile : uentre tamen exiſtente pleno fæcibus præmittatur clyſtere lenitiuum eorum, quæ ſunt in ſtomacho eductiuum: & poſt eorũ eductionem quàmcito eſt poſsibile phlebotometur ex uenis brachii, ex quibus eligat̃ baſilica ſanguine multum inflammato circa ſpiritualia,& hepar peccante. nigra uero peccato exiſtente in toto.ſi uero in caſu fuerit retentio hæmorroidarum,aut menſtruorum præmittatur phlebotomia ſaphenarum, deinde phlebotomentur uenæ manus : & non eſt in hac febre expectanda digeſtio,quæ expectatur in alijs febribus ab aliis humoribus pendentibus.præcipue in ſynocha. In ſynocha uero ubi eſſet admixtio multi phlegmatis groſsi cum ſanguine.& non eſſet opus magna feſtinantia præmiſſa phlebotomia minoratiua ante ſecundam phlebotomiam pręmitte digeſtiuum:& ſi non poſſent phlebotomari manus uenæ, phlebotomentur aliæ uenæ propinquæ his in iuuando. Et Auic. memorat phlebotomiam uenæ frontis,aut apponantur uẽtoſæ cum ſcarificatione,aut ſanguiſugæ in natibus,& in ſpatulis: & ſi nihil horum fieri poſſet,ſoluatur uenter ſecundum exigentiam humorum peccantium.& hæc phlebotomia de qua ſupra debet eſſe copioſa,& magis in ſynocha quàm in ſynocho. Et minori etiam phlebotomia ſyncopizat patiens ſynochũ quàm ſynocham. Et ne decipiaris nota,quòd non debet eſſe tua intentio ut æger cadat in ſyncopim : immo debes illã prohibere quantum eſt poſsibile. Sed intentio tua debet eſſe ut extrahatur tanta quantitas ſanguinis, quæ ſufficiat ad curam, etiam ſi per eam duceretur ad ſyncopim. Quantitas autem ſufficiens eſt communiter ab.i.lib.& 5. uſque ad.ij. Sed cum extraxerit lib.i.ſi ſuperuenit ſyncopis dimitte pro tunc : & ipſo releuato a ſyncopi cum remedijs opportunis extrahe reſiduum. Eſt tamen melius ſi ægritudo dat inducias partiri phlebotomiam. nam bis,aut ter poteris iterare phlebotomiam in die naturali : immo in,12.horis.

Quæ ſit intentio in phlebotomia uſque ad ſyncopim.

Tertia intentio eſt extinctio caliditatis diuerſimode perficienda. in ſynocha enim & ſynocho aſsimulato cauſoni cum uehementer extinctiuis, ſicut cum aqua hordei infrigidata in magna quantitate. Item cum aqua portulacæ, acetoſæ, uino granatorum, oxyzaccara & ſimilibus frigidis actu, & potentia,& etiam cum exterius applicitis : & his non ſufficientibus cum potu aquæ frigidæ uſque ad ſatietatem, quando adſunt omnes uel plures conditiones ſuadentes potum aquæ frigidæ. Sed ſi non ſit tanta caliditas quia forte ſanguini eſt mixtus humor groſſus, crudus aut ſubtilis non eſt opus tanta infrigidatione : ſed ſanguine exiſtente groſſo, crudo,dentur ſubtiliantia ſicut ſyrupus acetoſus ſimplex,aut oxyzaccara cum aqua endiuiæ & ſimilibus & ipſo exiſtente ſubtili aqua iuiubarum,& ſimilium. Et nota quòd exhibitio horum infrigidantium non præmiſsis omnibus oportunis multo magis noceret quàm iuuaret. quapropter procedendum eſt ſecundum intentiones prædictas. Quarta intentio eſt digeſtio in qua intenduntur duo,unũ eſt æquatio ſubſtantiæ groſſæ per ſubtiliantia ſicut eſt ſyrupus acetoſus, oxyzaccara : aqua endiuiæ,hordei, & ſimilia.& ſubtilis per ingroſſantia ſicut eſt aqua iuiubarum, lentium & ſimilium. Alterum eſt prohibitio putredinis ad quam prohibendam confert acetum, & acetoſa : acetoſa itaq; ſunt cibis, & rebus medicinalibus immiſcenda ſicut acetum, agreſta, uinum granatorum, acetoſitas citri,& ſimilia. Quinta intentio ſcilicet mũdificatio fiat cum ſoluentibus humores ſanguini admixtos : choleram quidem cum aqua fructuum cui aliquid modicum diaprunis ſolutiui, & electuarij ſucci ro. addi poteſt. Phlegma quoque aquoſum cum caſsia diſſoluta cum decoctione turbit ſine admixtione zingib.ſed phlegma groſſum cum aqua diſſoluta cum decoctione turbit correcti cum zingi. agarico, & ſimilibus : melancholia uero cum aqua lactis, ſenę & epythimo. Sexta eſt urinæ prouocatio cum decoctione ſe.fri.cum ſyrupo acetoſo compoſito diſſoluto cũ aqua aſparagorum, Septima intentio quæ eſt reſolutio completur cum fricationibus, & cum prouocatione ſudoris:ad quem prouocandum iuuat aqua hordei cum pauco uini ſubtilis. Item ſuffumigatio cum aqua calida ſuper lateribus aſperſa ipſo iacente in lecto, & pannis debite cooperto. Octaua intentio ſcilicet membrorum nobilium confortatio perficitur cum trochiſcis de camph.trochiſ.de ſpodio .ſandalis, & ſimilibus. Nona intentio ſcilicet accidentium correctio perficitur ſecundum eorum exigentiam.

De feb. phlegmatica. Cap. XLVII.

SCiuisti quód febr. putredinis phlegmatis quandoque est paroxysmalis : et quandoque est inseparabilis : & sciuisti causam in hoc.

Superius egit de febribus cholericis,& sanguineis hic agit de phlegmaticis. Habet hęc pars partes tres. In prima agit de his feb. in generali. In secunda in speciali ponendo signa. In tertia curam. secunda ibi§ In illa quidem.§ tertia ibi§ Cura huius ægritudinis diuersificatur. Primam partem, seu primũ capitulum in quinque partes diuido. In prima diuidit febr. phlegmaticam in duas primas species. In secunda ponit tempora eius, ipsa adinuicẽ comparando. In tertia eius causas. In quarta quæ corpora sint ad eam magis disposita. in quinta ponit duos canones. secunda ibi §Et sunt ei horæ.§ tertia ibi§ Et phlegma quidem putridum.] quarta ibi§ Et plurimum quidẽ.§ quinta ibi§ Et parum quidem euacuatur.] In prima parte dicit. Sciuisti scilicet in capitulo de putredine quòd feb. putredinis phlegmatis quandoque est paroxsmalis idest interpolata: quandoque est inseparabilis idest continua. Sciuisti causam eius: fit enim interpolata ex materia putrente extra uenas : & continua ex materia putrente intra uenas, aut ex apostemate phlegmatico intrinseco.

Et sunt ei horæ sicut in reliquis febribus. Et minor horarum sui principij secũdum plurimum est. xviij. dierum, & eius eradicatio in pluribus est intra lxiiij. dies. Et saluior earum est illa quæ est mundorum temporum : & præcipue illa, quæ est multi sudoris : significat enim subtilitatem materiei : & paucitatem eius, & raritatem corporis. Longior ergo partiũ huius ægritudinibus est augmentum : quanuis eius declinatio iterum sit longior declinatione tertianæ plurimum.

In secunda parte dicit quòd hæc feb. habet tempora tã uniuersalia, quàm particularia sicut reliquæ febr. secundo dicit ꝙ ad minus suum principium uniuersale durat. 18. diebus. Dicit tertio quòd huius feb. eradicatio est secundum plurimum intra. 64. dies. quarto dicit quòd illa feb. phlegmatica est saluior quæ est mundorum teporum. alias, temporũ præcipue illa quæ est multi sudoris : significat enim multus sudor paucitatem materiæ, subtilitatem eius, & raritatem corporis. quinto dicit ꝙ longior partium huius ægritudinis est augmentum, quanuis eius declinatio sit longior declinatione tertianæ utplurimũ.

Contra secundum dictum instatur si principium durat. 18. diebus, & tota feb. durat. 44. ergo tempora reliqua essent minora diuidendo residuum in tres partes. consequens est contra auctoritatem Auicen. dicentem quòd augmentum est longius tempus huius ægritudinis. Dicit Gentil. quòd principiũ in phlegmatica est lõgius: quia humor frigidus & uiscosus tardat accensionem, & apparitionem digestionis : sed quòd hæc longitudo sit. 18. dierum non posset probari: sed statur experimento & testificationi auctorum. non enim est dubium quòd in febribus phlegmaticis tam continuis, quàm ĩterpolatis diu stat cruditas in urina antequam appareat signũ digestionis manifestum : ideo principium est longum. Sed ad rationem in contrarium dicendum primo, quòd per principium hic nõ intelligimus principiũ proprie sumptum, distinctum contra totum augmentum, quod excludit signa digestionis manifesta : sed intelligendum est principium includens partem augmenti scilicet usque ad apparitionem manifestorum signorum digestionis, quæ si incipiant apparere usque ad. 20. dies erit terminus circa. 40. aut. 44. secundum generales sermoues Gal. in cõ. apho. quartæ particulæ. Quibuscunque in febr. in septimo terminatur, aut in nono. Thadeo tamẽ uisum est quòd textus debeat dicere, eradicatio est itra. 64. dies. Et forte sermo eius est uerus in phlegmatica interpolata: sed in phlegmatica continua potest terminari infra. 44. dies. cæteris. n. paribus continuum est breuius suo interpolato apud Gal. & secũdum Thadeum ratio nihil concludit. attribuemus enim principio. 18. dies augmẽto, 20. statui. 10. est enim cæteris breuior declinationi. 16. & summa erit. 64. Notandũ pro declaratione quarti dicti quòd si textus dicit mundorum teporum est clarus. illa enim phlegmatica quæ habet tepores magis mundos idest magis proximos uerę quieti est magis salua. significat enim humorem putrentem esse pauciorem, minus grossum & minus uiscosum, & maiorem proportionem uirtutis supra morbum, uel ad materiam. Ille autem tepor, de quo est hic sermo, est qui durat. 6. horis: & in continua est remissior feb. quàm in tẽpore præcedenti : sed in interpolata non est feb. sed neutralis feb. Si uero textus dicat temporum, uerus est. illa enim febris quæ habet tempora magis munda idest minus confusa est saluior: & tempora dicuntur munda quæ non confunduntur : & illa immunda quæ confunduntur. Nam aliquando in his febribus post statum uidetur redire principium propter difformitatem materiæ: quia aliquando post manifesta signa digestionis apparebit in urina cruditas, moto humore grossiori, & uiscosiori, & faciente nouam oppilationem. Ita etiam in principiis particularibus uidetur aliquando post statum redire augmentum propter difformitatem materiæ : & hoc significat longitudinem: & quandoque malam morbi terminationem. ubi econtra mundities, de qua supra significando materiæ uniformitatem, & proportionem uirtutis ad ipsam significat salutem, & breuitatem. Secundo notandum quòd phlegmatica est saluior quæ est multi sudoris, si ille sudor sit factus in processu iam apparentibus signis digestionis: significat enim obedientiam materiæ, & proportionem uirtutis ad eam. Si uero fiat multus sudor a principio non significat salutem : sed magis longitudinem secundo materiam illam expelli propter multitudinem, & non propter digestionem. Tertio notandum quòd sudor multus non significat paucitatem materiæ absolute : immo potius multitudinem: significat tamen paucitatem materiæ in cõparatione ad illam, quæ esset tanta quòd suffocando calorem innatum faceret ipsum impotentem ad eius expulsionem. Aliter significat paucitatem materiæ & quòd materia paucificatur: & consequenter breuitatem ægritudinis, præcipue si paroxysmi sequentes minorentur. Vltimo notandum quòd ultimũ dictum huius partis potest dupliciter intelligi. Primo quòd secundum plurimum declinatio phlegmaticæ est longior declinatione tertianæ non semper, cum interdũ reperiatur phlegmatica unius, aut duorum dierum. Secundo quòd declinatio phlegmaticæ est plurimum idest ualde longior declinatione tertianæ cæteris paribus: & est notum.

Et phlegma quidem putridum : quandoque est uitreum : & quandoque est acetosum: & quandoque est dulce: & quandoq; est salsum : & tu iã sciuisti, quomodo ex salso fit causon.

In parte præsenti ponit causas phlegmaticæ dicẽs ꝙ phlegma putridum faciens phlegmaticam quandoque est uitreum : quandoque est acetosum : quandoque dulce: quandoq; salsum. Et dicit quòd tu iam sciuisti. s. in cap. de causone, qũo ex phlegmate salso fiat causon. Contra primum dictum instatur arguẽdo Aui. de insufficientia, nã præter hos modos phlegmatis reperitur phlegma crudum: phlegma mucillaginosum: phlegma insipidum: phlegma aquosum, ponticum & gypseum. Respondetur quòd gypseum non facit febrem, sed crudum, & mucillaginosum dantur intelligi per uitreum: sed insipidum, & aquosum cõprehenduntur per phlegma dulce : ponticum uero per acetosum. Pro notitia secundi dicti huius partis, notãdum ꝙ phlegma salsum putrens in corde, aut locis sibi propinquis facit causonem. putrens uero in uenis paruis facit continuã exacerbantem quotidie. putrens uero extra uenas facit quotidianam interpolatam.

Et plurimum quidem accidit febr. phlegmatica humidis, & quietis, & senibus, & infantibus, & patientibus nauseatiuam satietatem : & exercitantibus, & balneantibus se super repletionem : & habentibus eructuationem acetosam: & habentibus repletionem: & patientibus descensum humoris, & fit catarrhus ad stomachum, qui putrefit in eo.

In hac parte ostẽdit corpora parata ad hãc feb. d. ꝙ plurimũ accidit hũidis. s. qui sunt phlegmatici, nõ aũt hũidis sanguineis & quietis: multiplicãt. n. phlegma, & senibus & ꝓprie decrepitis, & infantibꝰ ꝑ humiditatẽ, & multã cõestionẽ, & patiẽtibꝰ nauseatiuã satietatẽ. s. cũ corruptione ad acetosum, & exercitãtibus, & balneãtibus se post repletionẽ. s. cibi : quia non fit bona digestio spiritibus distractis a stomacho ad instrumenta motus, & ac circũferẽtia: & habẽtibus eructuationẽ acetosam quia causat, & significat mutitudinem phlegmatis, & habentibus repletionem phlegmatum, & patientibus dyscrasiam humorum, & catarrhum ad stomachum, qui putrefit in eo. Est

enim catarrhus secundum plurimum phlegmatis. quinta tertii. Raro uero accidit iuuenib⁹,& cholericis. Vñ Gal. in therapeutica ad Glauconem nunquam uidit adolescentem cholericum captum a febre phlegmatica.

Et parum quidem euacuatur a læsione in ore stomachi.

In parte pręsenti ponit duos canones. Primus patiẽs phlegmaticam raro euacuatur a læsione oris stomachi: quia stomachus est minera phlegmatis: ideo phlegmatica nocet stomacho, sicut tertiana felli, & hepati: & quartana spleni. ut Rasis 16. Continentis.

Et scias quòd cum omni feb. cum qua est frigus, constringitur pulsus, & minoratur.

Hic ponit secundum canonem in omni feb. cum qua est frigus stringitur pulsus, quantum ad unam dimensionem, quæ est latitudo. Et fit paruus quantum ad omnẽ, sequendo uocabula Gal. in libro de differentiis fe. & causa nota est ex sæpe dictis.

De signis phlegmaticæ periodicæ. Ca. XLVIII.

IN illa quidem in qua causa est phlegma uitreum, aut acetosum frigus multiplicatur ualde: & rigor in uitreo est uehementior. At frigus non incipit in ea subito: immo paulatim in extremitatibus: deinde perueniunt ad hoc ut fiant sicut nix: quæ non calefiunt nisi cum difficultate: nec calefiunt subito, nec secundum gradationem continuam: immo paulatim cum reditu frigoris: & fortasse commiscetur frigori eius in principio rigor. Fit ergo frigus propter illud quod non putruit: & horripilatio propter illud quod iam putruit, & maius frigus eius, & ipsius rigor, sunt in periodis status.

Hic ponit signa febrium phlegmaticarum, & primo earum quæ communiter eueniunt, secundo raro euenientium ẽm plurimum sunt phlegmaticæ. secunda ibi [Et sunt fe.] prima in duas. In prima ponit signa phlegmaticæ interpolatæ. in secunda continuæ. secunda in sequentis capituli principio [Sunt sicut reliqua signa.] prima iterum in duas. nam in prima ponit signa phlegmaticæ interpolatę propria ẽm causas eius. In scđa ponit signa phlegmaticæ continua omni speciei eius. secunda ibi [Et plurimi quidem periodi.] prima in tres. In prima ponit signa factæ a phlegmate uitreo, & acetoso. In secũda factæ a phlegmate salso. In tertia factæ a phlegmatæ dulci. secunda ibi [Illa uero.] tertia ibi [Illam autem.] Prima in duas. nam in prima ponit signa dicta. In secunda immiscet quædam signa cõmunia phlegmaticæ. secunda ibi { Et hæc quidem fe. } In prima parte dicit quòd in illa in qua causa est phlegma uitreum aut acetosum, frigus multiplicatur ualde: & rigor in uitreo est uehementior. s. quo ad durationem, licet non necessario quo ad intensionem. Secundo dicit ꝙ frigus non incipit in ea subito. i. ꝙ in paruo tempore notabiliter intendatur: immo paulatim in extremitatibus: & deinde paulatim perueniunt ad hoc ut fiant sicut nix, qui non calefiunt nisi cum difficultate, nec calefiunt subito: nec ẽm gradationem continuã, immo paulatim cum reditu frigoris. s. postquam inceperunt calefieri. Tertio dicit quòd fortasse. i. aliquãdo admiscetur frigori rigor in principio. s. particulari. fit ergo frigus propter illud phlegma quod non putruit & horripilatio siue rigor propter illud quod iam putruit. Vltimo dicit ꝙ maius frigus, & maior rigor insunt periodis status. Primo notandum pro notitia primi dicti ꝙ causa multiplicationis frigoris in phlegmatica uitrea, & acetosa, est quia illa phlegmata sunt ualde frigida, & frigidiora q̃ reliqua phlegmata nostri corporis, certum tñ est ꝙ phlegma uitreum est magis frigidum quã acetosum. Vnde Raſ. 16. Cõtinentis. In uitreo est frigus forte. nam ipsum est cæteris frigidius licet aliquando acetosum magis infrigidet quã uitreum, ꝑꝑ subtilitatem substantiæ suæ potens magis in profundũ penetrare, est tñ cæteris paribus frigus sequens phlegma uitreũ longioris durationis, quã frigus sequẽs phlegma acetosum: licet illud posit esse intensius: & cã sumitur ex mõ substantiæ utriusq;. similiter rigor est uehementior in uitrea. i. longior, licet in acetosa sit intensior: quia phlegma acetosum subtilitate suæ substantiæ uelocius mouetur ad membra sensibilia: & cum hoc sua punctione magis stimulat expulsiuam. Secundo notãdum pro notitia scđi dicti, ꝙ licet tã in uitrea, quã in acetosa frigus paulatim intendatur in extremitatibus, & licet extremitates postquam sunt infrigidatæ non calefiant subito, nec secundum gradationem continuam, immo tarde, & cũ reditu frigoris. hæc tñ tardatio, & difformitas infrigidationis, & calefactionis est magis in uitrea, quã in acetosa ꝑꝑ maiorẽ grossitiẽ, & difformitatẽ phlegmatis uitrei, quã acetosi. Tertio notandũ pro notitia tertii dicti. ꝙ rigor admiscetꝰ frigori in principio paroxysmi, siue rigorẽ accipiamus proprie, siue cõiter. s. ut est cõis ad rigorẽ proprie sumptũ, & horripilationem, & rigor magis sequitꝰ phlegma putrens: quia magis subtiliatũ est, & uelocius mouetꝰ ad mẽbra sensibilia: & ecõtra frigus magis sequitur phlegma non putridum: quia sua intẽsa frigiditate est magis aptum infrigidare. Vltimo notandum, pro declaratione ultimi dicti frigus esse duplex. est. n. quoddã positiuũ, & illud cæteris paribus est magis in principio uniuersali, quàm in statu: cũ in statu materia hæc sit magis calefacta, quàm in principio. Est aũt aliud frigus priuatiuũ, sequẽs reuocationẽ caloris ad intra, & illud põt esse magis in statu quã in principio. sicut & rigor est maior siue proprie acceptus, siue cõiter ꝑꝑ uelociorẽ motũ humoris ad mẽbra sensibilia in statu, quã in principio cũ sit magis subtiliatus. Et nota sicut bene dicit Gẽtilis ꝙ Aui. & alii auctores multũ abutunꝰ his terminis frigus, rigor, horripilatio, unum pro alio accipientes: immo aliquando unum istorum accipiendo tanquã synonymum huic termino typus, qui est communis ad hæc tria proprie sumpta. Frigus duplex.

Et hæc quidem fe. non est ex materia, quæ faciat punctionem, ita ut sit causa rigoris in uia expulsionis: putredo nanq; eius est putredo rei lenis, & incipit cum grauitate, & profunditate somni. Et multoties incipit paroxysmis primis sine frigore, & neq; est rigor: immo postponitur usq; ad tempus: & fortasse erit frigus, & non erit rigor: & multoties incipit cũ syncopi, & non fit. Et in hac quidem ægritudine multiplicatur syncopis propter debilitatem oris stomachi, & casum appetitus & priuationem alistimbre, quæ est fundamentum materiei, nutrimenti, & uirtutis.

In parte præsenti immiscet quædam signa cõia fere omni speciei phlegmaticæ: minus tamen conueniunt pẽdẽti a phlegmate salso. Et primo dicit ꝙ hæc fe. non est ex materia quæ faciat punctionem: ita ut sit cã rigoris in uia expulsionis. i. cum meteria expellitur ad mẽbra sensibilia. putredo. n. eius est putredo rei lenis. i. non acute nisi sit phlegma salsum. Et in summa uult hic dicere quòd hæc fe. ẽm plurimũ incipit sine rigore. Et ꝑꝑea cum dictum sit superius eã incipere cum rigore, ꝑ rigorẽ intellige rigorẽ cõiter sumptũ cõem ad horripilationẽ, & rigorem proprie sumptum. frequenter. n. incipiunt paroxysmi eius sine rigore proprie sumpto. Secundum signũ, quòd incipit cũ grauitate capitis, & totius corporis ꝑꝑ multitudinẽ materiæ, & uaporũ. Tertiũ signũ quòd incipit cũ profunditate somni ꝑꝑ multitudinẽ, grossitiem, & uiscositatẽ materiæ, & uaporũ. Quartũ signũ quòd multoties incipit in primis. i. in principiis uniuersalibus paroxysmus sine frigore, & sine rigore, immo postponitur. s. frigus, & rigor usq; ad tẽpus in quo materia erit subtiliata ꝑ actionẽ caloris: tũc. n. mota uelocius ad mẽbra sensibilia faciet maiorẽ rigorẽ, ipsorũ uirtutẽ magis stimulãdo, & cõsequẽter faciet maius frigus nõ quidẽ positiuũ, quia tũc erit calidior, sed priuatiuũ reuocãdo calidum interius. Et subdit quòd fortasse. i. aliqñ erit frigus, & nõ erit rigor & maxime in principio uꝉi qñ materia est grossior, & frigidior, & tardius mota suꝑ mẽbra sensibilia. Quintũ signũ, & multoties erit cũ syncopi & non fit syncopis. s. semꝑ maxime fit in principii paroxysmorũ: & in illa quæ pẽdet ab humore ualde frigido & multo. Aliter erit cũ syncopi. i. dispositione ad syncopim quæ dicitur lipotthymia & non fit syncopis. s. cõpleta. Et subdit quòd in hac febre multiplicatur syncopis ꝑꝑ tria. s. ꝑꝑ debilitatem, & nocumentum oris stomachi cui cor facile cõpatitur. secundo propter casum appetitus. tertio propter priuationem digestionis, quæ est fundamentum. i. causa principalis materiei nutrimenti. i. sanguinis, qui debet conuerti in spiritus, & substantiam corporis, & consequenter supple est fundamentum uirtutis naturalis, uitalis, & animalis. deficiente nanque appetitiua non sumitur cibus, & deficiente digestiua non digeritur: quare sequitur defectus cuiuscunque uirtutis, ad quem sequitur syncopis.

Illa uero quæ est ex phlegmate salso sequitur horripilatio, & non fit vehemens frigus eius.

Signa phlegmaticæ pendentis ex phlegmate salso ponit dicens, quòd ad ipsam sequitur horripilatio, & non fit frigus uehemens scilicet positiuum, quia phlegma salsum est calidum, pungens membra sensibilia: & sic causans rigorem, & horripilationem non positiue infrigidans.

Illa autem quæ est ex phlegmate dulci raro antecedit in principio usque ad plurimos paroxysmos horripilatio, neque frigus, neque rigor.

Ponit signa pendentia a phlegmate dulci: dicit quòd raro in principio scilicet uniuersali usque ad plures paroxysmos antecedit horripilatio, frigus, aut rigor: eo quòd materia est satis grossa. & benigna, & male mota super membra sensibilia: sed postea subtiliata, & calefacta a calore naturali digerente, & a calore putredinali: & mota uelocius super membra sensibilia causat aliquem typum.

Et plurimæ quidem periodi febris phlegmatis incipiunt cum syncopi.

In parte præsenti ponit signa communia cuicunque speciei phlegmaticæ. Et diuiditur in. 12. partes, secundumquòd sunt. 12. genera signorum, partes patebũt discurrendo per textum. Primũ genus signorũ est ꝙ plurimi periodi febris phlegmaticæ incipiunt cum syncopi: & causa nota est ex superius dictis.

Et iam apparet in ea in principijs calor vehementior: & in postremis minoratur illud. Et est simile ut sit causa in hoc: quoniam putredo antecedit prius ad magis dulce, & magis salsum, & magis subtile: deinde ad grossius, & frigidius.

Secũdum genus signorum sumitur a calore. & habet. 5. partes secundum quòd quinque ponit signa a calore. secunda ibi [Et tactus caliditatis.] tertia ibi [Verumtamen non.] quarta ibi [Et qualitercunque fit.] quinta ibi [Et multoties quidem.] Primum signum est in hoc. In paroxysmis primis calor apparet vehementior, & in prostremis apparet minor. Et est simile idest uerisimile ut sit causa in hoc, quoniam prius incipit putrefieri magis dulce, magis salsum, & magis subtile: & supple magis calidum: deinde grossius & frigidius: sed humor magis subtilis, & magis calidus est aptus cum putret magis calefacere, quàm humor grossior & frigidior. Notandum quòd sermo iste est uerus in paroxysmis habentibus pro causa antecedente unum cumulum materiæ sufficientis ad plures paroxysmos. nã tunc de illo cumulo pars mobilior citius mouebitur scilicet dulcior, salsior, & subtilior: ideo paroxysmi principij erunt maioris caloris. posterius autem mouebit pars grossior frigidior, & ad motum pigrior. unde fient paroxysmi minoris caloris. Sed cum paroxysmi non fient ex materia huius cumuli: sed ex ea quæ de nouo generatur. talis erit calor huius paroxysmi, qualẽ cõtingit generari materiã, q̃ prius nõ erat.

Sed contra quia statim oppositum dictum fuit superius in phlegmatica pendente a phlegmate dulci, quòd paroxysmi in primis non incipiunt cum typo: & in processu incipiunt cum typo materia magis subtiliata, & propter subtiliationem mota uelocius super membra sensibilia. Amplius oppositum dictum fuit superius de intentione Commenta. Alexandrini super primo epidemiarum: quòd in feb. de materia frigida, paroxysmi status fiunt de materia subtiliori & uelocius mota. vnde rigores paroxysmorum in statu quartanæ sunt fortiores quàm in eius principio, econtra in tertiana: & hic dicit Auic. quòd phlegma faciens posteriores paroxysmos est grossius. Ad hoc respondetur quòd sermo Auic. in parte præcedenti, & Commenta. Alexandrini intelligitur in materia uniformi in modo substantiæ: sed sermo Auicen. hic intelligitur in materia difformi. Et ex his sequitur quòd aliquando materia phlegmatica mota in statu est subtilior certa data mota in principio aliquando grossior, aliquando æqualis secundum maiorẽ, aut minorem, acquisitionem subtilitatis per actionem caloris digerentis. Secundo & melius dici potest quòd semper materia phlegmatica posterius mota est subtilior sibi simili mota in principio, cum digestio in phlegmate procedat subtiliando: hoc uoluit Auic. in parte præcedenti. & Commenta. Alexandrinus: cum quo tamen stat quòd mota posterius, quàmuis subtiliata per digestionem sit grossior certa data indigesta mota in principio. Sunt & aliæ solutiones quas omitto ut breuitati indulgeam.

Et tactus caliditatis eius in primis est debilis, & uaporosus deinde cum prolongatur positio manus super membrum sentit manus acuitatem, & mordicationem.

Hoc est secundum signum sumptum a coloris modo: & est quòd tactus caliditatis eius scilicet phlegmaticę est in primis: ideo primo occursu debilis, & uaporosus: sed cum prolongatur positio manus super membrum sentit membrum acuitatẽ, & mordicationem. Huius causa est: quia uapor phlegmaticus perueniens ad manũ in primis est paucus, & tardus per grossitiem: sed postea cumulatus sub manu in magna quantitate facit impræssionem fortem.

Verumtamen non est similis, neque æqualis in omnibus super qua cadit manus: immo est diuersa: quoniam inuenit in loco uno asperitatem: & in loco alio lenitatem: & est quasi caliditas coletur post rem cribellatam: quoniam phlegma uiscosum est: quare diuersificatur eius paßio a caliditate, sicut accidit in reliquis uiscosis cum ebulliunt: ipsa enim disrumpuntur in quibusdam locis, & non disrumpuntur in locis alijs.

Hoc est tertium signum sumptum a modo caloris: & est ꝙ caliditas non est æqualis in omnibus partibus, super quæ cadit manus: immo est diuersa quoniam in uno loco repræsentatur aspera, siue acuta, & in alio loco lenis, & est quasi caliditas coletur per cribellum: & est ut sit manus super cribellum, & perueniat caliditas ad manum per foramina cribelli. in partibus enim manus quæ obuiabunt foraminibus cribelli sentietur caliditas acuta, in reliquis partibus mitis. Ita apparet tangenti membrum patientis phlegmaticam: quoniam phlegma est uiscosum: quare diuersificatur eius passio a caliditate, sicut accidit reliquis uiscosis cum bulliunt. ipsa enim disrumpuntur in quibusdam locis, & non in alijs: & a locis in quibus fit disruptio egreditur uapor calidus multum imprimens in manum a reliquis partibus.

Et qualiscunque sit caliditas eius secundum plurimum minor est, quàm ut inflammet: & angustiam faciat, & magnificet desiderium aeris frigidi, & aquæ frigidæ: & inspissationis, & rarificationis anhelitus magni, & exufflantis.

Hoc est quartum signum a modo caloris sumptum: & dicit quòd qualitercunque sit idest sint semper uera ea quæ statim dicta sunt, siue non: quia possibile est quòd non sit ita: licet enim partes uiscosi phlegmatis sint diuersæ in euaporatione: tamen illi uapores uenientes uersus cutim possunt uniformiter per cutim dispergi, & fiet repręsentatio ęqualis omnibus partibus manus tangentis. tamen hoc est uerum secundum plurimum: quia calor phlegmaticæ non est perueniens ad hoc, ut inflammet & faciat angustiam circa præcordia, & magnificet desiderium aeris frigidi: quod maxime cognoscitur per anhelitũ magnum, uelocem, & frequentem, & desiderium aquæ frigidæ: quia nõ ualde sitiunt: & desiderium inspissationis idest discooperiendi se: ad quam sequitur inspissatio pororum: & rarificationis scilicet post coopertionem. patientes enim febres acutas nunc se discooperiunt: & postea se cooperiunt; non ita faciunt patientes febres phlegmaticas: stant enim secũdum plurimum cooperti, cum nõ habeant magnum incendium: & nõ habent etiam anhelitum magnum, & exufflationẽ. i. ualde uelocem in constrictione, & minus in dilatatione. nam quamuis sit multo maior necessitas constrictionis pulsus, & anhelitus quàm dilatationes propter multitudinem uaporũ: tamen quia uapores illi nõ sunt ualde calidi, nõ est magna necessitas constrictionis, neq; dilatationis in cõparatione ad febres acutas.

Et multoties quidem accidit caliditati eius ut sedeat tempore quo habet quantitatem horæ unius, aut duarum horarũ: quare æstimatur quòd ipsa iam peruenit ad statum, cum ipsa adhuc sit in augmẽto: uidebis enim eam iam incipere augmentari: & similiter sunt ei in declinatione stationes.

Hoc est quintum signnm a caliditate sumptum. Et dicit quòd multoties accidit caliditati phlegmaticæ ut sedeat idest stet in eodem gradu una hora, aut duabus: quare æstimatur quòd iam sit peruentum ad statum paroxysmi cum ipsa

adhuc si in augmento paroxysmi. nam post illam stationem uidebis eam incipere augmentari:& similiter sunt ei in declinatione particulari stationes, quia non declinat uniformiter postquam incepit declinare:& hoc totum prouenit ex disformitate phlegmatis: cum enim eius effumat pars grossior, & stat calor in eodem gradu aliquanto tempore, non sic est in tertiana pura propter uniformitatem choleræ.

Et febres quidem phlegmatis sunt multæ oppilationis propter multitudinem humiditatis,& uaporis sui pauci sudoris propter uiscositatem humoris. Et cum sudare facit est res nõ exuberans,& de proprioribus significationibus eius, est paucitas sudoris,& priuatio eius.

Hoc est tertium genus signorum,& est quòd feb. phlegmaticæ sunt multæ oppillationis propter multitudinem humiditatis.s.phlegmaticæ:quæ cum sit multa etiam grossa est, & uiscosa,& uapores sui similiter grossi,& uiscosi.

Notandum quòd istæ oppilationes non apparent omnes in urina:sed solum illæ quæ sunt in uijs urinæ, scilicet hepatis & partium propinquarum in quibus cum est oppilatio, est urina subtilis:illæ tamen quæ sunt in poris membrorum,& in paruis uenis ad membra terminatis, non sunt causa quòd urina subtilietur, sed potius impedirent sudorem,& sunt pauci sudoris.i. raro sudant propter uiscositatem humorum: & cũ sit sudor est paucus. Et subdit quòd paucitas sudoris,& priuatio eius est de proprioribus signis ipsius.

Et sitis quidem minoratur in febribus phlegmatis nisi propter causam salsedinis, aut causam vehementiæ putredinis eius:& cum hoc est minor quam sitis, quæ est in alis.

Hoc est quartum genus signorum,& est quòd sitis minoratur in febribus phlegmaticis nisi quando pendent a phlegmate salso, aut a phlegmate quod uehementer putret. intensa n. putredo est caliditas putredinalis intensa, quæ exiccãdo facit multam sitim.

Et inflatio laterum multiplicatur in eis:& quandoq; accidit cuti lateris, ut subtilietur cum tensione.

Hoc est quintum genus signorum:& est quòd inflatio laterum,& totius uentris inferioris multiplicatur in patientibus phlegmaticam:quia calor factus debilis est potens ad conuertendum humores in uentositates,& uapores grossos, & non est potens ad illos resoluendum.

Secundo dicit quod quandoque accidit cuti lateris, ut subtilietur cum tensione idest propter intensionem factam a uaporibus & uentositatibus: quando enim aliquid extenditur secundum unam dimensionem, opus est quòd minoretur secundum alteram. Et nota quòd iste est quidam modus cachexiæ, & dispositionis ad tympanitem, ad quam forte adiuuat error digestiuæ stomachi & hepatis.

Color autem patientium phlegmatis febrem est decliuis ad uiriditatem & citrinitatem currentes in albedinem, ita ut sit illud quod aggregatum est, sicut color plumbi, usq; in statu. Et raro quidem rubet color in eo, cuius rubedo in statu reliquarum febrium.

Hoc est sextum genus signorum: & est quod color patientium phlegmaticam tendit ad uiriditatem & citrinitatem currentes ad albedinem, quasi color sit mixtus ex uiridi citrino & albo qui est sicut color plumbi, usque in statum scilicet particularem exclusiue. Secundo dicit quòd raro rubet color in patiente phlegmaticam in statu, cuius rubedo sit tanta quanta est in statu. scilicet particulari reliquarum febrium, scilicet calidarum. Notandum quòd color tendit in uiriditatem propter frigiditatem phlegmatis, & aliqualem mortificationem caloris innati: est enim uiriditas uia in fuscedinem & mortificationẽ caloris innati: tendit enim in citrinitatem propter aliquale incendium secundum aliquam partem cõuertens sanguinem ad naturam choleræ. Tendit enim in albedinem propter albedinem phlegmatis & cutis: sed color aggregatus ex his tribus est color plumbeus: & hic color est usque ad statum particularem exclusiue: sed in statu facies aliqualiter rubet, licet remisse.

Pulsus uero eius est pulsus paruus, submersus, debilis, rarus in primis:deinde fit frequens in fine.

Hoc est septimum genus signorum sumptum a pulsu & habet hæc pars quatuor partes. In prima ponit quasdam differentias pulsus phlegmaticæ. In secunda comparat has differentias pulsus phlegmaticæ ad differentias pulsus aliarum feb. In tertia parte subdit alias differentias pulsus phlegmaticæ. In quarta parte extollit hoc signum sumptum a pulsu. secunda ibi §Et frequentia quidem eius.§ tertia ibi§Et est uehemẽtis diuersitatis.§ quarta ibi §Et significationes quidem.§ In prima parte dicit quòd pulsus phlegmaticæ est paruus dimissus idest submersus, debilis, rarus in primis idest in principiis particularibus, quæ omnia sequuntur debilitatem uirturtis suffocatæ in principijs particularibus a materia phlegmatica multa, grossa, uiscosa. Est autem rarus nondum phlegmate per putrefactionem sufficienter inflammato: deinde fit frequens in fine idest in processu,& maxime in statu particulari: phlegmate tunc magis per putrefactionem inflammato, & potente cor magis calefacere: & tunc fit maior, uelocior, & fortior,& minus submersus.

Et frequentia quidem eius: & eius paruitas uehementior est quàm frequentia quartanæ & tertianæ: & eius paruitas, & uehementia frequentiæ eius est propter uehementiam paruitatis ipsius.

Primo facit hanc comparationem. secundo reddit causam dicti. tertio ponit aliam comparationem. secunda ibi § Et uehementia frequentiæ.§tertia ibi §Verum non est uelocior.§ In prima parte dicit duo. primũ quòd frequentia pulsus phlegmaticæ est uehementior idest maior quàm frequentia pulsus quartanæ & tertianæ. In secunda parte reddens causam dicit quòd uehementia frequentiæ eius scilicet pulsus phlegmaticæ est propter uehementiam paruitatis ipsius, ut per frequẽtiam restauret illud quod deficit ex magnitudine.

Dubitatur utrum pulsus phlegmaticæ sit minor pulsu melancholicæ. nam quod sit minor quàm pulsus melancholicæ non est dubium. Et arguitur primo quòd pulsus melancholicæ sit minor per Gal. secundo de crisi, capitulo de quartana, dicentem quòd quartana febr. in principio paroxysmi ponit pulsum in dispositione paruitatis, quam non sequitur ægritudo præter eam. ergo phlegmatica non habet tantam paruitatem pulsus, quantam habet quartana. Item Auer. quarto colliget. cap. de quartana dicit. pulsus quartanæ est paruior plus quàm sit in phlegmatica.

In contrarium est Auicen. in præsenti parte. & Halyabas octauo theoroicæ quinto cap. ubi dicit in signis phlegmaticæ febr. Est autem is pulsus minor pulsus quartanæ: quoniam phlegma debilitat uirtutem sua frigiditate, & sua multitudine infirmat. Idem dicit Rasis. 16. continentis. capitulo de phlegmatica in fine. Dicit Gentilis quòd auctores sunt multum discordes in differentijs pulsuum phlegmaticæ & quartanæ. nam qui iudicauerunt comparationem pulsuum harum febrium per rationem acquieuerunt causæ quæ secundum æstimationẽ suam uisa est potior. Qui enim dicunt pulsum phlegmaticæ paruiorem æstimant, quòd multitudo phlegmatis, & grossities,& uiscositas plus faciant ad paruificandum pulsum, quàm frigiditas melancholiæ siccitas, & grossities. Econtra uero alij oppositum opinati sunt æstimantes frigiditatem adiutam a siccitate & factam actiuiorem per eam, simul cum sua grossitiæ terrea plus facere ad paruitatem pulsus, tum opprimendo uirtutem, tum faciendo arteriam inobedientem. Qui uero per experientiam iudicant possunt discordare: quia excessus parui pulsuum adinuicem multum possunt decipere: & euenit pulsus diuersificari secundum uarias species phlegmatum,& uarias species melancholiæ & multa alia quæ de facto concurrunt. Et ideo unus potuit inuenire pulsum phlegmaticæ paruiorẽ: aliter econtra pulsum melancholiæ minorẽ pulsu phlegmaticę. Et certe siquis bene sine pasione cõsiderent, iudicabit nec uiam ratiocinii, nec uiã experiẽtię esse satis sufficientem ad certificandum ueritatem in hoc dubio. Credit tamen Gentilis ꝙ omnium paritate supposita quantum est possibile, ꝙ signentur duo corpora temperata, & in tempore temperato quorũ unum patiatur phlegmaticam a phlegmate dulci: alterum patiatur melancholicam a melancholia naturali.

Vel signentur duo corpora vnum phlegmaticum in hyeme patiens phlegmaticam a phlegmate dulci: alterũ melancholicum patiẽs melancholicam in autumno ex melancholia naturali. patiens phlegmaticam habebit pulsum minorem credens frigiditatem intensam phlegmatis cum viscositate plus operari ad purificandum pulsum, quàm frigiditatem melancholiæ cũ siccitate & grossitie sua. Sed ad auctores sentientes contrarium dicit ꝙ processerunt suo iudicio æstimatiuo, & secundũ ꝙ inuenerunt per experientiam qui eis occurrerunt: in quibus non apparet eis veritas. Sed pro rudioribus scholaribus ad tollendam contradictionem inter auctores dicit, ꝙ pulsus in phlegmatica est minor intensiue: sed in quartana minor duratione: quia plus durat typus & principium in quartana, quàm in phlegmatica. In dubio autem solito quæri an pulsus phlegmaticæ sit frequẽtior pulsu quartanæ: fere omnes auctores cõcordant pulsum phlegmaticæ esse frequentiorem pulsu quartanæ vt spissitudine restauret magnitudinis defectũ, quem habet respectu quartanæ. Gal. vero in therapeutica & ad Glauconẽ dicit ꝙ pulsus quartanæ tanto est rarior pulsu phlegmaticæ quanto pulsus phlegmaticæ est rarior pulsu tertianæ. hoc tamen per tactum comprehendere est difficile: licet Gal. secundo de differentijs dicat hæc omnia per tactum comprehendi posse. Sed certe in dictis Gal. videtur contradictio. nam in secundo de crisi dicit ꝙ pulsus phlegmaticæ est maior quàm pulsus quartanæ vt apparuit in dubio primo. In therapeutica vero ad Glauconem dicit ꝙ pulsus phlegmaticæ est frequentior pulsu quartanæ vt apparuit in dubio secundo. ergo falsa est causa quam dicunt, quòd pulsus phlegmaticæ est frequentior pulsu quartanæ ut restauret per frequentiã illud in quo deficit per magnitudinẽ: quia nõ deficit in magnitudine cum sit s̃m Gal. maior quàm pulsus quartanæ. Et certe credo hanc rationẽ procedere cõtra Gal. nisi dicat ꝙ in phlegmatica sit maior necessitas quàm in quartana, quod non est rationabile cũ phlegma sit frigidius quàm melancholia. Et certũ est acutiorẽ caliditatẽ sentiri in quartana, quàm in phlegmatica. Tenendũ est itaq; vt existimo pulsum phlegmaticæ esse minorẽ, & frequẽtiorem pulsu quartanæ, ad quas differẽtias adiuuat debilitas virtutis, maior in flegmatica quã in quartana cæteris paribus: tum ꝓpter debilitatem appetitus, & malitiã istimbræ: tum ꝓpter dispositionẽ ad syncopim. nã debilitas uirtutis facit simul pulsum paruũ, & frequentem. Tertio dubitatur utrũ pulsus phlegmaticæ sit frequẽtior pulsu tertianæ: & uidetur ꝙ nõ per Gal. in therapeu. ad Glauconem: & per Auer. quarto colliget in cap. de feb. phlegmatica dicentẽ, ꝙ pulsus phlegmaticę est rarior pulsu tertianæ in quolibet suorũ temporũ. Idem sentit Rasis. 10. Almãsoris & fere omnes in hoc cõcordant. Præterea. Humor cholericus est ualde calidus ponẽs in corde caliditatem facientem angustiam, faciens intensam sitim, magnum desiderium aeris frigidi, instantiam uigiliarum: cuius caliditas est acutior caliditate a quocunq; alio humore pendẽte. Sed oppositæ dispositiones sunt in phlegmate. ergo in fe. eius debet esse pulsus simul maior, & frequẽtior quàm pulsus phlegmaticæ. nec ratio Auicẽ. est alicuius momẽti cũ dicitur ꝙ deficiẽte magnitudine pulsus fit restauratio per frequentiã. dicetur enim primo ꝙ fit restauratio per uelocitatẽ. Secundo dicet ꝙ ratio bene concluderet, si calor tertianæ & calor phlegmaticæ essent æque intensi: tunc enim pulsus qui esset minor esset frequẽtior. In oppositũ est Aui. di. ꝙ frequẽtia phlegmaticæ est uehementior frequentia tertianæ. Dicit Gentilis suspicandũ est textum esse corruptum: sed cũ omnes textus sint consimiles, oportet imaginari aliam solutionem. dicit ergo quòd in principio & proprie in prima medietate principii multoties euenit, quòd pulsus est frequentior quàm in cholerica propter syncopim, aut dispositionem ad eam, cum qua phlegmatica frequenter incipit ut dixit Aui. Nam in syncopi & dispositione ad syncopim multoties fit pulsus formicãs, cum maxima frequentia, & paruitate: & fit frequẽtia illa magna ut suppleat in quo deficit magnitudo: & non est dubium quòd tunc pulsus est frequentior quàm in tertiana, in qua nõ est syncopis. Contra in feb. syncopali fit pulsus rarus. Dicendum quòd in feb syncopali humorosa fit pulsus rarus quãdo humor nondum per putredinem, aut digestionem est calefactus, & postea cum est calefactus non fit syncopis: quia uapores frigidi sunt causa eius, & non calidi. & ideo pulsus est rarus cum nondum sit feb. aut remissa: sed in phlegmatica cõmuniter eueniente fit syncopis: tum propter compassionem cordis ad os stomachi: tum propter malitiam istimbre uaporibus uenientibus ad cor existentibus calidis: quapropter fit pulsus ualde paruus, & consequenter ualde frequens, & frequentior quàm in tertiana. hoc autem ut dictum est accidit merito syncopis: sed non existente syncopi pulsus phlegmaticæ est rarior pulsu tertianæ: & si in tertiana esset syncopis, sicut in syncopali minuta pulsus esset frequentior quã in phlegmatica cum syncopi. Aliter posset dici secundum Gentilem quòd pulsus phlegmaticæ est frequentior pulsu cholericæ nõ absolute, sed proportionatur paruitati: quia in nulla feb. nec melancholica, nec cholerica tantum fit additio in frequentia propter paruitatem, quantum in phlegmatica.

Verum non est velocior pulsu quartanæ: & quandoq; est tardior eo, aut similis ei in primis.

In hac parte. d. quòd pulsus phlegmaticæ: licet sit frequentior pulsu quartanæ: nõ tamen est uelocior eo. Et ratio quia uirtus quæ defectum magnitudinis restaurat per uelocitatẽ oportet quòd sit fortis, sed in phlegmatica multum deficit uirtus. Vnde Halyabas dicit uirtutem in hac feb. esse dissolutam, & infirmam. Et quandoque est tardior in primis propter paucam calefactionem. unde fit paruus, & tardus licet sit spissus. spissitudo enim soboles est deficientis, siue imbecillis uirtutis apud Gale. in comment. pulsuum cap. de pulsu phreneticorum. aut similis ei. s. in tarditate in primis. idest in principio principii paroxysmi. nam postquàm non est uelocior pulsu quartanæ, relinquitur quòd si tardior, aut sibi similis propter maiorem, aut minorem necessitatem, & maiorẽ aut minorem debilitatem uirtutis.

Et est vehementis diuersitatis, cum priuatione ordinis: & parui, & debiles ex eis sunt in diuersitate eius plus.

In parte ista ponit alias differẽtias pulsus phlegmaticæ dicens quòd est uehementis diuersitatis cum priuatione ordinis: & parui & debiles sunt in diuersitate eius plus. Causa diuersitatis, & inordinationis est debilitas uirtutis per uiam suffocationis ab humore phlegmatico multo, grosso, & uiscoso. Item fortitudo pugnæ inter humorem, & uirtutem. Diuersitas autem ista est non quia unus pulsus sit magnus, alter paruus: unus fortis, alter debilis: quia omnes sunt parui, & debiles: sed diuersitas est in maiori aut minori paruitate. & maiori aut minori debilitate. Auenzoar autem dicit ꝙ pulsus in phlegmatica non est multum diuersus: intelligendus est ꝙ non est multum diuersus: quia una pulsatio sit magna altera parua: una fortis altera debilis: sed in latitudine paruitatis, & debilitatis cadunt hæ diuersitates.

Et significationes quidem pulsus super eam sunt de certioribus significationibus.

In parte p̃nti dicit ꝙ signũ sumptum a pulsu est de certioribus signis huius febris: sed ad cognoscendum has differẽtias pulsus exquisitæ oportet cognouisse pulsum sui sani: ut dicit Rasis. 16. continentis: & Gal. secundo de crisi.

Vrina autem eius in primis quidẽ est alba, subtilis propter multitudinẽ oppilationum, et frigoris: deinde fit rubea ꝓpter putredinem: & conturbatur propter malitiam digestionis.

Hoc est Octauum genus signorum sumptum ab urina: & habet quatuor partes. primo ponit urinæ qualitatem apparentem in principio. secundo propter putrefactionem contingentem. tertio propter malitiam digerendi. quarto ponit quandam urinæ diuersitatem & permutationem. secunda ibi §Deinde fit rubea.§ tertia ibi §Et conturbatur.§ quarta ibi §Et quandoque alteratur.§ In prima parte dicit quòd a principio in phlegmatica urina est alba subtilis. Cuius causa est multa oppilatio, & multũ frigus. utrumq; enim. s. oppilatio, & frigus facit urinã albã & subtilem albedine translucente sola aquositate transeunte. Nã si trãsiret phlegma ꝑmixtum cũ urina, urina nõ esset subtilis: licet esset alba ratione phlegmatis albi. septima aphor. cõmẽto. 3. si ab albo phlegmate. esset enim tunc alba & grossa. Et ecõtra stãte oppilatione esset alba. i. peruia, & subtilis: sed postea aperta oppilatione

fit groſſa,& opaca. nam ſicut ſm plurimum eſt eius oppilatio prius quàm eius apertio:ita prius eſt ſubtilis,& peruia quàm groſſa & opaca. ſecundo dicit ꝙ fit rubea ꝓpter putredinem .i. calorem putredinalem incẽdentem, & ignientem flegma. vnde fit in vrina rubedo quædã opaca tendens in cinereum. vnde octauo therapeuticæ. cap.5. eiuſq; rubor eſt qm̃ humor flegmaticus qñ immoratus fuerit diutius putrefit, & calefit. tertio dicit ꝙ comburatur ꝓpter malitiã digeſtionis: & põt intelligi quadrupliciter. primo. quia micta corrumpitur ſtatim,quod ſignificat malitiã cõmixtionis partiũ adinuicem ſequentem malam digeſtionem ſtomachi & hepatis: vnde mali humores multiplicantur.ſecũdo cõturbat̃.i.perdit luminoſitatem tendẽs in opacũ: & hoc ſequitur malitiã digeſtionis. Vnde ſecunda primi de coloribus: immo attinet fuſcitati ꝓpter priuationem digeſtionis. tertio poſſumus intelligere ipſam conturbari.i.turbidari ad modum vrinæ aſinorum: & arguit debilitatem caloris digerentis flegma cum tendentia in malignã putredinẽ. quarto poſſumus intelligere cõturbatur .i.inſpiſſatur.& ſignificat aliquã digeſtionem,licet diminutã: & forte aliquãdo malam,quæ eſt fortaſſe via in turbulentiã.

Et quandoq; alteratur in ea diſpoſitio vno tẽpore:& quãdoq; mundificabitur ex materia groſſa, & reſoluitur putridum,& redibunt oppilationes,dealbabitur vna hora,et alia: quando remanet intra materiam groſſam, & diſpoſitionem putredinis: & aqua hora oppilationum eſt alba: deinde quãdo putrefit res plurima poſt illud, & expellitur, & aperit oppilationes, rubet vſquequo veniat ſuper oppilationes: quòd oppilet eas vice alia de illo eodem humore.

In parte pñti dicit Auic. ꝙ vrina in febre flegmatica non ꝑmanet in vna diſpoſitione,eo ꝙ in vno tẽpore eſt alba, ſubtil.alio tẽpore eſt ruffa,groſſa: & ſic multoties in paucis diebus variatur a ſubtilitate in groſſitiẽ,& econtra.& ab albedine in rubedinem: & econtra.ſicut dicit Iudæus ſexto cõtinẽtis.& cauſam reddens dicit,ꝙ qñdoq; mundificabit̃ ex materia groſſa ſupple cũ vrina. Et reſoluet̃ putridum: & tunc fiet vrina groſſa, ruffa humoribus cũ vrina permixtis,& redibũt oppilationes:& dealbabit̃ ſupple, & ſubtiliabit̃. vñ alia hora qñ.ſ.remanet fe.inter materiã groſſam,oppilantẽ, & diſpoſitionẽ putridæ.i.cũ diſpoſitione ad putridã.tũc enim facta oppilatione dealbabitur ſupple, & ſubtiliabitur. nam quãdo eſt oppilatio eſt diſpoſitio ad putridam: & tunc dealbatur, & ſubtiliatur: & ſic aliqua hora putridæ.i.dum diſponitur ad putredinem, & aliqua hora oppilationis.ſ.cum eſt oppilatio eſt alba ſupple & ſubtilis.deinde quãdo putrefit res plurima poſt illud.ſ.oppilationem,& expellitur illud.ſ. putridum cum vrina, & aperiuntur oppilationes rubet.ſ.vrina, & ingroſſatur vſquequo veniat ſuper oppilationes.i.loca oppilata quòd oppilet ea vice alia de illo eodem humore: & tunc ſupple fiet vrina ſubtilis alba.

Eius vero egeſtio eſt lenis, ſubtilis, phlegmatica.

Hoc eſt nonũ genus ſignorũ ſumptũ ab egeſtione: & eſt ꝙ eius egeſtio eſt lenis.i.mollis nõ dura,ſubtilis.i.fluxibilis flegmatica.i.cũ admixtione flegmatũ ſubtililium,aquoſorũ, aut groſſorum ſm flegmatũ diuerſitatem. Eſt autem fluxibilis ꝓpter indigeſtionem,& paucam hepatis attractionem:oppoſitæ conditiones ſecundum plurimum ſunt in cholerica.

Et de eis quæ ſignificant quòd feb. eſt phlegmatica eſt vt ſit paroxyſmus eius decem & octo horis: & dimiſsio eius:vi. horis: & non eſt dimiſsio eius, dimiſſio munda: quoniam materia cum groſsitudine, & viſcoſitate eſt multa.

Decimum genus ſignorum ſumptum a paroxyſmo. Et eſt ꝙ paroxyſmus feb.flegmaticæ durat. xviij.horis: & dimiſsio eius eſt.vj.horis. & non eſt dimiſsio munda: quoniam materia eſt groſſa, viſcoſa, & multa. vnde in ſex horis illius falſæ quietis fit aliqua neutralitas feb. Et hic penes Gentilem cõſidera quatuor miranda de phlegmate. Primum quòd citius mouetur ad putredinem quocunque alio humore: quia paroxyſmat quotidie: ſed cholera de tertio in tertium: melancholia de quarto in quartum.

Secundo quòd difformius putrefit ita vt tempora confundantur.quod accidit propter eius maiorem difformitatem,& viſcoſitatem quàm in aliquo alio humore.

Tertio phlegma paroxyſmans citius per putredinem finitur poſtquam putrere incepit quàm melancholia: licet tardius quàm cholera. Quarto quòd minus mundatur corpus, quàm in reliquis febribus periodicis. & huius vltimi cauſa eſt multitudo groſsities,& viſcoſitas,& pauca diſtantia inter paroxyſmos eius. Sed videtur quòd tertium repugnet primo. ſi enim tardius per putredinem finitur poſtquàm putrere incepit quam cholera: quia paroxyſmus eius durat. xviij. horis: paroxyſmus vero choleræ.xii. videtur quòd magis reſiſtat cauſis putrefacientibus quàm cholera. Et ſic ſequitur ꝙ deberet moueri tardius ad paroxyſmandum quàm cholera. non enim poteſt aſsignari cauſa cur magis reſiſtat cauſis putrefacientibus, poſtquàm putredo incepit, quàm cholera: & non magis reſiſtat ne incipiat putrefieri quàm cholera. ea enim quæ reſiſtunt putrefactioni in vtraq; ſunt forma ſubſtantialis, proprietas, complexio, modus ſubſtantiæ: & certum eſt hic omnia reſiſtere quantum poſſunt ne incipiant putrefieri,& ne putrefactio procedat, poſtquam incepit cum ſint agentia naturalia. ergo ſuppoſita paritate ex parte quantitatis, & aliorum videtur de neceſsitate cõcludi quòd ſicut flegma tardius finitur poſtquam putrere incepit quàm cholera: ita tardins debeat incipere putrere quàm ipſa. Dicendum ſicut eſt veritas, quòd phlegma velocius incipit putrere quàm cholera: tamen tardius finitur per putredinem: quamuis omnia reſiſtentia putredini inchoandæ, & ne putredo procedat ſint eadem, & agentia ſemper mere naturaliter, & ſecundum vltimum conatum: ſed hoc eſt propter diſpoſitionem phlegmatis facilem ad inchoandum ad putredinem, propter paruam reſiſtentiam ſuæ proprietatis,& econtra magnam reſiſtentiam proprietatis in cholera.Sed econtra magna eſt reſiſtentia in phlegmate ne finiatur per putredinem per modum ſuæ ſubſtantiæ groſſæ, & viſcoſæ: & econtra parua reſiſtentia in cholera ne finiatur per putredinem propter ſuam ſubſtantiam ſubtilem & priuationem viſcoſitatis. Et exemplum habes in piſce, & vino: citius enim valde incipit piſcis putrere, quàm vinum: tamen citius vinum per putredinem finitur quàm piſcis.

Contra. reſiſtentia phlegmatis aggregata ex quatuor prædictis ſemper agit mere naturalier, & ſecundum vltimum conatum: ergo tantum reſiſtit ne putredo procedat poſtquam inchoauit,quantum reſiſtit ne inchoet: ſed hæc magis reſiſtit ne putrefactio procedat poſtquam inchoauit,quàm tota reſiſtentia choleræ.ergo etiam magis reſiſtit ne inchoet putredo quàm tota reſiſtentia choleræ: & ſic tardius periodicabit flegma, quàm cholera. Ratio eſt apparens cum non incipiant periodicare periodo faciente febrem, niſi putreant. Credo quòd ſit hæc prima conſequentia neganda eo quòd difficilius eſt in phlegmate velocitare putrefactionem inchoatã, quàm ipſam inchoare. Et econtra difficilius eſt in cholera putrefactionem inchoare, quàm inchoatam velocitare. quòd ſi hæc reſponſio tibi moleſta eſt: aliam inuenies.

Significant ipſam ætas, et conſuetudo,et tempus, et regio, & cibi, & aduentus cauſarum antecedentium ex ſatietate nauſeatiua:et ſignificant ipſam forma prædicta ex colore faciei,et inflatione eius: et lenitas tactus,et debilitas oris ſtomachi,et caſus appetitus: et quandoq; magnificatur in ea ſplen. et ſequitur eã eructuatio acetoſa in pluribus horis multoties.

Hoc eſt vndecimum genus ſignorum in quo multa congeruntur: & dicit quòd phlegmatica ſignificatur per ætatem.ſ. ſenii, & proprie decrepitatis, per conſuetudinem.ſ. alias patiendi eam: & tempus.ſ.frigidum & humidum: & regionem .ſ.frigidam & humidam: & cibos.ſ.multiplicantes phlegma: & per cauſas antecedentes quæ ſunt ſigna, aut cauſæ multiplicationis phlegmatis ſicut eſt nauſeatiua ſatietas maxime cum corruptione ad acetoſum,& ſignificant ipſam forma prędicta ex colore faciei. ſ. plumbeo, & inflatione eius, & lenitas tactus ſequens humiditatem phlegmatis, & debilitas oris ſtomachi, & caſus appetitus propter cauſas ſupraſcriptas. Et quandoq; magnificatur ſplen phlegmate per putredinem in melancholiam verſo, & ſplenem implente cum ſit eius receptaculum: & ſequitur eam eructuatio acetoſa in pluribus horis.i.temporibus ipſius phlegmaticæ in quibus magis debilitatur, aut corrumpitur digeſtio ad acetoſum. hoc autem ſecundum

cundum plurimum magis est in augmento, & statu.

De signis phlegmaticæ inseparabilis & est illa quæ nominatur latica. Cap. XLIX.

SVnt sicut reliqua signa feb. phlegmaticæ præter eradicationem, & quod similatur eradicationi. Et apud inceptionem fiunt rigor, & frigus, & horripilatio: & est res magis similis cum hectica. & fit illic rigor in vi. horis: aut tantum superans illum qui fit in periodica: nam in periodica iterum non euacuatur a residuo: veruntamen est occultum non apparens.

Hic ponit quatuor signa feb. phlegmaticæ continuæ. Primum quòd duo genera signorum in præcedenti capitulo. posita quæ sunt signa phlegmaticæ interpolatæ: sunt etiam signa phlegmaticæ continuæ, & non mirum cum ambæ pendeant ab eadem materia: & non est differentia nisi quia in cōtinua phlegma putret ad intra venas: sed in interpolata putret extra venas. ideo ambæ in hoc differunt: quia in continua non eradicatur neque assimilatur feb. quæ eradicatur: sed in interpolata licet non eradicetur, tamen assimilatur febri quæ eradicatur: quia cadunt sex horæ inter vnum paroxysmum, & alium in quibus nō est febris: sed solum neutralitas febris: sed in cōtinua semper est feb. licet remissior in sex horis proximis sequenti paroxysmo: quapropter nec eradicatur nec assimilatur febri quæ eradicatur. Secundum signum est, ꝙ exacerbatio continuę incipit cum rigore, frigore, & horripilatione. Tertium signum est. quòd est multum similis hecticæ. Quartum signum est. quòd fit illis. i. in phlegmatica continua rigor. i. remissus calor in sex horis suę declinationis particularis: aut tantum. i. vel circa sex horas, superās tamen calorem remissum, qui est in declinatione paroxysmi periodicæ. nam periodica iterum nō euacuatur a residuo caloris, verumtamen illud residuum caloris paroxysmi interpolatæ est occultum non manifestum, sicut in continua cum calor remissus in continua sit feb. sed in interpolata neutralitas febris. Primo notandum pro declaratione secundi signi quòd hi typi. s. frigus, rigor, & horripilatio causantur dupliciter. vnomodo ex sparsione materiæ super mēbra sensibilia. & hi fiunt in principijs febrium interpolatarum, cum materia expellitur de venis paruis ad membra sensibilia: & hi sunt proprie typi. secundo modo fiunt ex suffocatione caloris innati sub materia multa, grossa, & viscosa: & hi fiunt in principijs exacerbationum phlegmaticæ continuæ cum materia phlegmatica expellitur de venis magnis ad paruas ibidem suffocans calorem innatum, per quam suffocationem in extremis fit frigus, rigor, & horripilatio. Et hi sunt improprie typi: quia valde remissi, & parum durantes: & hi typi quandoque sunt maiores in principijs exacerbationum principii vniuersalis, quàm in principiis exacerbationum status. Aliquando econtra secundum diuersitatem materierum, quæ faciunt hos typos in frigiditate, multitudine grossitie, & viscositate, ꝑpter quas aliquando magis suffocatur calor in principiis exacerbationum principii vniuersalis, quàm in principiis exacerbationum status vniuersalis: aliquando econtra. Secundo notandum pro declaratione tertii signi quòd febr. latica est multum similis hecticæ: tamē quia calor est mitis sicut in hectica & satis vniformis & fit extenuatio in ea propter defectum digestiuæ stomachi. & nisi esset lenitas pulsus esset valde plus similis hecticæ vt dixit Auicen. superius in capitulo de rebus in quarum quibusdam differūt febre putredinis &c.

Horripilatio frigus & rigor, dupliciter fiunt.

Et ex hac conuenientia cum hectica, ego arguo quòd frigus, rigor, & horripilatio debeat raro accidere in principiis exacerbationum phlegmaticæ continuæ: quia per hoc signū faciliter discerneretur ab hectica: cum hectica non habeat huiusmodi typos. Et deum testor me raro reperisse hos typos in laticis. Cætera quæ dicit Auicenn. in hoc capitulo nota sunt.

Febres quæ sunt secundum plurimum de genere phlegmaticarum, & sunt quandoq; ex cholera, & non sunt ex eis quæ fiunt ex melancholia, & sunt appropriatæ cum nominibus, & iudiciis. idest habent nomina propria, & iudicia propria. scilicet per quæ nominantur, cognoscuntur, & iudicantur.

Cap. L.

HÆc sunt febres epialos, & liparia, quæ ambæ sunt de summa febrium, in quibus diuersificantur loca caloris, & frigoris intus, & exterius propter diuersitatem & locum eius, quod putrefit, et quod non putrefit. Et sunt tres diuisiones feb. appropriatæ: syncopalis humorosa: & febris ex syncopi minuta subtilis, & feb. diuturna et nocturna.

Hic determinat de quibusdam febribus ad phlegmaticas reducibilibus: quia vt plurimum fiunt ex phlegmate: licet quandoq; fiant ex cholera, vt liparia dicta tabaros, & syncopalis minuta: & non fiunt ex melancholia. scilicet pura: sed aliquando ex phlegmate tendente ad naturam eius, vel habente eius mixtionem: sicut Isaac ponit de liparia. & hoc dicit prima pars rubricæ. Primo ergo Auicen. enumerat has febres. secundo exequitur. secunda ibi §Hæc feb. fit.§ Dicit primo hæ sunt febres epialos, & liparia quæ ambæ sunt de summa feb. in quibus diuersificantur loca caloris, & frigoris intus, & exterius propter diuersitatem eius quod putrefit, & quod non putrefit. i. secundum diuersitatem materiæ putrentis, & non putrentis, & secundum diuersitatem locorum intrinsecorum, & extrinsecorum in quibus continentur huiusmodi materiæ putrentes, & non putrentes. Et tu adde tertiam feb. in qua interiora & exteriora simul calent & frigēt, propter has diuersitates materierum & locorū: & sunt præter has tres aliæ diuisiones: idest tres aliæ febr. sub hac diuisione contentæ. scilicet syncopalis humorosa: syncopalis minuta, subtilis: & feb. diurna, & nocturna.

Febris in qua occultatur frigus, & apparet in ea calor, & est epialos. Cap. LI.

HÆc febris fit ex phlegmate vitreo: sed est comprehēsum in occulto & profundo, quod infrigidatur vbi est. Verum ipsi accidit iam putredo, quare spargitur ex eo vapor eius quod cum putruit, & dispergitur, inflammatur in exterioribus: & illud quod non est putrefactum infrigidatur in interioribus.

Hæc pars diuiditur in sex partes secundum quòd sex facit capitula de his feb. partes patent in principiis capitulorum. Primum capitulum diuido in duas partes. Nam in prima ponit causam epialæ, & modum prouentus eius ex causa sua. In secunda ponit signa. secunda ibi§Signa eius.§ Prima in duas. nam in prima facit quod dictum est. secūdo remouet dubium. secunda ibi §Et eius quidē frigus.§ In prima parte dicit Auicen. quòd causa huius febr. est phlegma vitreum contentum in profundo corporis occulto sensibus nostris, quod infrigidatur in loco vbi cōtinetur, & infrigidat locum illum & partes illi vicinas. Sed huius phlegmatis aliqua pars putret, & a parte putrente vapores eleuati venientes exterius calefaciunt partes exteriores: sunt enim simul cum parte putrente, a qua eleuantur facti calidi per putrefactionem: quare partes exteriores calefiunt per vapores putridos ad ipsas venientes. sed partes intrinsecæ infrigidantur a parte phlegmatis non putrefacta.

Et eius quidem frigus non apparet in huiusmodi tempore: quoniam est quietum, & associatur ei, & non patitur ab eo quod occurrit ei: postquam ergo incipit in eo putredo mouetur, & infrigidatur infrigidatione quadam: quanuis non perueniat ad hoc vt communicet toti corpori.

In parte præsenti remouet dubium. posset enim quis interrogare quare frigus huius humoris vitrei non sentiebatur in loco vbi continebatur ante inchoationem huius feb. Respondet ꝙ frigus huius humoris nō sentiebatur. primo quia hoc phlegma erat quietum, & erat consuetū membro in quo continebatur. vnde in membro illo continente iam erat facta mala complexio æqualis, quæ non sentitur: & etiam humor ille ꝫm eius superficiem erat calefactus quasi factus similis superficiei membri circundantis, & similia nō sentiuntur. Sed cum incipit putrefieri, incipit moueri localiter: & pars quæ primo erat intrinseca efficitur extrinseca: & quia est magis frigida quàm pars extrinseca, & obuiat parti cui hic humor non erat cōsuetus infrigidat illam partem faciens in ea malam complexionem diuersam, quæ sentitur: non tamē eius

frigiditas

frigiditas est tantæ potẽtiæ vt posit totum corpus infrigidare, sentitur itaque frigiditas interius & caliditas exterius.

Primo notandum circa partem præsentem ꝙ auctores his terminis epialos,& liparia vario modo vtuntur. Quidã enim per epialos intelligunt febrem in qua secundum eandem partem simul sentitur calor & frigus. Et hoc modo vtitur hoc vocabulo Gal. secundo de differentijs febrium:& in libro malæ complexionis diuersæ:& in commento aphor. septimæ particulæ. Si feb. a cholera non habeatur:& Haliabas sexto theoricæ. cap. 6 & Rasis, 16. continentis. cap. 3. Quidam vero hoc nomine epialos vtuntur ad significandum febrem in qua exterius apparet frigus, interius calor: sicut secundo febrium. capitulo de epiala. Et Arist. 27. problematum. problemate secundo. Quidam vero contrario modo vtuntur hoc vocabulo epialos ad significandum febrem in qua intus sentitur frigus,& exterius calor. sicut Auic. hic: & Serap. sexto breuiarij. Et Gentilis dicit ꝙ epialos dicitur ab epi, quod est supra, & alos idest aliud: quasi vnum supra aliud: & secundum hoc quid nominis posset dici de quacunque istarum febrium. In qualibet enim est vnum supra aliud. s. aut calor supra frigus, aut ecõtra. sed litem de nominibus omittamus. Imaginemur febrẽ in qua calor sit exterius,& frigus interius quocunq; nomine vocetur,& quæramus causam eius. Isaac imaginatᷓ causam huius febris quã ipse lipariam appellat, esse duplicem humorem. s. phlegma grossum existens interius nõ putrens interiora infrigidans, & choleram grossam exterius putrentem exteriora calefacientẽ: & imaginatio sua põt facile defendi.

Hic cadunt duo dubia. Primũ. quis est locus profundus in quo phlegma vitreum infrigidãs continetur: & quæ sunt loca extrinseca quæ calefiunt. Secundum. si interiora frigent quomodo hic erit febriens? Respondet Gẽtilis per loca profunda occulta possumus intelligere stomachum,& intestina, & partes sibi vicinas:& etiã quosdam musculos intrinsecos. Item possumus intelligere concauitates quarundã venarum: sed per loca exteriora calida possumus intelligere manus, & pedes,& partes cutis,& sibi vicinas. Et ex his patet solutio ad dubium an hæc febris sit continua, an interpolata. Nam si materia putrens cõtinetur ad intra venas febris est cõtinua: si vero extra venas est interpolata. Ad secundũ dubium respondetur ꝙ licet in stomacho, & intestinis, aut in musculis profundis sentiatur frigus: aut etiã in concauitatibus aliquarum venarum. tamen vapor putridus petit cor & ipsum inflãmat. vnde hic non dicitur sentire frigus in profundo. i. in corde, vel circa cor: sed sentit frigus in stomacho, intestinis, & in partibus dictis. Calorem vero sentit in manibus & pedibus, & partibus cutaneis, & in corde.

Contra prædicta instatur: quia si loca intrinseca sunt frigida: ergo multo magis extrinseca, cum ꝓpter frigiditatem locorum intrinsecorum caliditas debeat a membris exterioribus ad intrinseca frigentia reuocari, natura existente magis sollicita de membris intrinsecis nobilibus, q̃ de extrinsecis ignobilibus. Secundo sequeretur ꝙ omnes feb. pendentes ab humoribus frigidis deberẽt esse epialæ cum omnes hi humores cum mouentur deberent partes intrinsecas infrigidare sicut phlegma vitreum. Tertio sequitur ꝙ in partibus intrinsecis deberet simul sentiri calor,& frigus. nã si pars phlegmatis vitrei putrens interius calefacit partes exteriores: multo magis deberet calefacere partes interiores in quibus continetur: cum vnum quodq; fortius agat in partes propinquas, quàm remotas. Præteræa. Aut pars phlegmatis vitrei non putrens est potentior ad infrigidandum, quàm pars putrens ad calefaciendum, aut econtra: aut sunt æque potentes. Si primum, sequitur ꝙ cor,& partes extrinsecæ deberent infrigidari: & sic non esset febris. Si vero econtra deberet interius sentiri calor,& non frigus, aliter simul in eadem parte intenderetur calor & frigus. Si vero sint æque potẽtes sequitur quòd neque calor, neque frigus deberet produci, aut quòd simul in eadem parte produceretur calor & frigus.

Pro huius solutione oportet imaginari ꝙ pars phlegmatis vitrei interius existẽtis putret. Altera vero eius pars nõ putrens est maior: pars tamen putrens est tanta & tantũ per putredinem inflammatur, ꝙ vapores ab ea eleuati uenientes ad cor inflammant ipsum,& faciunt feb. Et similiter venientes ad partes extrinsecas calefaciunt ipsas: pars autem phlegmatis vitrei non putrẽs, quæ est maior infrigidat partes in quibus continetur & sibi vicinas: non autem infrigidat cor, & partes exteriores: quia vapores ab ea eleuati sunt pauci, & grossi nõ potentes peruenire ad partes distantes, neque etiã ipsum per simplicem alterationem potest infrigidare partes distantes, tum quia vis sua non tantum extenditur, tum quia impeditur a vaporibus putridis phlegmatis uitrei putrentis.

Sed superest ut respondeamus ad rationes suadẽtes contrarium. Ad primũ dicitur cõmuniter ꝙ uapores calidi phlegmatis uitrei putrentis sunt potentiores ad calefaciendũ partes extrinsecas, quàm fuga caloris interius ad infrigidãdum.

Contra, sequitur ꝙ in alijs febribus non deberet in principijs paroxysmorum extrema infrigidari. consequens est falsum, sed probatur cõsequẽtia. quia putridi uapores petentes exteriora sunt potentiores ad calefaciendum exteriora q̃ fuga caloris interius ad infrigidandum. Credo ꝙ oporteat cõcedere in principijs paroxysmorum fe. futuræ epialos extrema infrigidari: & pro tunc non est epialos actu: sed postea calefactis extremis propter uapores putridos tandem calefacientes extrema & interioribus existẽtibus frigidis, est epialos: non sic est in aliis feb. quia a uaporibus multis putridis interiora calefiunt: nec omnis humor frigidus etiam nõ putridus est potens ad illa infrigidandũ, nisi sit uehementis frigoris sicut est phlegma uitreum,& forte aliquod acetosum. Et ex his patet responsio ad secundum. Ad tertium negatur cõsequentia. & cõsequenter dicitur ꝙ omne agẽs cęteris paribus magis agit in partes propinquas, quàm remotas. Sed hic cætera non sunt paria: quia pars phlegmatis uitrei non putrẽtis impedit calefactionem interius, nõ autem exterius: cũ non sit exterius, nec sua uis extendatur ad infrigidandum partes extrinsecas. Sed ad confirmationem cum quæritur an pars phlegmatis uitrei non putrentis est potentior ad infrigidandum quàm pars putrens ad calefaciendum: dicitur ꝙ est potentior ad infrigidandum partes intrinsecas in quibus cõtinetur, quàm pars putrens ad eas calefaciendum. Est tamẽ pars putrens magis potens ad calefaciendum cor, & partes exteriores quàm pars non putrens ad infrigidandum eas: quia uapores eius sunt pauci, & ualde grossi: quibus non est facilis transitus ad longinqua. Et econtra uapores phlegmatis uitrei putrentis plures & subtiliores facilius penetrant ad partes longinquas.

De signis. Cap. LII.

Signa eius sunt eadem, quæ prædicta sunt: & quòd eius vrina est frigida cruda minoris caliditatis, quàm vrina aliarum sui generis: & pulsus eius est rarus, tardus.

Primo ponit signa. secundo quandã huius febris proprietatem declarat. tertio complet signa. secunda ibi §Et ipsa secundum plurimum.§ tertia ibi §Spatium uero paroxysmi.§ In prima parte dicit ꝙ signa eius sunt ea quæ dicta sunt in capitulo de signis phlegmaticæ interpolatæ: & quæ statim dicta sunt in hoc capitulo. ꝙ patiens hanc febrem intus frigeat, exterius caleat. Secundum signũ est ꝙ eius urina sit frigida: quia alba arguens frigiditatem: cruda quia forte subtilis sine hypostasi. Et horum causa est: quia phlegma est uitreũ infrigidans plus interiora quàm in aliis phlegmaticis. Tertium signum est: quia pulsus est tardus rarus, non quidem respectu sui sani: quia sic non febriret: sed respectu patientium alias febres.

Et ipsa secundum plurimum additur omni die: verum propter grossitudinem suæ materiei cõuertitur quandoq; in quartanam, & tertianam. quoniam huiusmodi materia in corpore est parua, & paruæ putrefactionis ignea. Et paucitas quidem est ex causis elongationis periodi.

In præsenti parte declarans quandam proprietatem huius feb. primo ponit eam. secundo remouet dubium. secunda ibi §Et propterea quod.§ In prima parte dicit ꝙ hic feb. secundum plurimum paroxysmat omni die: uerũ propter grossitudinem suæ materiæ quandoq; de tertio in tertiũ. quandoq; de quarto in quartũ quoniã materia huius feb. quandoque est pauca tardæ putrefactionis propter suam intensam frigiditatem, grossitiem,& uiscositatem igneam quasi uideatur ignita. habet enim paruam dispositionem ad putredinem: sed putredo sua est sicut quædam ignitio uiolenta, & paucitas quidem

dem eius est causa elongationis idest tardationis sui periodi.

Et propterea quòd paroxysmus non redit omni die, nō remanet hæc feb. quin sit phlegmatica : sed propterea est phlegmatica, quia putredo eius est putredo phlegmatis : et hæc nō extrahit eam ab hoc quin sit phlegmatica : sed propterea ꝙ putredo est putredo phlegmatis, non propterea quòd paroxysmus non redeat omni die.

In parte præsenti remouet dubiū : quod posset quis arguere. hæc febris paroxysmat de tertio in tertiū, & de quarto in quartū : ergo non est phlegmatica cū propriū sit phlegmaticę paroxysmare omni die. Rn̄det Aui. ꝙ paroxysmare d̄ tertio in tertium, aut de quarto in quartū non facit hanc febrem non esse phlegmaticam. nam hæc febris dicitur phlegmatica: quia pendet immediate ex putredine phlegmatis, non quia paroxysmet omni die. Ex quo sequitur ꝙ non paroxysmare quotidie nō extrahit eam ad hoc ut sit phlegmatica. specificatio autem feb. non sumitur ex modo paroxysmādi: sed ex natura materiei quæ est causa coniuncta earum. Hic dicit Gentilis quosdam arguisse contra opinionem suam dicetentem, ꝙ periodicatio sequitur humorem ex natura suæ formæ specificæ, nam si ita est, & proprietas specica semper comitatur suā formā substantialem: ergo nunquā erit periodicatio phlegmatis quæ nō sequatur suam proprietatem, & suā formā substantialem : sed periodicatio de tertio in tertium, aut de quarto in quartum non sequitur suam proprietatem, neq; suam formam substantialem. ergo phlegma nunquā periodicabit his periodis: cuius opposi tum dicit Auic. ergo præter proprietatem, & formam substantialem opòrtet assignare causas periodicationis. Respondet Gentilis ꝙ effectus qui sequunt̄ proprietates specifitas & formas substantiales sequuntur eas in determinata mensura accidentium nisi sit prohibens. Vnde turbit euacuat phlegma a proprietate: & scamonea choleram in determinata mensura: & tamen si extra quantitatem quā forma requirit pro hac operatione dentur, euacuabunt sanguinem, aut simul cum phegmate & cholera, aut sine eis. Similiter magnes si ungatur cum allio nō trahit ferrum. phlegma enim mouetur quotidie ex sua proprietate cum fuerit cum hoc debitæ quantitatis, & debiti modi substantiæ. Cum autem paucificatur, & ingrossatur licet ex forma spefica debeatur sibi paroxysmus omni die : paroxysmās tamē impedietur ex his accidentibus, unde pigritabitur & tardabitur motus ad tertium, uel ad quartum diem. Ex quibus aperte uides Gētilem uelle proprietatem specificam humoris: & cōsequenter suam formam substantialem intendere & concurrere tanquā causam agentem ad faciendū determinatum periodum: & consequenter intendere per se sui humoris corruptionem quod uidetur omnino absurdum. Sed de hoc superius in quæstione de periodicatione dictum est quantum est opportunum. Ego autem qui teneo periodicationem sequi proportionem potentiæ membrorum mouentium humores ad suam resistentiam, pono humores resistentes suo motu periodicationi, & suæ putrefationi per formam substantialem, modū, substantiæ proprietatem, & complexionem, & propter maiorem proportionem membrorū mouentium ad phlegma quàm ad choleram, & ad choleram quàm ad melancholiam, fit ut phlegma secundum plurimum periodicet quotidie: cholera de tertio in tertium: melancholia de quarto in quartum.

Periodi- cationis causa secū dum Gen tilem.

Contra sequitur ꝙ quanto phlegma esset maioris quantitatis deberet tardius periodicare propter maiorem resistentiā. consequens contra Auic. hic & contra experientiam. Respondetur uerum esse, ꝙ quanto est maioris quantitatis tanto magis resistit. sed ex alia parte, quia magis stimulat uirtutem expulsiuam in causa ut uirtus maiori conatu moueatur ad ipsius expulsionem: & sic tardius periodicet. Nota, ergo ꝙ paucitas materiæ: & difficultas putrefactionis est causa retardationis paroxysmi: quia materia mouēda ad paroxysmū habet duos motores. s. naturam, & est uirtus expulsiua, quæ tamen non mouet humorem, nisi cum stimulatur : paucitas autē materiei est ex causis tardæ stimulationis. Alius motor est calor extraneus putrefaciens : & consequenter localiter mouens materiam putrefaciendam. omne enim quod putrefit localiter mouetur. Et quando materia esset grossa parum receptibilis putredinis tarde mouetur. Vnde calor putredinalis dupliciter uelocitat putrefactionem: uno modo quia stimulat uirtutem expulsiuam. secūdo modo, quia mouet humorē qui putrefit localiter.

Motores mouentes materiam ad nouum paroxysmum.

Spatium vero paroxysmi eius est ex quatuor horis vsq; ad xxiiij. horas : & secundum plurimum consumitur ante illud : quoniam hæc materia non est cum illa multitudine.

Hoc est ultimum signum, & est ꝙ spatiū paroxysmi epialos est a quatuor horis usque ad. xxiiii. horas, & secundum plurimum cōsumitur ante 24. quoniā materia eius scilicet phlegma uitreum licet sit grossum & uiscosum & ratione huius deberet paroxysmus prolongari: non tamen est multum. raro .n. corpus humanum ad tantam peruenit frigiditatem, ut phlegma uitreum posit multiplicari. Et hic nota ꝙ ponit maiorē & minorem terminū durationis paroxysmi epialos : licet posset taliter exponi ꝙ paroxysmus epialos est a quatuor horis, in quibus licet non sit epialos, ex quo extrema non calent: est tamen fe. corde inflammato. Sed post quatuor horas usq; ad. 24. potest paroxysmus epialos durare, in quo tempore interiora frigent, & exteriora calent.

Febris in qua occultatur caliditas, & apparet in ea frigus, est liparia, sic dicta quasi pinguis. pingues enim calent interius frigent exterius, octaua problematum, problemate octauo.

Calent autē interius. quia multitudine adipis faciente quandam oppilationem attenuatoriam spiritualia non bene euentantur. frigent autem exterius: quia pinguendo quæ est in ambitu totius est frigida. prima primi. capitulo de complexionibus membrorum.

Cap. LIII.

Hæc febris secundum plurimum est phlegmatica : & quandoque est cholerica ex cholera grossa valde.

In hoc capitulo determinās de liparia primo præmittit causas & modum prouentus eius ex causis suis. secundo remouet dubium ibi [Et habet aliquis ut dicat.] prima in duas. nam in prima præmittit causas. In secunda modum prouentus eius ex causis ponit, secunda ibi [Quomodo ergo est.] In prima parte dicit hanc feb. secundum plurimum esse phlegmaticam : & tamen quandoq; est cholerica a cholera ualde grossa.

Primo notandum secundum Gentilem ꝙ omnis feb. paroxysmalis incipiens cum frigore in aliquo tēpore principii potest dici liparia : quia prius quā extrema calefaciant stat in eis frigus cum interiori calore : sed de tali modo lipariæ non est sermo hic: sed de illa quæ in toto paroxysmo est in tali dispositione. Secundo notandum est ꝙ sicut dictum est de epiala: ita dicendum est de liparia : medici uario modo utuntur hoc termino liparia. Quidam enim sicut Isaac. 5. febrium per lipariam intelligit feb. in qua intus est frigus, & calor extra. Quidam autem econtra per lipariam intelligūt feb. in qua interiora calent & exteriora frigent sicut Auiccen. in hoc capitulo & Gal. tertio de simplici medicina distinctione tertia capitulo tertio. & in aphoris. quartæ particulæ. In non deficientibus feb. si quidem quæ extra, & in commento apho. septimæ particulæ. Si feb. a cholera non habeatur. ubi appellat hanc febrem lymonis uel lipariam. & in commē. secundi prognosticorum commē. quarto. Tertio notādum raro reperiri choleram grossam grositie ad hanc feb. requisita. phlegma uero frequenter: qua propter hæc fe. frequētius fit a phlegmate, quā a cholera.

Quomodo autem est phlegmatica? est quoniam phlegma intrinsecum quando inflammatur, & putrefit calefacit illum locum : quoniā non resoluitur nisi quando putredo calefacit exteriora corporis cum sparsione vaporis sui calefactione plurima.

In hac parte ponit modum prouentus huius feb. ex causis suis. & primo quomodo prouenit ex phlegmate. secundo quomodo ex cholera. secunda ibi [Modus autem quo.] Prima in duas. nam in prima parte. ostendit quomodo calefiunt interiora & non exteriora. In secunda qūo infrigidantur exteriora. secunda ibi [Et quādo uirtus effunditur.] In prima parte loquēs interrogatiue dicit quomodo hæc in liparia fit a phlegmate. Respondet ꝙ fit a phlegmate : qm̄ phlegma existens interius

quando

quando inflammatur,& putrefit calefacit illum locum intrinsecum solum:quoniam illud phlegma non resoluitur.i.in uapores conuertitur supple sufficientes calefacere loca exteriora, nisi quando putredo.i.calor putredinalis eius calefacit exteriora corporis cum sparsione uaporis sui.i.spargendo uapores suos extra calefactione plurima.s.illius phlegmatis quod putrefit interius.q.d.oportet ꝙ phlegma illud putrens interius calefiat calefactione plurima ad hoc ut posset spargere uapores suos exterius,& calefacere exteriora.Si autem ipsum existens interius calefiat remisse calefient solum interiora, & nõ exteriora cum non posit uapores calidos ad exteriora spargere. Primo notandum ꝙ phlegma faciens lipariam est phlegma grossum:erit ergo aut uitreum, aut mucillaginosum: aut forte erit ponticum & acetosum factum tale per admixtionẽ melancholiæ naturalis. Secundo notandum ꝙ hoc phlegma calefacit locum intrinsecum ubi est: & non infrigidat sicut illud quod facit epialam,eo quòd totum aut ſm maiorem partẽ est factum calidum per putrefactionem: econtra quod facit epialam est ſm maiorem partem non putridum: propterea est potentius ad infrigidandum locum in quo continetur per partem nõ putridã: quàm ad calefaciẽdum per partem putridam. Contingens autem est utrunq; euenire propter diuersitatem hominum,& locorum,& materierum diuersitatem in eadem specie,& propter diuersitatem causarum agentium. Tertio notandum quòd phlegma faciens lipariam in duobus differt a phlegmate faciente epialam. Primum. quia in liparia totum calefit per putredinem,aut maior pars eius.Econtra uero faciens epialam ſm maiorem eius partem non putrefit,& secundum minorem putrefit:& utrunq; posibile est in diuersis hominibus secundum diuersas circunstantias de quibus supra.Secunda differentia est,quia putredo in phlegmate lipariæ non est fortis & multæ calefactionis ut posit extra mouere uapores.econtra in epiala illa pars parua putrens habet fortem calorem igneum dantem uaporibus motum ad exteriora unde exteriora calefiunt.

Et quando uirtus effunditur ad locum ubi est læsio, tunc euacuantur exteriora a calore:quare infrigidantur.

Iam probauit quòd calefactis interioribus contingens est exteriora non calefieri:sed solum locus interior.hic probat cõtingens esse exteriora infrigidari tribus ex causis,quarum secunda incipit ibi§Proprie quando in exterioribus.§ tertia ibi §Et iterum quoniam multoties.§Prima causa est: quia quãdo uirtus.i.spiritus qui est instrumentum uirtutis effunditur ad locum ubi est læsio.s.interius:tunc euacuantur exteriora a calore.quare infrigidantur per absentiam spiritus, qui fugit interius ad locum læsum,hæc autem frigiditas positiua quæ inducitur partibus exterioribus postquam fugit calidum interius,est aut ab elementis frigidis, aut a frigiditate continuitatis: aut forte a quibusdam humiditatibus frigidis,quæ se intendunt ad maiorem frigiditatem.

Contra.quia in epiala non effunditur calor ad locum intrinsecum læsum.ergo neq; in liparia debet effundi, tenet consequentia,quia non uidetur ratio diuersitatis cum utrobique sit æqualis læsio in interioribus,& forte maior in epiala:quia frigiditas est magis inimica naturæ & apta magis lædere cæteris paribus, quàm caliditas. Respondet Gentilis quadrupliciter.primo quia causa in hac diuersitate potest esse diuersitas indiuiduorum in sensibilitate,& aptitudine pasionum interiorum:ille ergo in quo est multa sensibilitas, & aptitudo ad pasionem in locis interioribus ubi phlegma putrefit, habebit fugam caloris interius,& fiet liparia.alter autem talis non habebit illam,& hic poterit habere epialam.

Secunda causa in hac diuersitate est modus putredinis malignus,uel non malignus,& stant ista simul quòd putredo siue caliditas putredinalis in toto phlegmate in liparia sit in gradu remisior:& tamen sit malignior magis cogens uirtutem interius fugere,sicut sæpe uidimus in pestilentialibus.

Tertia causa potest esse diuersitas calefactionis harum materierum,ut imaginentur quòd in liparia facta sit quædam assatio totius phlegmatis a caliditate in paruo tempore fortiter agente.unde non fit euaporatio:propter tamen nocumentum caloris ignei assantis intus fugit calor: & tunc oportet dicere quòd fortior,& acutior est calor putrefacti phlegmatis in liparia quàm in epiala:& est contrarium ei quod dictum est in secunda differentia.

Quarto dicit quòd utrobique calor est aptus fugere interius:sed in epiala uapores calidi uiolentant extra motum caloris,qui est intus.Sed hic modus reducitur ad præcedentes habens originem ab eis.

Proprie quando in exterioribus sunt phlegmata, cruda, uitrea,frigida.

Hæc est secunda causa quare infrigidantur extrema: & dicit quòd proprie infrigidantur extrema,quando in exterioribus sunt phlegmata cruda uitrea frigida:& licet Auic. ex modo scribendi suo uideatur ponere hanc causam simul cum præcedente:posset tamen esse una causa per se.nam licet calor extrinsecus non fugiat intus:phlegmata tamen exterius existentia possunt infrigidare exteriora,maxime si ab aliquo mouebuntur.s.uel a spiritu interius moto, uel a paucis quibusdam uaporibus exterius motis a phlegmate putrente interius, qui possunt dare motum illi phlegmati aliqualiter eliquando ipsum.non tamen calefacere exteriora a phlegmatibus illis existentibus potentioribus ad infrigidandum exteriora quã sint uapores calidi extra moti ad califaciendum, quia tamen Aui. uidit quòd uapores calidi simul cum isto phlegmate sunt magis apti facere sensum caloris, & frigoris in exterioribus: ꝙ sic se.illa esset magis de sequenti capitulo,coniunxit hanc causam præcedenti ut ostenderet quòd motor istius phlegmatis uitrei infrigidantis exteriora est calor frigens intus. nisi.n.illud phlegma moueretur non infrigidaret ut dictum est de intentione Aui.in præcedenti capitulo.

Et iterum quoniam multoties resoluitur ex eo uapor, qui non putruit:sed eleuatur,& facit caliditatem, & associatur ei caliditas spatio paruo:deinde separatur ab eo separatione uaporis aquæ calefactæ.Cum ergo separatur ab eo, & fuit in radice ante putredinem uehementis frigiditatis, redit, & infrigidat corpus.

In parte præsenti ponit tertiam causam: quare infrigidantur exteriora dicens,quòd causa est,quoniam multoties resoluitur ex ea.s.materia calefacta & secundum maiorem partem putrente interius uapor qui non putrefit, & non est putridus, sed eleuatur e caliditate subtiliante materiam ex qua fit,& facit caliditatem in partibus proximis loco a quo eleuatur, quæ caliditas associatur sibi spatio paruo.deinde separatur ab eo separatione uaporis aquæ factæ calidæ. i. sicut separatur caliditas a uapore aquæ calefactæ. Cum ergo separatur ab eo.s.uapore phlegmatis caliditas.quod phlegma fuit in radice.i.naturaliter ante putrefactionem uehemẽtis frigiditatis, sicut est phlegma uitreum redit ille uapor ad frigiditatem sibi naturalem,& infrigidat corpus sicut aqua calefacta.s. uapor eius redit ad frigiditatem sibi naturalem.Aliter & friget in radice ante putrefactionem,& est textus clarus.redit.n.ad frigiditatẽ sibi radicalem.i.naturalem quam habebat ante putrefactionẽ. Exemplum habes in illo qui balneatus est in aqua calida,in cuius poris aqua calida retenta redit ad frigiditatem sibi connaturalem,& infrigidat ipsum.Vnde dixit Aui.secunda primi capitulo quidam ornate loquentium:& simile accidit in manubio lebetis ad quem uapores aquæ calidæ eleuati ipsum infrigidant.conuertuntur enim in aquam,ita & uapores phlegmatis sunt apti in phlegma conuerti. Quomodo autem aqua calida reducatur ad frigiditatem uide in contentione quam habui cum clarisimo doctore Ioanne Marliano Mediolanensi.

Contra.hic uapor non putridus reducibilis ad frigiditatem multo facilius debet eleuari in epiala:quia pars putrida eleuabit uaporem aquosum, & non putridum a parte non putrida: sed in liparia non:immo necessario uapor eleuatus erit putridus retinens calorem.cum totus humor in liparia sit putridus aut maior pars.econtra in epiala pars minor est putrida in cõparatione ad non putridam sicut dictum fuit. Respondet Gentilis quòd Aui.hanc diuisionem.innuit,uapor qui ab intrinseco phlegmate surgit quidam est non putridus: & per consequens non seruans calorem,nõ.n.est fixus. Quidã.n.est uapor putridus,qui nõ est aliud,quàm ipsum corpus putridi uaporis subtiliatum,

subtiliatum,& eleuatum in uaporem: possumus ergo imaginari quòd in epiala uapor qui extra uenit est putridus: quia eleuatus ad putridā partem, quæ est fortis caloris dans illi uapori motum ad exteriora: sed a reliquis partibus non putridis non eleuatur uapor: quia ille sunt multæ partes,& multū resistentes: & solū sunt eliquabiles a calore partium putridarum, qui non potest eas facere euaporare ad extra: immo solum eliquatæ infrigidant interiora: & si a partibus non putridis surgeret uapor ueniens extra simul cum uaporibus putridis: tunc in hac fe. sentiretur calor & frigus in exterioribus propter duos uapores,& esset feb. de sequenti capitulo. aut sentiretur solus calor in exterioribus si uapor putridus cum suo calore uinceret: & non permitteret uaporem nō putridum reuerti ad suā frigiditatem, & esset epiala. aut itus & extra sentiretur frigus si uapor non putridus uinceret in hoc, quod est reuerti ad suā frigiditatem: & tunc non esset febris merito huius humoris: quia si uapor non putridus, ueniens extra superat uaporem putridum,& infrigidat interiora, multo magis superabit uaporem putridum euntem ad cor,& sic infrigidabit cor. & ita non erit febris merito huius humoris: licet Gentilis opinetur oppositum. Concludit ergo Gentilis ꝙ in epiala a partibus putridis phlegmatis surgit uapor putridus qui ueniens extra calefacit exteriora: sed a partibus non putridis quæ faciunt sensum frigoris intra non surgit uapor non putridus: aut si surgit non potest reuerti ad suam frigiditatem radicalem propter cōtraoperantiam uaporis putridi. In liparia uero oportet imaginari quòd omnis pars formalis habet calorem, aut saltem nullam habet frigiditatem: quæ possit sensum frigoris inducere: ideo in interioribus sentitur calor purus. Et quāuis ita sit, possumus tamen imaginari ꝙ non quælibet pars sit putrida: & tūc a partibus putridis propter debilem calorem earum non surgit uapor putridus tanti uigoris, ut ueniens ad extrema possit calefacere: sed bene tanti ꝙ petit cor,& ipsum calefacit: quia interiores uiæ sunt latiores. a partibus autē non putridis oportet imaginari ꝙ eleuentur uapores multi nō putridi: qui extra uenientes cum perdiderunt caliditatem suam, infrigidant.

Sed dubitatur quid separet hos uapores, ut putridus tendat ad cor,& faciat feb. non putridus uero tendat ad exteriora ubi infrigidetur. Dicendū ꝙ uterque est aptus petere cor,& uterque est aptus tendere ad exteriora: facilius tamen propter latitudinem uiarum possunt ire ad cor quā ad exteriora: & ꝑꝑ hoc uapor non putridus, quia multus in comparatione ad putridū petit exteriora & illa infrigidat cum redit ad frigiditatē naturalem. uapor autem putridus, quia paruus & paucus non potest ire ad exteriora: & si uadit ad exteriora non potest illa calefacere uapore non putrido potentiore prohibente calefactionem. Contra. maior pars huius humoris est putrida. ergo plures uapores eleuantur ab ea quā a parte non putrente. tenet consequentia,& assumptum est superius concessum: quia aliter nō calefacere iteriora cū sit humor naturaliter frigidus. Secundo sequitur ꝙ non deberet fieri febris: quia sicut uapores non putridi: quia plures exteriora infrigidant quāuis uapores putridi contra operentur sibi: sic etiam euntes ad cor deberent cor infrigidare quāuis uapores putridi sibi contra operentur. Sed forte dicitur ꝙ caliditas cordis simul cum uaporibus putridis est potentior ad calefaciendum, quā uapores non putridi ad infrigidandum. Contra similiter caliditas membrorum exteriorum simul cum uaporibus putridis est potentior ad calefaciendum quā uapores frigidi ad infrigidandū ergo exteriora non debent infrigidari. tenet consequentia. & antecedens est manifestum: cum omne uiuens declinet ad calidum. Ad primam rationem oportet negare antecedens scilicet quòd maior pars sit putrida: & ad probationem cum dicitur quòd superius concessum est: & quia si maior pars non esset putrida non posset calefacere interiora cum sit humor naturaliter frigidus. Respondetur quòd maior pars est calefacta: non tamen maior pars est putrida. calefactio enim illa per uenit a parte putrente quæ est minor,& a caliditate membrorum. Consimiliter in epiala pars putrida quæ est minor deberet calefacere partem non putridam maiorem coadiuuante caliditate membrorum,& multo magis quàm in liparia: quia pars illa est notabiliter per putredinem calefacta: sed in liparia pars putrida non calefacit partes exteriores: qua propter non est ita calida. oportet dicere has diuersitates prouenire ratione diuersitatis membrorum: ita ut imaginemur membra intrinseca calidiora in liparia quàm in epiala: & secundo merito diuersitatis humoris scilicet quòd humor intus existens est frigidior in epiala, quàm in liparia. Ad secundam rationem respondetur ut supra, sed ad replicationem negetur quòd caliditas membrorum exteriorum simul cum uaporibus putridis sit potentior ad calefaciendum, quàm uapores frigidi ad infrigidandum: nec conueniens est similitudo illa cum cor sit ualde calidius, quàm membra exteriora.

Modus autem quo fit cholerica est, quoniā cholerica quando est pauca,& intrinseca,& putrefit,& calefacit locum,& non resoluitur ex ea aliquid, accidit quod diximus in sua compare ex phlegmate: & appropriatur hæc cholerica taburos nomine: verum liparia est nomen generis,& est longioris spatij quàm hemitritæus.

In parte præsenti ostendit quomodo liparia fit ex cholera dicens, quòd quando cholera existens pauca grossa putrens interius calefacit locum intrinsecum,& non resoluitur ex ea aliquid notabile potens calefacere loca exteriora, accidit illud quod diximus in sua compare ex phlegmate. Secundo dicit quòd nomen proprium huius est taburos: sed liparia est nomē generis. Est enim communis ad lipariam cholericam, & ad lipariam phlegmaticam, quæ cholerica dicitur taburos. Tertio dicit quòd liparia est longioris spatii quam hemitritæus. Notandum pro declaratione primi dicti quòd prima causa infrigidationis extremorū posita in liparia phlegmatica, potest huic lipariæ cholericæ conuenire. s. fuga uirtutis & caloris extrinseci ad loca intrinseca læsa a cholera putrēte similiter secunda causa infrigidationis partium extremorum scilicet phlegmata uitrea in eis existentia: licet hoc sit minus uerisimile quàm in liparia phlegmatica. Tertia uero causa infrigidationis extremorum posita in liparia phlegmatica scilicet eleuatio uaporum a materia cholerica qui uenientes exterius infrigidentur nullo modo potest huic lipariæ cholericæ conuenire: cum uapores cholerici non sint apti infrigidare. Notandum pro declaratione ultimi dicti ꝙ liparia est longioris spatii quā hemitritæus quantum ad unum paroxysmum: & quantum ad consistentiam comparando lipariam phlegmaticam phlegmaticæ componenti hemitritæum & comparando lipariam cholericā tertianæ componenti hemitritæum: cum pendeat liparia ab humore grossiori quàm hemitritæus. Ex quo sequitur ꝙ liparia phlegmatica est longior absolute quā hemitritæus: & hoc uerum est secundum plurimum: immo semper uerum est aliorū paritate supposita. Et forte Auic. intellexit ꝙ est longioris spatii. i. maius spatium interponens inter unum paroxysmum, & alium quā hemitritæus, cum non paroxysmet omni die sicut hemitritæus: immo liparia phlegmatica propter grossitiem materiæ paroxysmet de tertio in tertium: & cholerica forte de quarto in quartum.

Et habet aliquis, vt dicat quomodo erit febris & non procedet in ea caliditas ex corde in totum corpus? illud namque quod narratur est de genere eius, in quo nō procedit caliditas ex corde in totum corpus.

In parte præsenti intendēs remouere dubium primo remouet ipsum. secundo soluit. secunda ibi § Responsio itaque. § Dubium hoc est quomodo liparia est feb. cum non procedat caliditas in ea ex corde in totum corpus sicut statim dictum est de generatione lipariæ scilicet ꝙ liparia est feb. in qua intus est calor, extra frigus: hoc autem repugnat diffinitioni feb. quæ est calor extraneus &c.

Responsio itaque est, quòd in terminis harum rerum attenditur vna conditio, vt non sit quod prohibeat, sicut diffinimus aquam frigidam & humidam, quando disposita est secundum naturam suam,& non fuerit quod prohibeat. Et diffinimus graue est illud quod tendit inferius quando dimissum fuerit cū natura sua. et in omnibus istis caliditas peruenit ad cor, et procedit in arterias,& spargitur. At vero accidit prohibitio illius in quibusdam locis, sicut accidit ei super quem ponuntur pruinæ: nocumentum vero harum necessarium est esse actu.

Hic

Hic ſoluit dicẽs ꝙ in terminis ideſt diffinitionibus harum rerum ſcilicet febrium,& aliorum entium naturalium quæ diffiniuntur per aliquos effectus ideſt accidentia, attenditur hæc conditio ut non ſit quod prohibeat,ſicut diffinimus aquã frigidam & humidam quando eſt diſpoſita ſecundum ſuam naturã & non fuerit quod prohibeat, & diffinimus graue ꝙ tendit inferius quãdo dimiſſum fuerit in natura ſua,& in omnibus iſtis feb.caliditas prouenit ad cor,& procedit ad arterias,& ſpargitur per totum corpus ſcilicet deducto impedimento. At uero accidit prohibitio illius ſparſionis in quibuſdam locis ideſt mẽbris ſicut accidit ei ſuper quem ponuntur pruinæ quæ fiunt a uapore aqueo a forti frigore congregato ſecundo metheororum.Sed ubi habemus pruinæ,textus iudaicus habet nix, & in idem redit.Si ergo ſuper extremitates febricitantium uel ſuper aliquo loco ponatur nix,uel pruina,uel glaties locus infrigidabitur,& febris non poterit expandi in illum locum, & tamen iſte homo dicitur febriens. Simili modo propter multas cauſas poteſt prohiberi expãſio ſuper membra: & cauſa ſimilis niui eſt phlegma uitreum infrigidans exteriora.

Sed contra prædicta inſtatur: ſequitur quòd liparia eſt feb. & non eſt febris.quòd ſit feb.eſt de intentione Auicen. & omnium aliorum. Itẽ eſt calor extraneus exiſtens in corde quod eſt primum ſubiectum feb.Sed ꝙ non feb.arguitur:quia ſibi repugnat diffinitio feb.in qua includitur calorẽ extraneum procedere in totum corpus. nã ſi calor extraneus procederet per totũ corpus non eſſet liparia. Rñdet ꝙ liparia eſt feb.& ſibi competit diffinitio feb. Et communiter dicitur ꝙ ly procedere in totum corpus poſitum in diffinitione feb. dicit aptitudinem:in liparia ergo calor extraneus eſt aptus procedere in totum corpus:licet de facto non procedat propter impedimentum. Contra.cui eſſentialiter repugnat aliquis actus, eidem eſſentialiter repugnat aptitudo ad illum actum: ſed lipariæ eſſentialiter repugnat actualis calefactio extremorum. ergo eidem repugnat aptitudo ad illam falefactionem, conſequentia nota eſt ſimul cũ minori: ſed maior probari poteſt inductiue. Item quia illa aptitudo eſt fruſtra alicui naturæ cui repugnat ut reducatur ad actum, Præterea. Lipariæ ineſt eſſentialiter actus infrigidationis extremorum, & aptitudo ad eam. ergo idem repugnat actus calefactionis eorum,& aptitudo ad eam contraria.tenet conſequentia:cum duo cõtradictoria nõ poſſint eſſentialiter ineſſe eidem rei. Dicendum cum auctoribus ꝙ liparia eſt feb. ſed poteſt dupliciter conſiderari. uno modo ut febris:& ſic habet aptitudinem ad calefactionem extremorum, Alio modo ut liparia, & ſic non habet hanc aptitudinem: immo ſibi repugnat. Contra liparia continetur ſub feb. tanquã ſpecies ſub genere. ergo ſibi non repugnat deſcriptio generis.negetur antecedens, quia liparia non eſt ſpecies feb. ſed modus quidam. ſicut homo abſciſo pede eſt greſsibilis: & tamen ſibi ut abſciſo pede non competit eſſe greſsibile: quod includitur in deſcriptione hominis: licet ſibi ut homo competat eſſe greſsibile.Et conſequenter ſequitur ꝙ lipariæ ut liparia repugnat ꝙ ſit feb. & homini abſciſo pede repugnat ꝙ ſit homo:diffiniẽdo hominem ꝙ eſt animal rationale mortale bipes greſsibile.Et ex his facilis eſt ſolutio ad omnes inſtantias. Nocumentum uero earum ſcilicet pruinarum neceſſe eſt eſſe in actu ad infrigidandũ, vt ſint potentiores ad infrigidandum extrema quàm uapores febriles ad calefaciendum.Aliter. Nocumentum uero earum ſcilicet febrilem neceſſarium eſt eſſe in actu ſcilicet in extremis,quamuis ſint infrigidatæ. Ex quo ſequitur ꝙ extrema patiuntur duos morbos contrarios actu ſcilicet malam complexionem frigidam,& feb. ſed mala complexio fri.eſt per eſſentiam in extremis,& feb. ſolum per communitatem a corde.uterque enim morbus eſt in actu in extremis cum ab utroque actualiter lædantur,

Duo contraria in eodem ſubiecto,

Febris in qua ſit vnaquæque duarum rerum in vno quoque duorum locorum. Cap. LIIII.

SI hæc febris fuerit,non erit niſi vbi ſunt duæ materiæ frigidæ motæ propter putrefactionem: quarũ vna eſt in interioribus, & altera eſt in exterioribus: & nõ eſt aliqua earum plurimi nocumenti. Deinde cum incipiunt putrefieri, mandat vnaquæque earum uaporem calidum comprœhendentem cum partibus ſuis,& vbi eſt frigidum.

Primo notificat hanc feb.ſecundo remouet dubium. ſecunda ibi§Et tu quidẽ.In prima parte dicit ſi fuerit hæc feb. quaſi dubitans utrum reperiatur, non erit niſi ubi ſint duæ materiæ frigidæ motæ ſcilicet localiter per putrefactionem:quarũ una eſt in interioribus: altera in exterioribus: & ſupplete, quia utraq; earum putre ſecundum partẽ minorem: ſed ſecundum maiorem non putret,& utraque ſecundum partem nõ putrentem infrigidat locum, in quo continetur: ſed ſecundum partẽ putrentem utraq; mittit uapores calidos calefacientes totum præterquàm illas partes quæ actu infrigidantur. ſecundo dicit quòd non eſt aliqua earum plurimi nocumenti:quia ſi eſſet aliqua earum plurimi nocumenti propter ſuam malitiam manifeſtam uel occultam,& proprie intrinſecam: tunc calor fugeret interius:& ſentiretur exterius ſolum frigus,& non calor. tertio dicit quòd cum iſtæ materiæ incipiũt putrefieri mittit unaquæq; uaporẽ calidum comprœhendentem cum partibus ſuis, etiam ubi eſt humor frigidus:licet tamen partem infrigidatam ab humore frigido non calefaciat: ſed partes ſibi proximas.

Et tu quidem iam ſciuiſti cauſam in regimine humoris frigidi in diſpoſitione motus.

In hac parte remouens dubium dicit quòd tu iam ſciuiſti cauſam in regimine humoris frigidi in diſpoſitiõe motus ideſt iam ſciuiſti ſcilicet ca.de rigore cauſam quare humor frigidus cũ mouetur infrigidat, & ſentitur eius frigiditas cuius frigus dum quieſcebat,non ſentiebatur. Sed hæc cauſa dicta eſt in.c. de epiala:& in capitulo de rigore. ſufficiant ergo quæ ibidẽ dicta ſunt.

Primo notandum pro declaratione primæ partis quòd materia frigida intrinſeca ſola putrens ſecundum minorem partẽ faceret epialam.materia uero extrinſeca ſola putrens ſecundũ maiorem partem faceret lipariam.ambę uero ſimul faciunt fe. in qua interiora,& exteriora ſimul calent,& frigent. Et in ueritate hic feb.eſt compoſita ex una epiala, & una liparia. Et mirum eſt quòd ponẽs .Aui.in.c.præcedenti cauſas lipariæ nõ poſuerit hanc cauſam ſcilicet phlegma extrinſecum quod ſecũdum partem maiorem,& nõ putrentem infrigidat exteriora: & ſecundum minorem partem putrentem mittendo uapores interius calefacit interiora. Sed inſtatur hanc feb. non reperiri:quia ſequeretur quòd ſi interiora & exteriora ſimul calẽt & frigent, quòd in eadem parte adęquate ſimul intenderetur caliditas,& frigiditas.Reſpondetur negando conſequentiam. pro quo imaginandũ eſt neutrũ iſtorũ phlegmatũ eſſe cõtinuũ in parte in qua continet̃: ſed quodlibet iſtorum intrinſecũ ſiue extrinſecum eſſe diuiſum in minima, aut in paruas partes quæ minima in poris continentur, & cum pori non ſunt continui in uno poro erit minimum phlegmatis, non putridum ipſum infrigidans,& pars propinqua illi poro calefiet aut a minimo phlegmatis putridi,aut uaporibus putrentibus qui uadunt in uniuerſum corpus,& propter propinquitatem partium:quarũ una putreſit,& altera infrigidatur,ut tã intrinſeca quã extrinſeca appareãt ſimul calere,& ſimul frigere:ſicut obiectum cuius partes proximæ & minimæ eſſent diuerſis coloribus coloratæ:ut puta una colore albo,altera colore rubeo apparet totum rubeum,& totum album uiſu nequeunte diſtinguere propter paruitatem,& propinquitatem inter partes rubeas & albas:ita accidit in ꝓpoſito ut tactus decipiatur:& ſimiliter ſenſus communis ipſis nequeuntibus diſtinguere inter partes calefactas,& infrigidatas propter earum paruitatem,& propinquitatẽ.Et non ſolum hoc accideret in partibus ualde paruis: ſed ẽt in grandiuſculis:ſiue proximis:immo interdũ neſcimus diſtinguere inter unũ dentẽ dolentẽ,& ſibi ꝓximũ nõ dolẽtẽ.

Quomodo in eadem parte ſit ſimul caliditas & frigiditas.

De feb. ſyncopali humoroſa. Cap. LV.

HAec ſecundum plurimum eſt propter phlegma crudũ replexionale,quod facit febrem diſpartitam plurimũ: quia iam vincit virtutem. Et ſecundum plurimum adiuuat ſuper eam debilitas oris ſtomachi: & quando mouetur,& incipit in putrefactione virtutem vincit plus,& facit eam hæſitantem.

Hoc capitulum communiter diuiditur in duas partes.nam in prima determinat de hac feb. quando fit a phlegmate. In ſecunda quando fit a cholera. ſecunda in fine capituli ibi[Et quandoq;.

q̄nq;.§prima in tres.nā in prima notificat eā ex causa:& aliqualiter ex accidēte. In secūda ex modo. In tertia ex accidentibus.secunda ibi§Quæ si dimissa fuerit.§ tertia ibi§Et accidit in inceptione sui.§In prima parte dicit quòd hic fe. secundum plurimū fit ꝓpter phlegma replexionale.i. multæ quantitatis. uel replexionale idest per multas replexionales,& nauseatiuas satietates congestū:quòd facit fe. dispartitā.i. diuersam ab aliis febrib⁹ phlegmaticis:& in accidētibus,& in cura. Aliter dispartitā,idest interpolatam.est enim freq̄uētius:ut dicit Gētil.interpolata quàm cōtinua. tertio dispartitam. i. distantem a suis paroxysmis,uel exacerbationibus:licet enim materia sit multa:est tamen frigida, & grossa ualde. quæ faciunt ad postpositionem paroxysmorū: quod phlegma iam uincit uirtutē propter sui multitudinē,frigiditatē,& grossitiem: & secundū plurimū adiuuat super eam.s.uictoriam debilitas oris stomachi,quæ.s.est causa ut fiat syncopis per communitatem cordis ad os stomachi. Et quandoque mouetur.s.localiter, & incipit putrere uincit uirtutem plus:cum ipsa mota localiter quando incipit putrere,& paroxysmare uincit uirtutem plus.cæteris. enim paribus humor motus plus nocet quàm ipse quiescens: & facit eā uirtutem hæsitantem.i.dubitantem: an debeat cōgredi cōtra uirtutē an quiescere. nā quocunq; modo timet ne succūbat. cuius uirtutis hæsitatio patebit dubitatione medici uicem gerētis uirtutis.dubitat enim medicus quid acturus sit.

Quòd si dimissa fuerit cum materia, non sufficiet contra materiam. Et quando occupatio fit in euacuatione eius cum facilitate, fit inobediens: aut mouetur motu præfocante uirtutem, & quando occupatur in euacuatione eius cum solutione uentris: aut phlebotomia cum labore non tolerat uirtus. Quomodo enim tolerabit, cum sit illic cum sua quiete syncopis: & cum hoc toto ipsi indigent euacuatione uehementer.

In hac parte notificat hanc feb.ex difficultate curæ. ostēdit enim quantū difficile sit bene curare hāc ægritudinē:& ex hac difficultate apparet uirtutis hæsitatio. Et primo ostēdit difficultatem curæ ex parte euacuationis. secūdo ex parte cibationis.secunda ibi§Et iterū.§ In prima parte dicit ꝙ si uirtus fuerit dimissa cum materia ipsa non sufficiet cōtra ipsam quia suffocabitur a materia:& quādo fit occupatio in euacuatione materiæ illius cū facilitate.i.cum euacuantibus leuibus materia forte non obedit euacuationi:aut agitata medicina mouente: & non euacuante mouebitur motu præfocāte uirtutem,repēs ad membra nobilia & proprie ad cor, & mēbra spiritualia: & quādo occupabitur in euacuatione eius cum solutione uentris laboriosa.i.forti: aut cum phlebotomia non tolerabit uirtus. Quomodo enim tolerabit cū sit illic materia quiescente syncopi.nam multo magis fiet syncopis materia mota:quia plus euaporabit ad cor,& in euacuatione spiritibus eductis magis cadet uirtus: & cū hoc indigēt euacuatione uehemēter propter multitudinē materiæ,& malitiā eius.manifestius tā nocumentum est in euacuatione ꝑ phlebotomiā, cū præter agitationē quæ fit per phlebotomiam magis debilitetur uirtus: & magis perducatur ad frigidorū incrudationem, quare ex toto prohibetur. duodecimo therap. & decimo sexto continentis.

Et iterū ipsi indigēt cibo uehemēter: quoniā in humoribus eorū nō est quod nutriat corpus, quòd uiuificet ipsum, et corpus eius est priuatum nutrimēto. Quòd si studueris in cibando additur materia diminuta: & si non cibatur, cadit uirtus.

Hic ostendit difficultatem curæ:& consequēter hæsitationē uirtutis ex parte cibationis.d.quòd ipsi multū indigēt cibo.q̄m in humoribus eorū nō est aliquid quod nutriat corpus,& uiuificet ipsum.Est enim corpus priuatū nutrimēto,quòd si studueris in cibādo addetur materia diminuta.i.pauca existēs in cōparatione ad seipsam multiplicatam per cibum. habent enim stomachum nō bene digerentē: immo materias crudas multiplicantem,& si non cibatur,cadit uirtus. quid autem faciendū sit in tantis hæsitationibus,uidebitur in cura: secundū plurimū tamen hic est mortalis nisi medici solertia succurrat cōtinuæ.

Sed dubitatur quia dicit Auicenn.quòd non est in humoribus eorum quod nutriat corpus.Contrarium innuit. G. duodecimo therapeuti.c. 2.ubi dicit. Languentium enim qui ita dispositi sunt, ferunt ieiunium ex ipsis quos habent crudis humoribus digestis nutrito corpore.Idem Rasis decimosexto cōtinentis.c.2. Dicendum cum Rasi &. G. quòd isti humores aliquando non sunt multum crudi & mali:& homines tunc nō sunt mali coloris,nec concauati in oculis, & tales possunt nutriri phlegmate per abstinentiam in sanguinem uerso, & hos continget euadere.Aliquando humores sunt mali,crudi,indigestibiles:& homo est cū malo colore.s.plumbeo tendente in fuscedinem,& uiriditatē:& quasi cachecticus.& ex his nō possunt nutriri,& rarissime euadunt. Vnde. G. si uero non solū crudi cōtigerint esse: sed intantū corruptis aduenerint ut nō possint digeri: impossibile est saluari, qui ita ægrotant.

Et accidit in inceptione sui, ut effundat ad cor res frigida faciens accidere syncopim, & minoratur pulsus, & tardatur & fit rarus. Amplius natura sollicita est in calefactione materiei, & subtiliatione eius. Et putredo quæ mouetur in quasdam partes eius adiuuat super eam. ergo euadit cor a nocumento, & frigore eius, & cadit in nocumentum caloris eius. quare fit pulsus uelox, & proprie in constrictione sua, plus quàm sit uelocitas aliorum: quamuis illud quod uincit cum hoc, sit paruitas, & tarditas, & raritas.

Hic ponit signa,& accidentia eius: quorum primum est ꝙ in principiis suorum paroxysmorum effunditur res frigida.i. uapor frigidus ad cor faciens accidere syncopim: licet etiam humor frigidus posset effundi ad cor:& proprie in continua: & pulsus fit paruus,tardus & rarus respectu sui sani corde infrigidato.Amplius.i.deinde natura est sollicita in calefactione materiei,& subtiliatione eius mediante spiritu, & calore naturali.& putredo.i.calor putredinalis quæ mouetur in quasdam partes.s.facilius putrescibiles addiuuat super eam.s.calefactionem materiei.ergo propter hanc calefactionem euadit cor a frigore,& nocumento eius.s.syncopi, & cadit in nocumentum calorum eius.s.humoris frigidi putridi: quod nocumentum est feb.quare fit pulsus uelox, & proprie in constrictione sua plus quàm sit uelocitas aliorum.s.pulsuum præcedētium:& quasi sunt pulsus naturales:quamuis illud quod uincit idest quod secundum plurimum fit paruitas, tarditas, & raritas.s.in comparatione ad pulsus aliarum feb. Ex quibus habetur primo quòd euasio a syncopi fit per calefactionem materiei tam a calore naturali,quàm præter naturali:& consequenter quòd in principio motus humori, non erat fe.Habetur secundo ꝙ cū fe. superuenit fit pulsus uelox,& proprie in constrictione sua cum maior sit necessitas expellendi fumos, quā euentandi.Habetur tertio quòd pulsus in hac fe.est paruus s̄m plurimum tardus,& rarus in comparatione ad pulsus aliarum fe.quia humor faciens hanc fe.est radicaliter frigidus ualde.in comparatione tamen ad pulsum naturalem est magnus,uelox & frequens,aut saltem uelox,& frequens.

Et piodus eius est piodus flegmaticæ, et nō alteratur ab ea.

Hic ponit s̄m signum.d.ꝙ periodus eius est periodus phlegmaticæ:quia inuadens quotidie.est.n.phlegma in multa quātitate satis cordi propinquum.& non est tantæ grossitiei, & ita paucum sicut phlegma uitreum.propterea non est aptum paroxysmare de tertio in tertium,aut de quarto in quartum, sicut quando paroxysmat phlegma uitreum.

Et est cum ea inflatio faciei, & mollities corporis, & colores habentium eam non figuntur super dispositionem unam: immo quandoq; est cinerea, & plumbea eius materia: et quādoq; fit citrina: & quandoq; fit nigra: & quandoq; fiunt labia eorum sicut labia comedentis mora: oculi uero eorū sunt fusci, uirides, exeuntes ualde apud commotionem ægritudinis & fit sicut maniacus: & quod est sub hypochundrijs eorum est uehementis inflationis: & similiter uiscera eorum: & quādoq; euomunt acetosum: & quando est eis apostema in quibusdam uisceribus: tunc non separatur omnino.

Hoc est tertium signum quod est in ea.s.fe.inflatio faciei, sicut in cachexia ꝑꝑ uapores grossos phlegmatum crudorum:& malitiam digestionis,& mollities superficiei corporis ꝑꝑ phlegmatis humiditatem.quarto colores patientium eam non sunt secūdum unam dispōnem.immo quandoq; materia eius patientis.i.corporis superficies quæ est materia & subiectum colorū est cineritia, quandoq; est citrina.i.uiridis.Sic.n.unum quādoq; pro altero sumitur.ut tertio prognosticorū cōmento.2.Et secūdo regi.acutorum.cōmento.21.hic aūt diuersitas sequit̄ diuersum gradū pugnę & suffocationis caloris sub materia.nā cum minus suffocat̄ appa-

ret

ret color cineritius,uel plũbeus.cum aũt plus fieri uiridis,uel niger,& quandoq; sint labia eorũ sicut labia comedẽtis mora: quia denigrantur pp cãm dictã.oculi eorũ sunt fusci,uirides pp mortificationẽ caloris innati exeuntes.i.eminentes pp multos uapores phlegmaticos,grossos,faciẽtes eos intumescere,& pp suffocationem apud cõmotionem,& uictoriã ægritudinis cum uehemẽs sit pugna:& fit sicut maniacus,quia nõ põt in uno loco quiescere pp angustiam stomachi,& cordis.apparet ẽt sicut maniacus pp terribilem aspectũ sequentẽ tumorẽ faciei pp grossas uiscositates extendens eã,& malũ colorẽ de quo supra.apparet.n.sicut habẽs maniã lupinam,& quod est sub hypochũdriis eorũ est uehemẽtis inflationis pp uentositates grossas contentas intra uiscera eorũ : & sunt inflata,sicut stomachus,& intestina ex eadem cã.& quãdoq; uomunt acetosum.s.chylum corruptũ ad acetositatem:& quãdoq; phlegma acetosum.& horũ causæ notæ sunt. Et quãdo eis est apostema in aliquo uiscerũ loco,nõ est spes liberationis quia malitiã apostematis nõ põt uirtus ita oppressa tolerare:una.n. cõis salus apostematis in interioribus est uirtus robur.10.thera.5.cap.Amplius istos non possumus cibare timore apostematis:& cibo indigent causa debilitatis non habentes sanguinem laudabilem quo nutriantur:ut dicit Gal.ibidem.& in secundo therapeuticæ.

Et quandoq; accidit eis in quibusdã horis ex cholera dominante grossa:et fit cũ ea in visceribus adustio, & euomunt choleram; & sunt ei periodi phlegmatica secundum plurimum.

Hic ponit syncopalem quandoq; fieri a cholera grossa multa. cuius signum quia fit adustio in uisceribus,& euomunt cholerã:& sunt ei.s.syucopali cholericæ periodi phlegmaticæ secundũ plurimum pp multitudinem choleræ:sicut.n.phlegmata propter paucitatem phlegmatis,aliquando paroxysmant paroxysmis tertianæ,sic etiã aliquãdo cholerica pp eius multitudinẽ paroxysmant paroxysmis quotidianæ. Febris syncopalis minuta subtilis dicitur syncopalis,quia fit cũ ea syncopis,dicit̃ minuta qa pẽdet a pauco humore subtili:& ĩ hoc cõtra distinguit̃ syncopali humorosę.

Cap. LVI.

Haec feb.est acuta, & cadit pulsus, & virtus in paroxysmo vno,aut duobus paroxysmis cũ additione,et eueniens in corpore cum velocitate.Et quãdoq; non sufficit cum ea virtus vsq; ad quartum : & fit ex chymis subtilibus,plurimum quorum cholericum est vehemẽtis subtilitatis, & profundationis, malæ substantiæ venenosæ, cui iam accidit putrefactio in corporibus calidæ complexionis siccæ valde : & plures paroxysmi huius febris sunt parollysmi tertianæ.

Omissa diuisione huius cap. pp breuitatẽ eius ueniamus ad expõnẽ eius. Est acuta:quia seuerũ accidẽtiũ,& citæ terminationis: & cadit uirtus.s.aĩalis naturalis:& pulsus in paroxysmo primo & duobus paroxysmis:cũ additione.i.multoties cadit in scdo paroxysmo:& eueniẽs in corde cũ uelocitate.i.uelociter intẽdit̃, & p uenit ad statũ.est.n.morbus paracutus : & quãdoq; non sufficit ei virtus usq; ad quartũ.s.paroxysmũ,quia frequẽter morit̃ in quarto paroxysmo uel ante.Et fit ex chymis.i. humoribus subtilibus: quorũ primũ est cholericũ uehemẽtis subtilitatis & pfunditatis i.rõne subtilitatis multũ se pfundãtis ĩ substãtiã mẽbrorũ. & malæ substãtię.i.pprietatis uenenosæ:cui accidit putrefactio , quia aliter nõ faceret febrẽ in corpore calidæ cõplexionis & siccę ualde.hoc.n.est inter alia corpora maxime aptũ multiplicationẽ huius choleræ:& plures paroxysmi sunt paroxysmi tertianæ. Pro notitia syncopalis minutæ primo uidẽdũ est qui humores faciũt hãc fe.scdo q̃ sit.tertio in quo tpe huius fe.accidit syncopis. Quãtũ ad primũ ex sñia. A.cõprehẽdimus hũc humorẽ eẽ subtilẽ uenenosum scdm plurimũ cholericũ. Et infert̃ ipsam esse materiã furiosam. Illi ergo humores qui cholerã habẽt h' cõdõnis possũt facere hãc fe. sicut sanguis subtilis uaporosus:& forte hic faceret cõtiuuã cõclusam,& forte aliqđ phlegma subtile uenenosum . ẽt infert̃ scdo nec cholerã zinariã,nec prasinã possę facere hãc fę. cũ sint inter oẽs spẽs choleræ grossiores : q̃ tamẽ scdm ueriorem sñiam possunt facere fe.tã cõtinuã q̃ interpolatã ẽt salubrẽ, licet Isaac quinto febriũ opinet̃ cõtrariũ. Ad scdm dicẽdũ hãc fe.syncopalẽ scdm plurimũ eẽ cõtinuã tertianã,aut interpolatã . scdm ꝙ materia putret extra uenas,aut intra:aliquãdo eẽ causonẽ si putret ppe cor,sed erit citæ terminationis ad mortẽ cũ frequẽti syncopi,aliquãdo eẽ cõtinuã cõclusam quãdo sanguis eẽt ĩ cã.& quãdoq; quotidianã quãdo pẽderet a phlegmate. Ad tertiũ aũt dicit̃ ꝙ in interpolatis,& cõtinuis pportionalibus scdm plurimum in principiis particularibus accidit syncopis, tamen pp cõpassionẽ cordis ad os stomachi,ad quę magis recipit materia ĩ pricipis pticularib' q̃ in reliquis tpibus iõ magis ferunt̃ ad cor:sed in causone & continua cõclusa magis accidit syncopis in statu uniuersali.

De feb.diurna & nocturna ex phlegmaticis.

Cap. LVII.

Diurna est cuius paroxysmus accidit in die & eius tepor in nocte : & nocturna est econuerso.

Primo notificat has fe.ponẽdo earũ quiditatẽ.scdo eas ad inuicẽ cõparat.secũda ibi[Et vtræq; sunt malæ.] In prima parte dicit ꝙ diuturna est quæ affligit in die , & eius tepor est in nocte . nocturna est econuerso.s.quæ affligit in nocte & eius tepor ẽ in die.

Et vtræque sunt malæ.

In psenti pte cõparat eas adinuicẽ.& primo penes cõueniẽtiã. scdo penes drĩã.scda ibi[Sed diuturna est.]In prima pte dicit ꝙ utrẹq; sunt male.cui'cã est,qa ambæ sunt lõgę secũdũ plurimum.

Sed diurna est deterior, & longior, & facit cadere multoties propter longitudinem suam, & suum euentum in calore diei in hecticam.

In parte præsenti dicit diurnam esse longiorem,& deteriorem quod probat tribus rationibus.quia multoties facit cadere propter suum euentum diei in hecticam.duæ.n.causæ simul concurrũt ad hecticandum corpus.s.longitudo febris:& calor diei.

Et si ipsa nõ esset sæua,nõ accideret hora apertionis pororũ , & resolutionis vaporis : & nõ accidit nisi propter multitudinẽ materiei, et fortitudinem eius.

Scda cã.quia si ipsa.s.diurna nõ eẽt sæua nõ accideret hora apertionis pororũ,& resolutionis vaporũ.hoc aũt est in die,sicut econtra est in nocte pp frigiditatem eius clauduntur pori , & prohibetur resolutio.hoc aũt accidere in die significat multitudinẽ materiæ,& fortitudinem eius.i.grossitiem,& uiscositatem.

Et est necessarium cum hoc vt patientes eam cibentur in nocte , & non permittantur dormire super repletionem stomachi, & præcipiantur vigiliæ,& est ex eis quæ faciunt cadere virtutem . & tolerantia feb.in calore diei,et vigiliæ in frigore noctis sunt ex eis magis dignæ quæ faciunt cadere in hecticam.

Hæc est tertia ratio.quia oportet ut patientes diurnam cibentur in nocte,& non permitantur dormire super repletionem stomachi,& præcipiantur ei uigiliæ.& est.s.uigilare in nocte ex eis quæ faciũt cadere uirtutem in hecticam.

Et ad summum est de genere febrium difficilium.

Hic cõcludit ꝙ hæc fe.s.diurna ẽ ex genere febriũ difficiliũ, & supple difficilior quã nocturna. Ex his tribus causis cõtra dicta ĩ psenti.c.instat̃. Primo oĩs fe.humoralis põt eẽ diurna,uel nocturna:ergo nõ tm̃ hæc fe.erit phlegmatica cõtra rubricã. tenet cõsequẽtia,& antecedẽs faciliter pt pbari ex discriptione diurnæ & nocturnæ.Scdo nulla fe.ęstiua est peior,& lõgior hyemalis cæteris paribus.ergo nec diurna ẽ peior nocturna.tenet cõsequentia, quia qualis est pportio æstatis ad hyemẽ,talem possumus fingere diurnæ ad nocturnã.antecedens sumit̃ scda aphoris. 29. Aestiuæ quartanæ ut multum breues sunt &c. Tertio feb.ueniens in die uenit in tempore proportionali feb.& non fe.ueniens in nocte: igitur non longior neque deterior.tenet consequentia ex secũdo aphor.cõm.34.In morbis minus periclitant̃ &c.& antecedens est satis notum. Præterea in die plus de materia resoluitur ppter calorem diei dilatantẽ poros & subtilitatem materiã : & econtra in nocte igitur &c. tenet consequẽtia : quia resolutio materiæ facit ad breuitatem & salubritatem. antecedẽs autem est satis notum.

Item cõtra aliam partem instatur. possibile est noctem esse valde longã,in qua cibari poterũt patientes & dormire . igitur ratio Aui.nõ est sufficiens.tenet cõsequẽtia : & antecedẽs est satis manifestũ. Præterea.maiora vel æqualia nocumẽta sequũtur si fe. sit nocturna :quia oportebit infirmũ simul vigilare in nocte,& cibare in calore diei.quare per vtrũq; æqualirer ducitur ad hecticã. Pro horũ solutione præmittendũ primo : ꝙ licet diurnã de quocunq; humore possimus cõparare nocturnæ de cõsimili humore intẽtio tamẽ Aui. fuit hæc cõparare diurnã phlegmaticã nocturnæ phlegmaticæ ; vt patet ex rubrica capituli , & ex cura quã ponit inferius. Secundo præmittendũ ꝙ Aui.in hac cõparatione supponit paritatẽ in oĩbus : exceptis his in quibus fit cõparatio & verisimiliter:& secundũ plurimũ sequẽtibus ad cõparata. His pmissis sit hæc prima cõclusio.diurna,& nocturna sunt malæ.probatur : quia feb.phlegmaticæ sunt longæ lõgorũ paroxysmorũ, paucarũ quietum,stomachũ debilitãtes. igitur sunt malæ. tenet cõsequẽtia : & antecedẽs est Aui.c.de phlegmatica. Secunda cõclusio.licet non sit necessariũ diurnã semp nocturna esse peiorẽ vt plurimũ : tamẽ est diurna nocturna peior. Cõclusio quantũ ad primã partẽ pbat. flegmã cõtingẽs est ppter causam exteriorẽ , aut aliã qualemcũq; flegma modicũ & benignũ moueri in die,& econtra in nocte multũ & malignũ.ergo &c. secũda pars pbatur. quia nisi phlegma esset valde multũ & malignũ deferret motũ suũ ad noctẽ quæ est hora pportionalis eius motui:ꝙ aũt mouet̃ in die nõ prouenit nisi ex magna stimulatione virtutis sequẽtę multitudinẽ,aut eius malitiã Item hãc feb.moueri in die qñ est vaporis & materiæ trãspiratio propter caliditatẽ diei,& pororũ apertionẽ significat magnã eius malitiã: & econtra moueri in nocte non significaret hoc ex causis cõtrarijs : propterea cũ istud sit phlegma durãs longo tẽpore in suo paroxysmo , vel exacerbatione quantumcunq; dies longa ponatur,oportebit infirmum in nocte cibari : & ita notabili tempore impedietur somnus, & perducetur corpus ad casum virtutis , & ad hecticam propter multam resolutionem factam tam a calore diei , quàm a febr. aut propter nocturnas vigilias. Sed si fiat feb. in nocte: licet sint vigiliæ non erit resolutio diei , nec tanta feb. & die poterit cibari febriẽs,& dormire : quàmuis ille somnus nõ sit

fit ita conueniens ficut nocturnus. Rationes factæ in contrarium ex his facile folui poffunt. Ad primum dictum eft quòd Au.cōparat hic nocturnā & diurnā pblegmaticas alias omittens. Ad fecundum dicitur quòd talis non fit proportio &c. nam dies non durat tanto tempore quòd pofsit in ea tāta ægritudo terminari:immo nec paroxyfmus:fed in æftate fic. fecundo moueri de die contra naturam phlegmatis arguit maiorem multitudinem,& malitiam. Sed phlegmaticam fieri in æftate non arguit tantam multitudinem & malitiam. Præterea.diurna habet paroxyfmum valde longum & æque longum:aut longiorem quàm nocturnam aut æftiua refpectu hyemalis.

Ad tertium quòd feb. phlegmatica veniens in die uenit in tempore magis difproportionali,quàm proportionali:quia licet dies fit proprortionalis ratione feb. eft tamen improportionalis ratione caufæ feb. quæ improportionalitas eft maior quàm fit proportionalitas ratione.feb cum hęc feb. pēdeat in effe & conferuari a fua caufa.f.phlegmate. Ad aliam quòd licet plus de materia refoluatur in die quàm in nocte, & ratione huius diurna deberet effe breuior:tamen multitudo materię,aut malitia maior in diurna quàm nocturna facit ipfum magis prolongari. Ad alium dicitur quòd quando nox eft longa, dies eft breuis:& cum paroxyfmus phlegmaticæ duret.18. horis,quanto minus occupabit de die, tanto plus occupabit de nocte.igitur in nocte impedietur forte cibus & fomnus, aut faltem fomnus. Ad ultimum patet ex determinatis in quæftione quid fit refpondendum.

Cura phlegmaticæ. Cap. LVIII.

Cura huius ægritudinis diuerfificatur fecundum horas fuas.f.principium,& augmentum & ftatum, & declinationem:fecundum apparitionem digeftionis in ea, & eius occultationem:diuerfificatur fecundum materias fuas fcilicet phlegmaticam acetofam,et phlegmaticam vitream : et phlegmaticam falfam,et dulcem.

Hic ponit curā harum febrium quas fuperius notificauit.habet hæc pars duas partes. In prima curat phlegmaticas communiter euenientes. In fecunda curat eas quæ raro eueniūt: & ad phlegmaticas reducuntur. fecunda ibi § Et cura earū eft propinqua.§prima in duas. In prima ponit curam phlegmaticæ interpolatæ.fecundo adaptat curam eius phlegmaticę cōtinuæ.fecunda ibi§Cura eius.§ prima in duas : quia primo ponit curam quæ debetur febri & caufæ. fecundo docet fuccurrere accidentibus.fecunda ibi §Et fuccurratur uomitui.§ prima in duas.primo ponit tria a quibus fumitur modus generalis curationis eius.fecundo exequitur. fecunda ibi §Et oēs eius fpecies.§ In prima dicit curam eius diuerfificari fm tempora feb.fcilicet principium,augmentum,ftatum, & declinationē. & fecundo etiam diuerfificari fecundum apparitionem digeftionis,& eius occultationem. tertio fecundum materias fuas fcilicet phlegmaticam acetofam:& phlegmaticam uitream:& phlegmaticam falfam:& phlegmaticam dulcem. Primo notandum tempora in morbis materialibus duppliciter diftingui fcilicet penes accidentia fiue morbi effentiam.& fecundo penes materiam. Primam diftinctionem primo exprefsit. fecundo fecundam cum dixit.cura diuerfificari fecundum apparitionem digeftionis,& eius occultationem. Pro quo fciendum quòd fecundum primam diftinctionem maxime diuerfificatur regimen in cibo & potu,cum diæta ordinanda fit in relatione ad ftatum.prima aphorifmorum commento decimo.Penes uero fecundam diftinctionem diuerfificatur regimen medicinale,cum nondum digeftam materiam oportet digerere. ipfa uero digefta oportet euacuare : & hac maxime exprefsit in phlegmatica,cum in ea tempora penes materiam fæpe confundātur.nam poftquàm apparuerint manifefta figna digeftionis,iterum redeunt figna cruditatis propter materiæ heterogeneitatem & multitudinē:quibus redeuntibus oportet curare cura principij,& dimittere curam augmenti. Secundo notandum quòd licet prę̨ter quatuor fpecies phlegmatis fint multæ aliæ potentes phlegmaticam facere:hæ tamen funt principales,& frequentius caufantes phlegmaticam:per quorum regimen reliquorum regimen facile poteft comprehendi.

Et omnes eius fpecies communicat in hora principij in tribus rebus in necefsitate lenificationis æqualis, aut uomitus : et in necefsitate adminiftrationis fubtiliantum,et incidentiū et diureticorum.

Hic profequitur curam.primo fecundum diuerfitatem temporum.fecundo penes diuerfitatem fpecierū phlegmaticæ.tertio ponit medicinas conuenientes fecundum illas intentiōes. fecunda ibi§ Amplius diuerfificatur.§tertia ibi§Et conuenientes.§prima in tres.primo ponit intentiones curantes quæ debentur in principio,oftendendo quid in eo fit faciendum. fecundo oftendit quid fi faciendum in augmento.tertio ordinat regimen in relatione ad ftatū dans intelligere declinationē. fecunda ibi §Et in augmento.§tertia ibi§Et fortaffe eft. § prima in duas.primo ponit intentiones quæ debentur phlegmaticis in principio.fecundo declarat.fecunda ibi §Et cum fuper uenit.§In prima parte dicit quòd omnes fpecies phlegmaticę conueniunt in hora principij fcilicet uniuerfalis in tribus rebus.primo in necefsitate lenificationis æqualis. fecundo in necefsitate vomitus æqualis.tertio in adminiftratione lenificantium,& incidentium,& diureticorum .i. prouocātium vrinā.

Et cum fuperuenerint febri dies tres,fubtiliatur in ea materia propter febrem.Et fi ante illud mouebis,nocebis,et non facies aliquid.

In fecunda parte declarans dicit quòd cum tranfierint tres dies a principio feb.materia fubtiliatur per feb.& ante illud.i. ante tres dies fi mouebis .i. euacuabis cum folutiuis educentibus phlegma:aut uomitiuis:aut cum fubtiliantibus incidentibus,& diureticis nocebis,& fi facies aliquid notabilis iuuamēti agitabitur materia,& non educetur conuenienter. Primo notandū quòd lenificatio accipitur dupliciter.primo pro euacuatione qua educuntur materiæ communes quæ funt fuperfluitates primæ digeftionis,ficut eft euacuatio cum cafsia & fimilibus.fecundo accipitur pro euacuatione,per quam præter has materias euacuamus aliquid modicū de materia propria, quæ eft caufa coniuncta:aut āñs fe.& utraq; iftarum poteft dici æqualis in comparatione ad euacuationē notabiliter de materia euacuantem. Similiter uomitus æqualis eft duplex.quidam leuis,in quo non eft intentio aliquid de materia propria educere,ficut uomitus cum aqua tepida & pauco oxymellis, educens tantū materias in ftomacho repertas facilis eductionis. Quidam modicum de materia educens. Secundo notādum quòd medicamen incidens proprie contrariatur uifcofitati humoris,fubtilians uero grofsitiei eius. Tertio notandū quòd medicamen diureticum habet educere humorē per uias vrinæ.hic aūt humor eft duplex.quidam qui in quacunque fe. multiplicatur maxime humorali:& eft quoddam feorfum.i.decifum a maffa fanguinea per actionem caliditatis febrilis.quidam aūt eft materia propria exñs,āñs uel coniūcta feb.Quarto notandum,quòd principium uniuerfale habet duas partes. prima in qua nullum apparet veftigium digeftionis neq; manifeftum,neq; occultum.fecunda eft in qua incipit apparere veftigium digeftionis licet occultum.exempli gratia.cum urina quæ prius erat fubtilis,alba albedine tranflucente iam incipit ingroffari,& colorari,quę ingroffatio & coloratio poteft fieri nō folum a colore naturali:fed etiam a febrili fubtiliante materiam:& aliquid eius per urinam expellente:ut dicit Auic.& hæc digeftio occulta,ut dictum eft fuperius non feparat augmentum a principio,immo ftat cum principio:cum aūt apparebit hypoftafis quæ eft fignum digeftionis manifeftum : tunc feparabitur augmentum a principio.prima autem pars principii durat communiter apud Auic.ufq; ad tres dies. Alii uero ficut Serapio afsignant huic primæ parti terminum quatuor dierum:fed hic differentia accidere poteft ex parte phlegmatum,temporum,regiminis, & regionum. Quibus præmifsis dico de intentione Auic.in parte prima principii non effe foluendum regulariter nifi cum folutiuis lenietibus,fimiliter tūc non effe prouocandum uomitum nifi cum lenibus educētibus quæ in ftomacho continentur facilis eductionis:& trahētibus a longinquis. fimiliter nō effe incidendum,fubtiliandum,nec per urinam prouocandum nifi cum lenibus : utputa cum aqua hordei,& oxymelle fimplici:& tūc eft digerendum cum fubtiliantibus,& incidētibus,& abftergentibus cum lenibus ficut cū oximelle fimplici mixto cū aqua decoctiōis zuccari rubei,

aut passularum . Cum autem uentum est ad secundam partem
principij,& apparet uestigium digestionis occultum,licet sol
uere cum lenientibus educentibus de materia propria sicut
cum decoctione unius.ʒ.turbit & passularum.℥.5.& ℈.i.zin-
giberis.quæ decoctio trium .℥.misceatur cum.℥.i.flor.cas. uel
circa:& tunc licet dare fortius uomitiuum:utputa.℥.i.oxymel
&.℥.i.suc.rapha.cum.℥.iij.aquæ quod tepidum sumatur: & tūc
licet subtiliare,incidere,& prouocare cum fortioribus , sicut
cum oxymelle.ij.radicum aut.v.& aqua fœniculi,apii, & spa-
ragi:processus tamen clare videbitur cum ordinabo curam:&
hoc est quod sentit Auic.in textu .

Cōtra prędicta instatur:quia Au.parum infra incipit & pro
cedit usq; ad septimum cum geleniabin , & aqua fœniculi , &
aqua apij quæ sunt subtiliantia , & urinam prouocantia : & sic
procedunt quidam alij .

Pro solutione præmittendum ſm Genti. quòd incisiua &
subtiliatiua præparant materiam grossam & uiscosam euacua-
tioni:sed diuretica materiam per urinam educūt: quod autem
prępatat materiā est debilioris operationis quàm illud quod
materiam illam per urinam euacuat.exemplum incidentium,
& subtiliantium est oxymel simplex vel cum radice fęniculi &
petroselini . Exemplum de diureticis est syrupus de.v.radici-
bus in quo ponitur assarus.istæ enim uirtutes.s.incisio,subtilia
tio,& prouocatio quanuis sint distinctæ uirtutes : tamen pro-
pter patientium diuersitatem accidit quòd prouocatiuum est
solum incisiuum,& subtiliatiuū: sicut si materia sit multū gros-
sa,& uiscosa:nec sufficit ad digestionem.i.subtiliationem & di
uisionem oxymel simplex : sed oportebit ipsum miscere cum
aqua hyssopi:aut exhibere oxymel duarum radicum,aut.v.qui
syrupus in mareria phlegmatica dulci non multum grossa,aut
uiscosa esset sufficiens prouocatiuum:prouocans autem in ma
teria multum grossa esset syrupus cum radicibus , & assaro &
huiusmodi . Accidit secundo hæc diuersitas propter diuersita-
tem dos.Syrupus enim de radicibus in parua dosi solum subti-
liaret,& incideret:sed in magna prouocaret . Accidit tertio
hæc diuersitas ex diuersitate dispositionis intestinorum, & uia
rum urinę.ius enim cicerum in homine apto solui non mouet
per urinam:sed magis stomachū,& intestina subtiliabit, & ab-
sterget,& leniet ventrem sua nitrositate . Accidit quarto hæc
diuersitas ratione eorum quæ secum miscentur . nam syrupus
de radicibus solus prouocabit:sed si misceatur cū zucc. ros. re-
mittitur eius prouocatio:& remanet diuidens , & subtilians
marerias . Similiter si syrupo solutiuo admisceatur aliquid no
tabile diureticum fiet vrinæ prouocatiuum . Secundo præmit
tendum penes Gen.quòd incidentia,& subtiliantia sunt dupli
cia.quædam lenia non agitantia materiam:sicut syrupus aceto
sus.s.mellinus,uel zuccharinus:& proprie cum aceto non mul
to,nec multum acuto:quædā sunt fortia quæ materias possunt
agitare:sicut syrupus acetosus compositus cum radicibus , uel
hyssopo:& cuius acetum est multum , & multum acutum . Si-
militer dicimus quòd diureticū est duplex : quoddam proprie
quod aliquid de materia etiam grossa per urinā euacuat: aliud
improprie quod seipsum in urinam præcipitat , & non mouet
materiam propriam feb.si fuerit adæquatæ grossitiei,& uisco
sitatis.sed solum quasdam materias serosas febribus cōiunctas
aptas euacuationi per urinam:sicut dictum fuit supra in cano-
nibus generalibus curationis fe.putri.quorum exemplum est
iuleb subtile,& aqua hordei subtiliter.i.in qua hordeum non
est multum decoctum .

His præmissis dicendum quòd ante tertium diem .s. stante
cruditate materiæ phlegmaticæ nullo mō forti subtiliante in-
cidente,uel prouocante vti debemus:quia istud agitat,& com
mouet materiam resoluit subtile,& prouncat dimittens gros-
sum.Vnde Gale.quarto de re.sa.specialiter de diureticis forti
bus loquens.vrinatiua uera nunc non laudo &c. Quod enim
bene est digerendum tanta turbatione , vel commotione ne-
quaquàm est opus.cum enim materia est multa,impediunt di-
gestionem . Sed cum materiæ sunt digestæ possumus uti for-
tioribus,& ſm gradum digestionis augere gradum fortiū me-
dicinarum.Sed tu dices ex quo materia est digesta non indige
mus subtiliantibus,aut incisiuis,nec fortibus,aut debilib⁹.Di-
cendū primo quòd non indigemus ad digerendum sed prouo
candum.nam subtiliatiua fortia tunc fiunt prouocatiua.Vel di
cendum quòd pro parte digesta his non indigemus , sed bene
pro partibus nondum digestis . His tamen in principio nō de
bemus uti.nam materiam in principio agitarent,& permisce-
rent bonum cum malo:& faciendo materias fluere oppilatio-
nes augerent:sed materia digesta & pro parte minorata nō ti-
memus hanc agitationem,& oppilationem aut boni cum ma
lo mixtionem . Item in processu partes stomachi , & intesti-
norum sunt mundificatæ a corruptionibus materierum . unde
non est tanta suspitio de penetratione harum materierū ad he
par & ad venas per diuretica,& aperientia . añ tertium diem
possumus uti prouocatiuo debili,sicut aqua hordei.iuleb sub-
tilibus.possumus etiam uti subtiliante,& incidēte leui ut oxy-
melle simplici,cum aliqua radice prouocante leuiter . Et qua-
liter sit operandum,& sedatio contrarietatis apparentis inter
auctores quorum quidam concedunt huiusmodi subtiliantia,
incidentia,& prouocantia a principio . Aliqui prohibent mo
dum ordinatum procedendi.primo cum clysteribus,aut soluti
uis lenientibus,& uomitiuis lenibus.secundo cum digestiuis
incisiuis,& subtiliatiuis lenibus.tertio causa minorandi mate
riam cum solutiuis,& uomitiuis & diureticis aliquid de mate
ria propria euacuantibus post aliqualem apparitionem dige-
stionis.quarto digerendo cum fortibus incisiuis,subtiliātibus,
& aperientibus iam præcedente digestione.& quinto minorā
do materiam cum solutiuis,vomitiuis , & diureticis fortiori-
bus,ostendendam cum ordinabo curam .

*Et in augmento cum subtiliatione regis secundum æqua-
litatem .*

Hic ostendit quid faciendū sit in augmento.d.quòd in aug-
mento subtilies regimen.i.diætam ſm proportionem aliquam
ad unamquāq; materiam.Item ſm qualitatem quia non debet
esse grossa sicut in principio, nec subtilis sicut in statu : uel ſm
ęqualitatem:quia non subtilis sicut in tertiana:nec grossa sicut
in quartana . Omisit autem Auicen.regimen per medicinas in
augmento:quia intelligitur ex regimine principij. Si enim in
principio aliqualem digestionem materiæ cognoueris,ꝓpter
quod moueas in principio cū incisiuis, & subtiliatiuis,prouo-
catiuis,& minoratiuis cum multo fortioribus poteris in aug-
mento procedere in quo digestio manifeste procedit .

*Et fortasse est contentus aqua hordei in primis tribus die-
bus,sperando quòd sit status eius propinquior propter subti-
liationem materiei,aut paucitatem eius .*

Hic ordinat diætam principij,& augmenti in relatione ad
statum.& primo quando status est propinquus . secūdo quādo
est longinquus.tertio declarat quædam . secunda ibi § Quod
si certe.§tertia ibi§Verum augmentum.§ In prima parte dicit
quòd fortasse medicus est cōtentus aqua hordei.i.ptisana hor
deacea in primis tribus diebus sperando quòd status sit pro-
pinquus propter subtiliationem materiæ , aut paucitatē eius :
quia sperant ipsam non transituram decimamquartam diem ,
licet hoc raro eueniat cum prolongetur secundum plurimum
ultra.44.dies .

*Quod si certe sciretur quòd status eius esset tardus,nō sub-
tiliaretur regimen,quanuis fames, & somnus super famem ,
& exercitium super famem,si non debilitant , sint ultima in
iuuamento huius ægritudinis:immo declinaretur in principio
ad ingrossationem usq; ad septimum:deinde gradaretur .*

Hic ordinat diætam quando status est lōginquus .d. quòd si
certe sciret ꝙ status esset tardus,non subtiliaret regimen,quā-
uis fames,& somnus & exertitium super famem,si non debili
tant,optime iuuant in cura huius ægritudinis minuendo.s.ma
teriam:immo si status est tardus ingrossetur diæta usq; ad se-
ptimum:deinde graditur.s.subtiliando eam .

*Verum augmentum eget ut subtiliaretur regimen in pri-
mis . Si autem status apparet loginquus,poßibile est ut succur
ratur illi cum ingrossatione regiminis;deinde gradetur usque
ad horam . status : quoniam tempus est sufferens hoc in hac
ægritudine,non sufferens in acuta . Cumq; pertransierit. vij.
non stes tunc super subtiliationem:quoniam illa debilitat , &
addit in debilitate oris stomachi . Et quoties senseris longitu-
dinem maiorem subtilia minus,quanuis subtiliatio eius in ipsa
omnino sit magis necessaria,quàm in quartana .*

In

In præſenti parte declarat quædam huic propoſito deſeruientia.d.ꝙ in principio augmenti debemus ſubtiliare dietã in comparatione ad principium uniuerſale. Si autẽ ſtatus apparet longinquus,poſsibile eſt ut ſuccurratur illi ſcilicet augmento:deinde gradatim ſubtilietur diæta uſq; ad horam ſtatus quoniam tempus ideſt longitudo ægritudinis eſt ſufferẽs hoc ideſt ſubbtiliatio diætæ poſt ingroſſationem in hac ęgritudine quæ eſt chronica,& non ſufferens in acuta propter ſui breuitatem.ſecundo dicit quòd cum hæc feb.tranſierit ſeptimum, nõ ſtamus in diæta nimis:quoniam nimia ſubtiliatio debilitat & addit in debilitatem oris ſtomachi : quia tolerantia famis ſtomachi debilitat ſtomachum ſpiritus reſoluendo,& ipſum malis humoribus replendo.tertio dicit quòd quanto cognoueris maiorem longitudinem ſubtilia minus,quãuis ſubtiliatio dięti in phlegmatica ſit magis neceſſaria,quàm in quartana.

Et ſimiliter oportet, ne feſtines cibare ipſum cum eis,quæ ſunt ſicut pulli,& panis cum muſiaguarac,niſi timeatur debilitas,aut appareat declinatio.

Hic quarto dicit ꝙ non feſtines cibare patientem phlegmaticam a principio,cum eis quæ ſunt multi nutrimenti ſicut pulli ſcilicet gallinarum : & etiam columborũ cum muzaguarac qui eſt modus quidam cibi uelut cibus factus ex agreſta,pullis & zuccaro niſi timeat debilitas,aut appareat declinatio.oportet enim ne uirtus cadat diætam ingroſſare : & eſt cũ morbus declinat. Sed pro declaratione partis præſentis in diæta debite ordinanda non ſolum in phlegmatica : immo etiã in alijs febribus materialibus nota ꝙ dieta tripliciter ordinatur. uno modo in relatione ad ſtatum,& hæc debet eſſe groſſa in principio.in augmento ſubtiliari.in ſtatu adhuc magis:& proprie tempore criſis:ſed in declinatione ingroſſari. Secundo modo ordinatur diæta ratione diſpoſitionis præſentis: & hoc modo aliquando in principio debemus ſubtiliare multum cum materia eſt multa: & aliqñ in ſtatu : immo tempore criſis ingroſſatur cum timemus caſum uirtutis. Tertio modo ordinatur ut ueniamus in notitiam ægritudinis ignotæ:& ratione huiuſmodi debet ſubtiliari ut natura non grauata cibo ſit magis expedita.tunc enim aut ſuperabit ægritudinem,aut manifeſtabit ipſam.& de duobus primis modis diætandi eſt ſermo Auicen.in præſenti parte: ſed maxime de primo.

Triplex diætandi ratio.

Amplius diuerſificatur cura, cuius cauſa eſt phlegma ſalſum,& dulce:& cuius phlegma eſt vitreum,& acetoſum: & fit ex ea nimium frigus in qua corpus non caleſ[illegible]*t : verum in duabus primis neceſſaria eſt lenificatio cum medicina leni,& infrigidatio quædam:& in duabus ſecundis cum medicina magis laborioſa, & in duabus primis indigetur inciſione cũ ſubtiliatiuis,in quibus non eſt calefactio plurima:quãuis ſit exiccatio plurima. Et in duabus ſecundis neceſſarium eſt illud quod ſubtiliet cum inciſione, & calefactione cum acredine:et proprie quando phlegma eſt permixtum cum melancholia: nam neceſſaria ſunt in huiuſmodi ea, quæ ſunt ſicut diacyminum,& confectio de ſulphure,& adminiſtratio ſalſorum.*

Hic diuerſificat curam penes diuerſitatem ſpẽrũ phlegmatis.d.curam diuerſificari penes materiam phlegmatis.nam in phlegmatica dulci,& ſalſa ſolutiuum debet eſſe leue: ſicut medulla carthami,& odor turbit:econtra in uitrea,& acetoſa ſoluendum eſt cum medicina fortiori:ſicut cum corpore turbit: in primis duabus conuenit infrigidatio quædam,uel minor calefactio:in alijs duabus maior calefactio. Item in duabus primis indigemus inciſione & ſubtiliatione : cum his in quibus non eſt calefactio plurima ideſt notabilis:ſed in duabus ſecundis eſt neceſſarium illud quod ſubtiliet, & incidat fortiter cũ, calefactione:& propriæ quando phlegma eſt mixtum cum melancholia:nam neceſſaria ſunt in eis quæ ſunt ſicut diacyminũ confectio de ſulphure,& adminiſtratio ſalſorum. Primo notandum ꝙ in duabus ſecundis ſolutiuũ debet eſſe fortius:quia materiæ ſunt fortiores groſsiores,& uiſcoſiores ꝑpterea ineptiores euacuationi.fortificatur autem ſolutiua dando in maiori doſi,& dando corpus ſolutiui, & non ſolum uirtutem, & propter eandem cauſam in duabus ſecundis medicinę digeſtiuæ debent eſſe calidiores,magis ſubtiliantes,& incidentes:& magis exiccantes: in ſalſa uero eſſe minor calefactio, & exiccatio quã in cæteris:immo ſiccitas non conuenit ratione exiccãdi:ſed ſolum ratione ſubtiliationis,& inciſionis quæ fundantur in ſicco. Et forte in ſalſa ſecundũ plurimum conuenit infrigidatio,cum phlegma ſalſum ſit humor calidus & faciat cauſonem:in illa autem quæ eſt admixta melancholiæ indigemus maiori ſubtiliatione, & inciſione ſed non tanta calefactione: niſi quando fortis ſubtiliatio,& inciſio fundantur in notabiliter calido,& ſicco.

Et conuenientiores medicinæ quæ adminiſtrantur in principio ſunt geleniabin vſque ad diem ſeptimum:& non eſt malum vt adminiſtretur iterum aqua fœniculi & aqua endiuiæ, et aqua apij cum geleniabin ſecũdum neceſsitatem:et ſyrupus acetoſus eſt vehementis neceßitatis iterum, et aqua mellis cũ hyſſopo.

Poſitis canonibus euacuationis ſecundũ tempora,& ſecundũ materias.hic ponit medicinas,& cibos conuenientes:& canones in uſu eorum,& reliquum regimẽ,& habet tres partes. In prima ponit medicinas conuenientes cum canonibus in uſu earũ.In ſecũda ponit cibos cõueniẽtes. In tertia regit per ſomnum & balneum. ſecunda ibi [Et cibi eorum.] tertia ibi [Menſuræ autem ſomni.]prima in quatuor.primo ponit medicinas & can.conuenientes in principio.ſecundo in augmento.tertio in ſtatu.quarto in declinatione.ſecunda ibi[Et quando uides.] tertia ibi [Cum uideris digeſtionem.] quarta ibi [Et quando declinat.]prima in tot partes,quot ſunt canones, quorum quidam in uſu ſunt ſubtiliantium, & incidentium, & prouocantium:quidam in uſu ſolutiuorum: quidam in uſu uomitus. Quorum primus eſt ꝙ conuenientiores medicinæ quæ adminiſtrantͬ in prĩcipio uſq; ad ſeptimũ ſunt,ſicut geleniabin ideſt mel roſ.uel iuleb roſ. factum cum zuccaro:ſi forte fuerit phlegma ſalſum:hæc autem poterunt diſtemperari cum aqua zuccarata ante tertium diem:ſed poſt tertium diem uſq; ad ſeptimum poterunt diſtemperari cũ aqua fœniculi, aqua apij in uitrea & acetotoſa:ſed in ſalſa cum aqua endiuiæ : in dulci uero permiſceri ſecundum tuam æſtimationem. & ſyrupus acetoſus ſcilicet zuccaratus,uel mellinus eſt uehemẽtis neceſſitatis ideſt utilitatis:quia incidit:& aqua mellis cum hyſſopo in qua decoctus ſit hyſſopus.

Et eſt poßibile vt conſequatur per ea illud quod quæritur de lenificatione naturæ : & proprie cum ſolutiuo facto de zuc.roſ. et roſ. rubeis nominatis perſicis:quoniã eſt ſolutiuũ et lenitiuum.Et quandoq; eſt neceſſarium vt confortetur eius lenificatio : et confricetur in aqua lubleb, et permiſceatur ſi voluerit,cum caſ.fiſt.et penidijs. Et iterum geleniabin acceptum cum melle,et tereniabin permixtum cum aqua lubleb: et non fiat aßiduatio ſuper ea cũ ſolutiuis in principio:et poſt ipſum:et proprie quando cum materia eſt cholera: illud enim perducit ad corruptionem complexionis.

Hic eſt ſecundus canon quòd poſsibile eſt ut per ea quæ dicta ſunt venter lenificetur, & proprie cum iuleb ſupraſcriptũ fit ex zuccaro & roſ ru.perſicis.eſt enim ſolutiuum & lenitiuũ nam per zuccarum abſtergit:& ſi ſoluit per roſas recentes,ſoluit electiue,& lenit per utrumq; Nos autem loco roſ. utimur roſis rubeis.& ſic etiam facit mel roſ.aut ſyrupus acetoſus cũ aqua lubleb.ſcilicet decoctionis, uel expreſsionis : & quid ſit lubleb dictum eſt ſæpe.Item poſſunt permiſcere aliquid ex ſupraſcriptis cum caſsia & penidiis,ut recip.iuleb roſ. ℥. i. flor. caſ.drach.vi.penidiarum.unc.ʃ.miſce:& ſumatur ſicut eſt,aut diſtẽperetur cum aliqua aqua:ut puta lubleb,uel aqua quę tibi uidetur.Et item geleniabin permixtum cũ melle tereniabin ideſt mannæ quæ ambo diſtemperentur cum aqua lubleb. Et nota ꝙ hæc lenitiua proprie conueniunt in principio quando non apparent ſigna digeſtionis:& nos pro lenitiuo daremus ℥.i.flor.caſ.&.℥.i.mellis roſ.aut iuleb roſ. diſtemperatum cũ aqua zuccari,aut paſſularum.Dicit tamen Aui.quòd non debemus aſsiduare huiuſmodi in principio,nec poſt principium:& proprie quando materia eſt cholerica. nam illud ſcilicet aſsiduare huiuſmodi lenitiua perducit ad corruptionem complexionis ſcilicet ſtomachi mollificando,& relaxando ipſum ſine mixtione uera,ſicut in phlegmate ſalſo ſiue non uera.educitur enim per huiuſmodi magis ſubtile & magis calidum,& re-

liquum magis remanet ineptum digeſtioni, & magis ſtomachum debilitans.

Et multi quidem homines dant in potu in principio ſicut eſt medicina de turbit in omni nocte: & ſicut pilulæ de maſtice in hebdomada bis: & ſicut pilulæ de ſeminibus diureticis. Deſcriptio medicinæ de turbit. recip. zingi. & maſticis amborum ana. drach. x. turbit ſicut alcohol. drach. x. zucchari tabarzet quãtum omnia. detur in potu omni nocte aureus unus: & illud fiat quando natura eſt non lenis: ſi enim reſpondet omni die bis, non indiget hoc.

Hic eſt tertius canon in adminiſtratione ſoluentium electiue: & eſt ſumptum a Raſi decimo Almam. & decimo octauo continentis. & primo ponit ipſum. ſecundo ponit ſententiam ſuam. ſecunda ibi [Ego Vero non.] In prima parte dicit quòd multi homines dant in principio ſolutiuum quod eſt ſicut medicamen de turbit omni nocte ad minorandam materiam: & ſicut pilulæ de maſtice bis in hebdomada ad confortandum ſtomachum: & ſicut pilulæ de ſe. diureticis ad prouocandum urinam. ſecundo deſcribit medicinam de turbit. recip. zingi. maſticis, & turbit puluerizati ſicut alcohol ana. drach. x. zuccari tabarzet. i. trium coctarũ. drach. xxx. detur in potu omni mane aureus unus quæ eſt ſexta pars. unc. & hoc ſolutiuum exhibeatur quando natura. i. uenter non eſt lenis. ſi enim ſponte ſoluitur omni die bis ſecundum ſuum numerum cibationum, nõ indiget hoc.

Ego vero non diligo expectationem digõnis, & lenificationis cum eis quæ diximus prius: immo oportet vt euacuetur ex ea aliquid, & expectetur in reliqua vſquequo digeratur: & fiat illud cum facilitate paulatim abſque ſuperfluitate: deinde perueniat ad diuretica.

In præſenti parte ponit ſententiam ſuam. d. ego non diligo expectationem digeſtionis. i. ꝙ completa digeſtio expectetur antequàm ſoluatur. nec diligo expectationem lenitionis ideſt quòd longo tempore fiat occupatio in lenitiuis de quibus ſupra: quia remolliunt ſtomachum, & non educunt de materia propria niſi quoddã ſubtile, quod magis nocet quàm cõferat: immo oportet quòd euacuetur de materia propria aliquid, & expectetur digeſtio in reliquo: & fiat illa euacuatio paulatim cum facilitate, & abſq; ſuperfluitate ideſt abſq; quòd in una uice fiat multa euacuatio. oportet enim paulatĩ digerere: & paulatim euacuare qñ materiæ ſunt groſſæ iuxta canones datos quarta primi tertio capitul. aliter educuntur partes ſubtiles remanentibus groſsis ineptis digeſtione & euacuatione: deinde minorata materia poſſumus uti fortiotibus diureticis. Confortantia uero ſtomachum, quia ſtyptica ſunt, cõueniunt, iam notabiliter minorata materia per uentrem & urinam, & aliis modis: aliter potius impediunt quàm iuuent.

Et ſimiliter abhorreo quod eſt ſimile aquæ prunorum, & tamarindorum: et ſimilium de illis quæ debilitant, et ſoluunt ſubtile: et ſi materia fuerit decliuis ad additionem frigoris, miſceatur cum ea medulla carthami. Et ſi fuerit materia ad cholericam decliuis, miſceatur cum ea ſyrupus violatus: aut violæ conditæ cum ſiracoſt: aut violæ ſiccæ contritæ.

Auic. abhorret continuationem lenificantium quæ ſunt ſicut decoctio, & ĩfuſio prunorum, aut tamarindorum propter cauſas dictas: quia debilitant ſtomachum, & educunt ſubtile: & dimittunt groſſum. unde ſi materia fuerit decliuis ad additionem frigoris ideſt quando cũ materia calida fuerit admixta frigida a prædominio miſceatur prædicta aqua cum medulla carthami ſoluens phegma. Si uero materia ad cholericam fuerit decliuis ideſt quod materia cholerica dominetur, miſceaẗ cum ea ſyrupus uiolatus, aut uiolæ conditæ, & ſiracoſt & uiolæ ſiccæ contritæ: ut ſimul cum phlegmate cholera educatur: ſed magis cholera. in primo caſu magis phlegma: non tamen hæc continuanda ſunt. Ex his igitur aperte comprehendis Au. aliqualiter Raſi eſſe contrarium primo quando nõ apparet aliquod ueſtigium digeſtionis non concedit medicinam ſoluentem phlegma electiue. ſecundo non uult ſoluere fortiter omni die quãdo apparuit digeſtio: licet inferius omni die concedat aliqualem ſolutionem: & in hoc diſcrepat a Raſi. tertio non uult multum ſoluere una uice: ſed uult paulatim digerere: & paulatim euacuare contra illos qui nunquam ſoluunt. Item contra illos qui ſtatim ab initio electiue ſoluunt. Item contra illos qui apparente digeſtione fortiter ſoluunt in materia groſſa & uiſcoſa. Et hæc oĩa intelliguntur in cura regulari.

Et adiuues cum clyſteribus lenibus factis ex melle, et ſale, et aqua ſiclæ, et oleo ſiſamino.

Hic eſt quartus canon. & adiuues cum clyſteribus lenibus factis ex melle ab. ℥. i. uſque ad. ℥. ij. ſalis. ʒ. ij. aquæ decoctionis ſiclæ ideſt blitis lib. i. olei ſiſamini. ℥. iij. miſce. per aquam ſiclæ, poſſumus etiam ſuccum intelligere, ſed ſufficit lib. 5. & augeatur oleum.

Et vomitus fiat cum aqua raphani, et raphano infuſo in ſyrupo acetoſo cum ſeminibus, et his ſimilibus. Et ſi neceſſarius eſt vomitus plurimus propter multitudinem eius quod accidit de nauſea, et alteratione ſaporis oris adminiſtrentur grana raphani, et bibatur ex eis uſque ad aureum vnum cum aqua frigida. Et vomitus quidem cum eo quod eſt in eo de debilitate ſtomachi eſt vehemẽtis iuuamenti valde: et eſt ultimus huic ægritudini. Oportet ergo vt expectetur in eo ſeptimus, vt nõ accidat ex eo in principio debilitas, apoſtemans corpus ſtomachi. Et ſi ſit grauis in eo vomitus non prouoces ipſum ſuper ipſum cum labore. Et ſi accidit vomitus, et proprie in principio periodi non retineatur niſi fatiget, et debilitet: tunc enim reſtringatur: ſicut cum miua, et ſyrupo de mentha, quæ dicemus poſt.

Quintus canon. uomitus fiat cum aqua ſcilicet decoctionis raphani: ſed fortior eſt aqua expreſsionis ideſt ſuccus: de quo detur unc. iiii. aut circa. Et ſimiliter raphanus infuſus in ſyrupo acetoſo de ſeminibus, ideſt acetoſo compoſito: cuius unc. ii. diſtemperentur cum unc. ii. aquæ tepidæ quòd ſi neceſſarius eſſet uomitus plurimus propter multitudinem materiæ faciẽtis nauſeam, & alterantis ſaporem oris, detur aureus unus ſe. raphani contritorum cum aquæ frigidæ ideſt tepidę. ℥. iiii. & uomitus quidem quamuis debilitet ſtomachũ eſt uehementis iuuamenti ualde: & eſt ultimus huic ægritudini ſcilicet in conferentia. Sed oportet ut expectetur ſeptimus, ut non accidat in principio ex eo debilitas apoſtemans corpus ſtomachi. cũ in principio corpus ſit plenum materia inepta euacuationi: & hic eſt ſermo de uomitu forti. nam debilis cõceditur a principio: & ſi ſit difficilis uomitus non prouocet ipſum ſuper ipſum ſcilicet infirmũ cum labore ideſt cũ medicinis laborioſis. Et ſi accidit uomitus & proprie in principio periodi non retineatur niſi fatiget & debilitet: tunc enim reſtringatur cum miua ſcilicet cum ſpeciebus ſi ſit phlegma multum groſſum: & feb. non ſit magna. ſi uero res ſit econtra retineatur cum miua ſine ſpeciebus, & ſyrupo de mentha quæ dicemus poſt.

Et ſi accidat dolor capitis adminiſtrentur embrochæ ex chamæmilla cum immiſſione quatuor extremorum in aqua calida, et ligatione crurium cum fortitudine.

Sextus canon quod in dolore capitis adminiſtrẽtur embrochæ ex chamęmilla cum immiſsione quatuor extremorum in aqua calida, & ligentur crura cum fortitudine. Et nota quòd embroca ex chamæmilla poteſt fieri ſuper caput ſi præceſſerit materiæ digeſtio & euacuatio. ſi uero non, embrochentur extrema.

Et ſi indigetur aqua hordei. adminiſtretur decocta cum radicibus quantitate æquali, aut miſceatur cum ea ſyrupus acetoſus de melle ſi non acetat in ſtomacho: aut aqua mellis ſi acetat. Et melior hora in qua datur in potu illud, eſt, ſi fuerit in aqua eius in principio rei tinctura: tunc enim oportet detur in primis de geleniabin: deinde detur in potu poſt ipſum duabus horis aqua hordei.

Septimus canon. Si indigeret aqua hordei ſcilicet propter ſitim: aut aliam neceſsitatem adminiſtretur decocta cum radicibus quãtitate æquali: aut miſceatur cum ea ſyrupus acetoſus de melle ſi nõ acetat in ſtomacho: aut ſi acetat, miſceatur cum ea aqua mellis. Et apud Gẽtilem aqua hordei, de qua ſupra debet eſſe duarum lib. quæ bulliat cũ radicibus apii fœniculi aut

petroſelini

petroſelini.unc.i.melius tamen eſt ut hordeũ,& radices æqualis quantitatis ſimul bulliant:& ualet ad digeſtionem: & prohibet acetoſationem. Et ſubdit quod melior hora in qua datur in potu id,ſcilicet aqua hordei uel ſyrupus acetoſus, eſt ſi fuit in aqua .i.eius urina tinctura:tunc enim oportet ut detur in potu in primis geleniabin.i.mel. roſ. uel aliter. ſecaniabin.i. oxymel ſimplex:& poſt ipſum duabus horis deť aqua hordei ut leniat:quod eſt abſterſiũ,& inciſum per geleniabin, & ſecaniabin.

Et non oportet, vt fiat inunctio cum vnguentis reſolutiuis: & neque embrochatio fiat cum embrochis ſubtiliatiuis: cum ægritudo eſt in principio,& humor eſt in corpore ambulans: ipſa enim mollificant viſcera ſua calefactione humida.

Octauus canon non fiat inunctio cum vnguentis reſolutiuis: nec embrochatio cum embrochis ſubtiliatiuis cum ægritudo eſt in principio,& humor eſt aptus fluere per corpus: ipſa enim mollificant uiſcera ſua calefactione humida. Sed bene hoc poteſt fieri digeſta materia, & euacuata: & hic loquitur de unctionib. quæ fiunt hypochũdrijs. Sed de embrochis quæ fiunt in manibus,& pedibus ad diuertendum hic non loquitur: immo conceduntur: quãuis tamen tutius, & liberius concedi poſsint digeſta materia,& minorata. Fricationes autem pedum,& crurium & totius corporis liberius conceduntur quã unctiones,& embrochæ: quãuis tũc melius ſit ut fricationes:& proprie corporis fiant digeſta materia,& euacuata.

Et alienetur aqua frigida.

Nonus canon. Alienetur aqua frigida: quia poros claudit & includit materiam:& intelligitur de aqua frigida ſumpta, & applicata.

Et quoties videris vrinam groſsiorem, & rubicundiorem non erit malum ſi phlebotomaueris: & neceſſarium quidem eſt ut redeas tunc ad ſyrupos acetoſos.

Decimus canon. Siue in principio, ſiue in proceſſu urinam groſsiorem,& rubicundiorem uideris, erit bonum phlebotomare: ſed maxime in principio: tunc erit bonũ uti ſyrupis acetoſis: ut minus calefaciant. Caue tamen ut dicit Genti. ne illa tinctura ſit propter profundationẽ putredinis ad partes phlegmatis:& ad aliquam choleræ excitationem, aut permixtionẽ: nos enim uidimus quoſdam talibus vrinis in phlegmatica apparentibus phlebotomatos extracto ſanguine cuius retentio erat neceſſaria: defectu ſubito caloris naturalis, & animalis ad mortem perueniſſe.

Et ſcias quòd fricatio eſt de curationibus iuuantibus eos: & quanto fuerit phlegma viſcoſius, & groſsius: tanto erit fricatio magis conferens, & dicitur quòd fricatio cum tela araneæ cum oleo eſt iuuatiua valde.

Vndecimus canon. Fricatio eſt de curationibus iuuantibus eos, quòd quanto fuerit phlegma groſsius, & uiſcoſius, tanto magis fricatio confert:& debet eſſe fortior & prolixior: ſed liberius conceduntur digeſta materia & euacuata quã in principio: extrema tamen in principio tutius fricari poſſunt quã corpus. Et dicitur quòd fricatio cum tela araneæ cum oleo ſcilicet mixta, eſt iuuatiua ualde. Serapio & Aui. ſecundo cañ. capitulo de aranea. dicunt quòd confert in tertiana. Sed Aui. hic dicit auctoritate aliorum eam conferre in phegmatica. Quòd ſi uerum eſt credo a forma ſpecifica prouenire cum tela araneæ ſit frigida.

Et quando incipit ægritudo augmentari, & poſt illud, tũc ſit ſollicitudo de ore ſtomachi, & quod ipſum confortat. Et ſint maſtications factæ ex mentha, & maſtice, & aniſo.

Hic ponit curam phlegmaticæ in fine principij, & habet hæc pars tot partes quot ſunt canones. Primus canon quando incipit ægritudo augmentari:& poſt illud tunc ſis ſollicitus de confortatione oris ſtomachi: ad quod ualent maſticationes factæ ſiue boli facti ex mentha, maſtice, & aniſo quæ debent maſticari,& deglutiri: ſic enim melius operantur, quàm ſi deglutirentur abſq; maſticatione.

Et adminiſtretur vomitus cum raphano ſecundum quod diximus cum minoratione cibi.

Secundo dicit quòd adminiſtretur uomitus cum raphano ut dictum eſt cũ minoratione cibi .i.ſumpto aliquo cibo pauco: ſic enim melius fit uomitus.

Et ſit cum geleniabin quod in potu datur in principio: & poſt ſeptimum permixtum quòd confortet os ſtomachi: & ſit in eo prouocatio plurima ſicut aniſum, & maſtix: & ſit cum aqua calida, & proprie in principio periodi: nam ipſum reſiſtit rigori, & frigori: & extinguit cum hoc ſitim, quanuis ſit æſtuoſa.

Tertio dicit, quòd cum geleniabin, quod in potu datur in principio, & poſt ſeptimum ſit permixtum quod confortat os ſtomachi:& ſit in ea uirtus prouocatiua: ſicut aniſum, & maſtix: quorum primum proprie prouocat. ſecundum confortat, & detur totũ cum aqua calida,& proprie in prĩcipio periodi. nam reſiſtit rigori,& frigori:& cum hoc extingit ſitim: quamuis ſit æſtuoſa.& poteſt eſſe.unc.i.&.5.geleniabin, aniſi, maſticis ana.drach.5.aquæ calidæ.unc.iij.

Et multoties quidem conceditur euacuatio phlegmatis & humoris crudi in hac hora: ſed melius eſt vt expectetur in ea complementum digeſtionis.

Quarto dicit quòd multoties conceditur in iſtis euacuatio phlegmatis & humoris crudi ideſt non habentis niſi occultã digeſtionem: melius tamen eſt ut expectetur complementum digeſtionis, ſi materia non ſit nimia.

Et cum ægritudo incipit cum calore: & aſsiduat, iuuatur cum huiuſmodi trochiſcis. Recip. myrabolanorum citrinorũ: aloes, ſucci eupatorij, ſucci abſinthij: omnium ana. drach. v. croci & maſticis amborum ana. drach. vi. informentur trochiſci: & ſumatur ex eis omni die pondus. drach. i. & omni nocte pondus drach. 5.

Quinto dicit quòd cum ægritudo incipit cum calore & aſſiduat: quia forte pendet a phlegmate ſalſo: aut aliquid choleræ eſt phlegmati admixtum, iuuatur cum his trochiſcis. Reci. myrabolanorum citrinorũ,& aloes, ſucci eupatorij, abſinthij ana.drach.v.croci, maſticis ana. ʒ. vi. formentur trochiſci: & ſumatur ex eis in potu omni die.drac.i.& omni nocte drac. 5.

Sed contra. quia ſuperius uiſus eſt reprehendere Raſim qui nocte dabat medicamẽ de turbit. hic uero dat ſolutiuum ita leue ut.drach.i.uix educat ſemel,& danť magis ad confortationem & apertionem: ſed medicamen de turbit eſt ſatis efficax. Item hoc datur apparente aliquo ſigno digeſtionis: ſed Raſis concedebat medicamen de turbit ſtatim a principio.

Et cum vides quòd digeſtio apparet, adiuua eam cum eis, quæ ſunt ſicut folia apij & fœniculi, & radices ſquinanthi & capillus veneris. Si autem ſcias quòd materia eſt frigida valde, non eſt malum vti pipere pauco, & vti vino pauco ſubtili non plurimo.

Hic curat phlegmaticam in augmento: & habet tot partes quot ſunt canones. Primum cum uides quòd apparet digeſtio ſcilicet manifeſte, adiuua eam cum eis quæ ſunt ſicut folia apij,& fœniculi:& radices ſquinãthi & capil. ueneris, faciẽdo ex eis decoctionem: eſt enim aperitiua, ſubtiliatiua, & prouocatiua & nõ ſuperflue: ſed bonum eſt quòd miſceatur cum zuccaro: aut ſecũ bulliat mel, ut ſit abſterſiua. Si autem ſcis quòd phlegma eſt ualde frigidum non eſt malum uti pipere pauco, & pauco uino ſubtili,& non plurimo. nam in ſtatu & declinatione liberius conceditur quàm in augmento.

Et quandoque adiuuant vnguenta reſoluentia ad digeſtionem, & reſolutionem cum virtute forti: & ſunt conuenientiora in hac ægritudine quàm in reliquis febribus: & oportet vt conſideretur in hac virtus febris, & rigor. Quod ſi virtus fuerit fortis: & febris non fuerit ſæua valde, adde in ea inunctionibus confricando: & ſi non, adminiſtrentur olea ſubtilia, quæ ad æqualitatem ſunt decliuia. Et quãdo pertrãſit quartũdecimũ, tunc neceſſariũ adminiſtrare

quod subtiliat plus sicut fœniculum, & apium. fortasse indigemus semine amborum, et aniso, & eo quod est sicut syrupus acetosus cum seminibus, in quo ponuntur hyssopus, et alha sceh, et administratione trochiscorũ de rosis: et fortasse est necessarium addere in eis propter stomachum thus, & masticem et cyperum, et absinthium, & his similia, secundum quòd exigit illud quod præsens est: et vinum subtile confert eis in hac hora cum subtiliatione sua: et quia confortat calorem innatum: et quia prouocat, et sudare facit.

Secundo dicit quòd unguenta resoluentia quandoq; iuuant ad digestionem & resolutionem cum virtute forti. i. quando sunt fortis uirtutis sicut oleum rutaceum: & de spica, & similia uel cum uirtute forti. i. fortiter adiuuant. uel cum uirtute forti: quia debiles & extenuati non debent ungi: quia nimis exiccarentur, & debilitarentur, sed solum fortes: & cum his debet ungi stomachus, intestina, & dorsum: & hæc conueniunt in augmento, & non conueniunt in principio, & magis in hac febre quàm in alijs propter frigiditatem, & humiditatem humoris. Et oportet ut consideretur uirtus feb. & rigor. Quod si uirtus fuerit fortis, & febris nõ fuerit magna adde in unctionibus idest in uirtute unctionum confricando ut uirtus penetret, & pręcipue si rigor fuerit fortis: & si non administrentur olea subtilia. i. habentia uirtutem bene penetrantem propinqua æqualitati, sicut oleum chamæmillinum. tertio dicit quòd quando ægritudo pertransit decimum quartum: tunc est necessarium administrare ea quæ plus subtiliant: sicut fœniculum, & apium: & dicit quòd fortasse indigemus semine amborum, & aniso: & eo quod est sicut syrupus acetosus cum semininibus in quo ponuntur hyssopus, & alhasceh, quæ omnia sunt fortiora. & ulterius dicit quòd indigemus administratione trochiscorum de rosis, & fortasse est necessarium addere in eis propter stomachum thus, et masticem, & cyperum, & absinthium & similia: sicut mentham secundum quòd exigit dispositio præsens. Et etiam dicit uinum subtile conferre eis in hac hora: quia subtiliat & confortat calorem innatum: & quia prouocat, & facit sudare.

Et cum videris digestionem, et fortitudinem dabis et in potu post illud trochiscos de absinthio.

Hic curat phlegmaticam in statu quo ad digestionem: licet etiam posset esse in declinatione: si præcesserit notabilis materiæ minoratio quod est secundum plurimum: & si cum hoc statu quo ad digestionem concurrit accidentium difficultas, erit simul in statu quo ad digestionem, & quo ad accidentia. Habet hæc pars duas partes. In prima exhibet quosdam trochiscos. In secunda describit multas medicinas conuenientes. secunda ibi § Cum uideris. § Primo dicit quòd cum uideris digestionem completam, des in potu trochiscos de absinthio: quoniam confortant, subtiliant aperiunt, & prouocant. hic autem tacet de usu subtiliantium diureticorum, & de usu solutiuorum. Est enim notum ex prædictis quod hoc tempore debes magis subtiliare, aperire, & prouocare, & soluere: quàm in temporibus pcedẽtibus: & cũ hoc cõfortare.

Et cum videris frigus in principio paroxysmorum nocere, et ægritudo non est in principio: da in potu aquam calidam in qua decocta sunt ea quæ sunt sicut semen apij, et anisum, et ozimum, et administrabis iterum huiusmodi: et fortiora eis embrochando, et vaporando, et huiusmodi.

Hic ponit medicinas primo conuenientes in regimine. secundo quæ sunt euacuantes, & cum hoc digerentes. secunda ibi § Detur ei omni nocte. § In prima parte dicit quòd cum uideris frigus in principio paroxysmorum nocere, & ægritudo non est. s. in principio uniuersali, quia hæ medicinæ sunt nimis aperientes, & prouocantes, propter quod magis conueniunt transacto principio: & etiam quia post principium rigoris sunt maiores. Prima est aqua calida decoctionis apij, & ozimi. i. basiliconis sumpta in potu, uel etiam epithemata uel embrochata: licet embrochatio sit satis inepta.

Et quandoq; datur in potu ad rigorem vehementem decoctio secundũ hunc modum. recip. zingibe. origani, ameos oĩum an. ʒ. três. coriandri. ʒ. iiij. ros. calamenti amborũ an. ʒ. iij. passularũ. drac. vii. decoquantur secundum descriptionem, vel secundum medietatem: & sit dos. vnc. iii.

Secunda quæ datur in potu in rigore uehementi est decoctio huiusmodi. recip. zingiberis, origani, ameos aña. drach. iij. coriandri. drach. iiij. ros. calamenthi aña. drach. iij. passullarum. drach. vij. coquantur in sex libris aquæ ad consumptionem medietatis: cuius colaturæ dosis sit unc. iij. per horam, ante aduentum rigoris.

Et cum videris phlegma debis in potu theriacam.

Tertia est theriaca: de qua detur in potu a. drach. i. usque ad ij. cum pauco uini calidi per horam ante rigorem in phlegmaticha. theriaca tamen securius conceditur digesta materia & minorata, licet in pasionibus neruorum, & proprie in paralysi a quibusdam concedatur in principio: sed materia paralysis est remotior in principio a uenis quàm materiæ feb. putridæ.

Et dentur iterum in potu trochisci de rosis magni cum aqua fœniculi.

Quartus est trochis. de rosis magni cum aqua fœniculi quia longe descripti dantur cum aqua fœniculi ut iuuuentur in aperiendo: & prouocando: & non conueniunt nisi digesta materia, & minorata.

Et detur ei omni nocte medicina de turbit.

Hic ponit medicinas euacuantes, & rectificantes membra, & materiam: & primo euacuantes debiliores secundo fortiores. secunda ibi § De euacuantibus uero. § prima in tot partes quot ponit medicinas. Prima detur omni nocte medicina de turbit superius descripta. Et ex his apparet Auicenn. superius non fuisse contrarium Rasi in dando medicinam omni nocte: sed in dando eam in principio nondum inchoata digestione. Ego tamen in hominibus nostræ regionis iudico tutius esse interpolandum.

Et pilulæ de aloe factæ cũ speciebus, quæ sunt sicut piper.

Secunda est pilulę de aloe factæ cum speciebus, quæ sunt ut piper, galanga, cinnamomum, & alia quæ species dicuntur elephangiæ, & in summa concedit pilulas elephanginas.

Et ad illud decoctio huiusmodi. reci. hieræ. drac. vii. turbit drach. x. myrabolanorum nigrorum. drach. v. eupatorii drac. v. salis indi. drac. iii. bedeoard suchaba oĩum an. drac. iiii. anisi ʒ. iii. decoquãtur cum aqua apii. & sumatur de ea in potu secundum quantitatem necessitatis.

Tertia medicina. Reci. hieræ. drach. vij. turbit. drach. x. myrabolanorum nigrorũ, eupatorii ana. drach. v. salis indi. drach. iij. bedeoard. i. spina alba. suchaha alia similis illi in uirtute: & est spina arabica ana. drach. iiii. anisi. drach. iii. decoquantur cum aqua apii: & sumatur de ea secundum quantitatem necessitatis. i. plus aut minus secundum quòd homo faciliter, aut difficulter soluitur.

Et fortius illo est illud quod. recip. duarum radicum, & radicis lilii omnium ana. drach. x. hieræ. drach. viii. succi eupatorii. drach. v. seminis apii & fœniculi omnium ana. drach. iiii. spicæ menthæ, amborum ana. drach. vii. fiant ex eis trochisci et administrentur.

Quarta medicina quam dicit fortem præcedente, quia datur in substantia: sed præcedentium solum datur uirtus: licet tamen componentia præcedentem medicinam sint fortiora. recip. duarum radicum. scilicet, fœniculi & petroselini, & radicum. lilij. s. alibi añ. drach. x. hieræ. drac. viij. eupatorii. drac. v. se. apii. fœniculi. ana. drach. iiij. spicæ, menthæ ana. drac. vii. fiant trochisci. & administrentur. Dosis a. drach. i. usquæ. i. s.

Decoctio bona. recip. duarum radicum ambarum an. ʒ. x. passul. enucleatarum. drac. vii. anisi, & mast. amborum ana. drach. iii. bedeoard, & suchaba, & eupatorii omnium ana. drach. iiii. decoquantur in libris tribus aquæ vsquequo redeat ad lib. i. aquæ: & sumatur in potu aliquot diebus in ieiuno.

Quinta medicina. Recip. duarum redicum añ. drach. x. passularum enucleatarum. drac. vij. anisi, masticis ana. drach. iij. bedeoard. suchaha, eupatorij ana. drach. iiij. decoquantur cum tribus lib. aquç vsquequo redeat: id est sumatur in potu aliquot diebus ieiuno stomacho. unc. iij. pro uice.

Trochisci boni apud chronicas febres, & vehementiam rigoris. recip. hieræ. suc. eupatorij. absinthij. suchaha. bedeoard omnium ana. drach. v. se. apij & fœniculi, anisi omnium añ. drach. iij. salis naptici. drach. iiij. se. cuscutæ myrabolanorum Kebulorum omnium ana. drach. x. agarici. drac. xv. trochisci de ros. drach. xx. turbit. drac. xxx. fiãt ex eis trochisci: et sunt solutiui.

Sexta medicina ualens ad chronicas ægritudines, & uehementiam rigoris. Recip. hieræ: & per hieram intellige hieram simplicem in omnibus his medicinis in qua nihil est solutiuũ nisi aloe, succi eupatorij, absinthij: suchaha, bedeord ana. drac. v. se apij, fęniculi, anisi ana drach. iij. salis naptici quod est fortius cæteris salibus præter indum educens phlegma, & melancholiam. drach. iiij. se. cuscutæ, myrabolanorum Kebulorũ ana. drach. x. agarici. drach. xv. trochisci de ros. drach. xx. turbit. ʒ. xxx. fiant trochisci. sunt notabiliter solutiui.

Et iterum aloes, myrabolanorum citrinorim, & reubarbari. mast. suc. eupa. absinth. omnium ana. drach. partem .i. croc. partis vnius medietatem. terantur, & administrentur.

Septima medicina. recip. aloes, myrabolanorum citrinorũ, rheubarbari, masticis, seminis eupatorii, absinthii omniũ ana partem unam. croci partem. 5. terantur, & admisceãtur: & melius est ut ex eis fiant pilulæ: & ualent quando cum phlegmate est admixta cholera.

Et iterum hieræ, mirabolanorum kebulorum, salis, omniũ ana. drach. iiij. se. apij, & fœniculi, & anisi omnium ana. drch. i. 5. absinthij. drach. v. trochisci de ros. drach. iij. suchaha, bedeoard omniũ ana. drach. ij.. terãtur, & informentur pilulæ.

Octaua medicina. reci. hieræ, myrabolanorum Kebulorum, salis an. drac. iiii. se fęniculi, anisi, apii ana. ʒ. i. 5. absinthii. drach. v. trochis. de ros. drac. iii. succhaha, bedaoar ana. drach. ii. fiant pilulæ.

Decoctio bona. ℞. eupatorij. drach. v. & radicis lilij, & radicis liquiritiæ, & ameos omnium ana. drach. iij. seminis apij. fœnicu. ana. drach. iiij. rosarum. drac. v. decoquantur omnia, et sit dos. eius omni die. vnc. iij.

Nona medicina. recip. eupatorii. drac. v. radicum lilii, liquiritiæ, ameos ana. drach. iii. seminis apii, fęniculi ana. drach. iiii. rosarum. drac. v. coquantur omnia. dosis omni die. unc. iii.

Et iterum radicum trium omnium ana. drach. x. seminis anisi, apij omnium an. drac. ij. suchaha, bedeoard, eupatorij, absinthij omnium ana drach. v. centaureæ. drach. ij. decoquantur, & bibantur. vnc. iiij.

Decima medicina. recip. radicum trium scilicet fęniculi, petroselini. apii ana. drach. x. se. anisi, apii omnium ana. ʒ. ii. suchaha, bedeaord. eupatorii. absinthii ana. drac. v. centaureæ. drac. iii. coquantur in sufficientia aquæ. dosis. ℥. iiii.

Et iterum hærbæ eupatorij, fumiterræ. bedeoard. suchaba. absinthij omnium ana. drach. v. passularum drach. x. myrabolanorum citrinorum. drach. x. hæc quidem cura est salso: & ei in qua vincit cholera magis conueniens.

Vndecima medicina. eupatorii, fumi terre, succhaha, bedeoard. absinthii ana. drach. v, passularum, myrabolanorum citrinorum ana. drach. x. & hæc conueniunt in salsa: & quando cholera dominatur.

Et agaricũ eum de eo sumitur in puluere ex drach. i. vsq; ad. drach. vnam & tertiam, diebus continuis prohibet elongari ægritudinem. Sumatur ergo puluis ex eo, & commisceatur cum melle, & bibatur: & semen vrticæ post digestionem est mirabile valde sumptum in puluere, aut cum melle.

Duodecima medicina quando sumitur de agarico in puluere omni die a. drach. una usque ad. ʒ. unam & tertiam, phibet elongari ægritudinem. sumatur ergo puluis eius: aut sumatur cum melle & bibatur: & ualet mirabiliter digerendo, & euacuando: sed apud debiles melius esset interpolare secundum medici discretionem: & semen urticç digesta materia est mirabile sumptum cum melle, aut in puluere: digerit enim phlegma, & prouocat per urinam, & soluit: & nõ det supra drach. i.

Verum si acciderit ei modus aliquis solutionis vẽtris, oportebit vt addatur in eo propter debilitatem hepatis semen cuscutæ: & propter debilitatem stomachi mastix & anisum: et propter debilitatem splenis & grossitudinem eius radix apij, & scolopendria: nã multoties associatur huic ægritudini splẽ. Et fortasse oportebit vt addantur propter ipsum ciperi. & grana de ben, & fœnugre. & consideretur cum hoc dispositio vehementiæ fe. vt non accidat vehemantia calefactionis.

Hic succurrit quibusdam accidentibus in phlegmatica. d. ꝙ si acciderit fluxus uentris propter debilitatem hepatis ponatur semen cuscutæ cum medicinis phlegmaticæ: sed propter debilitatem stomachi misceatur mastix & anisum: & propter debilitatem & grossitiem splenis radix apii, & scolopendria. nam multoties associatur huic ægritudini grossities splenis: & fortasse oportet ut addãtur propter grossitiem splenis ciperi: & grana de ben. & fænugrecum quæ sunt aliqualiter solutiua. hæc enim aperiunt oppilationes splenis, & ipsam extenuant sumpta, & applicata. cauendum est tamen calidis superfluę, cũ fe. est uehemens.

De euacuationibus vero quæ sunt fortiora, & indigetur eis in hac ægritudine apud digestionem est, vt augmentetur dos. de pilulis de turbit, & administrentur clysteria fortia: & de illis sunt pilulæ istæ. Recip. masticis sextam drac. i. succi absinthij quartam drach. i. pulpæ colloquintidæ sextã. drach. i. hieræ picræ. drach. 5. agarici. drach. 5. informentur pilulæ cum syrupo acetoso mellino, & sumantur in potu: & de illis sunt pilulæ de mastice, & de aloe. quòd si materia fuerit ad caliditatem decliuis, sumantur de trochis. de spodio solutiuis. drach. iij. trochis. de turbit aureum. i. scamoneæ aure. 5. succi eupatorij aure. ij. & dentur in potu secundum quantitatem virtutis.

In præsenti parte describit soluentia fortia conuenientia post quàm materia est digesta. primum est ut augmentetur dosis de pilulis de turbit. quarum descriptio est apud Mes. & cæteros: & admistrentur clysteria fortia. Ex quo collige clysteria fortia, non conuenire ante digestionem: & de istis sunt illæ pilulæ. recip. masti. sextam drac. i. hieræpi. drach. 5. suc. absinth. quartam & pulpæ colloquintidæ sextam. ʒ. agarici drach. 5. fiãt pilulæ cum oxymel. simp. & sunt dosis una, sed fortis, & de illis sunt pilulæ de mastice. ʃ. ℈. i. aloes. drach. i. ꝙ si materia fuerit ad caliditatem decliuis: quia cholera fit mixta cum phlegmate sumantur de trochi. de spodio solutiuis: quorum descriptionẽ uide in antidotario drach. iii. turbit auꝛ. i. scamoneæ auꝛ. 5. succi eupatorii auꝛ. ii. & dentur in potu secundum ꝙ uirtus tolerat. est enim forte solutiuum.

Et iterum eupatorij, absinth. capil. ve. & myrab. fumiterræ, passularum mundatarum æquales sumantur partes: & dentur in potu secundum quantitatem necessitatis.

Eupatorii absinth. capil. uene. fumiterræ. myrabol. passul. partes æquales: & dentur secundum necessitatem: & placuit sibi ponere hoc solutiuum: licet sit debilissimum.

Et si non suffert corpus solutionem ventris perueniatur ad diuretica, & subtiliatiua, & sudare facientia: & de summa illorum quibus indigetur: tunc est infusio aloes cum melle.

In hac parte euacuat cum prouocantibus, & sudare facientibus, quando corpus non tolerat fortia solutiua: & de summa illorum est infusio aloes cũ melle. Pro quo nota ꝙ licet aloes sit solutiuus: tamen infusus cum seminibus prouocantibus prouocat per urinam: & si illa prouocantia prouocant menstrua, adiuuat ad eorum prouocationem, & aperit orificia uenarum mẽstrualium. quod bene nota, ponitur autem mel ad dulcorandum, abstergendum, & faciendum uirtutem prouocatiuam penetrare: cum dulcia libenter a membris attrahantur.

Et quando declinat ægritudo, non eſt tunc introitus balnei ante cibum malus : cibi autem eorum ſint ſubtiles ſicut acetum, & oleum : & quandoque ponitur in eis parum almuri, et proprie in fine eius. Illi autem qui ſunt fortiores ſunt altaragi, & pulli, & alcubugi & his ſimilia poſt declinationẽ : et oportet vt ponantur in eis, & proprie apud digeſtionẽ ea in quibus eſt inciſio ſicut acetum, & ſynapis, et almuri. Et ſi fuerit phlegma acetoſum, malum viſcoſum porrũ & aqua ciceris ſunt de melioribus cibis eis : & quandoque ponuntur in eis cyminum, & anethum, et oleum et beguerid facta ex ſicla, et almuri, et aceto, et oleo abluto et alchaguamac, ſicut kemach de capparibus, et kemach de anetho, et origano, et aniuden et aſparagis. Et deuitentur olera in quibus eſt infrigidatio et humectatio : et hora cibi eſt poſt teporem paroxyſmi, et eradicationem eius, et ante paroxyſmum ad minus quatuor oris. menſura autem ſomni eorum eſt vt ſit æqualis vigilijs, et ſit digeſtio materiei ad ſomnum, et reſolutio ad vigilias. Et balneum quidem eſt vehementis nocumenti, niſi poſt declinationem,

Hic curat phlegmatica in declinatione per balneum, & cibos. d. ꝙ. quando uentum eſt ad declinationem, balneum ſtomacho ieiuno cõfert : & forte melius aereum quàm aqueum: cecidit tamen uſus balnei a conſuetudine : cibi autem eorum ſint ſubtiliatiui ſicut acetum ad incidendum : & oleum apud arabes fere ſemper ponitur pro condimento omnium ciborũ: & non nocet in phlegmatica : & quandoq; ponitur in eis parum muri .i. ſalſamenti facti cum placentis hordei cum ſale ut docet Azaranus : quia fortiter exiccat, & adiuuat ad materiæ digeſtionem. illi autem qui ſunt plurimi nutrimenti ſicut altaragi, i. aues paruæ, & pulli ſcilicet columborum. per pullos .n. abſolute intelligunt arabes pullos columborum, & alcabugi ideſt perdicis; & his ſimilia. poſtquam incepit declinatio, quia indigetur groſſiori diæta: & poſt digeſtionem ponantur in cibis ſuis incidentia ſicut acetum, ſynapis, & almuri. Et ſi phlegma fuerit acetoſum, malum, uiſcoſum, ſupple aut uitreum conueniunt porri: & aqua cicerum ad ſubtiliandum, & incidendũ, & abſtergendũ : & ſunt de melioribus cibis : & quandoq; ponitur in eis cyminum, anethum & oleum. prima duo ad calefaciendnm & ſubtiliandum: oleum uero pro condimento. Et iterum beguerid quæ eſt compoſitio quædam facta ex ſicla almuri & aceto & oleo abluto. Ablutio enim facit ut oleum ſit magis in humiditate temperatum ſecundo canon. ca. de oliua & alkaguamach. i. condita ſaracenorum: & proprie cũ aceto aut ſale fit Kenmach de capparis, & Kenmach de anetho & Kenmach de aniuden & Kenmach de aſparagis. Eſt autem aniudẽ radix herbæ ex qua fit aſſa dulcis: & nos ṕ hoc habemus Kenmach de caulibus & ſimilia. Et uitentur olera in quibus eſt infrigidatio & humectatio ſicut lactucæ & ſimilia. hora cibi eſt poſt teporem paroxyſmi, aut eradicationem quando integre eradicatur, & ante paroxyſmum ad minus per quatuor horas. Et hæc conſidera ꝙ Auicen. magis ſe elongat a principio paroxyſmi quàm a fine declinationis in dando cibum. ꝙ ſi eſſet opus cibare bis in die naturali, cibetur parum in augmento paroxyſmi. ſomnus autem ſit æqualis. i. proportionalis uigiliis. debet enim eſſe cõmuniter ſeptem horarum, uel circa, & proprie in fine ſtatus, uel in declinatione: & balneum nocet multum niſi poſt declinationem.

Et ſuccuratur vomitui eius quando ſuperfluit : et oportet vt adminiſtretur in illo, quod ſit ſicut miua et ſyrupus de granatis cum menta ſimul coctus. Et ſi neceſſarium eſt fortius ſumatur de granis granatorum muzorum . drach . x. et thuris albi et maſticis, amborum ana drach. v. mentæ drach . vij. decoquantur in duabus lib . aquæ in qua ſint folia mentæ donec minuatur. Et ſuccuratur fluxui ventris eius : cum ſuperfluit cum retentione eius cum eis quæ ſciuiſti de ſtypticis regimentalibus, et medicinalibus. Sed eius quidẽ debilitationi ſuccurrit ut cibetur ſucceſſione eius pullis aſſatis, et ĩ patellis coctis et ut adhibeantur ſuffumigationes, et odores viuificantes. Et ſi acciderit inflatio in facie, et extremitatibus, iuuantur cum adminiſtrantur huiuſmodi trochiſci. Recip. aniſi, et laccæ ablutæ amborum ana . pondus. drach . v. amygdalarum excorticatarum, croci, marmacor. omnium. ana. drach . iiij. ſeminis apij. ſeminis fœniculi, floris ſquinanthi omnium ana. drach. iij. floris eupatorij. drac. iij. 5 ſpicæ. drach. vi. hieræpicræ. drac. vii. roſarum. drach. x. fiant ex eis trochiſci et adminiſtrentur. Et fortaſſe indigebis eis quæ ſunt ſicut homoruſia, & dialacca, & medicamen de amygdalis amaris. Et ad longitudinem febris Recip. roſarum pondus. drach. x. maſticis, & ſpicæ, & fœniculi, & ſeminis apii, & ſeminis endiuiæ, & ſucci eupatorij, & ſucci abſinthij, omnium ana. drach. iii. ſpondii drach. v. fiant trochiſci. Et ſit doſis ex duabus. drach. vſque ad v. cum drach. x. de geleniabin in decoctionis fœniculi quantitate vnciarum. ij.

Hic docet curare quædam accidentia . quorum primum eſt uomitus, cui quãdo ſuperfluit ſuccurrendum eſt cum miua cytoniorum cum aromatibus, aut ſine ſecundum exigentiam. Item cum ſyrupo de menta in quo ponitur uinum granatorũ: & melius eſt ut ſit cum eo uinum cytoniorum. Horum deſcriptio eſt apud Meſ. & alios . ſi neceſſarium eſt fortius cõſtrictiuum ſumantur de granis granatorum drach. x. thuris albi, maſti. ana drac. v. mentæ. drac. vii. decoquantᷣ in duabus lib. aquæ, in qua prius fuerint infuſa folia mentæ, donec diminuatur ad mediam. Et ſecundo ſuccurratur fluxui uẽtris cum ſuperfluit cum eis quæ ſciuiſti de ſtypticis regimentalibus ægri. Subueniatur cibando ipſum quando debilitas ſuccedit ad fluxum uẽtris cum pullis aſſatis, aut in patella coctis . ſic enim præparati nutriunt, & adhibentur ſuffumigationes, & odores uiuificantes ſpiritus enim odore confortantur . quarto ſi acciderit inflatio in facie & extremitatibus, quæ diſpoſitio eſt cachexia, ſubueniatur cũ his trochiſcis. ℞. aniſi, laccæ ablutæ ana. drach. v. amygdalarum excorticat. croci, mamacor. i . meliſſæ ana. drac. iiii. ſe. apii, fœniculi, floris ſquinãthi. ana. drach. iii . floris eupatorii. ʒ. iii. 5. ſpicæ. ʒ. vi. hieræ picræ. ʒ. vii. roſ. ʒ. x. fiant troſchiſci & adminiſtentur . & fortaſſe indigebis eis quæ ſunt homoruſia & dialacca. aperiunt enim oppilationem, & prouocant, & valent in cachexia . Hic quinto ſuccurrit longitudini feb. cũ medicamine de amigdalis amaris. ℞. roſ. dra. iiii. maſt. ſpi. fæni. ſe. apii. ſe. endiuiæ, ſuc. eupatorii. ſucci abſinthii ana. ʒ. iii. ſpodii . ʒ. v. fiant trochiſci doſis a. ʒ. ii. 5. uſq; ap. ʒ. v. cum. ʒ. x. geleniabin in quantitate vnc. ii. decoctionis fœniculi.

Sed dubitatur, quomodo hoc uocatᷣ medicamen de amygdalis amaris, cum hic non ponantur amygdalæ. Dicendum ꝙ debent ſuppleri. Vel dicendum quòd quãuis in ipſo non ſint amygdale amaræ, dicitur tamen medicamẽ de amygdalis amaris quia ſimulatur amygdalis amaris in apertione, & prouocatione. ſicut dia curcuma dicitur a curcuma quæ eſt cœlidonia minor : quia ſibi ſimulatur in uirtute : quamuis in diacurcuma non ingrediatur curcuma.

Et ameos confectum cum melle eſt magni iuuamenti in huiuſmodi loco.

Et ameos confectum cum melle eſt magni iuuamenti in feb. phlegmatica cum prolongatur. nam confert humiditatibus malis.

Et fortaſſe indiges propter lõgitudinem frigoris fricatione : & modus in ea eſt vt incipiat ab humeris, & inguinibus quando ſpargitur caliditas in manibus, & pedibus, & caleſiunt. Si autẽ ſenſerit ſimilitudinem laßitudinis fiat permutatio ad fricationem dorſi : & quando vehemens ſit calefactio quæ neceſſaria eſt in eis tunc dimitte eam ad aliud membrum. Et de oleis bonis eis eſt oleum dulce in quo non eſt ſtypticitas, & oleum chamæmillinum, et oleum de anetho decoctum in vaſe duplici. Cum ergo compleueris tunc abſtergere oleum aliquod, vt non anguſtietur: & non eſt malum ſi fricationem ſiccam ſequatur fricatio cum oleo aliquo.

Hic ſexto ſuccurrit frigori longo cum fricatione quæ debet incipere ab humeris, & inguinibus trahendo uerſus manus, & pedes : & hoc in fine principii, & in principio augmenti quando ſpargitur caliditas ad extrema. Si autem ſenſerit ſimilitudinem laſſitudinis ſcilicet ulceroſę dimittatur extremorum

extremorum fricatio, & fricetur dorsum. Similiter quando per fricationem fit vehemens calefactio, aut alicuius membri dimittatur illud membrum,& fricetur aliud. Et de oleis bonis cum quibus debent iniungi partes fricatæ est oleum dulce in quo non est stypticitas:quod.s.non sit factum ex oliuis maturis. item oleum chamæmillinũ, & oleũ de anetho decoctũ in duplici vase.cum autem unxeris, fricando absterge oleum cũ panno,ne remanens in poris oppilet,ad quam oppillationẽ sequatur angustia prohibita transpiratione: & non est malum si fricationem siccam sequatur fricatio cum aliquo oleo,ut adiuuet ad materiæ resolutionem. Innuit ergo quòd aliquando fricetur absq; hoc quòd succedat unctio fricando iterum, & tandem oleum cum quo facta est fricatio abstergatur.

Et de illis quæ seruant stomachos eorum, vt non debilitentur,sunt vnguenta iniuncta capiti stomachi, quæ sunt sicut oleum chamæmellinum,& nardi:& oleum anethinum & fortius illo alnozoki.& de emplastris iuuatiuis est ut decoquatur chamæmilla cum re pauca masticis decoquendo cum vino cum duplo sui de melle.

Hic septimo docet prohibere debilitatem digestiuæ stomachi:& etiam succurrere ei si acciderit.d.quòd oleũ chamæmillinum,nardi num.i.de spica.anethinum ori stomachi applicetur: & melius est ut cum pauco ceræ,unum aut plura ex his cõposita applicentur:& fortius istis est alnacoki oleum de gessemino:& aliquando gummi quod reperitur in pino idest resina.& est præstans. Et de emplastris iuuatiuis est ut decoquanẽ chamæmillæ.ʒ.5.masticis.ʒ.iij.uini.ʒ.ij.mellis.ʒ.iiij.simul bulliãt usq; ad spissitudinem, & applicentur stomacho.

Et si ceciderit appetitus:tunc melius est vt non administretur vinum solum:immo in quo decocta sunt sicut chamæmilla,& dactyli,& melilotum,& absinthium.

Hic octauo docet succurrere casui appetitus. melius est ut non administretur uinum.s.in potu maxime saracenis qui non sunt assueti.nam eliquando materias remollit stomachum: immo administretur uinum in quo decocta sunt chamæmilla: dactyli:melilotum,& absinthium secũdum Dynum exterius: sed secundum Gentilem uia syrupi:& certus sum quòd uinum decoctionis absinthii est præstans medicina ad nocumentum appetitus,a causa frigida sicut est in phlegmatica.

Cura phlehmaticæ continuæ,quæ nominatur latica. Cap. LIX.

CVra eius est cura facientis paroxysmum omni die: & differt ab ea:quoniam oportet vt in illa sit administratio subtiliantium calidorum cum facilitate: & hoc si fuerit contentus eis quæ sunt sicut syrupus acetosus, & geleniabin,& iuleb de melle & aqua eius,et aqua fœniculi,et apij, & radicum trium sine dubio confert. Et quandoq; cõfert eis kisch de anetho:& Kisch de capparibus,& proprie cum vestigijs digestionis. Et præparentur cibi eorum in obseruatione temporum,& diuersitatis eius & fortitudine uirtutis,& debilitatis eius:in præparatione cuius rememoratio præteriyt: & de medicinis bonis ad eos,sunt trochisci de decẽ generibus. Et iterum de medicinis expertis ad eos est illa quæ Recip. ros. drach.vi.succi liquiritiæ.fumiterræ.spicæ. omniũ ana. drach. iiij.masticis.drach.iij.Karabæ.drach.iij.anisi.drach.ij. præparentur. Iterum trochi.eupatorij.drach.iiij.ro.drach.i.& tertiã spodij.drac.ij.&.5. Et iterum trochischorũ absinthij: quorum descriptio Recip.assari,se.apij.anisi.amygdalarum amararum,suchaha.bedeoard.suc. eupatorij. spicæ masticis.omnium ana.drach.ij.& iterum eupatorij.vnc.iij.rosarũ rubearum.lib.i.spi.lib.5.spodij.vnc.iiij.

Hic curat laticam.d.quòd curatur cura phlegmaticæ interpolatæ.differt tamen quia in latica calida subtiliantia debent esse remissiora cũ sit in eis minor caliditas quàm in interpolata. Et si fuerit contentus syrupo acetoso mellino,aut zuccarino,aut geleniabin & iuleb de melle.s.in quo est multũ de melle,& aqua eius.s.in quo sit aqua multa,& parum mellis est bonum.fit.n.solum ex aqua & melle in qua compositione potest esse plus & minus in comparatione ad aquam:& aqua fœniculi,& apii & trium radicum.s. petroselini, & brusci,& asparagi sine dubio confert non transeundo ad fortius calida, quando confert eis Kisch de anetho, Kisch de capparibus & proprie apparente digestione manifesta:quia in principio non conueniunt:& præparentur cibi eorum ƒm diuersitatem specierum phlegmaticæ ut notum est. Item ƒm fortitudinem, & debilitatem uirtutis,de quorum præparatione rememoratio præcessit in capitulo præcedenti. Et de medicinis bonis sunt trochisci de decem rebus. Et iterum de medicinis expertis ad illos est illa quam ponit Auic.in hoc ca.℞.ros.ʒ.vi.succi liquiritiæ, fumiterræ,spicæ.an.ʒ.iiij.masticis.ʒ.iij.anisi,Karabæ ana.ʒ.ij. terantur,& cum aliquo liquore fiãt trochisci eupatorii. Item trochisci. eupatorij.ʒ.iiij,ros.ʒ.i.& tertiã. spodij. drach.ii.5. & trochi.absinthii:quorum descriptio. assari.apii, anisi. amygdalarum amarum,suchaha,bedeoard,succi eupatorii,spicę,masticis omnium ana.ʒ.ii. Et mirandum est quòd dicãtur trochisci de absinthio cum in eis non ponatur absinthium, uel ꝙ debet poni absinthium uel sumant denominationẽ ab absinthio: quia sibi similãtur in uirtute sicut & de diacurcuma dictũ fuit. Vltima descriptio:eupatorij.ʒ.iii.ros.ru.li.i.spodii.ʒ.iiij.fiant trochisci cum aliquo liquore. Cura phlegmaticæ tam continuæ quàm interpolatæ nouem exigit intentiones. Prima est debitum regimen sex rerum non naturalium.secunda euacuat materias communes.tertia phlebotomia.quarta euacuat euacuatione integrata ex minoratione,digestione,& eradicatione materieri ƒm exigentiam.quinta prouocat uomitum.sexta prouocat urinam.septima sudorem.octaua cõfortat membra. nona corrigit accidentia:& in horum executione nõ est differentia:nisi quia in phlegmatica continua debet diæta esse magis tenuis,& medicinæ minus calefacientes, & phlebotomia magis conuenit quàm in interpolata. Prima.s.regimen sex rerum ƒm plurimum debet declinare ad calidum & siccũ nisi in salsa,in qua ƒm plurimum declinat ad frigidum & humidũ: & sint cibi in principio aliqualiter incisiui,& subtiliatiui in processu magis: deinde completa digestione & notabiliter minoratione sint cum hoc aperitini & prouocantes. unde in principio uinum regulariter non conuenit: sed bene competit digesta materia & minorata. omitto prosequi reliquum regimen sex rerum: quia manifestum est ex textu: & nimis prolixus essem,si omnia sigillatim prosequi uellem.

Iotentiones curatiuæ feb. phlegmaticæ.

Secunda intentio completur cum clysteri.ut.℞.brodii.pulli lib.i.olei.ʒ.iii.salis.ʒ.ii.mellis.ʒ.ii.misce. Item conuenit factum ex decoctione blitis, mercurialis, florum chamæmillæ, furfuris & similium cum oleo,melle, & sale prædictis. Aliquando cum leniente sumpto ut.℞.floris cas.ab.℥.i.usq; ad.ʒ. x.misceatur cum aqua passularum. Phlebotomia iuxta intẽtionem tertiam conuenit cum urina fuerit rubea & grossa, & cæteris consentientibus. Pro quarta intentione facta lenitione & phlebotomia si expedierit digeratur materia cũ oxymellis simplicis & mellis ro.ana.℥.i.distemperatis cum aqua zucca.aut passularum: & si fuerit salsa loco oxymellis ponatur syrupus acetosus zuccarinus:deinde apparente aliqua digestione occulta vel manifesta dentur pilulæ alephanginæ solæ, aut cum tertia parte agarici præparati: aut si uenter fuerit stypticus detur casia cum medulla cartamini, & distẽperetur cum aqua decoctionis turbit & pauci zingiberis. postea digeratur cum oxymellis compositi.vnc.5.mellis ros.℥.i.aquarum fœniculi & petroselini.ana.℥.i.5.& si materia fuerit salsa digeratur cum syrupo acetoso,zuccaro & syrupo de fumoterræ cũ aqua buglossæ & endiuiæ, aut cum sero caprino. postea euacuetur cum medicamine de turbit. & si fuerit salsa cum pilulis de fumoterræ cum aqua buglossæ & endiuiæ,& pauco turbit cum modico zingib. deinde digeratur cum oxymellis compositi. unc.ii.aquarum fœniculi.apii ana.vnc.i.5. euacuetur cum medicamine de turbit. Aut si fuerit salsa digeratur materia cũ syrupi acetosi compositi,syrupi de fumo terræ ana.vnc.i. cũ sero caprino. Deinde euacuetur cum pilulis de fumo terræ & pauco turbit correcto cum zingi. Vomitus autem iuxta quintam intentionem est prouocãdus natura tentante. primo cum lenibus:deinde cum fortioribus magis digesta materia de quibus dictum est in textu. Si vero natura non tentauerit credo potius quod sit omittendum. Sed prouocatio urinæ iuxta sextam

ſextam intentionem perficitur cum ſyrupis & aquis digerentibus iam prædictis. Sudoris autem prouocatio iuxta ſeptimã intentionem perficitur cum aqua hordei, & pauco uini ſubtilis. Item fumigando corpus pannis coopertum cum aſperſione aquæ ſuper lateribus calidis ex utroq; latere exiſtentibus. Membra autem confortentur iuxta octauam intentionem cũ trochiſcis de abſinthio,& ſimilibus,& cum aromatico roſ.diagalanga,electuario regum,& ſimilibus magis aut minus ſecũdum exigentiam. Nona intentio ſcilicet correctio accidentium perficitur ſecundum ipſorum exigentiam: & de his dictũ eſt in textu quantum oportet.

Cura epialos & lipariæ. Cap. LX.

CVra earum propinqua eſt curæ quam diximus ſunt et ambæ aſſociatæ vni viæ. Et oportet vt incipiatur in primis a ſyrupo acetoſo mellino,& zuccarino:& præcipiatur in eis ambabus ut adminiſtretur rob agreſte decoctũ cum melle & ſyrupo roſato:deinde fiat gradatio de via ſumẽdi in potu ſemina,& aquas eorum ad infuſionem aloes: & trochiſcos de roſis cum maſtice:& pilulas de aloe:et hierãpicram & pilulas de eupatorio. Et oportet vt in eis ambabus ſimul ſtomachi ſollicitudo habeatur, & adminiſtretur vomitiuum cum aqua phaſeolorum,& raphani,& anethi & calamenthi et diuretica. Et de ſolutiuis iuuatiuis eſt illud quod fit ex myrabolanis nigris, et citrinis, et turbit et zuccaro. Et de illis quæ cõferunt eis iuuamentum magnum ſunt clyſteria decliuia ad acuitatem,et in quibus ponuntur medulla cartami, et centaurea minor,et anethum et chamæmilla,et albaſceb et melilotum,et almuri,et mel. Et regimen lipariæ indiget ſubtilitate plus quàm regimen alterius.

Sub cura harum duarum febrium includitur cura tertiȩ fe. in qua ſimul ſentitur calor & frigus, & intus & extra. & ſine alia diuiſione dicit, ꝙ cura harum febrium appropinquat curæ phlegmaticæ quæ ſtatim dicta eſt. Item ambæ iſtæ duæ. ſ. & tertia conueniunt inter ſe quo: ad curam. nam materiæ a quibus pendent utplurimum ſunt ſimiles: & pro digeſtione conuenit in principio ſyrupus acetoſus mellinus & zuccarinus. ſ. ſimplices: & procedente digeſtione procedatur ad ipſos compoſitos iuxta canones datos in præcedenti ca. & in his febribus conuenit rob agreſte decoctum cum melle ad ſtomachi confortationem,& ſyrupus acetoſus ſiue ſimul dentur, ſiue ſeparentur:& cum hoc ſecundum diuerſas neceſsitates: deinde fiat gradatio de via ſumendi in potu.ſ.ſemina aperitiua & aquas.i. decoctiones eorum quæ dantur pro digeſtiuis, & ſubtiliantibus,& aperitiuis ad infuſionem aloes, quæ datur ad prouocandum iuxta dicta in præcedenti c.& ad throciſ. de roſ cum maſtice qui dantur ad confortandũ: & ad pilulas de eupatorio quæ dantur ad fluendum,aperiendum,& prouocandum. q.d. prima meteria digeratur, deinde ſoluatur,prouocetur, & cõfortetur ſecundum intentiones dictas in præcedenti ca.& oportet ut in his fe.habeatur ſollicitudo ſtomachi ne debilitetur. ſicut habẽda eſt in omnibus feb. phlegmaticis.Item adminiſtretur vomitus cum decoctione phaſeolorum,raphani,anethi,calamenthi, maxime ſtomacho nauſeante: & diuretica & adminiſtrentur ad euacuandum per urinam. Et de ſolutiuis iuuatiuis eſt quæ fiunt ex myrabol.nigris & citrinis,turbit & zuccaro.ſ.puluere facto.nam ſi cholera peccat cum phlegmatȩ miſceantur citrini cum turbit,ſi uero melancholia miſceantur nigri cum turbit. Si autem hi tres humores ſint in cauſa hæc tria ſimul miſceantur.De clyſteribus autem conferentibus ſunt illa quæ declinãt ad acuitatem propter phlegma groſſum. ℞. medullæ cartami, centaureæ minoris,anethi,chamæmillȩ,alhaſce.i.thymi,meliloti,añ.bulliant in ſufficienti quantitate aquæ, de qua accipiat lib.i.almuri.vnc.i.mellis.unc.ij.miſce.Vltimo dicit quòd regimen lipariæ indiget ſubtilitate plus quàm regimẽ epialos:quia in liparia cum ſit calor intus,non audemus uti calidis ſubtiliantibus,ſicut in epialos.Vel indiget ſubtiliare plus:quia cũ poſſet fieri ex cholera.ſ.illa quæ dicit tabaros,poſſet fieri error ſi curetur cura plegmaticæ:immo oportet ut curetur cura tertianæ nothæ. Cura harum quando pendet a phlegmate, exigit intentiones illas quæ dictæ ſunt in cura phlegmaticæ eodem modo perficiendas.Quando vero liparia dependet a cholera groſſa,curetur cura tertianæ nothæ.

Cura feb.cum ſyncopi & humoroſa. Cap. LXI.

HAec feb.eſt difficilis curæ:et modus in curatione eius eſt euacuatio gradata ex ſubtili ad fortem: et propie quando natura non reſpondet ex ſe.tunc.n. cum clyſteribus munda quod eſt in inteſtinis, et venis propinquis eis ex ſuperfluitate: et adminiſtra in reſiduo ſubtiliationem, cum fricatione.

Primo ponit curam eius quando pendet a phlegmate.ſecũdo quando a cholera.ſecunda ibi § Quòd ſi fuerit. § Prima in duas. primo in generali curam ponit. ſecundo in ſpeciali. ſecunda ibi § Et Gal. § In prima parte dicit ꝙ hæc feb. eſt difficilis curæ:& modus curationis eſt euacuatio gradata ex leni ad fortem,& proprie quando uenter non eſt lenis.tunc.n. cũ clyſteri euacues quod eſt in inteſtinis. & in uenis meſaræicis terminatis ad inteſtina incipiendo a lenioribus,& gradatim procedendo ad fortiora:& reſiduo corporis adminiſtra fricationẽ ſubtiliantem materiam contentam in ea, ut ſubtilietur & pro parte ſoluatur:quæ fricatio ſimiliter debet eſſe gradata procedens de ſubtili ad fortem. Notandum ꝙ licet Auicen.in hoc capi.non manifeſte exprimat ſolutiuũ exhibendũ tamen ipſum non negat: aliqñ uero auctores ipſum exhibent ſicut Raſ.16. continentis capi.de cura fe.ſyncopalis. & ſimiliter Alexander in hoc cap.propterea.licet Auicen. hoc non exprimat, poſſumus tamen dicere ꝙ ipſum ſubintelligit,uolens gradatim euacuationem fieri non ſolum cum clyſteribus:ſed etiam cum ſolutiuis exhibitis incipiendo cum clyſteribus quæ leuiora ſunt minus agitantia:& forte nõ expræſsit ſolutiua forte exhibẽda: quia noluit eſſe contrarius Gal. qui ſolutiua ꝓhibet exhiberi.

Et Gal. quidem dixit,quòd deficit ab euacuatione plurimũ eorum,niſi cum fricatione: et melior modorum in fricatione eorum eſt,vt incipiat a coxis,et cruribns deſcendendo a ſuperiori ad inferius: et adminiſtretur illud cum mantili aſpero abradente cutem:deinde permutetur ad manus,deſcẽdẽdo ab humero ad ſpatulam,ita vt igniatur cutis:deinde ad dorſum, et pectus: deinde redeat ad crura, et reuertatur ad ordinem primum. Et ponatur medietas temporis eorum fricationi: et medietas temporis eorum dormitioni,ſi poſsibile eſt.

In hac parte curat hanc febrẽ fere in oĩbus ſequens Gal.12. therap.& habet tot partes quot ponit canones.Primus canon ſm Gal. ſm plurimũ dimittenda eſt euacuatio,& procedendũ eſt cum fricatione quȩ debet fieri cum mantili.i.panno aſpero abradente cutim, incipiendo fricare coxas, & crura trahendo a ſuperiori ad inferius.ſ.a coxis & anchis uſq; ad pedes:deinde fricetur manus.ſ.magna incipiẽdo ab humeris, & ſpatulis uſq; ad manus paruas ita ut cutis igneatur:deinde redeat ad crura & procedendo ordinate ad reliqua membra ſicut dictum eſt: & ponatur medietas temporis fricationi:& medietas dormitioni eorum ſi poſsibile eſt.

Dubitatur utrum patientibus ſyncopalem humoroſam ſit exhibendum ſolutiuum:& uidetur quòd ſic per Raſim.16.continentis.ubi auctoritate Alexandri cõcedit ſolutiuum.dicit.n. da ſolutiuum ad minorandum phlegma ut non aggrauet uirtutem,quam ſi uideris roborari ſuper reſiduum: bonum. ſi uero non da ei ſolutiuum. Et confirmatur.non.n.uidetur ueriſimiliter tantam molem phlegmatis tam groſsi, & uiſcoſi poſſe ſine euacuatione notabiliter minorari.In contrariũ eſt Gal.12. therap.d.qualiter ergo ad hoc ſaluatim indigentes quidem euacuatione:non facientes autem euacuãtia auxilia nullã aliam inueni in eis euacuationem niſi per fricationem. Et Auicen. magis in parte præcedenti edhæret Gal. ut patet. Et confirmatur. nam iſti humores facient ſyncopim quieſcentes, aut ſaltem cum mouentur. ergo multo magis commoti a pharmaco forti,aut debili.

Pro ſolutione ad hanc dubitationem dicẽdum quòd patientes

tes hanc feb.reperiuntur in duplici dispositione. Quidam .n. patiuntur hãc febrem a materia cruda nullo modo susceptiua digestionis: & hi habent colorem plumbeum tendentem in fuscum,oculos concauos.& uirtutem debilem.non.n.nutriuntur nisi diminute. habent .n.parum de sanguine malignato ab hoc maligno phlegmate secum permixto,& in istis nõ est spes salutis. Quidam uero licet habeant colorẽ plumbeum hñt tñ alium tendentem aliqualiter ad rubedinem: nec habẽt oculos concauos,habentq; uirtutem satis fortem:& in istis est spes salutis. Hoc præmisso dicendum primo quòd non est bonũ ponere concordiam inter istos qui a proposito volunt esse discordes:sicut Alexander cum Gal. Sed dicendum unũquenq; istorum virorum processisse suo iudicio æstimatiuo. Voluit.n. Gal.vt credo primos in quibus non est spes salutis esse dimittendos prognosticis.Si quis tamẽ vult aliquid tentare,melius est ut nõ tentet remedium: propter quod manifeste moriatur sicut pharmacum.nam dum incipiet humores agitare ipsi cõmoti euaporantes, vel fluentes ad cor faciunt syncopim irrecuperabilem:quod nõ erit absq; medici magna calũnia: quãtumcunque præmiserit prognosticum. Sed si fiant fricationes dato quòd moriantur non ita cito morientur: immo fricatio releuat ipsos aliquando a profunditate syncopis, & nõ est remedium ita notatum sicut solutiuũ:& in ptãte tua est dimittere fricationes quando uolueris:sed non est in potestate tua ita impedire operationem solutiuis. Econtra vero Alexander æstimat fricationes non esse remedium alicuius efficaciæ qua posset saluari sicut esset solutiuum. Sed in secundis dicit Gal. procedendum esse cum fricatione,donec materia sit per fricationem calefacientem & subtiliantem aliqualiter digesta: & donec sedetur syncopis sequens frigiditatem uaporum ueniẽtium ad cor,consueta accidere in principiis paroxysmorum: & post illud procedendum esse cum solutiuis timens de materia in principio cruda per pharmacum agitata ne faciat syncopim irrecuperabilem, cum etiam materia quiescente accidat syncopis. Econtra Alexander vult quòd cum uirtus est adhuc fortis potens tolerare agitationem,& euacuationem materię sit exhibendum solutiuum,timẽs si differatur ne uirtus ex processu ægritudinis succumbat,aut ante exhibitionem pharmaci,aut in ipsa solutiõe,& agitatiõe:& certe ut bene dicit Gen. neutra partium potest bene alteri concludere:neq; etiam experientijs,& successibus syncopales raro accidũt: & etiã quia secundum utranq; intentionem operando res aliquando bene succedit,aliquando male. Ego.n.usq; ad annum sexagesimũ secundum ætatis meæ non inueni nisi quatuor feb. syncopales humorosas,quarum habeam memoriam. vnam in quadam sene cum esset exhibitum solutiuum,syncopizauit & fere cũ solutiuo mortua est. Sed deinceps nobis nõ audientibus solutiuum,præcepimus fricationes,& in quarta die post diem solutiui mortua est. Reliqui tres iuuenes euaserunt in quorum uno superuenit fluxus ventris:& quamuis passus fuerit frequẽtes syncopes,cum magna trium virtutũ debilitate, vt fere oẽs desperarent de eo tandem euasit. In alio superuenit sudor, & cum eo tandem sanatus est. In quadam alia nobili veneta non fuit processum nisi cum clysteribus, & fricationtibus per aliquos dies:& postea deficiẽte syncopi processum est cum solutiuis,& euasit. Ego autem potius credo quousq; durat syncopis procedendum esse cum clysteribus:quæ tamen fiant in declinatione paroxysmi, quando non sit syncopis quàm cum solutiuis. Sed postea cessante syncopi veniendũ est ad solutiuũ: tu uero fac ut libet. Et si uis dare solutiuum fac ut operetur in maiori quiete,quando non est syncopis. syncopis.n.accidit secundum plurimum a principio paroxysmi vsq; ad mediũ augmenti. Sed esto memor quòd non surgãt ad ascellam:sed ascellent iacentes siue sponte ascellent,siue cum clysteribus uel solutiuis. Rationes autem factæ in principio pro utraq; parte facile soluuntur. Fricationes autem quantæ debeant,& qua hora dicetur quando ordinabo curam. Non.n. credendũ est sicut sonat textus quòd per medietatem temporis debeant fricari: per alia dormire.primum enim non est tolerabile.secundum scilicet somnus.12.horarum non est conueniens: & forte nõ est possibile: sed utrũq; debet esse prolixũ ut per somnũ vacẽt digestioni & resolutioni.ideo Aui.dixit.si est possibile.

Et ad summum canon curationis eorum est subtiliatio.non calefactio ualde: & de illis quæ conferunt illis sunt subtiliantia,sicut aqua mellis cũ uirtute hyssopi,et seminis apij in matutinis,et similibus eis. Quòd si fuerit illic fluxus uentris superfluus,decoque mel decoctione vehementiori, et non soluet nisi parum temperatum,iuuatiuum.

Hic assumit reliquos canoñ.euacuationis:quorum primus, debemus subtiliare materiam non calefaciendo valde, ne per calefactionem magnã liquefacta materia fluat,& dilatetur:aut ne resolutis partibus subtilibus ingrossetur. Et de conferentibus est aqua mellis in qua sit decoctus hyssopus,& semen apii, aut sibi similia exhibita in matutinis: aut aliter exhibita horis sibi similibus sicut ante etiam. Quòd si fuerit fluxus vẽtris superfluus,decoque mel,siue detur uia cibi,siue uia medicinę decoctione uehementiori,& non soluat nisi parum iuuatiuum.i. quod solueret parum iuuabit. Pro quo sciendum ꝙ mel non coctum est solutiuum sua uirtute acuta abstersiua & parte ventosabili,si autem decoquatur cum aqua donec abiiciatur spuma minus soluit. Si autem post abiectionem spumæ adhuc magis decoquatur,efficitur adhuc minus solutiuum: partibus de quibus supra adhuc magis resolutis:& de hoc est sermo in parte præsenti.

Et syrupus acetosus mellinus iterũ confert eis in æstate quidem,et cum consuetudine potus aquæ frigidæ permixtus cum aqua fri. Et in hyeme oportet vt non sumat eã penitus in potu:et sit contentus aqua calida: et assumere calidum ex potibus est melius eis nisi apud necessitatem æstus æstatis,et vehementiam caloris plurimi: et conuenientius quæ potantur ad sitim est syrupus acetosus mellinus.

Hic ponit tertium canoñ .d. quòd oxymel simplex permixtum cum aqua frigida consuetis potare aquam frigidã in æstate:sed in hyeme & in consuetis potare aquam frigidam detur solum permixtum cum aqua calida,& in summo assumere potus calidos est melius in eis nisi in ęstate ualde calida:& quãdo adesset plurimus calor siue a causa extrinseca, siue intrinseca: hoc propter grossitiem, & frigiditatem phlegmatis ne per potus infrigidos incrudetur,& ingrossetur: unde subdit quòd conuenientius quæ potantur ad sitim est syrupus acetosus mellinus,magis enim confert quàm zuccarinus cum magis abstergat,subtiliet,& calefaciat.

Et vinum confert eis in principio et proprie si fuerint febres eorum sanguineæ:sed parum sunt et proprie in senibus, et necessarium est eis vinum post cibum.

Hic est quartus canon quòd uinum confert patientibus hãc feb.in principio rei.i. feb.principio tam vniuersali quàm particulari.uel aliter in principio rei .i.syncopis antequam compleatur:& proprie si feb.eorum fuerint sanguineæ .i. a phlegmate sanguini permixto,& non multum distante a natura sanguinis. Sed parũ istæ fe.sunt sanguineę: & proprie in senibus conceditur uinum:& necessarium est eis uinum non solum in cibo:sed etiam post cibum.

Contra in principio materia est indigesta.ergo non competit uinum.tenet consequentia ex determinatis superius: competit enim uinum materia iam aliqualiter digesta. Secundo quomodo si feb.sint sanguineæ competit uinum: cum tunc materia sit calidior,& feb.vehementior: immo magis competit cum phlegma est magis frigidum. Tertio quomodo post cibũ competit uinum cum sit contra vsum omnium practicantium: licet concedant uinum tempore cibationis: non tamen concedũt inter cibationes. Gen.suspicat̃ tãslatorẽ errasse: quia Aui. insequitur Gal.in cura huius feb.tex.autem Gal.12.therapeu. est iste. His aquosum uinum confestim a principio dãdum est nisi vehemẽter febricitent,quòd non uehemeter aqua competit ẽm prædictam dispositionem.adhuc autem magis si senẽ cõtingeret esse. Et si bene consideres textum Aui.correspondẽs deberet dicere,si non fuerint eorum feb.sanguineæ.

Pro horum solutione dicendum ut arbitror quòd uinum in hac febre concedi,potest intelligi ex duplici causa: aut ratione syncopis:aut ratione fe.& causæ eius.si quidem primo modo dicendum quòd quacunque hora timuerimus syncopim, aut uoluerimus ęgrum a syncopi releuare uinum dandum est

aquosum:

aquosum: aut quia aqua notabiliter permixtum si uinosum fuerit,& debet esse subtile boni odoris,aut aquosum: quia album subtile pauciferum in colore fere aquæ simile:& hoc uinũ maxime concedit senibus:sed magis uinosum quàm iuuenibus & cum pauciori aqua etiam post cibum conceditur eis:siue ut sit potus delatiuus:siue timore syncopis:sed ratione feb.& causę eius conceditur uinum ad calefaciendum,subtiliandum,& digerendum materiam phlegmaticam & ad restaurandum humidum,& spiritus qui a febre resoluuntur : & ratione huius non competit in principio regulariter:sed solum apparente digestione : & citius in maiori quantitate conuenit senibus quàm aliis,cum sint debiliores & magis frigidi indigẽtes maiori restauratione,& his proprie multum : immo assuetis cõpetit uinum post cibum:siue sit potus delatiuus,siue ratione uirtutis. Sed quòd magis cõpetat si fuerint feb.sanguineę mihi uidetur difficile : licet Gen.dicat quòd harum febrium sanguinearum materia est minus cruda,& magis suceptiua complementi digestionis quàm phlegma non sanguineum:& ratione huius in phlegmate sanguineo uinum liberius conceditur & citius cõceditur a principio.& certe magis credo litteram negatiuam esse debere : tum propter textum Gal,tum quia patientes hãc a phlegmate non sanguineo sunt minus apti nutriri,& facilius syncopim incurrunt,a qua difficilius releuantur. Item quia minus habent de sanguine , & spiritibus , quorum veloci restauratione idiget.hæc autem uelox restauratio maxime fit a vino.Et ex his facilis est responsio ad rationes ante oppositũ.

Et tibi quidem necessarium est ut cõsideres pulsum habentium hanc ægritudinem semper : & cum videris eum incipere debilitari & cadere subito : ciba cum pane infuso in uino commixto,si non prohibet apostema in uisceribus. Cum ergo associatur ei huiusmodi ægritudo,nõ est curationi modus neq; fiduciæ locus.s.quando accidit huiusmodi alteratio in pulsu. & hæc quidem cibatio est ex eis quæ necessaria sunt quãdo uehemens fit syncopis.uerum oportet ut prohibeatur illud. Cibus autem super quẽ fit dormitio,est aqua hordei super quã non addatur nisi cum cadit uirtus:& si additur tunc sit panis infusus in iuleb,aut aqua mellis.

Hic est quintus canon quòd est necessariũ ut obserues pulsum in hac ægritudine:& cum videris eum incipere debilitari & cadere subito,ciba cum pane infuso in vino limphato : sed non prohibet apostema intrinsecum.secũdo dicit quòd cũ feb. syncopali associatur apostema,non est modus curationis quo scilicet perducatur ad salutem, nec fiduciæ locus : & maxime quando accidit hæc alteratio in pulsus.s.debilitas cũ casu eius. tertio dicit quòd hęc cibatio.s.ex pane infuso in uino est necessaria quando fit vehemẽs syncopis, uerũ oportet ut prohibeat illud.s.syncopis ne veniat:uel prohibeatur illud .s. apostema. quarto quòd cibus super quem dormiet est aqua hordei.i.ptisana.super quem cibum non additur nisi cum est timor casus uirtutis:& si addatur non timendo casum uirtutis sit , panis infusus in iuleb,aut in aqua mellis qui est pluris nutrimenti: quàm ptisana hordeacea , Sed si timeretur casus uirtutis daretur panis infusus in uino sicut dictum est. Notandum quòd ratione syncopis dat cibum magis,& uelocius restaurantem quàm ratione feb.& super cibo qui datur ratione syncopis non cõcedit somnum:quia patientes præcipiuntur uigilare, & dimittere locutionem.undecima tertii. Sed super cibo qui daturratione feb.& causa eius deberet dormire & non est tanti , neq; ita uelocis nutrimenti respectu quantitatis suæ, quanuis absolute debeat esse pluris nutrimenti,

Dubitatur vtrum in cura syncopalis humorosæ medicus debeat esse contentus fricationibus,& diæta tenui.s.ptisana hordeacea,& pane infuso in iuleb,vel aqua mellis usq; ad possibiles dies.uidetur quòd sic per Gal,& Aui.Item quia cibatio auget materiam.ut supra dixit.In cõtrarium est Alexan.in.c. de febre syncopali cum plenitudine.vbi contra Gal.per intentionem dicit. Nescio quid passus sit Gal. qui sic ordinauit &c.& dicit rem male sibi successisse cum tali modo curationis , nec potuisse hominem a morte euadere cum tali modo curatiõis. ideo non uidetur quòd uirtus possit esse tam fortis quæ immensuratas fricationes sustineat sine cibo. Ideo suadet moderatius oportere fricari quàm Gal. præcipiat, & non ita tenuiter diætari. Dicendum phlegma faciens huiusmodi feb. esse duplex quoddam malignum ineptum tempore necessitatis in sanguinem conuerti,neq; nutrire.quoddam minus malignum aptum in sanguinem conuerti tempore abstinentiæ, & consequenter aptum nutrire. In primo casu diæta nõ debet esse multum tenuis:immo opus est exhibere aquam carnis , & similia : ne uirtus in paruo tempore deficiat : & in hoc Alexãder bene sentit.Sed in secũdo casu debet esse tenuis sicut præcipit Aui. & Gal.ut natura non occupata conuertẽs se ad hoc phlegma ipsum in sanguinem conuertat deficiente cibo: & in hoc bene sentit Auic.& Gal.Fricationes autẽ quantæ debeant esse, ostẽdetur quãdo ordinabo curam: licet de hoc in parte dictũ sit.

Et balneum quidem est de rebus nocibiliorib.istis : & calidum & frigidum valde ex aere:cum calido.n.non fit securitas de cursu humorum ad pulmonem,& ad cor,& ad cerebrum: & frigidum prohibet digestionem eius, & addit in oppilationem eius.

Sextus canõ.quòd balneũ aereum : tu supple & igneum est ex rebus maxime nocentibus. calidum .n. liquefacit materias & ad pulmonem,cor,& cerebrum fluere facit. frigidum uero prohibet digestionem humoris,& oppilat.

Quòd si fuerit in ea humor cholericus aliquis,tunc si facilis est vomitus,et leniatur , est iuuatiuus valde,et ad vltimum melius est,vt assidue proficiat in ea.

Hic ponit curam feb.syncopalis a plenitudine choleræ.d.quod si facilis est uomitus natura tentante adiuuetur: & similiter cõfert facilis uentris lenitio. Sed in summa melius est ut assidue proficiat in ea minorando materiam nunc cum uomitu natura tentante,nunc leniendo uentrem clysteribus, aut solutiuis lenibus non agitantibus materiam:nunc cum fricationibus quæ debent esse leuiores,quàm in syncopali phlegmatica. Cura eius exigit intentiones superius positas.in hac habendæ sunt intentiones de quibus superius in fe.phlegmatica. Quantum ad primam intentionem,diæta debet esse magis tenuis : quia ipsa non est acutior:& pendet a multa materia:de qua timem' velocem mortem,unde usq; ad septimum , in quo tempore est maior timor quàm in tempore sequẽti: quia materia est magis cruda : sufficit ptisana hordeacea:sed tẽpore nostro in brodio pulli,aut panis infusus in iuleb,aut aqua mellis:uinum nõ competit hoc tempore regulariter:sed solum ad prohibendum syncopim, aut releuandum a syncopi:sed debet esse aquosum, ut dictum est in textu. Aut sit mediocriter uinosum : & notabiliter cum aqua permixtum:& detur in pauca quantitate. Habetamẽ menti ut dictum fuit quòd si phlegma est ualde malignũ non aptum nutrire,oportet magis ingrossare diætam , & dare aquam carnis,contusum,& similia. Quando autem est aptum nutrire seruatur diæta magis tenuis iam dicta.cum autem securi sumus a syncopi procedat sicut in aliis phlegmaticis:& cibetur tempore maioris quietis.somnus debet esse longus.i. septem aut octo horarum:& hora maioris quietis:& quando non timetur syncopis:qui timor est magis a principio usq; ad medium augmenti:motus non conuenit:sed fricationes non continuæ,sed iteratæ incipiẽdo a leuioribus,& procedẽdo ad fortiores:& conueniunt in quocunq; tempore particulari:& uniuersali. Lenitio ventris iuxta secundam intentionẽ est conueniens cum clysteribus incipiendo a lenioribus,& procedendo ad fortiora.Sed solutiua ore sumẽda secundum plurimum sunt vitanda durante syncopis timore.Sed deinde procedatur sicut in aliis phlegmaticis:propterea uomitus multum timendus est.agitat.n.materias nisi sit facilis. Phlebotomiam iuxta tertiam intentionem credo raris conuenire.aliquando conuenit in illa,cuius phlegma est permixtum sanguini, & in tempore maioris quietis ipso iacente supino , & semper sumente ea quæ prohibent syncopim,unde medicus sit semper præsens. Digestio iuxta quartam intentionem fiat cum incisiuis, subtiliatiuis,& abstergentibus.postea cum magis aperientibus & prouocantibus sicut dictum est in cura phlegmaticæ : sed omnia sint facilia,ne agitent nimis,& causent syncopim:accipiãtur ergo illa quę ponuntur in textu ex iã dictis in cura phlegmaticæ.eligant leniora,& magis cordialia materiæ propriæ. Euacuatio iuxta quintam intentionem sit facilis,non agitans

Intentiones curatiuæ ĩ syncopali humorosa.

materias

materias notabiliter:sed tamen educens: & detur tali hora ut uenter soluatur in maiori quiete. & non surgat ad ascellam,& sit contentus solis clysteribus.postea cũ est securus a syncopi, soluatur sicut in cæteris phlegmaticis. Vomitus iuxta sextam intentionem cauendus est nisi fiat faciliter:& fiat in hora maioris quietis .Item dico de prouocatione sudoris,& urinæ iuxta septimam & octauam intentionem quæ fiat cum clysteribus lenibus non agitantibus nimis dictis in cura phlegmaticæ. Sed in confortatione membrorum,& proprie stomachi, & cordis sollicite attendatur iuxta nonam intentionem. Item iuxta ultimam intentionem subueniatur accidentibus ẽm exigentiam, & proprie syncopi. Sed in syncopali humorosa cholerica audacius procedendum est ad lenitionem,vomitum, & aliqualẽ materiæ propriæ euacuationem quàm in phlegmatica: cum cholera facilius educat̃: & cũ minori agitatione quàm phlegma.diæta similiter præcipienda est sicut in phlegmatica: sed declinet ad magis frigidum & uinum est magis limphandum: & fricationes debent esse leniores.

De cura feb.cum syncopi. Cap. LXII.

Oportet vt emplastretur pectus eius cum sandalis, & aqua rosa. & viuificetur cum cibo paulatim:& sit cibus eius sicut panis de simula infusus in aqua granatorum infrigidata, si desiderat ipsum, & similiter in aqua de fructibus. si autem indigetur ad virtutẽ almosofat factis ex pullis cum aceto, & aqua agrestæ, & oleribus frigidis, et proprie coriandro, erit iuuamentum in hoc si exhibeatur.

Hic ponit curam feb.syncopalis minute.d.oportere epithemari pectus cũ sandalis & aqua ros. ℞.sandalorũ omnium ana. drach.i.aquæ ro.℥.iiij.his potes addere spodij. ʒ.i. camphoræ. gra.ij.aceti.℥.5.ad cordis confortationem & refrigerium: & si uis magis humectare adde de aqua uiolarum, & nenufaris. Et si uis addere aliquid calidum iuxta canonem: pone aliquid uini odoriferi,& uiuificetur cum cibo paulatim exhibendo,& parum pro uice qui sit sicut panis de simula.i.optima farina frumenti infusus in aqua granatorum infrigidata actu si appetit illud. similiter infusus in aqua de fructibus sicut pomorum, pirorum, anguriæ & similium. Si autem ad restaurandum, & uigorandum uirtutem indigeret almosofat.i.cib.acetos. factis cum pullis,cum aceto,& aqua agrestæ & oleribus frigidis, & proprie coriandro quod cordiale erit iuuatiuum: & hic intelligit gelatinam, & similia. Cura huius exigit intentiones superius positas in cura tertianæ continuæ:sed complendę sunt cum his quæ resistunt venenositati, & malignæ putredini, & sunt confortatiua cordis,& spirituum de quibus in de pestilentiali. Prima intentio.s.regimen sex rerum declinet ad frigidum & humidum:& hi sunt sępe cogendi comedere,exhibendo parum pro uice,& cibi sint acetosi. Secunda intentio.s.lenitio uentris completur cum clysteribus, & cum lenientibus exhibitis sicut cũ mãna,& cass.aut decoctione prunorum,& tamarindorũ:& hæc fiant in die & hora maioris quietis. Tertia intentio.s.phlebotomia non conceditur in hac: quia sunt corpora cholerica exanguia,& etiam timore syncopis: nam phlebotomia multoties ducit ad syncopim. Quarta intentio.s.digestio completur cum actu & potentia frigidis. s. cum syrupo acetositatis citri,oxyzaccara cum aqua endiuiæ,acetosæ,nenufaris,& similibus extinguentibus caliditatem fe. quę caliditas debet extingui omnibus sex modis dictis in regimine fe.acutarum:maxime epithemando corpus cum frigidis cordialibus de quibus in textu. hoc tamen raro accidit. Conuenit potus aquæ fri.nisi sint corpora extenuata. Quinta intentio.s.euacuatio materiæ propriæ complenda est in die, & hora maioris quietis cum manna,aut cassia addendo reubar. & distemperetur cum aqua decoctionis prunorum, & tamarindorum, & uitetur scamonea,& alia exoluentia, & non surgat ad ascellã. Prouocatio uomitus nisi sit facilis & natura tentante uitanda est. Sed fiat prouocatio sudoris cum aqua hordei,maxime natura tentante. Membra nobilia confortentur:sed maxime cor, & stomachus cum interius,& exterius applicitis. Corrigantur accidentia diligenter, sed maxime syncopis prohibendo ipsam:& releuando ab ipsa cum aspersione aquæ frigidæ bonis odoribus,& prohibẽdo ægrum a motu & cum exhibitione uini aquosi aut alterius optime limphati, & omnibus ingenijs possibilibus,& in hac,& in similibus valde acutis medicus debet esse semper præsens,& frequenter tangere pulsum, & aspicere faciem:& cum uiderit debilitari,& cadere,aut cum uiderit ipsum pallefieri releuet ipsum: modis iam dictis,& alta uoce ipsum uocando.

De regimine nocturnæ & diurnæ.
Cap. LXIII.

Regimen ambarum earum est regimen phlegmaticarũ: neq; est diuersitas in eis.

Regimen autem ambarum est regimen phlegmaticarum, nec est diuersitas in eis: quare pro regimine reccurre ad capitulum plegmaticæ.

De quartana periodicha.
Cap. LXIIII.

Plurimum quartana est periodica, & minoratur casus quartanæ inseparabilis.

Primo hic agit de quartana. secundo de febribus eis annexis. secunda ibi § Et nominatur pithamor. § prima in tres. In prima ponit diuersitates & causas quartanæ. secundo signa. tertio curam. secunda ibi § Sunt quia quartana. § tertia ibi § Consideretur. § primum capitulum in quatuor diuiditur partes. In prima ponit diuisionem eius in suos modos. In secunda ponit suas causas. In tertia ponit modum consecutionis eius ad alias fe. In quarta ostendit quæ est saluior,& quæ minus salua. secunda ibi § Causæ uero. § tertia ibi § Et plurimum quidem. § quarta ibi § Et saluior. § In prima parte dicit ꝙ quartana est periodica secundum plurimum.i.interpolata.raro autem accidit quartana continua. huius autem causa est: quia humor melancholicus,& paucus,& multus est ineptus putredini. Cum ergo colligitur intra uenas antequàm putreat expellitur a natura extra uenas.

Causæ vero quartanæ sunt ea quæ generant melancholiam postea putrefaciunt eam:& tu iam sciuisti totum illud:& sciuisti quòd melancholia alia est quæ est fæx sanguinis, et alia est quæ est adustio eius, & cinis humorum. Et sciuisti quòd de illa est sanguinea, et de illa est phlegmatica, et de illa est cholerica, et de illa est adustio ipsius melancholiæ naturalis. et existimauerunt quidam hominum quòd quartana nõ generatur ex melancholia naturali: quoniam ipsa non putrefit. Et huius quidem sermo non oportet vt ausculetur:immo de propietatibus omnis humiditatis est vt putrefiat, quamuis ratificetur in præparatione.

In hac secunda parte dicit ꝙ causæ quartanæ sunt ea quæ generant melancholiam. postea putrefaciunt eam: & tu iam sciuisti totum illud: quia causas melancholiæ sciuisti prima primi. documenta quarta.cap. de generatione humorum. Causas vero putredinis sciuisti.tracta.2.capi.primo huius fen. secundo dicit sciuisti ꝙ melancholia alia est quæ est fęx sanguinis,quæ supple est melãcholia naturalis, & alia generatur per adustionem,& est fęx aliorum humorum. Et sciuisti ꝙ de illa melancholia adusta aliqua est quæ est sanguinea.i. genita per adustionem sanguinis: aliqua phlegmatica,aliqua cholerica, & aliqua genita per adustionem melancholiæ naturalis: ita ꝙ ex his est una melancholia naturalis:reliquæ quatuor sunt melancholiæ adustæ genitæ per adustionem sanguinis, phlegmatis, choleræ,& melancholiæ naturalis. tertio dicit ꝙ æstimauerunt quidam ꝙ quartana non generatur de melancholia naturali: quoniam ipsa non putrefit:sed iste sermo non est audiendus: immo de ꝓprietate omnis humoris est ut putrefiat quamuis rarificetur in præparatione.i.quamuis sit minus aliis humoribus putrere parata:unde rarius cæteris putrefit.

Et plurimum quidem euenit in successione ægritudinis febrium diuersarum putridarum propter diuersitatem humorum ex quibus generantur:ex quorum putrefactione cũ adunantur, et non euacuantur, multiplicatur melancholia: deinde cum putrefit, est quartana.

In hac parte ponit modum successionis eius ad alias fe.d.eã plurimũ

plurimum alijs febribus putredinis ſuccedere propter diuerſitates humorum,ex quibus, & ex quorum putredine generantur.nam cum humore illi diuerſi adunantur,& non euacuātur, multiplicatur melancholia:deinde cum putrefit, eſt quartana. Ex quibus primo collige ꝙ non omne quod generatur ex putrido eſt putridum. Nam melancholia generatur ex putredine humorum:quæ tamen non eſt putrida:licet forte poſtea putrefiat:& hæc dicta Auicenn. ſunt accepta a Galen.tertio prognoſticorum ſuper illo uerbo. febres inordinatæ vagantes in quartanam perficiunt.

Et multoties quidem accidit ſucceſſione ſplenis : & cum hoc ipſa ſecundum plurimum non euacuatur ex dolore ſplenis, aut duritie eius.

Secundo dicit quòd multoties ſuccedit nocumento ſplenis : & cum hoc ſecundum plurimum aſſociatur dolori, aut mollitiei. nam cum melancholia multiplicatur ſplen, frequenter ea impletur.

Et ſaluior quartana eſt illa quæ non accidit ab apoſtemate ſplenis, aut aliis : aut cum qua non eſt apoſtema ſplenis. Quartana enim quæ euenit ab apoſtemate ſplenis : aut cum qua eſt apoſtema ſplenis : multoties perducit ad hydropiſim, & perniciem.

In hac parte dicit quòd ſaluior quartana eſt quæ non accidit ab apoſtemate.ſ.ſplenis aut ęgritudinibus aliis eius,& cum qua non eſt timor ſplenis.quartana enim quæ uenit ab apoſtemate ſplenis : aut cum qua eſt apoſtema ſplenis: licet non pendeat ab ipſo,multoties ducit ad hydropiſim,& mortem. vt patet in decimaquarta tertii.cap.de hydropiſi. facit enim errare digeſtiuam hepatis infrigidando ipſum ſuperflue;aut non debite mundificando ſuperfluitatem melancholicam ab eo.

Et quartana quæ ſalua eſt,liberat ab ægritudinibus malis melancholicis,ſicut melancholia & epilepſia : & in ea eſt ſecuritas a ſpaſmo, quoniam humor eſt ſiccus.

Secundo dicit ꝙ quartana quæ eſt ſalua liberat ab ægritudinibus melancholicis malis,ſicut eſt melancholia, epilepſia. & in ea eſt ſecuritas a ſpaſmo quoniā humor faciens eā eſt ſiccus.

Et ſecundum plurimum eſt ægritudo ſalua. & quando non accidit in ea error non addit ſupra annum. & quandoq; perdurat.xij.annis,& quod eſt infra eos.

Tertio dicit quòd quartana ſecundum plurimum eſt ægritudo ſalubris.& quando non erratur in curatione,non tranſit annum.& quandoq; durat duodecim annis.& quod eſt infra eos ſupple duodecim annos,ſupple ex errore regiminis, & etiam ex cauſa intrinſeca propter complexionem ſuperflue melancholicam,& propter duriciem ſplenis.

Et quæ ex ea longa eſt perducit ad hydropiſim. & ſcias ꝙ autumnus eſt inimicus quartanæ.

Quarto dicit quod quando prolongatur aliquando ducit ad hydroposim. Vltimo dicit quòd autumnus eſt inimicus quartanæ.i.patiētibus quartanam faciens,fouens,& augens ipſam. multiplicantur enis in eim humores melācholici,cum ſit facta aduſtio in humoribus ex æſtate præcedente.& poſtea prohibita tranſpiratione autumni frigiditate,& debilitata uirtute propter eius uarietatem uapores retenti faciunt humores illos melancholicos putrere. Sed pro declaratione ſecundi dicti, nota quòd quartana liberat a melancholia epilepſia & ſpaſmo & ſimilibus paſsionibus cerebri,& neruorum humidis.& etiā præſeruat ab eis.quia humor a quo pendet eſt ſiccus, iis paſsionibus humidis contrarius. ſecundo quia calefaciendo,& exiccando membrorum humiditates ſuperfluas exiccat & reſoluit a quibus ſecundum plurimum pendent huiuſmodi paſsiones, & tertio. propter rigorem accidentem in principio paroxyſmorum huius feb. quòd rigorem accidentem in fine earumha rum paſsionum materiæ excutiūtur Sed quòd liberet a melancholia,eſt difficilius,cum pēdeat a ſiccitate,& humore melancholico,unde per quartanam deberet creſcere, & augeri. Sed mihi uidetur dicendum quòd per putredinem humoris melancholici a quo pendet quartana,paulatim humor faciens melācholiā ſumitur & finitur. Item per rigorem, & ſudorem excutitur,& hic humor educitur a membris in quibus continentur & ſic ceſſant paſsiones procedentes ab ipſo.

De ſignis. Cap. LXV.

Signa ſunt, quòd quartana incipit in primis cum frigore paruo:deinde incipit frigus eius addi poſtea minoratur parum apud ſtatum,ſicut in phlegmate. Cumq; calefit corpus,non eſt caliditas vehemens, licet ſit maior & magis apparens quàm illa eſt in phlegmatica. Ipſa enim cum difficultate ſua & inflammatione non inflammatur inflammatione de qua curatur,ſicut ignis in lignis groſſis. & non comprehendit ſuper corpus totum: immo eſt illic caliditas cum horripilatione:& cauſa in hoc eſt groſſitudo humoris. Et eſt cum frigore & aliquātulo dolore quaſi frangat oſſa.et eſt illic cōtractio propter quam ſtrident dentes:verum non ſicut in phlegmatica,quapropter perducit illud ad debilitatem viſus: verum lenitur apud digeſtionem : quoniā malicia minoratur ſicut fuit in principio parumper.

Primo ponit ſigna communia quartanæ. ſecundo. ponit ſigna diſtinguentia cauſas quartanæ.tertio.quædam ſigna ſpecialia ſumpta a pulſu,& vrina,& aliis.ſecunda ibi & illius qui eſt. tertia ibi & pulſus quidem. Prima in quatuor ſicut quatuor ſunt ſignorū ſpecies,& cū hoc ponit in fine duos canones.ſecūda ibi: & de ſignis quartanæ. tertia ibi. & de ſignis quartanæ. quarta ibi. & periodus can.ponit ibi. Et multotiens. Primū genus ſignorum ſumitur a natura ſui typi quòd quartana incipit in primis cum frigore paruo, deinde frigus additur in eodem paroxyſmo: poſtea frigus minoratur parum apud.i. verſus ſtatum:& hæc minoratio eſt in fine principii ſicut etiā fit in phlegmatica. Aſsimilantur enim phlegmatica & quartana,quia in utraq; frigus eſt poſitiuum magis quā ex fuga caloris interius, & in utraquæ frigus eſt magnum & longe durationis:quia ambæ materiæ ſunt tardi motus ad membra ſenſibilia,& tardæ inflammationis,ut in utraq; principium, augmentum, ſtatus & declinatio frigoris poſsint diſtingui. Eſt tamen dubium in qua iſtarum ſit maius frigus : quia ex una parte uidetur maius frigus eſſe in phlegmatica .quia phlegma eſt frigidius.& ex altera pte in melācholica quia frigus in melācholica eſt iunctū ſiccitati q̄ facit ipſum actiuius. Credo tn̄ ꝙ maius ſit in phlegmatica q̨a aqua magis infrigidat quàm terra pn̄t tn̄ ſermōes iſti referri ad principium uniuerſale,ut dicatur quòd frigus primorum paroxyſmorum eſt paruum ; quia materia tarde mouetur cum ſit cruda,deinde ſicut in augmento & ſtatu incipit addi: quia materia magis digeſta magis uelociter mouetur:aut quia paroxyſmi eorum pendent a pluri materia, poſtea minorat apud.i.poſt ſtatum.ſ.in declinatione,quia minorata eſt materia Secundo dicit quòd cum corpus calefit nō eſt caliditas magna .ſ. ſicut caliditas tertianæ licet ſit maior & magis apparens quàm in phlegmatica. ipſa enim.ſ. quartana cum difficultate ſua & inflammatione non inflammatur inflammatione notabili ſicut ignis in lignis groſsis. & non compræhendit totum corpus ſubito,immo eſt caliditas illic.ſ. in interioribns.ſ.cum horripilatione.i.frigore in extremis. quaſi dicat quartana inſenſibiliter procedit de frigore ad calorem propter humoris groſsitiem,qui difficulter calefit & iuflammatur.ideo ſubdit ꝙ eſt cum frigore & aliquantulo dolore quaſi oſsium confractio & forte quia nutrimentum circa oſſa eſt multum,e uenit cōmotionem ibi fieri de proprietate melancholici humoris. Et quia uapores a melancholia ſurgentes groſsi et ſicci cauſant quendam malum ſenſum in muſculis & panniculis quæ ſunt circa oſſa,unde apparet eis quòd oſſa ſint confracta.hunc autē ſenſum confractionis non faceret uapor phlegmaticus, quia eſt leuis in comparatione ad melancholicum. & eſt illic contractio in muſculis mandibularum per quam ſtrident dentes, ſtridor.n. dentium fit contractione, ſiue quodam ſpaſmo muſculorum mandibularum. & uapores itaq; groſsi melancholici faciunt hoc,non ſic phlegmatici cum non ſint tantę groſsitiei & ſiccitatis. Et ideo ſubdit non ſicut in phlegmatica.

Pro quo ſciendum quòd duplex eſt ſtridor dentium, ſiue cō

ſequatur

sequatur concussionem eorum ad inuicem qualis accidit in rigentibus, siue consequatur eorum confricationem potest dici stridor. Quidam proprie sumptus, est stridor qui consequitur confricationem dentium: Stridor autem communiter sumptus potest consequi omnem febrem facientem rigere scilicet cholericam, phlegmaticam, melancholicam ut superius fuit declaratum de intentione Auic.& Gal. cholericam facere intensiorem rigorem quàm phlegmaticā, aut melancholicam licet breuiorem. quod tamen non placet Auerr. Quartana uero iuxta mentem auctorum, & ut dictat experientia facit intensiorem & prolixiorem rigorem quàm pglegmatica: & sic facit maiorem stridorem quàm phlegmatica: sed de hoc stridore nō est sermo hic. Sed hic est sermo de stridore proprie sumpto qui consequitur confricationem dentium, & hic appropriatur quartanæ. quia humorum melancholicorum uapor terrestris siccus & stypticus mouet panniculos lacertorum & neruos ad quandam inspissationem, & compresionem continuam notabili tempore quod non facit uapor alterius humoris, nisi participet de materia melancholica: fiat ergo mandibularum contractio confricando dentes ad inuicem. sed phlegma non facit hoc propter suam humiditatem lenientem. Cholera uero non facit hoc quia licet uapores sui sint sicci non tamen sunt grosi, nec styptici potentes facere contractionē & musculorū mouentium mandibulas, & prodncit illud. s. contractio talis, & causa sua quæ est malus motus in musculis temporalibus ad debilitatem uisus cōmunicate eorum ad cerebrum, & neruos uel propter communitatem mandibulæ superioris & dentium confricantium partibus oculi. verum lenitur, scilicet frigus apud digestionem. idest materia calefacta, & maxime uerificat de frigore sequente frigiditatem materiæ quia per digestionē calefit: non autem uerificatur de frigore sequente reuocationem caloris intus, vel lenitur contractio dentium quia materia melancholica digesta non est ita terrestris styptica. & ideo non facit tantum, aut ita uerum stridorem, ideo dicit quoniam malitia minoratur parumper respectu eius quod fuit in principio. scilicet malitia sui frigoris, & malitia suæ stypticitatis. Dicit autem parumper quia digestio melancholiæ non omnino rectificat materiæ frigiditatem, nec terrestreitatem, aut ponticitatem. Contra sequitur quòd in statu uniuersali debet esse minus frigus quàm in principio contra superius determinata, & similiter debet esse minor stridor dentiū contra experiētiā.

Respondetur duplex esse frigus, unum frigus sequens frigiditatē materiæ: aliud sequens uelocem motum eius supra membra sensibilia, aut maiorem quantitatem eius: primum frigus est maius in principio quia materia est frigidior: secundum maius in statu quia materia subtiliata uelocius mouet: & forte est pluris quantitatis. Similiter duplex est stridor, unus sequens materiæ terrestreitatem & pōticitatem & hic est maior a principio: alius sequens motum ualociorem, aut forte maiorem quantitatem. & hic est maior in statu.

Et de signis quartanæ, sunt causæ eius antecedentes ex feb. quæ prolongatæ fuerunt. & ex splene, aut dolore.

Hic ponens secundum genus signorum dicens, & de signis quartanæ sunt febres antecedentes prolongatæ, &c. grossities splenis, aut dolor eius.

Et de signis quartanæ etiam sunt dispositio cōplexionis, & significationes melancholiæ, & ætas, & tempus, cibus, & forma & consuetudo, & quæ sunt his similia.

Tertium genus signorum, complexio supple melancholica, & signa domini i melancholiæ & ætas. s. primi senii. & tempus. s. autumnus. & cibus. s melancholicus, & forma quia macileta cum fuscedine, & cōsuetudo. s. patiendi quartanam, & similia. s. ars multiplicatiua melancholiæ adurendo humores.

Et periodus eius est. xxiiij. horarum.

Quartum genus signorum est paroxysmus. xxiiij. horarum.

Et multoties est feb. tertiana in æstate quidem: & fit quartana in hyeme.

Hic ponit canones quorum primus est multoties fit feb. tertiana in æstate & quartana in hyeme humoribus cholericis adustis: & per calorem æstatis in melancholiam conuersis, postea putrefactis in hyeme, idest tempore frigido oppilante poros & retinente uapores, qui retēti sunt causa putredinis illius melancholiæ, quæ est genita per adustionem.

Et multoties perducunt febres diuersæ ad febres permixtas, in quibus non est ordo propter diuersitatem residui humorum remanentium post febres. Cum ergo status confirmatur secundū cinereitatis additionem, cōfirmatur super quartanā.

Secundus canon. multoties febres diuersæ ad inuicem compositæ sicut duę tertianæ aut hemitritæus, & similes perducūt ad febres permixtas in quibus non est ordo. quia paroxysmi confunduntur dimittentes ordinem suum propter diuersitatē residui humoris retenti post febres: quia quando febres præcesserunt, aduruntur humores non æqualiter secundum uariationem earum dispositionum: propterea confunduntur paroxysmi. Cum ergo stant, & continuantur secundum additionē cinereitatis: quia sunt uersi in melancholiam, tunc confirmatur sup quartanam, & faciunt quartanam cum prius fecissent feb. inordinate vagantes. & iste est sermo Hippocra. tertio prognosticorum. ibi febres inordinate & cætera. Et ibi dicit Gale. Cum ergo æquatur ægritudo in omnibus uenis cum uictoria choleræ nigræ, accidit tunc febris quartana.

Et illius quidem que est a phlegmate adusto sunt paroxysmi longiores: & accidit eis frigus secundum plus successione assiduationis: & est sudor tardior, & vrina grossior, & durities venarum minor, & fit secundum plurimum successione febrium phlegmaticarū. Et illam quæ est a sanguine adusto antecedunt signa sanguinis, & feb. eius, & rubedo urinæ, & significant ipsam forma, & ætas, & tempus: et fortasse erit post feb. sanguineas. & in illa quæ est a cholera adusta est pulsus vehementioris velocitatis & frequentiæ: & incipit cum horripilatione, & frigore in carne, & siti, & sudore. Et quandoq; fit ira, & sudor, & inflammatio et significant ipsam forma, tēpus, & ætas & quandoq; significant ipsam quòd ipsa fit successione febrium cholericarum.

In parte præsenti ponit signa specierum quartanæ & primo quartanæ phlegmaticæ, dicens quod illius quæ fit a melancholia genita per adustionem phlegmatis sunt paroxysmi longiores. quia propter uiscositatem phlegmaticam tardatur resolutio in cinericio materiæ paroxysmantis. secundo frigus in principio paroxysmorum diutius durat eo quòd tarde inflammatur materia propter grossitiem melancholicam. & est sudor tardior ptopter eandem causam vrina grossior etiam quam in quartana a melancholia naturali quia rōne humiditatis phlegmaticæ est aptum magis dissolui cum urina, & ratione viscositatis magis remanet febr. cum permixta. propterea urina magis ingrossatur. Melancholia autem naturalis licet sit grossior, non est tamen ita apta dissolui, nec etiam cum eo remanere permixta: sed potius sua grauitate terrea petit fundū: & est durities arteriarum minor. & succedit secundum plurimum febribus phlegmaticis. Signa sanguineæ id est quæ fit per adustionem sauguinis, rubedo urinæ: item significant ipsam forma & habitudo carnosa cum colore rubeo, tempus, scilicet uer, ætas adolescentiæ, & aliquando sequitur febrem sanguineam. Signa cholericæ sunt pulsus multum uelox & frequens, & magis quàm in cæteris: non tamen maior quàm in sanguinea: & paroxysmi incipiunt cum horripilatione immo & frigore, & rigore propter fugam caloris intus, & siti & sudore citius festinante quàm in cæteris, & quandoque adest furor, ira, inflammatio: & significat ipsam forma. scilicet macilenta cum colore citrino, ætas, scilicet iuuentutis, & tempus. s. æstiuum. Item succedit feb. cholerica. Hic non ponit signa quartanæ melācholicæ, qa quatuor prima signa gn̄alia maxime sibi accomodant.

Et pulsus in quartana est decliuis ad durtiem propter siccitatem humoris, Ipse enim trahitur ad interiora, quasi ipse esset pulsus senis, & ad æqualitatem, dum non mouetur: et si moueatur, et diuersificatur pulsus valde propter grossitudinem superfluitatis: et fit mundificatio eius apparens apud teporem.

rem, & est significatio completa super quartanam. Et multoties accidit in ea diastole inæqualis & systole uehementis necessitatis, secundum contrarium eius quod est in tertiana. Et pulsus quidem quartanæ melior est pulsu phlegmaticæ in paruitate, & frequentia: sed est similis ei in tarditate, & apud inceptionem paroxysmi additur tarditas sua, & frequentia. & diuersitas eius est maior diuersitate reliquarum febrium: deinde incipit magnificari, & fieri velox & frequens.

Hic ponit quædam signa specialia, quia a quibusdam rebus specialibus sumpta. primo a pulsu. secundo ab vrina. tertio a sudore. quarto a siti. licet aliqua intermisceat. partes patent.

In prima parte dicit quod pulsus quartanæ uel in quartana est decliuis ad duriciem propter siccitatem melancholiæ indurantis arteriam: ipse enim trahitur ad interiora quasi sit pulsus senis: quia arteria indurata nō potest eleuari, & est decliuis ad æqualitatem, quia non multum diuersus dum non mouetur. s. materia ad faciendum paroxysmum hoc est dum nō est in principio. & si moueatur sic. scilicet in principio paroxysmi diuersificatur pulsus valde propter grossitiem superfluitatis humoris melancholici: & fit mundificatio eius. s. quartanę manifeste apud teporem. idest in die quietis. & in hoc differt a quartana cōtinua: ideo subdit quòd est significatio completa super quartanam. scilicet interpolatam. & multoties accidit in pulsu diastole inæqualis respectu diastolis tempore sanitatis. Sed systole est uehementis diuersitatis: sed contrarium huius accidit in tertiana. Pro quo notandum quòd licet in omni putrida systole sit velocior, & maioris diuersitatis quàm diastole iuxta dicta superius, tamen in quartana respectu tertianæ plus hoc accidit: quia humor est multum grossus vehementer incitans ad systolen, sed tertiana quia humor est ardēs subtilis est econtra respectu quartanæ. Et pulsus quidem tertianæ est melior. i. non est ita paruus nec ita frequens sicut pulsus phlegmaticæ. Sed dictū fuit superius in capitulo de phlegmatica. & est similis ei in tarditate, quia quantum facit in feb. phlegmatica ad tarditatem debilitas uirtutis, unde recuperat per frequentiam, tantum facit ad tarditatem pulsus in quartana minor paruitas quàm in phlegmatica: unde per magnitudinem siue minorem paruitatem recuperat in quo deficit per velocitatem: quare ambo in uelocitate æquantur. & apud inceptionem paroxysmi additur tarditas sua cum frequentia. Qui textus si uolumus sequi Galen. secundo de crisi dicit quòd febr. quartana cum incipit ponit pulsum habentis, quamuis ipse sit adolescēs secundum dispositionem eius qui est in ultima dispositione senectutis, debet sic intelligi quòd pulsus quartanarii cum incipit est tardus, & frequens respectu sui sani: nam tunc necessitas est pauca propter frigiditatem humoris, & uirtus est debilis quia compressa a materia grossa, & arteria dura inobediēs non potest satisfacere necessitati per magnitudinem, & uelocitatem satisfacit per frequentiam: habent enim pulsum paruum & frequentem respectu ipsorum iuuenum. Et quòd hæc expositio si bona ostēditur, quia non potest intelligi quòd fiat tardus & frequēs respectu pulsus phlegmaticæ: nam statim dixit quòd assimilātur in tarditate: nec potest intelligi quòd fiat tardus & frequens respectu sui ipsius & in tempore sequenti cum statim dicat oppositum. nec potest intelligi quòd sit tard⁹ & frequens respectu cholericæ aut sanguineæ, cum de illis hic non faciat mentionem. & sic esset falsum. quare relinquitur ꝙ sit tardus & frequens respectu sui sani. nec hoc alicui debet apparere mirabile. nam sicut fit paruus respectu sui sani in principio quartanæ & etiam phlegmaticæ in quibus esset pauca necessitas: quid prohibet quòd etiam fiat tardus, & necessitati satisfaciat virtus per frequentiam. Nam phlegmatica & quartana in paruitate parificantur. Hic omitto alias expositiones, & multas ambages aliorum quæ magis obsunt, quàm prosint. Deinde dicit quòd diuersitas eius est melior diuersitate reliquarum febrium virtute magis oppressa a grossitie materię & instrumento magis duro & inobediente: & in hac diuersitate pulsationes apparēt maiores quàm in phlegmatica. deinde pulsus incipit magnificari, velocitari, frequentari aucta necessitate, & uirtute non tantum oppressa.

Et urina in quartana est similium horarum in priuatione digestionis propter frigus materiei, & grossitudinem eius, nisi apud statum bonum. verum dispositiones eius, & colores eius diuersificātur: & illud ideo, quoniam melancholia generatur ex humoribus diuersis.

Hic ponit signum sumptum ab vrina dicens quòd est similium horarum in priuatione digestionis. i. longo tempore apparet indigesta propter frigus materiei & grossitiem eius nisi apud statum bonum id est salubrem. tunc enim apparet manifesta digestio. scilicet in augmento, & complete in statu. Et nota quòd urina in quartana non apparet modo subtilis, modo grossa sicut in phlegmatica. quia non est humor tantæ multitudinis, & viscositatis aut heterogeneitatis, ideo nō sic difformiter mouetur nunc ad oppilationem, nunc ad apertionē oppilationum. verum dispositiones ex parte modi substātiæ & coloris diuersificantur in urina secundum diuersitatem specierū melancholiæ, & supple etiam aliquando secundum diuersitatē temporum: maior tamen vniformitas apparet in vrina quartanæ quantum ad indigestionem in principio quàm in phlegmatica propter materiam eius esse magis conformem, & vniformiter oppillantem, quàm materia phlegmaticæ. Item maior diuersitas apparet in vrinis quartanæ cum fit ex humoribus adustis, aut sequens febr. inordinate vagantes quàm in quartana de melācholia naturali propter maiores diuersitates in materia illus, quàm in melancholia naturali.

Et de signis digestionis quartanæ est leuitas tremoris. Vrina autem in principio est alba ad viriditatem decliuis, cruda, cui non est digestio. Et post principium diuersificatur eius dispositio, propterea quòd plurimum melancholiæ est generatum ex humoribus diuersis: & est apud declinationē nigra.

Hic dicit quòd de signis digestionis materiæ quartanę est leuitas tremoris. Contra quia in statu quartanæ rigor & frigus magnificantur ut superius dictum fuit in capitulo de tertiana de intentione Commentatoris primo epidemia. & Rasis decimosexto cōtinentis. capitulo. de quartana iuxta finem dicit ꝙ post prolongationem dierum subtrahitur humor, & spargitur per membra sensibilia, & tunc est vehemens rigor. & hoc est bonum signum in hac febre: significat enim finem digestionis in materia.

Dicendum quòd digesta materia frigus & rigor sequēs materiæ frigiditatem, remittitur: quia materia frigida per digestionem calefit. sequens autem motum materiæ per membra sensibilia augetur: & utrunq; de facto potest contingere quòd aliquando in statu materia digesta fit minor rigor, & aliquādo maior secundum quòd velocitas materiæ in statu plus facit ad intensionem rigoris, quàm remissio frigiditatis ad eius remissionem aut ecōtra. & aliquādo rigores principij & status erūt æquales ut patet supra. Vrinam autem in principio aliquādo est alba albedine translucente, & subtilis ad uiriditatem decliuis, cruda cui non est digestio. quę omnia fiunt propter frigiditatem melancholiæ grossitiem & oppilationem. vnde hæc omnia maxime verificantur, in quartana a melancholia naturali. in aliis autem factis a melancholiis adustis non hęc omnia ita apparent, nec tam diu. Et post principium diuersificatur dispositio in vrina, quia coloratur & ingrossatur subtiliata materia, & aperta oppilatione & apparent tunc maiores diuersitates tam penes modum substantiæ quàm penes colores propter diuersitates melancholiæ cum plurimum melancholię generentur ex humoribus diuersis ut dictum fuit supra. frequentius. n. fit permutādo ex aliis fe. ꝙ incipēdo. & apud declinationē ē urina eius nigra, materia prędigesta cū urina expulsa. nō credo tū per vrinā solā posse cōpræhēdi quartanā ꝑꝑ côueniētiam magnam quartanæ cum phlegmatica in urina & maxime in principio. cuius opinionis maxime fuit Gilbertus anglicus primo practicæ capitulo de quartana reprehendens quosdam inscios loquaces, qui se profitentur cognoscere omnes ægritudines per urinā, sicut multi medici lombardi hoc tempore hominū illusores, qui ut aiunt omnes ægritudines cognoscūt per urinam etiam putridam. qui tamen cū sunt præsentes, & omnia signa considerant, pauca cognoscunt. nam ut dicit magister Richardus omniū doctorū doctissim⁹, & expertissimus aspiciens

aſpiciens garrulos,& in iudicio vrinarum glorioſos in multi-
loquio facundos,in ratione exiles & mutos, in urinarum ſuo
excellentiſsimo tractatu,cuius doctrinam ſingularem & nulli
comparabilem in pleriſq; dicit ſe ſecutum his uerbis,probatiſ
ſimus redarguit:quidam garruli,& arrogãtes ultra metam de-
bitam excedunt uariantq; doctrinam cum regulis propria au-
ctoritate inuentis : ſed deum teſtor , & numina cęli,quia nec
cura,nec arte,de conceptione mulieris, nec de epilepſia , nec
de quartana potui inuenire cognitionem certam per urinam
ſolam.eſt enim fallax nuncius,& æquiuocus .

*Et ſudor in quartana eſt plurimus per comparationem ad
phlegmaticam & non multiplicatur per comparationem ad
alias : & ſitis minoratur in hac febre , niſi ſit a melancho-
lia cholerica .*

Sudor in quartana eſt plurimus in comparatione ad phle-
gmaticam quia in phlegmatica eſt maior oppilatio . Itẽ groſ
ſities phlegmatis & uiſcoſitas magis prohibet ſudorem , quàm
ſola groſsities melancholiæ,& non eſt multus in comparatio-
ne ad alias,quia aliarum humores ſunt ſubtiliores: verũ in ſan
guinea raro accidit ſudor niſi ſit creticus,& ſimiliter in cauſo-
ne.& ſitis minoratur in hac febre in comparatiõe ad alias præ
ter phlegmaticam,niſi pendeat a melãcholia cholerica,in qua
ſitis eſt maior quàm in ſanguinea , & forte quàm in certa cho-
lerica.

Cura . Cap LXVI.

*COnſideretur in hac ægritudine,an ſit melancholia phle
gmatica,aut melancholia ſanguinea , aut melancholia
cholerica,aut melancholia melancholica . Deinde rege
unamquanque earum cum eo , quod ei eſt conueniens,de illis
quæ dicemus .*

Hic curat quartanam,primo ponit curam eius communem
tam continuæ quàm interpolatæ,licet magis conueniat inter-
polatæ.ſecundo ſpãliter hanc curam applicat ad continuam.ſe
cunda ibi. diſpoſitio huius feb.prima in duas.primo ponit cu-
ram per medicinas & diætam.ſecundo principaliter ponit ci-
baria iſtis conuenientia.ſecunda ibi.rectus. Prima in duas pri
mo ponit unde ſumitur diuerſitas in cura quartanæ . ſecundo
proſequitur.ſecunda ibi. uerum in omnibus ſpeciebus . In pri
ma parte dicit. conſideretur in cura quartanæ an pẽdeat a me
lancholia ſanguinea,aut a melãcholia phlegmatica , aut a me
lancholia cholerica,aut a melancholia melancholica ideſt na-
turali,aut genita per aduſtionem eius.deinde rege unamquan
que earum cum eo quod ſibi magis conuenit de illis,quæ dice
mus.hic autem uoluit intelligi diuerſitatem curæ ſumptam ex
parte temporum per ea quę dicta ſunt in capitulo de phlegma
tica. ambo enim communicant in hoc quod non debent admi
niſtrari ſubtiliantia,& prouocantia fortia,niſi aliqualiter præ-
digeſta materia . Et ſimiliter nõ debemus ſoluere regulariter
niſi prædigeſta materia;& de hoc etiam aliquid dicet in pro-
ceſſu : explicauit autem diuerſificari curam ſecundum ſpecies
melancholiæ: quia melancholia magnam diuerſitatem recipit
in ſuis ſpeciebus. ſecundum quarum diuerſitatem oportet cu-
ram quartanarum diuerſificari cũ oporteat uniuſcuiuſq; quar-
tanę cauſam prius abſcindere .

*Verum omnibus ſpeciebus ſuis ſunt iudicia in quibus com-
municant:& illud eſt quod ipſæ minuuntur in principio. qua-
re neceſſe eſt ut attendatur an ſit ſanguis dominans in ea, &
proprie quando quartana eſt a melancholia ſanguinea : tunc
enim phlebotometur,& extrahatur ſanguis ſecundum quan-
titatem neceſsitatis : & fortaſſe exigit multitudo eius ut ex-
trahatur de eo res plurima . Et quando nõ eſt neceſſaria phle
botomia,tunc phlebotomia eſt nociua inquantum debilitat ,
& inquantum educit contrarium melancholiæ: et inquantum
mouet humores ad exteriora .*

In iſta parte proſequitur curam : & habet tot partes quot
ponit canones : partes patebunt legendo textum .

Primus canon,non in omnibus ſpeciebus quartanæ ſunt iu
dicia in quibus communicant , & per iudicium intellige ali-
quam determinatam notitiam,aut electionem aliquid facien-
di,aut obmittendi:quorum iudiciorum primum eſt quòd om-
nes minuantur in principio,ſi adſint conditiones facientes ne
ceſſariam eſſe minutionem,quare in quacunque ſpecie neceſ-
ſe eſt ut conſideretur an ſanguis ſit dominans,& proprie quan
do quartana eſt a melancholia ſanguinea , tũc phlebotometur
& extrahatur quantitas ſanguinis neceſſaria:& fortaſſe multi-
tudo exigit ut extrahatur de eo res plurima . Secundo dicit
quòd quando nõ eſt neceſſaria phlebotomia eſt nociua inquã-
tum debilitat,& inquantum educit contrarium melancholiæ .
ſcilicet ſanguinem qui ſecundum complexionem cõtrariatur
melancholiæ : Item inquantum mouet humores ad exteriora.
Notandum quòd minutio fit ſecundum plurimũ ante alias eua
cuationes : quia eſt euacuatio magis communis , & ſecurius ,
& cum minori nocumento,& maiori iuuamento fit in princi-
pio,quàm quando poſtponitur.& per principium intellige tẽ-
pus in quo ęgritudo parum proceſsit,ſicut exempli gratia uſq;
ad tres paroxyſmos, & fit ad minorandum , & ut creſcat pro-
portio uirtutis ſupra reſiduum materiæ.hic autem obſerua cõ-
ditiones ſæpe dictas,ꝙ ſcilicet peccet ſanguis, aut melancho-
lia cum ſanguine mixta,& non ſit multum diſtans a natura ſan
guinis , quod maxime cognoſcitur ex urina rubea groſſa.& ꝙ
virtus,& ætas conſentiunt . Secundo notandum quòd tria no-
cumenta tangit,quando phlebotomatur phlebotomia non exi
ſtente neceſſaria,quia neq; ſanguis peccet,nec melãcholia eſt
ſanguini mixta . Primum quia debilitat ut patet . Secundum
quia melancholia ex hoc magis malignatur,quia euacuat ſan-
guinem,quia melancholiam rectificat cum ſit ſibi contrarius ,
& hoc etiam notum.

Sed dubitatur de tertio.utrum phlebotomia moueat humo
res ad exteriora & ratione huius ſit nociua .

Pro ſolutione huius dubij notandũ quòd phlebotomia ali-
cuius venæ trahit materias a locis qui communicãt ad ipſam ,
& ad uenas ſibi propinquas . Vnde cum uenæ quæ cõmuniter
phlebotomantur. cõicent membris intrinſecis, phlebotomia
ex ipſis membris intrinſecis,& extrinſecis trahet materias ad
venas,quæ phlebotomantur,& ad uenas ſibi propinquas . Ex
quibus infertur primo ipſam phlebotomiam conferre in apo-
ſtematibus membrorũ exteriorum minorando & diuertendo
materiam ex eis,niſi uena phlebotomata ſit proxima membro
apoſtemato.ad ipſum enim traheret materiam,& apoſtema ip
ſum augeret maxime corpore exiſtente pleno. Secundo ſequi
tur ipſam nocere in morſibus venenoſorum trahendo uenenũ
inferius . Sequitur tertio,ipſam nocere in variolis quãdo pro
magna parte materia petiuit exteriora , & ſimiliter nocet in
ſcabie,& lepra quorum materia pro maiori parte eſt extra .
Cum autem nondum exiuit,aut pauca optime confert:& ideo
in lepra,aut ſcabie quando materia iam exiuit nõ ſunt phlebo-
tomandæ niſi uenæ paruæ per cutim ſparſæ,aut ſcarificãdo,aut
ſuper eis ſanguiſugas applicando, aut prope.neq: etiam con-
fert phlebotomia in ueneno bibito : trahit enim materias ad
hepar & membra nobilia.Confert autem phlebotomia in apo
ſtematibus membrorum intrinſecorum minorando materiam
& diuertendo eam exterius ad uenam phlebotomatam:& con
fert in quartana quando peccat ſanguis,aut melãcholia eſt ſan
guini admixta,quia ſimul cum ſanguine euacuatur melãcholia.
nocet autem qñ non eſt ſanguini admixta , quia mouet ipſam
extra uerſus uenam quæ phlebotomatur,& facit ipſam magis
diſtare a locis a quibus faciliter poteſt euacuari , & cũ hoc nõ
euacuat ipſam,ſed potius ſanguinem qui corrigit ipſam. Pro
quo ſciendum eſt quòd melancholia pro magna parte contine
tur in ramis venæ portę per quos defertur melancholia ab he-
pate ad ſplenem . Item continetur in ſplene, & etiam in uena
chylis,& in venis ſibi proximis:illa.ſ. quæ tranſit cum ſangui-
ne ad nutriendum,quæ autẽ continetur in uena portæ & eius
ramis facile poteſt expelli per meſeraicas ad inteſtina cũ me-
ſeraicæ oriantur a uena porta.& illa quæ cõtinuetur in ſplene
facile expellitur ad ſtomachũ per uenam quæ defert melãcho
liam ad os ſtomachi ad famem excitandam , & facile cum uo-
mitu expellet.illa uero quæ cõtinet in uena chylis facile p ve
nas emulgẽtes expellit ad renes,& ueſicã & cũ urina educit .
Propterea dicit Auic.ꝙ urina eſt nigra quando ſcilicet melan
cholia cum urina expellitur.nunc autem quando fit phleboto
mia,melancholia trahitur ab alijs locis ad extra ad uenã quæ

phlebotomatur,& ab ea non fit facilis eius euacuatio,nisi per cutim cum sudore,aut insensibiliter.& hæc euacuatio non est apta fieri nisi in longo tempore, unde hæc attractio quamuis faciat eam magis a corde distare,tamē magis nocet quàm cōferat faciendo ipsam elongari a uiis ductuum. Ex his facile solui posunt rationes quæ contra hunc textum fieri consueuerunt. Visum autem ex dictis est,quomodo phlebotomia materias quæ sunt exterius trahit intra, & quæ interius trahit extra,& in quibus conferat,& in quibus noceat.

Et si oportet vt euacuetur a principio de humore faciente feb.aliquid ad alleuiandum, & mundificandum. Illud enim apud digestionem est secundum quòd innuam ad ipsum.& sit post paroxysmum per diem.

Hic est secundus canon de euacuatione cū solutiuis dicens si oportet propter multitudinem melācholiæ, aut malignitatē eius,aut propinquitatem ad aliquod membrū nobile euacuetur a principio de humore faciente febrem, ad alleuiandum, ut uirtus fiat potentior supra residuum, & ad mundificandum scilicet materias communes quæ in stomacho,& in intestinis continentur:illud idest euacuatio illa apud digestionem idest cum materia est manifeste, aut complete digesta secundum quòd innuam ad ipsum. scilicet tempus in quo erit manifeste, aut complete digesta. Secūdo dicit quòd illa euacuatio debet esse post paroxysmum per diem.scilicet in die tertia a die paroxysmi,quæ est dies antecedens sequentem paroxysmum.

Notandum quòd quia quartana communiter non est morbus repletionalis,sicut phlegmatica, debemns secundum plurimum tardiores esse ad euacuandū in quartana, quā in plegmatica,& ideo secundum plurimum debemus in ea expectare notabilem digestionem antequam soluamus: sed in phlegmatica frequenter expectamus solam òccultam digestionem, quæ est in principio:attamen in principio quando materia esset multa,aut maligna, aut ualde nocens membris nobilibus coacte soluimus in principio,quando apparent occulta signa digestionis,non expectata manifecta digestione. sed hoc est rarissimum. & tūc melius est ut medicinæ eligentes misceantur cum medicinis lenientibus sicut unc. 5. caſ. cum drach.i. senæ.&.iij gra.zing, Notandum secundo pro declaratione secundi dicti quòd duæ sunt potissimæ causæ quare in quartana debemus soluere die tertia a paroxysmo & non die secunda.Prima quia uirtus debilitata ex præcedenti paroxysmo est magis confortata in die tertia quàm in die secunda. Secundo quia materia melancholica est magis cumulata in die tertia & præparata pro secundo paroxysmo & magis irritans uirtutem in die tertia quàm in die secunda,& ratione huius facilius est euacuabilis.

Et non oportet vt fiat prouocatio in primis cum fortitudine.

Hic est tertius canon,dicens non oportere fieri prouocationem scilicet uniræ in principio scilicet cum fortibus. nam iuxta superius dicta oportet ante administrationē prouocantium fortium præcedere digestionem,& notabilem minorationem.

Et oportet,ut administrentur mollificantia.

Quartus canon. oportet ut administrentur mollificantia, idest humectantia ad materiæ digestionem.

Et si tibi non videtur bonum vti potionibus, administra loco earum clysteria conuenientia: sed oportet vt sint lenia, & non conceditur confortatio eorum nisi quando consequitur ægritudo statum.

Quintus canon, & si tibi non uidetur bonum uti potionibus ad aducendum materias communes contentas in stomacho,& in intestinis grossis:quia forte æger abhorret,aut non continentur educendæ nisi in intestinis grossis.administra loco earum clysteria diuretica:sed oportet ut sint lenia. sed non conceditur ut sint fortia nisi quando ægritudo consequitur statum idest quando est in statu, aut prope statum quo ad digestionem.

Hic nota quod clysteria acuta exigunt digestionem cura re gulari.decima sexta tertij capitu. de cura coliricæ passionis.

Et si medicus iam præsumpserit,& solutione eduxerit melancholiam in principio,aliquoties solutione forti, & prohibuit ægritudinem penitus:sed est rectum ab errore.

Sextus canon & si medicus præsumpserit cōtra canones datos ab auctoribus quòd non debet fieri euacuatio in prīcipio cum fortibus nisi materia fuerit multa aut furiosa, & solutione eduxerit melancholiam aliquoties solutione forti,& prohibuit ęgritudines penitus:est tamen ipse,uel opus eius rectū ab errore,idest ab electione erronea. nam quamuis hac uice sibi successerit quia forte materia erat in uijs ductuum forte in centum casibus sibi non succedet:potius ergo ex hac operatione uituperandus est quàm laudandus.

Et oportet vt prohibeatur in die paroxysmi a comestione & præcipiatur ieiunium,& prohibeatur ab aqua frigida illa die. Et est necessarium in reliquis diebus vti carne teiugi aut pulli:in primis teiugi vsque ad tres,vel quatuor periodos deinde pulli,tunc enim pullus est melior.

Septimus canon oportet ut prohibeatur in die paroxysmi a comestione,& ieiunet: & eadē die prohibeatur ab aqua frigida,& in reliquis diebus utatur carne teiugi idest auicularum,aut pulli:sed in primis teiugi usque ad tres aut quatuor periodos deinde pulli, tunc enim pullus est melior. Quod in prima parte dicit,intelligi debet constante uirtute, & quartanario non existente de illis,qui famē tollerare non possunt, de quibus in capitulo de cibatione febricitātium dictum fuit. Communis tamē mos in tempore nostro est ut detur aliquid in declinatione paroxysmi, uel postquam declinauit: obserua tamen ætatem, & consuetudinem. prohibetur autem aqua frigida non solum in die paroxysmi sed in quocunque die ne ingrosset,& incrudet materiam.Explicuit tamen diem paroxysmi, quia uidetur hac die magis conuenire ratione æstus febrilis.

Vltimo notandum quòd quia materia quartanæ in principio est amplior, terrestior, & magis grauatiua uirtutis,nec expectatur crisis de propinquo,& status est remotus.Auicenna potius ordinauit diætam tenuem in principio propter causam dictam attendens dispositioni tunc præsenti,sperans propter longinquitatem status,quòd postquam attenuauit poterit iterum ingrossare, & postea procedere subtiliando usque ad statum.hoc enim modo diætando natura non grauata cibo in principio melius uacabit digestioni materiæ: postea uirtute resoluente attendetur cum diæta grossiori, postea iterum subtiliabitur diæta secundum exigentiam status.

Et sit medicina in die paroxysmi geleniabim confricatum cum aqua calida in die bis,aut ter.sintq; drach. iij. geleniabim cum drach.x.syrupi acetosi.

Octauus canon sit medicina in die paroxysmi geleniabim. idest iuleb, aut zuccarum rosis, uel mel ros. dissolutum cum aqua calida.& exhibeatur bis, aut ter in die dando pro uice drach.iij.geleniabim.&.x.drach.syrupi acetosi simplicis mixti.scilicet cum aqua calida tantæ quantitatis ut bibi possit. Contra quia superius in cura generali putridarum prohibuit aquam hordei in hora paroxysmi zuccarum, & iuleb. Amplius acetum nocet his qui habent dominium melancholiæ. tertio regiminis acutorum text.commenti. Ad primum dicendum quòd hic potus debet dari in die paroxysmi, non autem in hora paroxysmi,nisi forte in declinatione. Dicendum etiam quòd hic potus est magis medicinalis, & minus nutritiuus quàm zuccarum & aqua hordei, uel iuleb.propterea in hac mixtione sit multum de aqua in comparatione ad geleniabim,& syrupum acetosum,& sic parum nutritiuus,& multum medicinalis.

Ad secundum dicitur quòd licet acetum sit secundum complexionem simile melancholiæ,& ratione huius augeat, & foueat ipsam;sua tamen malitia rectificatur per zuccarum. Et sit hic potus bonum digestiuum aliquibus diebus in pricipio: confert enim abstergendo,& incidendo.

Et tu quidem scis quòd quando melancholia est cholerica, tunc

tunc oportet ut administretur in ea quòd soluat eam ex genere myrabolanorum, & violæ. Et si est phlegmatica, oportet vt administretur in ea aliquid in primis in quo sit virtus polyp. & epithymi, & similium. Et scias quòd aqua casei est bonum vehiculum ei, quod administratur de virtutibus prædictis. & fortasse confert administratio eius solius quando est caliditas violenta: nam geleniabin & aqua eius colata cum decoctione sua forti est loco ipsius: proprie quando est in stomacho debilitas, aut est illud quod vincit humor frigidus.

Nonus canon. quòd in melancholia cholerica saluatur scilicet cum myrabolanis scilicet citrinis, & indis & uiolis. citrini enim educunt choleram, nigri melancholiam adustā. uiolæ autem soluunt choleram, & cum hoc infrigidant, & humectāt, & ad soluendum oportet de istis dare multam quantitatem. sed si est melancholia phlegmatica oportet in primis quando scilicet materia non est nisi diminute digesta soluere cum uirtute polypodij, & epithymi, & similium sicut sene. nam in primis non debemus euacuare, nisi cum medicina debili. per uirtutes ergo istarum medicinarum intelligitur aut doses par uas, aut earum infusiones, aut decoctiones: Et scias quòd aqua casei est bonum uehiculum idest bene uehit uirtutes medicinarum soluentium melancholiam, quando secum permiscetur siue solum infundatur cum ea, siue corpora earum misceantur. & forte ipsa sola administrata confert quando caliditas est uiolenta, & geleniabim & aqua eius colata decoctione sua forti idest quādo geleniabim multum decoquitur in aqua, & postea colatur in loco huius scilicet aquæ casei proprie quando stomachus est debilis, & dominatur humor frigidus.

Notandum quòd aqua casei siue lactis licet sit calida & sicca & solutiua humoris cholerici adusti & mixta cum soluenti bus melancholiam iuuet ipsius solutionem, & optime uehat uirtutem earum contra melancholiam: attamen ratione quarundam partium frigidarum, & humidarum nocet stomacho frigido: propterea bonum est in hoc casu ut proprie dominante humore frigido, sicut melancholia phlegmatica, uice eius capiatur aqua decoctionis mellis ros. quæ cum hoc quòd confortat stomachum, est bonum uehiculum medicinarum soluētium melancholiam.

Et vomitus iterum, & proprie ante cibum, & post cibum est conuenientior: & proprie in die paraxysmi, & ante paroxysmum. & proprie quando melancholia est phlegmatica est de rebus iuuantibus in ea, & non in principio tantum, immo & in omni hora.

Decimus canon. uomitus ante cibum & post cibum est ualde conueniens: & proprie in die paroxysmi maxime quando melancholia est phlegmatica, & de rebus iuuantibus in ea, nō tantum in princio immo in omni hora.

Dubitatur an in die paroxysmi conueniat uomitus. & arguitur quòd non, quia in die paroxysmi non conuenit euacuatio. ergo nec uomitus. tenet consequentia & antecedens est Auicen. in capitu. de cura putridarum in generali.

Secundo uomitus accelerare facit paroxysmum, & facit ipsum acutiorem. ergo non conuenit. antecedens probatur. quia agitat materiam febris, & non educit, & uomitiua sunt uehementer calefactiua. Tertio medicina solutiua uentris non conuenit ante proxysmum, ergo nec uomitiua. tenet consequentia, quia nō apparet ratio diuersitatis: & antecedens est manifestum ex communi modo operandi. Quarto melancholici non sunt euacuandi superius, sed inferius. ergo quæstio falsa pro parte affirmatiua. & antecedens ponitur quarta aphorismorum aphoris. nono melancholicos uero inferius &c.

In oppositum est hic Auicen. Pro declaratione dubii præmittendum primo uomitum duplici uomitiuo posse prouocari, forti sicut cum elleboro, aut debili, sicut cum decoctione raphani. Secundo præmittendum quòd in quartanarijs haben tibus stomachum debilem materiæ phlegmaticæ & aliquando melancholicæ, in eo cōtinentur primo paulatim in stomacho congestæ, aut aliunde deriuatæ per uiam colligantem os stomachi cum splene, quæ quamuis nō sint materiæ propriæ quartanæ, inflāmatæ tamen a calore feb. fouent quartanam, & augent. Tertio præmittendum materias quartanarum maxime antecedentes in uenis splenis, aut sibi propinquis contineri, & eas pelli ad stomachum per uenam colligantem splenem ori stomachi. Contingens est tamen has aut earum partem pulsas ad uenas post hepar distantes a splene in feb. interpolatis moueri extra uenas, in continuis uero moueri de uenis magnis ad paruas. Quibus præmissis sit hæc prima conclusio. nunquam regulariter in die paroxysmi ante paroxysmum per uomitiuum forte est fortius uomitus prouocādus: probatur quia illud agitat, inquietat, accelerat paroxysmum, debilitat uirtutem, quæ iterum futura est debilior per paroxysmum secuturum. Secunda conclusio in die paroxysmi ante cibum, & post cibum conuenit uomitus cum leui uomitiuo, probatur. nam si corpus de facili uomat sine præmissione cibi, concedi potest ad diuersionem melancholiæ quæ pelli debet ad locum mineræ putredinis, & ad trahendum melancholiam a splene ad stomachum, & cum uomitu euacuetur. Quod si nihil istorum fiat, saltem materiæ in stomacho contentæ fouentes feb. euacuabuntur. Si autem ueniat difficulter melius est cibum pręmittere, ut uomitus facilitetur. Tertia conclusio uomitus fortis cum uomitiuo forti conuenit in die quietis materia prędigesta in corporibus aptis uomitui, & consuetis uomitu purgari maxime natura ipsum tentante. conclusio patet cum per uomitum materia melancholica sit optime apta purgari, & est de intentione Auicen. in parte sequenti. quarta conclusio quacunque hora natura tentante uomitum siue in paroxysmo, siue in quiete materia digesta, aut non digesta est adiuuandus saltē cum lenibus. hæc conclusio est de intentione Auicen. in capitulo generali curationis febrium putridarum, & in præsenti parte. Et ex ijs patet solutiuo ad duas primas rationes. Ad tertium dicitur secundum Gentilem quòd non est similitudo de uomitiuo, & solutiuo exhibito ante paroxysmum: quia non potes regulare pharmacum tuum, & dicere agas hoc antequā paroxysmus superueniat. Nec potes præcipere ut agat in humorem motum, & non in alium, immo aget in totum. Et fiet magna commotio quæ non deberet cum pharmaco concurrere, sed tutius est in die quietis solutiuum exhibere: uomitiuū autem exhibetur cum materia in stomacho existit ut ad ipsum attracta educatur, nec aget ulterius. Pręterea contra dicta in statur quia superius in capitulo curæ putridæ in generali dictū fuit, quòd in die paroxysmi non fiat euacuatio gratia causæ cōiunctæ, quia illa mouetur motu contrario pharmaci, nam tam uomitiuum, quàm solutiuum trahit a circunferentiis ad centrum, & hic dicit Auicen. quòd in quartana fiat uomitus, ut diuertat materiam a parte sui motus ad stomachum, & intestina. Respondet Gentilis quòd materiæ quæ sunt distantes a stomacho non debent, nec forte possent diuerti ad stomachum, quia illud non fiet sine forti motu debilitante, & uiolentante, concurrente tamen motu paroxysmi. sed motus materierum quæ sunt prope stomachum possunt uomitu facto non cum forti pharmaco diuerti maxime quando melancholia est phlegmatica. hora autem istius uomitus debet esse prope paroxysmum tantum, quia aliqua commotio incipit in materia, & hoc est per horam ante paroxysmum, uel circa: uel forte inchoante paroxysmo secundum quòd tibi uidetur: hoc enim fit ad educēdum materias quæ sunt in stomacho, & prope stomachum: & quia hora paroxysmi commouentur, sunt tunc facilioris eductionis. Ad quartum dicitur quòd melancholia superflue, & & secundum totum repleti regulariter, & electiue non sunt euacuandi cum forti pharmaco sursum, deorsum: plurimi melancholia declinante deorsum.

Oportet ergo, vt non laboretur in principio, & in principijs digestionis vsq; ad euentum complementi digestionis in euacuando superfluitatem cum eo quod calefacit cum fortitudine: neq; cum eo quod exiccat cum fortitudine ex medicina, & dimissione ciborum: neq; cum eo quod debilitat ex solutione ventris, neq; iterum cum eo quod debilitat in principio ex subtiliatione regiminis.

Vndecimus canon. oportet ut non laboretur scilicet in principio cum materia est cruda: neq; in principiis digestionis .i. cum materia est occulte digesta: sed dimitte usq; ad cōplementum digestionis in euacuando melancholiā cum eo quod calefacit cum fortitudine, sicut diatrionpereon. nec cum eo quod fortiter exiccat ex medicina sicut dia sulphur. & ex dimissione

ciborum .s. nihil exhibendo . neque cum eo quod debitat in par oxysmo ex subtiliatione regiminis sicut est diæta propinqua tenuissimæ: quæ est nihil dare. quorum concordiam habes in Serapione sexto breuiarij capitulo decimoquinto de cura quartanæ : quæ dicta sunt contra quosdam imperios persitentes se curare omnes quartanas, quorum aliqui parum ante paroxysmum dant parũ aquæ uitis , aliqui dant tria grana pipis, & febrem augent materiam dilatant , & permiscentes malum cum bono sunt causa alterius quartanæ . Illi autem qui dant exiccantia sicut sulphur resoluunt subtile, & reliquum dimittunt ineptum digestioni, & euacuationi. qui uero nihil cibi exhibent, aut modicissimum debilitant uirtutem . Qui uero dant medicinas exoluentes educunt humores nõ educendos, agitant , & permiscent humorem melancholicum cum bono, qui ab eo corrumpitur & componunt quartanam cum quartana, & debilitat uirtutem. Hæc tamen exhibita in declinatione digesta materia, & minorata frequenter curant quartanam una, aut bina exhibitione.

Et scias quòd quãdo incipit quartana in æstate, aut hyeme tũc oportet vt in potu detur in primis de aqua hordei, & secaniabim vt aperiat vias oppilatas propter prouocationem, & consumatur velociter: & illud est post periodum antecedentẽ tribus horis, aut quatuor, & cum accidit quartana in hyeme, tunc non est modus, vt dentur in potu trochisci.

Duodecimus canon . & scias quòd quando fit quartana in æstate aut in hyeme , bonum est ut detur in primis , id est in principijs de aqua hordei & secaniabim idest syrupo acetoso mellino, aut zuccarino simplici, aut composito secundum exigentiam ut aperiat uias oppillatas, ut materia prouocanda cõsumatur uelociter : & hæc dentur post finem periodi per tres, aut quatuor horas. Secundo dicit quòd quãdo accidit quartana in hyeme non debent dari trochisci: sunt enim styptici, & sicci communiter oppilantes, sed oppilationem maxime uitare oportet. potus autem suprascriptus ex syrupo acetoso cum aqua hordei datur ad humectandum, subtiliandum, aperiendũ & ad prouocandum proprie in æstate sit zuccarinus cum aqua multa, sed hyeme mellinus cum aqua pauciori.

Et scias quòd res frigidæ, & humidæ facilis digestionis, boni chymi sunt conuenientes huic ægritudini inquantum est febris: & ex hoc quòd sunt contrariæ vni duarum qualitatum melancholiæ, quæ est siccitas. quare oportet vt administretur iterum, vbi non timetur nocumentum digestionis : & non sit quantitas ex qua timeatur nocumentum in digestione. aut misceatur cum eis aliquid quod earum frigiditatem temperet, et non minuat earũ humiditatẽ , & istæ sunt res calidæ cũ æqualitate. & alienetur omne frigidũ & siccũ. & res frigidæ et humidæ huic ægritudini conuenientes sunt sicut endiuia, & lactuca, & melon, & persica quandoq; . Et non oportet vt deuitentur huiusmodi , nisi aut propter vehementiam frigiditatis & est inuentum sicut in lactuca, et non est inuentũ sicut in melone dulci : aut propter vehementiam prouocationis perducentis ad ingrossationem sanguinis : & illud est inuentum in melone dulci. aut propterea quia præparata sunt ei quod per misceat putredinem: & illud est inuentum in persicis : et oportet ut obserues huiusmodi . Cibi vero calidi cum æqualitate, cum additione in humiditate sunt iuuantes ualde , & proprie cum volunt æquationem caliditatis eorum , ubi non diligitur vt per ea fiat iuuamentum ad digestionem cum frigidis & humidis, sicut commixtio ficuum cum endiuia. & non est malum in primis sumere ea in quibus est salsedo, & acredo, & incisio cum non timetur crementum caliditatis : in fine autem ægritudinis non est excusatio illius.

Decimustertius canon, & scias quod res frigidæ & humidę facilis digestionis, boni chymi sunt conuenientes in cura huius ægritudinis inquantum feb. conueniunt etiam ratione causæ in hoc quòd contrariantur siccitati melãcholiæ: sed oportet ut hæc administrentur ubi non timetur nocumentum digestionis : quia frigida debilitãt digestionem, nec sint in multa quantitate propter eandem causam: aut si timeatur eorum frigiditas misceatur cum eis aliquid quod temperet eorum frigiditatem & non minuat humiditatem: ista autem sunt remisse calida, & uitetur omne frigidum & siccum. Et res frigidæ & humidæ conuenientes patientibus hanc ægritudinem sunt sicut endiuia, lactuca, melon, & persica . quandoque non debent hæc uitari nisi propter uehementiam frigoris , sicut in lactuca quæ est frigida in secundo: & non est in melone dulci bene penpasato. aut aliquando uitantur ista propter uehementiam prouocantis perducentis ad ingrossationem sanguinis , eductis partibus subtilibus & remanentibus grossis, & illud scilicet prouocatio est inuentum in melone dulci, maxime quando comeditur cum seminibus suis partibus sibi proximis, competeret etiam cum seminibus suis melancholia digesta. Persica autem sibi conueniunt si decoquantur , aut si dentur consuetis infusa in pauco uini puri, quod rectificat ipsa in capitulo de persicis, & chrysomelis . Cibi uero calidi non multum sed notabiliter humidi iuuant ualde, & proprie cum uolumus moderate calefacere sicut in melancholia fęcali, & in melancholia phlegmatica , & in summa in omni specie melancholiæ quã non intendimus digerere cum frigidis & humidis, sicut est melancholia cholerica, melancholia sanguinea , & melancholia genita per adustionem melancholiæ melancholicæ: In ijs enim conueniunt frigida & humida: exemplum calidorum & humidorum sicut ficus cum endiuia, iura pinguia, pulli bene pingues , & similia. Subdit tamen quòd non est malum in principiis sumere ea in quibus est salsedo, & acuitas , & incisio cum non timeẽ caliditas superflua sicut in melancholia naturali, & phlegmatica. In fine autem ægritudinis non est excusatio ab ea scilicet salsedine, & acuitate. Notandum quòd ista salsa sunt sicut almuri, acuta sicut sinapis, incisiua sicut acetum , conueniunt a principio aliqua digestione apparente, nam rectificant stomachum, præparant materias , & quandoq; eis utimur ad uomitũ digesta materia, & minorata, iis utimur copiosius ad finiendũ, & resoluendum materias.

Et trochisci de absinthio iuuatiui sunt vsque ad finem ægritudinis.

Decimusquartus canon. trochisci de absinthio conueniunt a manifesta digestione usq; ad finnem ægritudinis : quia sunt aperitiui, & confortatiui. tempore tamen nostro his non utimur, sed aliqua confectione eiusdem intentionis loco eorum, sicut aromatico ro. electuario regum & similibus.

Et de illis quibus fit iuuamentum est cessio in aqua calida dulci ante cibum omni die , & balneatio quæ humectat , & non facit sudare , neque excicat caliditatem : & continuatio delitiarũ, & quietis et abhorrere exercitiẽ , & motus corporeos & animales.

Decimusquintus canon & de iuuantibus est sesio in aqua calida dulci stomacho ieiuno , & balneatio quæ humectat , & non facit sudare nec excitat ad caliditatem, & continuatio deliciarum , & abhorrere exercitium , & motus corporeos , & animales. Notandum quòd a principio non digesta materia conceditur balneum paruæ moræ ad humectandũ, & poros dilatandum. digerit enim materiam melancholicam, & non agitat, neque per corpus eam fluere facit . sed digesta materia & minorata cõuenit balneum longioris moræ ad resoluendum. ideo in principio motus abhorremus corporeos, & animales qui magis in fine conueniunt.

Et omnes istæ febres indigent humectantibus. & diuersificantur in quantitate infrigidationis , & calefactionis. & necessitas sua qua indigent exiccatiuis , est propter illud quod est in eis de virtute incisionis, & abstersionis, & solutionis, & non propter exiccationem.

Decimussextus canon, & omnes istæ febr. indigent humectantibus, & diuersificãtur quantitate calefactionis, & infrigidationis. causa autem quare indigent exiccatiuis, non est propter exiccare, sed quia in sicco est uirtus ĩcisionis , abstersioni & solutionis, quibus indigetur in hac ægritudine.

Et

Et oportet vt obseruetur stomachus cum emplastris bonis confortantibus, quæ sunt inter virtutem caliditatis, & subtitatem eius secundum quòd exigit dispositio, et obseruetur splẽ & hepar, & regantur vt non indurentur, & apostementur.

Decimusseptimus canon. & oportet ut obseruetur stomachus cum emplastris confortantibus, quæ sunt inter fortem caliditatem, & remissam secundum exigentiam dispositionis, & obseruetur splen, & hepar, & taliter regantur ut non indurentur, & apostementur. Cauendum est itaq; a grossis. & uiscosis, & utendũ est subtiliãtibus, incisiuis, abstersiuis, & aperitiuis.

Et fortasse est necessarium ad prouocandum vomitum vti aqua raphani cum semine suo, quæ misceatur cum syrupo acetoso. Et fortasse iuuatur cum antecessione comestionis siclæ, et eius quod salitum est de piscibus, et sinapis, et his similium ante ipsum: Et adiuuatur post illud cum potu aquæ multæ: deinde fiat successio cum syrupo acetoso, et euomat. Et de illis quæ conferunt ei est, vt sumat ipsum in die paroxysmi, deinde euomat super ipsum, & securitatem facit a nocumento febris quod est propter frigus, & rigorem et acuitatem febris. si sumat allia, et mel, et bibat syrupum acetosum mellinum, et impleatur cibo: Deinde sumat aquam calidam, et euomat. Cum ergo consumitur paroxysmus, cœnet rem paruam, & balneetur in mane. Et si sumat ante paroxysmum quinque horis cibum, ut euomat, fortasse iuuabit illud, licet non euomat. Et vomitus ante paroxysmum quicunq; humor sit, aut alleuiat paroxysmum, aut eradicat ipsum.

Decimusoctauus canon de vomitu, & fortasse necessariũ est ad prouocandum uomitum uti aqua scilicet decoctionis, aut expressionis raphani cum semine suo, quæ misceatur cum syrupo acetoso zuccarino, aut mellino: expressio tamen raphani est fortior quàm decoctio: & similiter semen raphani est fortius quàm radix eius & fortasse iuuatur uomitus, & facilitatur prius comedendo bletum, & aliquid salitum, pisces scilicet, sinapim, & similia antequam uomitiuum detur, & bibendo multam aquam. & post hanc comestionem & potum scilicet per horam detur syrupus acetosus cum aqua raphani. Secundo dicit quòd de illis quæ conferunt ad uomitiuum est, ut sumat uomitiuum in die paroxysmi deinde euomat. Et tertio dicit ꝙ securitatem facit a nocumento sequente frigus, rigorem, & acuitatem eius scilicet rigoris, si primo sumat allia, & mel, & bibat syrupum acetosum mellinum & impleatur cibo, deinde sumat aquàm calidam, & euomat. Quarto dicit quòd cum cõsumitur paroxysmus, cœnet rem paruam, & si sumat ante paroxysmum quinq; horis cibum, & euomat, fortasse iuuabitur ualde licet etiam non euomat, quia nutrietur ex cibo sumpto. Quinto dicit quòd uomitus ante paroxysmum, quicunq; humor sit, alleuiat paroxysmum aut eradicat quando materia ꝓpria est pauca, & propiqua stomacho. uomitu enim educitur.

Et de regimine bono est, quod ieiunet in die paroxysmi si non est quod prohibeat: et non sumat cibum donec consumatur paroxysmus. et ingrediatur balneum die secundo: si quidẽ fuerit digestio secundum descriptionem. et si non fuerit digestio non fiat in eo nisi effusio aquæ calidæ quantitate quæ delectat corpus, et humectat, minus quàm vt perueniat ad hoc vt liquefiat ex ea humor. Et in die tertio administretur vomitus propter illud quod superfluit de cibo, et quòd resoluit et subtiliat vt balneum. quãuis oporteat vt administretur vomitus in die paroxysmi iterum.

Decimusnonus canon de regimine bono est, ut ieiunet in die paroxysmi nisi sit aliquid quod prohibeat, sicut est ætas, aut timor casus uirtutis, & nõ sumat cibum nisi finito paroxysmo & ingrediatur balneum scilicet in die secundo ad resoluendũ reliquias materierum. Quod si materia fuerit digesta fiat balneum secundum dispositionem supple ordinatã transeundo ꝑ casas ut describitur secunda primi. & trahendo sufficientem moram in eo, & si materia non fuerit digesta non fiat nisi effusio aquæ calidæ quantitate quæ delectet corpus, & humectet: & non perueniat ad hoc ut liquefiat per eam humor. & in tertio die qui est ante paroxysmum sequentem administretur uomitus per illud quod superfluit de cibo. suspicandum est enim quòd stomachus habeat aliquas superfluitates per indigestionem multiplicatas, & balneatio aliquas materias calefacit, & mouet ad stomachum. & hoc est præceptũ Rasis. decimooctauo continentis capitulo de quartana auctoritate Constantini. Dicit enim, Quare uero balneum spargit superfluitates ad stomachum &c. necessarius est uomitus in tertia die. non tamen uult Auic. propter uomitum factum in tertia die, tu excuseris a uomitu quartæ diei, quæ est dies paroxysmi.

Quod si melancholia fuerit sanguinea iuuabitur cum phlebotomia ex basilica, deinde per euacuationem subtilem cum eo in quo ponuntur de mundificantibus sanguinem, sicut virtutes suchaba, bedeoard, et polypode, et fumiterræ, et mirabolanorum Kebul. et hoc quidem genus velociter recipit curationem. Et si fuerit melancholia cholerica, tunc tibi inest vt administres infrigidationem et humectationem vltimas ex medicinis et cibis. et administra aquã temperatam sedendo in ea et abluendo: et fiat lenificatio naturæ in principio cum eis, quæ sunt sicut illud quod fit ex violis. et quod fit ex aqua casei cum virtute polypo. aut syrupus acetosus cum epithymo. et syrupus rosa. et aqua lubleb. et cas. fist. At vero solutio eius integra speratur post. xx. dies: quoniam digestio apparet in eo scilicet quando materia est melancholia cholerica. deinde fiat gradatio ad illud quod subtiliat, et incidit. Et si necessaria est rectificatio stomachi. tunc fiat cum inunctionibus, et oleis et epithimatibus quæ non pertranseant virtutem chamæmillæ absinth. et meliloti, et similium. Et ieiunium plurimum vsq; in die periodi: et quandoq; iterum est ex eis, quæ non conueniunt ei. et si sit vt in die periodi sufficiat eis de cibo parum modicum. Et de mundificantibus iuuantibus sunt ea, in quibus est decoctio myrabol. et in epithymi, et sene in syrupo acetoso in quo decoctæ sunt violæ. et fortasse sumitur in potu ante in eo assa in ieiunio proprie in die paroxysmi, et euomat ipsum si nauseat cum anima eius. Et si fuerit melancholia phlegmatica redeat ad syrupum acetosum mellinum cũ aqua apij et fœnic. et similium. Et si necessaria fuerit lenificatio misceatur cum eo in principio virtus turbit, et polypodij. et fiat gradatio pauca ad virtutẽ agar. et fiat vt vomat cum syrup. acetoso mellino de semin. et his similibus vsq; quo incipiat digeri. et fiat vaporatio stomachi et eius emplastratio cum eo quod est fortius, ita ut cum dactylis et ficubus et similibus. et similiter inunge ipsum cum oleis calidis perueniendo vsq; ad oleum de costo. et fortaße est necessarium in eo pruocare vomitum cum sy. acetoso, et sit in eo virtus sinapis, et ellebori albi. Immo fortasse est necessarium vt in potu detur elleborus cum dispositione sua cum non timetur debilitas dispositionis virtutis. Et si fuerit melancholia melancholica pura de genere fæcis sang. tunc rectificatur solutio eius in primis cum aqua lubleb, et penide, est conueniens administratio geleniabim mellini, et zuccarini. et in fine eius euacuetur cum eis quæ sunt sicut decoctio myrabol. cit. et nigrorum. et fumit. et passul. Cum ergo ægritudo digesta est tunc bonum est phlebotomare ex basilica. et administretur vomitus super cibum cum fortitudine, aut leuiter secundum horam, et neceßitatem. Et oportet vt assiduet ipsum, quoniam est radix ad euacuationem cum medicinis, et clysteribus fortibus. et medicinæ quæ administrantur in huiusmodi hora sunt epithymum et polypo. et agari. et sticados et lapis armenus, et lapis lazuli abluti, et non abluti, et succus foliorum centaureæ cum syrupo mellino.

Hic specialius ponit curam secundum unamquamq; materiam. secundo ponit curam faciendam post euacuationes factas post digestionem. tertio describit multas medicinas. secũda ibi. & habeas consilium. tertia ibi. de trochiscis. Prima in quatuor secundũ quatuor species melancholiæ facientes quartanas. partes patent. In prima parte dicit ꝙ si melancholia fue

rit sanguinea idest sanguini admixta uel ex sanguine facta propinqua tñ uaturæ ipsius, iuuabitur cũ phlebotomia ex basilica s. dextra si hepar fuerit causa ut per caliditatẽ eius sup̃fluã sanguis in melancholiam conuertatur. Si autem splen esset tumidus, & melancholia repletus, phlebotometur basilica sinistra. deinde iuuabitur per euacuationem subtilem. i. leuem cũ mundificantibus sanguinem, sicut solutiuum in quo sunt virtutes suchaha, bedeoard, polypodii, fumi terræ, myrabolanorum Kebulorum. Vltimo dicit quod illud genus scilicet quartana sanguinea velociter curatur in comparatiõe ad phlegmaticam & fœcalem. Dixit autem deinde quòd necessariis existentibus phlebotomia & solutione uentris inchoandum est a phlebotomia secundum plurimum, quarta primi capitulo quarto. Mundificant autem sanguinem quęcunq; extrahunt ab eo humores inficientes ipsum, & quæ faciunt citius substantiam claram, & illustrem quæ sunt ista, & eorum uirtutes. Nota ex sæpe dictis licet myrabo. Kebuli euacuent plus phlegma, tamen etiã euacuant melancholiam. Quod si fuerit melancholia cholerica administra notabiliter infrigidantia, & humectantia ex medicinis, & cibis, & sedeat in aqua temperata, & balneetur in ea: est enim cęteris calidior. vnde omnia quę administrantur, debent esse magis frigida, aut minus calida potentia, aut actu. & lenificetur uenter in principio cum decoctione facta ex uiolis, & polypodio & aqua casei. Et administretur syrupus acetosus cum epithymo: aut syrupus roſ. cum iuleb, & caſ. fistuł. hęc .n. infrigidant, & uentrem leniunt. & duo prima ex his aliqualiter soluunt melancholiam. conueniunt igitur duo prima cum aliqua appareat digestio: sed illa conueniunt ab initio aut solutio eius intergra scilicet cum medicinis fortioribus præparatur post duos dies quando materia est cholerica, tunc enim est cõplete digesta: citius enim digerit quàm phlegmatica & fœcalis. Sed de sanguinea forte est dubium. Deinde scilicet post minorationem fiat gradatio ad subtiliantia, & incidentia: & quanto magis procedit digestio, & minoratio tanto cum fortioribus est subtiliandum, & incidendum. Et si necessaria fuerit stomacho confortatio fiat cum unctionibus ex oleis, & epithematibus quæ non pertranseunt uirtutes chamæmillæ, & absinthii, & meliloti, & similium quæ sunt calida in primo gradu. & ieiunium plurimum in die paroxysmi quandoq; non conuenit, immo in die paroxysmi detur in cibo parum. nam corpora quæ incurrunt quartanam cholericam sunt aptissima resolui, & multum apta lædi ex ieiunio. Et de mundificantibus est decoctio myrabolanorum scilicet indorum, & epithymi, & senę cum syrupo acetoso in quo violæ decoctæ sint. soluit enim melancholiam cholericam. & fortasse sumitur in potu scilicet uomitiuũ aliquod in quo sit assa stomacho ieiuno proprie in die paroxysmi. & euomit ipsum scilicet vomitiuum cum humoribus existentibus in stomacho si nauseat anima, idest os stomachi eius: cum enim os stomachi nauseat maxime conuenit uomitiuum: bonum tamen est cum sit notabiliter calidum cũ aliquo frigido temperaretur idest cum aqua hordei. Quod si melancholia fuerit phlegmatica redeat ad syrupũ acetosum mellinum cum aqua fœniculi, apij, & similium subtiliantiũ & aperientium. Dicit autem redeat, quia ista digestiua superius posita fuerunt in phlegmatica. His tamen non est utendum nisi aliqualiter digesta materia & minorata, sed in principio utẽdum est oxymelle cum aqua zuccarata pro digestiuo, postea veniendum est ad hoc. Et si fuerit necessaria lenificatio idest lenis seu leuis solutiuo misceatur in principio cum eo scilicet syrupo acetoso mellino virtus solutiua phlegmatis sicut virtus turbit & polypodij, & fiat gradatio parua ad virtutẽ agarici. Contra quia agaricus est debilior quàm turbit: Dicendum instantiam concludere nisi dosis agarici augeatur in comparatione ad dosim turbit. & forte agaricus solus est fortior quàm aggregatum ex polypodio & turbit cæteris paribus, & ex parte quantitatis. Nam aggregatum ex intenso & remisso est minus intensum quàm solum intensum ut patet in quæstione nostra de compositione medicinarum. & fiat vt vomat cum syrupo acetoso mellino de seminibus, & similibus sicut radicibus subtiliantibus usquequo incipiat digeri manifestius. Nam cõplete digesta materia erit opus fortioribus medicinis uomitiuis. & fit vaporatio stomachi, & eius emplastratio cum magis calidis, quàm illa quæ conueniunt in quartana cholerica, sicut cum ficubus, dactylis, & similibus peruenientibus usque ad secundum, uel tertium gradum. Vnde subdit quòd vngatur stomachus cum oleis calidis vsque ad oleum de costo. Et fortasse est necessarium prouocare vomitum cum syrupo acetoso in quo sit virtus sinapis, & ellebori albi quando scilicet phlegma ex quo genita est melancholia fuerit valde grossum, & uiscosum. immo fortasse est necessariũ quòd detur elleborus cũ dispositione sua idest substantia, cum non timetur debilitas uirtutis. Mesue tamen in capitulo de ellebero iubet album uitari quia præfocatiuus est, si ergo detur, non detur nisi in parua dosi scilicet circa. ℈. s. Et si fuetit melancholia quæ est fęx sanguinis pura, quia non alteri humori admixta. Et sub hac compræhenditur melancholiæ cura genitæ ex melancholia fœcali per adustionem, fiat solutio in principio cum aqua lubleb quæ lubleb est species uolubilis, de qua specie dictũ est, & penidijs ad leniendum, & educendum quæ in stomacho, & in intestinis continentur. & tunc est conueniens administratio geleniabin idest conditi de rosis cum melle, aut zuccaro ad stomachi confortationem, & lenitionem quandam ratione mellis & roſ. recentium. & in fine idest in processu euacuatur cum decoctione myrabolanorum citrinorum, & nigrorum. fumi terrę & passularum partim ad leniendum, partim ad educendum materiã adustam. Cũ ergo digesta est ægritudinis materia, fiat phlebotomia ex basilica dextra, aut sinistra secundum exigentiam. Et hic nota quòd phlebotomia aliquãdo negatur in principio quę conceditur in processu quando materia per digestionem subtiliata est admixta sanguini, & tũc urina efficit rubea grossa. Et hoc dictum est. quarto primi capitulo de phlebotomia. & a Gal. in libro de phlebotomia. Et administretur uomitus sumpto cibo fortis aut debilis secundum horam, quia in principio aut parum digesta materia leuior. sed magis digesta fortior: & necessitatem maiorem aut minorem secundum ꝙ melancholia est maioris quãtitatis, aut minoris, & difficilius, aut facilius educibilis a splene ad stomachum. Et oportet ut assiduet vomitum quoniam est radix in curatione quartanæ: & assiduet etiam euacuationem cum medicinis, & clysteribus fortiter exoluentibus. Medicinę autem quæ administrãtur in hac hora idest in statu digestionis sunt epithymum, & polypodiũ, agaricus, & stichados. & lapis armenus, & lapis lazuli ablutus, & non ablutus. & succus foliorum centaureæ cum syrupo mellino. i. melle roſ. aut oxymelle. & fortasse est necessarius elleborus niger: melius tamen est quòd istæ medicinæ sint correctæ & consolatæ secundum quòd expedit sicut docet Mesue in propriis capitulis.

Vbi phlebotomia expectat digestio.

Et fortasse infunduntur in cholerica sene, & fumus terræ, cum epithymo in syrupo acetoso.

Hic incidenter ponit solutiuum conueniens in melancholia cholerica. & dicit quòd syrupus acetosus in quo fuerint infusa sene, fumus terræ, epithymum. facta bona expressione cõuenit, etiam si horum substantia detur, cum syrupo acetoso.

Deinde habeas consilium tunc apud euacuationem, & da in potu phlegmaticæ & melancholicæ ex ea theriacã & mithridatum, & medicamen de assa, & sulfur, & piper solum bibatur in aqua. Et de illis est sinapis quæ administretur nõ assidue, immo in omnibus tribus diebus et in primis, et ante illud in spatio longiore. & similiter diapepereon, & similia illi de electuarijs. et non festines cum aliquo horum ante digestionẽ. Nam si tu dederis in potu theriacam, et similia illi in primis compones quartanam cũ quartana: et fortasse attrahes ægritudines alias, et proprie in hyeme. Et si in fine eius necessaria fuerit phlebotomia, aude super eam.

In hac parte superius diuisa curat quartanam post complementum digestionis, & notabilem euacuationẽ. & habet duas partes. in prima facit quòd dictum est. in secunda ponit curam Gal. secunda ibi. Inquit Gal. In secunda parte dicit deinde habeas consilium apud euacuationem .i. post euacuationem, non tamen multum distanter, & da in potu phlegmaticæ & melancholiæ theriacam & mitridatum, & medicamen de assa, & sulfur & piper solũ bibatur in aqua. Et de illis est sinapis quæ nõ administratur quotidie, immo in omnibus tribus diebus semel. & administratur in primis. i. ante oẽs medicinas hic di-

ctas

ctas.uult enim quòd sinapis præparata qualiter præparatur, cũ fit mostarda, posit dari ante medicinas iam dictas cum sit minus calida cæteris: non tamen debet dari tunc nisi in tribus diebus semel & ante id idest antequàm sit facta euacuatio mul toties iterata in spatio longiore. sicut exempli gratia omnibus quatuor diebus semel. nam quanto materia est magis digesta idest magis minorata huiusmodi fortiter calefacientia frequentius, & in minori quantitate dari possunt: & inter huiusmodi fortiter calefacientia debemus incipere a minus calefaciente sicut est mostarda inter has, & similiter dandũ est diatrionpeperon. Secundo dicit quòd non festines cum aliquo istorum ante digestionem. nam si dederis in potu theriacam, & similia illi in primis cõpones quartanam cum quartana, & fortasse attrahes ægritudines alias sicut febr. cholericas & hecticas & similes sequentes inflammationẽ, et materię dissolutionem & proprie in hyeme: quia in ea propter pororum oppilationem, uapores a materia calefacta eleuati non possunt educi. nec etiam ipsa materia sudore educitur, & retẽta auget feb. quæ tempore calido poris apertis educetur.

phle- mia ctat tio.

Tertio dicit quòd in fine eius si necessaria fuerit phlebotomia aude super eam, quæ necessitas potest esse propter inflammationem sanguinis, & ebullitionem sequentem huiusmodi calidorum administrationem. Et ex ijs infertur quosdã profitentes se curare omnem quartanam cum huiusmodi calidis, sudorem prouocantibus, non habere consilium, de quo hic loquitur Auicen. cum indifferenter exhibeant huiusmodi calida in omni specie quartanæ, & omni tempore ipsius tam tempore calido, quàm frigido, cum Auic. huiusmodi solum exhiberi præcipiat in phegmatica, & melancholia, & complete digesta materia, & pro magna parte minorata, & non hyeme: illis ergo plurimum accidit quòd componunt quartanam cum quartana, & interdum ægros interimunt. hæc autem secundũ Auicen. ministranda essent tempore quietis. Si tamen uelles facere aliquam experientiam quam uidi sæpe succedere, aliquod istorum exhibe inchoante paroxysmo scilicet. ʒ.i. aut. ij. theriacæ aut mithridati cum maluatici. unc. ij. aut. iij. ʒ. iij. diatrionpepereon cum maluatico. & postea ipsum pannis bene cooperias, ut sudet. uidi enim sæpe ipsos in bina, aut trina exhibitione fore sanatos.

Inquit Galenus sanaui gentem plurimam a quartana ita. Dedi eis in potu post digestionem solutiuum. deinde dedi eis in potu succum absinth. dedi eis in potu theriacam & dico quod assa, & piper singularia sunt iuuatiua ualde quando apparet digestio. & peruenit status. Et ciba illum sabane, & elbune & keniculi, capparis, & sinapis, & almuri, & omnibus in quibus est virtus solutiua cum fortitudine. & fortasse erit tibi necessarium vt des ei in potu post quadraginta dies omni mane quantum est nabaca vna de eis quæ sunt sicut medicamen de assa, & omni sero similiter, cum febris non fuerit acuta, & materiei radix non fuerit cholerica.

Hic ponit curam Galeni dicens se sanasse plurimos a quartana hoc modo. Dabat eis primo in potu post digestionem solutiuum & post solutiuum succum asinthij, deinde post illum theriacam. & subiungit quòd assa & piper sunt singularia idest quodlibet de p se sunt iuuatiua ualde quãdo apparet digestio & prouenit status scilicet quo ad digestionem. & ly prouenit est præteriti perfecti temporis, & ciba eum sahane, idest cibatione facta ex piscibus salitis, nucibus, speciebus, & oleo & elbune idest alio simili cibo facto ex carnibus salsis, & Keniculi de capparibus, idest condito de capparibus, & sinapis idest mostardæ, & almuri quod est salsamentum sæpe dictum, & omnibus in quibus est uirtus solutiua idest resolutiua fortiter, & fortasse erit tibi necessarium ut des ei in potu post quadraginta dies scilicet quando materia est complete digesta, & minorata quantum est nabaca, que est eiusdem magnitudinis cuius est granum uuæ, de eis quæ sunt sicut medicamen de assa etiam omni sero cum febris non fuerit acuta, & radix materiei eius non fuerit cholera. Fere omnia hæc Galen. dicta sunt conformia dictis Auicen. sed magnam excellentiam succi absinthij in quartana non intelligo.

Et de trochiscis iuuatiuis in hac hora & apud declinationem sunt trochisci secundum hunc modum. Recip. succi eupatorij & croci amborum ana pondus drach. iij. scolopendriæ, aristolochiæ & laccæ, & reubarbari, & spodij omnium ana. drach. v. & seminis acctosæ & seminis portulacæ, & rosarũ, & spicæ, & seminis cuscutæ, & seminis anisi, & apij, & radicum capparis, & granorum alben, & seminis fœniculi omniũ ana. drach. iiij. conficiantur cum aqua apij, & fiant trochisci, & dentur in potu cum aqua fœniculi & endiuiæ & cuscutæ, & hæc quidem medicina iuuatiua est modis pluribus.

Hic describit primo nouem medicinas compositas non solutiuas. secundo describit solutiuas secunda ibi, Kebulorum. Dicit primo quòd de trochiscis iuuatiuis in hac hora & apud declinationem idest in fine status & declinatione sunt trochisci huiusmodi. ℞. succi eupatorij croci. an. ʒ. iij. scolopẽdriæ, laccæ, aristolochiæ, & reubarbari, spodij. ana. drach. v. semi. acetosæ portulacæ ro. spicæ, se. cuscutæ, anisi, semi. apij, radicis capparis, granorum alben, quæ sunt grana alben & sunt solutiua. semi. fœniculi. ana. drach. iiij. cõficiantur cum aqua apij fiant trochisci & dentur in potu cum aqua fœniculi, endiuię & cuscutæ. & iuuant pluribus modis scilicet aperiendo, confortando hepar, splenem & omnia nutritiua prouocãdo, & resoluendo de materia.

Et si digeritur materia tunc fiat istud. Reci. myrrhæ. drac. xv. spicæ. drach. xiij. agarici, costi, floris squinanthi omnium ana. drach. v. petroselini. drach. xv. anisi. drach. x. conficiantur cum vino antiquo, & cum melle & zingibere.

Idest digesta materia. hæc est secunda. exhibe illud myrrhæ drch. xv. spicæ. drach. xiij. agarici, costi, floris squinanthi ana. drach. v. petroselini. drach. xv. anisi. drach. x, conficiantur cũ uino antiquo & melle, & zingibere. bulliendo mel in quo conditum fuit zingiber cum uino ad uini consumptionem, & reliqua secum miscendo & fac electuarium & magis appropriatur phlegmaticæ.

Et quandoque datur in potu in fine, & conualescentibus, & apud paucitatem nocumenti in ea, & multitudinem caliditatis cum subtiliatione materiæ medicina huiusmodi. Recip. seminis hyusquiami albi, mandragoræ amborum ana siliquã. i. et asse circiter tertiam fabæ vnius.

Hæc est tertia quæ datur in fine quartanæ & conualescentibus, & apud paucitatem nocumenti in ea quia in ultimo est declinationis & multitudinem caliditatis quæ remansit in mẽbris iam subtiliata materia. ℞. hyusquiami albi, mandragoræ ana siliquam unam, qui est pondus quatuor granorum hordei, assæ circiter tertiam partem sabæ unius. Hic temperat p caliditatem hyusquiamum & mãdragoram. assa ponitur ad rectificandum malitiam, & est dosis drach. una.

Et de hoc genere est vt sumatur iterum calamenthi domestici. aure. iiij. & seminis vrticæ aur. xx. & epithymi aureus vnus fiant trochisci parui ualde. & sit dosis drach. i.

Quarta medicina est de hoc genere quod conuenit apud declinationem. Recipe calamenti domestici aure. iiij. semi. urticæ aur. xx. epithymi aure. unum fiant trochisci parui. dosis drach. i. iuuant aperiendo, prouocando, resolueudo, & soluendo.

Et ex eis quæ bona sunt eis est vt administretur post apparitionem digestionis vsque ad finem eius istud. Sumatur passularum de semi, aut de alacoen, & allij syluestris, et myrti recentis omnium ana pars vna, & decoquantur in aqua dulci postquam infusa sunt in ea, deinde buliant exquisite, & coletur, & detur de ea. vnc. i.

Quinta medicina est ex iis quæ bona sunt post apparitionẽ digestionis usque ad finem eius. ℞. passularum de semi, aut allaconum idest illarum regionum, aliter allacoẽ idest matricariæ, allii syluestris, myrti recentis ana partem vnã. bulliant in aqua, in qua prius infusæ fuerint exquisite sicut ad consumptionem duarum partium aquæ & coletur & detur de ea. unc. i.

Et iterum ſeminis apij & aniſi & cordumeni omnium ana. drach.v.origani ſylueſtris,eupatorij omnium ana.drach.vij. ameos.drach.iiij.ſuchaha.drach.iij.paſſularum.drach. x. decoquantur in tribus libris aquæ vſquequo redeat ad libram vnam.

Sexta medicina.Et iteum.℞.ſeminis apii,aniſi, cordumeni ideſt cardamomi.uel ſecundum Ioh. Serapionem cui credendum eſt,dicitur carui agreſte ana.drac.v.origani ſylueſtris.eupatorii ana.drach.vii.ameos.drach.iiii.ſuchaha.drach.iii.paſſularum drach.x.decoquantur in lib.iii.aquæ donec redeat ad unam lib.& conuenit in quartana de materia frigida.

Et de illis quæ bona ſunt eis eſt vt ſumantur ameos, ſpicæ & calamenthi omnium ana.drach.x.& carui,& aniſi,amborum ana.dach.vij.& aſſæ pondus drach. v. & zingiber pondus drach.iiij.& caßiæ pondus.drach.iij.conficiantur cũ ſufficientia mellis.& ſit doſis eius pondus.drach.i.cum aqua apij & fœniculi.

Septima medicina ẽ de illis quæ ſunt bona eis.Reci. ameos ſpicæ,calamenthi ana.drach.x.carui,aniſi,ana.ʒ.vii.aſſæ. drac. v.zingib.drach.iiii.caſsiæ ſcilicet ligneæ. ʒ. iii.mellis quãtum ſufficit.doſis.drach.i.cum aqua apii,& fœniculi.& ualet in materia frigida aperiendo,& prouocando,& reſoluendo.

Trochiſci huiuſmodi.Recip.ſucci eupatorij.drach.x.ſcolopendriæ.ſpodij.fœniculi.ſpicæ.croci.omnium ana. drach.v.laccæ & reubarbari omnium ana drach.iij.ſeminis cucumeris,et ſeminis portulacæ omnium ana drach. vi. fiant trochiſci cum aqua apij,& ſumantur in potu cum ſyrupo acetoſo.

Recip.ſucci eupatorii.drach.x.ſcolopendriæ. fœniculi.ſpodii.ſpicæ. croci ana. drach.v. laccæ. reubarbari ana. drach.iii. ſeminis cucumeris,ſeminis portulacæ.ana.drach.vi. fiant trochiſci cum aqua apii. & ſumantur in potu cum ſyrupo acetoſo,& ualent in ſanguinea: eſt enim temperatæ caliditatis.

Et iterum ad phlegmaticam. myrrhæ.drac. xxxv.croci. petroſelini amborum ana.drach.v.ſpicæ drach.xlv. caſtorei drach.iij.aniſi.drac.iij.ʒ.ſeminis apij et karui amborum ana. drach.iiij.amomi.corticum caßiæ, ſtoracis omnium an.drac. ij.& tertiam ſiſeleos,Adriani confectionis omnium ana drac. i.& tertias duas.

Nona & iterum ad phlegmaticam.myrræ drach. xxxv. croci,petroſelini ana.drach.v.ſpicæ.drach.xlv. caſtorei.drach.iii. aniſi.drach.iii.ʒ.ſe.apii & Karui amborum ana.drach.iiii.amomi & corticis caſ.ſcilicet ligneæ,ſtoracis ſcilicet calamitæ.an. drach.ii.& tertiam ſiſeleos. Adriani ſcilicet confectionis deſcriptione Nicolai,& Auicennæ ana.drach.i. & tertias duas. & ex iis poſſunt fieri trochiſci miſcendo cum aliquo liquore: poteſt etiam fieri electuarium miſcendo cum melle.

Et quando vehemens ſit rigor,eſt vomitus cum aqua tepida et ſyrupo acetoſo ad illud iuuatiuum.Quod ſi virtutes eius non obediunt, tunc cum eis, quorum rememoratio præceßit ſecundum horam.Et fiat vaporatio cum embrocha in qua decocta ſunt ſchea,ſandonicum, & chamæmilla, & ſimilia: homine cooperto cum pãnis laneis aggregantibus calefactionẽ.

Hic curans rigorem dicit in eius uehementia conueire, & conferre vomitum cum aqua tepida,& ſyrupo acetoſo, quòd ſi uirtutes eius rigoris non obediunt ideſt nõ ſedatur per hoc tunc curetur cum his quorum rememoratio præceſsit ſecundum horam ſcilicet digeſtionis materiæ. Ipſa enim exiſtente digeſta poſſumus fortiora medicamina adhibere tam uomitiua,quã reſolutiua,aperitiua: & prouocatiua: & ubi minor eſt digeſtio dentur remiſsiora. Secũdo dicit quòd euaporatio cũ embrocha ideſt decoctione in qua decocta ſunt ſchea quæ eſt ſpecies abſinthii,& putatur quòd ſit ſantonicum ideſt herba lũbricorum,chamæmilla & ſimilia,homine cooperto pannis laneis aggregantibus ſupple calefactionem,iuuat.

Rememoratio ſolutiuorum, quibus indiget poſt digeſtionem. Cap. LXVI.

KEbulorum drach.vi.epithymi.abſintij amborum ana. drach.v.myrabolanorum citrinornm,ſucci eupatorij, emblici omnium ana.drach.iiij.ſeminis apij,& aniſi,et ſeminis fœniculi omnium.ana.drac.ij.fiat ex eis decoctio, & ſoluatur cum eo cum facilitate.

Recip.Kebulorum.drach.vi.epithymi,abſinthii añ. drach. v.myrabolanorum citrinorum, ſucci eupatorii,emblici ana. drach.iiii.ſeminis apii,aniſi,fœniculi ana.drach.ii. & fiat ex dictis decoctio,& ſoluatur cum facilitate. hæc enim medicina erit leuis,& poſſunt dari de ea quatuor aut quinq; unc.

Aut ſumatur abſinthij pondus.drach.x.myrabolanorum kebulorum.& epithymi,omnium ana.drach.viij.& fumi terræ pondus drach.vij.& ſuchaha.& centaureæ maioris, amborum ana.pondus.drach.vi.eupatorij, & radicis ſquinanthi amborum.ana pondus.drach.v.decoquantur cum quinque libris aquæ donec redeat ad lib.i.

Secunda medicina.abſinthii.drach.x. myrabolanorum Kebulorum epithymi ana.ʒ.viii.fumiterræ.drach.vii.ſuchaha,cẽtaureæ,maioris ana.drach.vi.eupatorii.radicis ſquinanthi ana drach.v.decoquantur in lib.v.aquæ donec remaneat li. una.

Pilulæ leues.Quando adminiſtrantur in omnibus quinque diebus ſemel,ſunt iuuantes in ea,et ſunt expertæ. Reci.epithymi & turbit amborum ana.drach.x.carui, aniſi, amborum ana.drach.vij.ameos drach.viij.ſeminis apij,& fœniculi,amborum ana.drac.iij.polypodij.drach.vj.agarici albi quod facile teritur.drach.viij.ſalis indi.drach.v.hyeræ pigræ.drach. xv.fiant pilulæ cum aqua menthæ.Et ſit doſis drach.i.ʒ.

Tertia,pilulæ leues quæ adminiſtrantur in omnibus quinq; diebus ſemel.reci.epitymi,turbit ana.drach.x.carui.aniſi, ana drach.vii.ameos.drach.viii.ſeminis apii fœniculi ana drach. iii.polypodii.drach.vi.agarici albi facile frangibilis. nam hæ ſunt bonæ eius conditione.ʒ.viii.ſalis indi.drach. v. hieræ pigræ.drach. xv. fiant pilulæ cum aqua menthæ.& ſit doſis.drac. i.ʒ.& ſunt præſtantes maxime in phlegmatica.

Et cum materia eſt phlegmatica conferunt iſtæ pilulæ.Recip.epithymi,agarici,ameos omniũ an.drac. viij. ſeminis apij aniſi,fœniculi omnium ana.drach. iij. ſalis naptici, drach. v. hyeræpigræ turbit amborum anã pondus drach.x.doſis pondus.drach.ij.ʒ.

Quarta,& cum materia eſt phlegmatica conferunt iſtæ pilulæ.epitymi.ameos.agarici ana.drach.viii.ſeminis apii.aniſi, fœniculi ana drach.iii.ſalis naptici ſoluentis phlegma. drach. v.hyeræpigræ,turbit ana.drach.x.doſis.drach.ii.ʒ.

Et quando eſt cum dolore ſplenis iuuatur hoc medinamine & ſoluit eum cum facilitate.Recip.ſcolopendriæ. drach. xv. agarici drach. xij. myrabolanorum nigrorum hyeræ ana. drach.x.kebulorum.abſinthij omnium ana.drach.viij.ſuchaha, bebeoard, chamæpityos, ſucci eupatorii omnium ana. drach.vij.fructus tamariſci,radicum capparorum amborum ana.drach.lv.ſeminis apij,aniſi ſeminis fœnicali omnium ana. drach.iij.fiat confectio,aut pilulæ.

Quinta.& quando eſt cum dolore ſplenis, iuuatur hoc medicamine, & ſoluit faciliter. ſcolopendriæ.drach.xv. agarici. drac.xij.myrabol.indorum,hyeræ.ſ.ſimplicis ana.drac.x.Kebulorum,abſinthii ana.drac.viij.ſuchaha,bedeoard, ſucci eupatorij,camæpityos an.drac.vij.fructus tamariſci, radicum capparis ana.drach.lv.ſemi.aniſi,apij,fœniſuli ana.drac.iij. fiat confectio permiſcendo cum melle aut zuccaro.aut fiant pilulæ,& hoc aperit oppilationes ſplenis. & in electuario poſſunt dari drac.viii.& in pilulis.drac.ii.potiſsime ualet in frigida materia. Et ſi bene cõſideres omnes iſtæ medicinæ ſunt leues. Ex quo Auicen. nos facit intelligere in curatione humoris melancholici eſſe utendum leuibus,quod etiam debet obſeruari in curatione cuiuſcunq; humoris groſsi:debẽt enim eſſe medicinæ fortes debiles, ſicut præcipit Auicenna in capitulo de cura tertianæ nothæ.

Cibatio patientium quartanam. Cap. LXV.

REctius eſt vt inclinetur regimen eorum in primis ſeptimanis vſque ad tres ſeptimanas ad ſubtiliationē quandam, præterquam deſtruat virtutem: & illud eſt vt abſtineat a carne & alzumet: hoc enim minorat eorum materias, et alleuiat eos, et abbreuiat ſpacium ægritudinis eorum. Et poſt illud neceſſarium eſt virtutem viuificare cum eis quæ ſunt ſicut piſces alradradi et oua ſorbilia, et pulli, et altheiugi. Cum ergo peruenit ad tempus in quo ſequuntur in ea alzumet, et non minoratur ægritudo, tunc neceſſarium eſt cuſtodire virtutem, et cibare cum eo quod eſt fortius ex carnibus gallinarum, et pullorum, et arietum, et hædorum, et auium, mollis carnis, ſicut ſunt pulli, et alduragi, et piſces boni qui nō ſunt magni.

Hic ponit regimen cibandi quartanarios, & primo ponit gradationem regiminis in quartana: ſecundo tangit conditiones & proprietates ciborum ipſorum, tertio ponit canones in cibatione obſeruandos. ſecunda ibi. & ſcias quòd conditio. tertia ibi. ſciuiſti iterum. In prima parte dicit quòd rectius eſt vt diæta ſubtilietur a principio uſq; ad tres ſeptimanas aliqualiter, ita tamen vt non cadat uirtus. qua propter hoc tempore abſtineat a carne, & unctuoſis, hæc enim ſubtiliatio diætæ minorat materias, alleuiat ægros, & abbreuiat ſpaciū ſuarū quartanarum. Secundo dicit quòd poſt hoc tempus eſt neceſſarium fortificare uirtutem cum cibis pluris nutrimenti ſicut piſces alradradi. i. parui petroſi in cholerica oua ſorbilia, & pulli gallinarum, & colūborū, & altheiugi. i. aues paruæ. cum ergo peruenit ad tempus in quo ſequuntur in ea alzumet. i. debent ſequi cibaria unctuoſa. ſ. carnes pingues, & ſimilia multi nutrimenti, & non minoratur ægritudo. immo ſupple videmus ſtatum eſſe diſtantem, tūc neceſſarium eſt cuſtodire virtutem, & cibare eum cum eo quod eſt fortius ideſt pluris nutrimenti ſicut ſunt carnes gallinarum, pullorum, arietum. i. agnorum & caſtratorum iuuenum, & hædorum, & auium mollis carnis, ſicut ſunt pulli. ſ. columborum, & aduragi. i. turturum, & piſces bene conditionati, qui non ſunt magni in ſpecie ſua, quia ſunt difficilioris digeſtionis, & groſſioris nutrimenti, & magis uiſcoſi quàm piſces parui.

Notandum quòd in quartana, & in aliquibus alijs feb. aliqñ in principio ſubtiliamus diætam & poſtea ingroſſamus multis ex cauſis. Primo quia diætamus aliquando ſecundum præſentem diſpoſitionem, & non in relatione ad ſtatum: & in hoc caſu quandoq; a principio ſubtiliamus propter multitudinē materiæ, & poſtea ingroſſamus timore caſus uirtutis. Secundo quando ignoramus ęgritudinem a principio ſubtiliamus ut natura cibo non grauata ſe totam conuertens contra materiam ægritudinis ſuperet ipſam, aut ſaltem manifeſtet. Tertio quando ægritudo terminatur per paulatinā conſumptionem materiæ, & materia continuæ paucificatur. Quarto quando ſtatus eſt ualde longinquus ſicut in quartana a principio ſubtiliamus ſed non multum, ut natura non multo cibo impedita ſeſe melius conuertens contra materiam ipſam ſubtiliet & digerat: ſperamus enim quòd poſt tres ſeptimanas poterimus ingroſſare diætam, donec uirtus bene reſtaurata fuerit, & poſtea ſubtiliando procedere uſq; ad ſtatū. Vnde propter aliquas aut unā ex iſtis cauſis Iſaac in tertio fe. in cura quartanæ dicit, abſtineatur a pullis gallinaceis, ſtarna, & perdice per tres hebdomadas initio febris, ne cum unctuoſitate carnis calefiat, & nutriatur febris, quia unctuoſum in febre eſt quaſi oleum in lucerna. Ex quibus infertur quòd Alzumet quæ prohibet Auicen. in principio ſunt cibaria ſic facta ex carnibus unctuoſis, & lardone, aut ex carne, & piſcibus conditis cum oleo ſicut eſt mos ſaracenorum, & omnia ualde unctuoſa. & aliquando per alzumet intelligunt panem ſuper quem cadit pinguedo carnis cū aſſatur. licet tamen ualde unctuoſa etiam non conueniunt in proceſſu: uerum ius gallinæ pinguis, non tamen ualde unctuoſum & ſimilia immo ipſa gallina magis conueniret in proceſſu quàm in principio, & hæc eſt mens Auicennæ. Secundo notandum ꝙ Auicen. hic incipit regimen ſubtile ſine carnibus, poſtea dat carnes cum ingroſſat diætam, & in hoc ſe confert iſtis. ſuperius autem pro ſubtili diæta incepit ab auibus minutis, & in proceſſu ingroſſando ad pullos. & in hoc non eſt contradictio, quoniam utraq; gradatio eſt poſſibilis in diuerſis hominibus, & in diuerſis diſpoſitionibus unius hominis. & cum mutatur quartanarius ab abſtinentia a carnibus ad carnes, inchoandum eſt a carnibus minoris nutrimenti, & procedendū eſt paulatim ad carnes pluris nutrimenti ſicut de auibus paruis, ad pullos & hædos. Et econtra ingroſſata diæta & confortata uirtute procedendo uerſus ſtatum procedat continuæ magis, ac magis attenuando diætam.

Et ſcias quòd conditio in eo ex quo cibatur habens quartanam, eſt quod ſit aggregans proprietates, quarum vna eſt vt non ſit crudum, immo reſoluens cruditatem, quam facit accidere melancholia: et ſecunda eſt vt non ſit groſſum immo ſubtilians groſſum: et tertia eſt vt non ſit conſtrictiuum immo ſoluens ventrem: et quarta vt ſit ſanguis ex eo generatus laudabilis, et plurimum quidem eſt ita illud, quod habet caliditatem et humiditatem.

Hic ponit quatuor conditiones ciborum patientium quartanam. Prima eſt quòd non ſit crudus, ideſt materiam incrudans, aut generans materiam crudam. immo deſtruat cruditatem quā facit accidere melancholia. Secunda eſt ut nō ingroſſet ſed potius ſubtiliet groſſum. Tertia eſt ut ſit lenitiuus uētris. Quarta ut generetur ex eo ſanguis laudabilis & ſecundū plurimum cibi calidi & humidi ſunt tales ut patet diſcurrendo. Hi autē calidi magis conueniunt in melancholia frigida quàm calida, immo in multum calida non conueniunt, licet humidi in omnibus ſpeciebus melancholiæ conueniant.

Et tu iam ſciuiſti quomodo cibetur ante paroxyſmum, et per quot horas, et quare illud. et ſciuiſti iterum quòd quandoque neceſſarius eſt cibus in paroxyſmo, et proximo eius propter cauſam prædictam. verum rectius eſt vt eueniat febris ventre vacuo, vt non occupetur natura cum materia alia, niſi cum materia ægritudinis, donec expellat eam: et vinum ſit purum ſubtile.

Hic ponit canon. tu iam ſciuiſti in capitulo de cibatione febricitātium, quomodo cibetur ante paroxyſmum & per quot horas & quare cibantur. Et iterum in eodem capitulo quòd quandoque neceſſarius eſt cibus in paroxyſmo, & in pricipio eius propter cauſam ibi dictam. Attamen melius eſt ut occurrat febris uentre uacuo, ut natura non occupetur cum materia alia præter materiam ægritudinis, donec expellat eam. Secūdus canon. & uinum ſit purum ſubtile, maxime in quartana frigida, & proprie in proceſſu: ſed in quartana calida melius eſt vt ſit aliqualiter limphatum, & maiorem in ea debemus eſpectare digeſtionem antequam detur quàm in frigida. & debet eſſe clarum, ſubtile, & unius anni tantum, ut humectet.

Cura quartanæ continuæ. Cap. LXVIII.

DIſpoſitio huius febris eſt ſecundum quòd enunciamus ante ipſam. et canon in ea eſt homogeneus canoni quartanæ interpolatæ, et non diuerſificatur ab ea niſi in rebus paucis. De illis eſt quòd declinatio in illa ad æqualitatem in calefacientibus, et ad infrigidationem in hac eſt melior propter adhærentiam febris: quare oportet vt adminiſtrentur in curatione eius ea quæ ſunt ſicut ſyrupus acetoſus cum ſeminibus, et geleniabin, et aqua de radicibus æqualis, et ſuppoſitoria cum melle. Et de illis eſt quòd phlebotomia in hac eſt magis neceßaria, quoniam materia eſt magis comprehenſa in uenis. Et de iſtis eſt quòd licentia in carnibus in hac ægritudine eſt minor. ideo caue hoc.

Hic dimiſsis diuiſionibus dicit quòd diſpoſitio huius febris eſt ſecundum quòd dictum fuit in præcedenti capitulo, ideſt ꝙ raro accidit. Secundo dicit quòd eædem ſunt intentiones in cura quartanæ continuæ, & interpolatæ & non eſt differentia niſi in paucis. Primo quòd declinatio ad calefaciendum æqualiter. i.

liter.i.ſecundum exigentiam materiei, & reliquarum circunſtantiarum in interpolata: & ad infrigidandum uel minus calefaciendum in hac eſt melior propter adhærentiam febris, quare oportet ut adminiſtretur in curatione huius ſicut ſyrupus acetoſus cum ſeminibus.ſ.fœniculi & petroſelini, & geleniabin.i.conditum de roſis, & aqua de radicibus æqualis, ut puta fœniculi & petroſelini, quibus forte addantur capilli ueneris, & forte endiuia, & ſimilia ſecundum exigentias. Sed his fere bonum eſt ſemper addere boraginem, & bugloſſam. Item fiãt ſuppoſitoria cum melle, & non ita acuta ſicut in interpolata. Secunda differentia quòd in continua magis conuenit phlebotomia & quòd materia eſt contenta in uenis. Tertia quòd liberius conceduntur carnes in interpolata, quàm in continua. Caue hoc.i.obſerua hoc.& idem de uino.diæta debet eſſe magis tenuis in continua quàm in interpolata.

Cura eius nouem exigit intentiones.prima eſt debitum regimen ſex rerum. ſecunda eſt materierum communium eductio.tertia eſt phlebotomia.quarta eſt euacuatio propria & ſæpe iterata præcedentibus digeſtiuis ſecũdum plurimum. quinta eſt prouocatio uomitus.ſexta prouocatio urinæ. ſeptima eductio materiæ per poros cutis inſenſibiliter. octaua membrorum confortatio. nona accidentium correctio. Et hic ſicut in cura reliquarum febrium poſui phlebotomiam pro tertia intẽtione, quamuis ſub quarta includatur. quare phlebotomia cõmuniter in hac febre negligitur, quæ tamen eſt præſtantiſsimũ remedium, ſi fiat ubi oportet, & ſecundum quòd oportet, & econtra eſt multum nociua ſi fiat ubi non oportet, & ſecundum quòd non oportet. Pro prima intentione regimen declinet ad humidum, ſed in quartanis a melancholia phlegmatica, aut fœcali declinet aliqualiter ad calidum, ſed in reliquis aliqualiter ad frigidum. Diæta a principio uſque ad tres ſeptimanas debet eſſe tenuis, ſed non multum, quapropter aut dimittant carnes, aut utantur paucis carnibus, & modici nutrimenti, ſed tempore noſtro melius eſt ut utãtur carnibus, ſicut auibus paruis, poſtea pullis, deinde groſsioribus & pluris nutrimenti: & poſtea ſi uidebitur ſtatus ſecuturus cum ſęuis accidentibus, ut quia paroxyſmi creſcant intenſiue, & duratione, diæta paulatim attenuetur uſque ad ſtatum incluſiue. Si uero non, continuetur diæta iam dicta: cibi autem ſui habeant quatuor conditiones. Prima quòd non ſint crudi immo reſoluentes cruditatem quam facit melancholia intelligendo ſicut dictum eſt in expoſitione huius paſſus. Secunda uero quòd non ſint groſsi immo ſubtiliantes.tertia ſint lubricatiui uentris, & non conſtrictiui. quarta ſint generatiui boni ſanguinis. & ſecundum plurimum calidi cibi, & humidi ſunt tales, licet calidi magis conueniant in frigida immo in notabiliter calida ſicut in cholerica debent eſſe frigidi, humidi autem conueniunt in omnibus. Cibi autem frigidi & humidi aliquando miſceantur cum calidis remittentibus frigiditatem, & non humiditatem ſicut lactuca, quæ forte eſſet nimis frigida miſceretur cum calidis non mouentibus humiditatem, ſicut cum ficubus aut cum temperatis in caliditate ſicut boragine, aut bugloſſa. Cibi uero acuti ſalſi in fine conceduntur proprie in phlegmatica.uitentur ſicca inquantum ſicca, uinum ſit purum ſubtile.in calida tamen aliqualiter limphari debet, ſomnus ſit longus, quies animalis, & corporea conueniunt, uitentur motus laborioſi. Leniatur uenter iuxta ſecundam intentionem cum clyſteribus, aut ſumptis per os ſicut eſt caſsia, & eſt bonum ut cum his lenientibus ſit mixtum aliquod leuiter educens melancholiam ſicut ſerum caprinum, caſsia aut decoctio epithymi, cum eadem, & ſimilia, & uomitus etiam adiuuetur cum leuibus in principio maxime natura tentante.& bonum eſt etiam ut materiæ communes quæ ſunt in uenis educantur cum leuiter prouocantibus urinam & ſudorem. Phlebotomatur iuxta tertiam intentionem cum urina eſt groſſa reliquis conſentientibus ſecundũ plurimum in principio, & aliquando in proceſſu conuenit licet a principio non conuenerit, ſed maxime conuenit quando melancholia eſt ſanguinea, & ſi nõ eſt magna indicatio de phlebotomia, dimittatur. Sed de euacuatione materiæ propriæ cum ſolutiuis iuxta quartam intentionem, bonum eſt ut præmittantur digeſtiua, quia humor eſt ualde inobediens niſi melancholia ſit nimis ſuperflua, aut forte eſſet in uijs ductuum, & digeſtiua accommodentur humori melancholico facienti febrem, & in principio digeſtiua ſint minus ſubtiliantia, incidentia, prouocantia, & aperientia & in proceſſu magis, & euacuãtia ſint propria contra materiam, & etiam contra humorem ex quo genita eſt: & communirer euacuetur in die ante paroxyſmum. digeſtiua autem communia ſint ſicut ſyrupus de pomis ſyrupus de epithymo aqua boraginis, & bugloſſæ.ſerum caprinum, & multa poſita ſunt ab Auicenna ualentia in omni materia.ſed in proceſſu his addatur ſyrupus acetoſus mellinus, aut zuccarinus ſecundum exigentiam.& balneũ aquæ dulcis paruæ moræ iuuat ad digeſtionem. & euacuatiua ſunt ſicut ſene, epithymum polypodium, & ſimilia.fortia uero ſicut lapis lazuli, lapis armenus, elleborus niger. Cõpoſita reperiuntur multa debilia & fortia.ſed communiter utendum eſt leuibus, & leuiora competunt in principio cum apparet digeſtio, fortiora completa digeſtione competunt. Prouocetur uomitus iuxta quintam intentionem primo cum lenibus ad educendum materias communes quę ſunt in ſtomacho, poſtea materias proprias antecedentes, & coniunctas, & debet eſſe fortior quanto magis proceſſerit digeſtio. Et quandoque fit in die paroxyſmi parum ante paroxyſmum quandoque in die quietis ſed maxime tentandus eſt natura adiuuante, & in quibus eſt difficilis uomitus, præcedat cibatio cum multo potu uini, aut aquæ aut amborum ſecundum exigentiam materiæ & conſuetudinem. Multa autem uomitiua poſita ſunt in textu debilia, fortia, & mediocria. Prouocetur urina iuxta ſextam intentionem in principio cum lenibus, in proceſſu cum fortioribus magis aut minus calidis ſecundum exigentiam materiæ, & tẽporis ægritudinis quorum copiam habuiſti in præcedentibus capitulis. Educatur iuxta ſeptimam intentionem materia per poros cutis cum ſudore, & inſenſibiliter cum fricatione quæ ſit fortior in proceſſu quàm in principio. Item cũ aqua hordei uino ſubtili admixta. Item cum ſuffumigijs quæ maxime fiunt natura tentante ſudorem.ex fortioribus uero quæ dantur materia digeſta & notabiliter minorata ſunt ſicut theriaca, mithridatũ, diatrion pepereon, medicamen de aſſa, & ſimilia cum uino potẽti.nam hæc exhibita in principio paroxyſmi actu calida prouocant ſudorem, & aliquando educunt totam materiam maxime in declinatione, & debet poſt horum ſumptionem pannis cooperiri.Sed hæc ualde calida non ſunt adminiſtranda niſi in phlegmatica & fœcali. balneum uero in omnibus ſpeciebus conuenit.Confortetur iuxta octauam intentionem cor, cerebrum, & membra naturalia cum electuario regum, dia muſco, & ſimilibus magis aut minus calidis ſecundum exigentiam. Corrigantur accidentia iuxta nonam intentionem, ſecundum quòd oportet.

De febre ſextana, ſeptena & ſimilibus. Cap. LXIX.

HEec nominatur phitanos, & quidam nominant huiuſmodi febres reuolubiles, Iſtæ generantur ex materia homogenea materiei quartanæ, ſed eſt minor, et groſſior. Et plurimũ quidem fiunt ex melancholia phlegmatica.

In hoc capitulo auctor determinat de quibuſdam febribus annexis quartanæ. Et primo inueſtigat poſsibilitatem earum opinione propria & aliorum.ſecundo ponit curam. ſecũda ibi appropinquatur. Prima in tres, primo notificat has febres ratione nominis, & materiæ, ſecundo ponit opiniones Hippocratis, & Galeni de poſsibilitate & impoſsibilitate dictarum febrium quintanæ, ſextanæ, & ſeptenæ. Tertio pertractat hanc materiam ſecundum opinionem propriam.ſecunda ibi. Sextanam autem.tertia ibi. Et ego quidem opinor. In prima parte dicit iſtas febres nominari phitanos, & quoſdam nominare illas reuolubiles. ſecundo dicit has febres generari ex materia naturæ conſimilis materiæ febris quartanæ & eam ſecundum plurimum eſſe materiam phlegmaticam.

Notandum ꝙ Auicenna tria dicit de materia harũ febriũ. Primum ꝙ earum materia eſt eiuſdem generis uel ſpeciei cũ materia quartanæ, Cuius ratio eſt quia eſt materia melancholica, ſed groſsitie & paruitate tardat motum. Secundo dicit ꝙ harum materia eſt groſsior, & paucior materia quartanæ, propterea tardius mouetur quàm materia quartanæ, nam groſsities & paucitas retardant paroxyſmũ, ſicut econtra ſubtilitas, & multitudo ipſum accelerãt, tũ quia tales ſubtiles & multę facilius mouẽtur, tum quia magis ſtimulant uirtutem. Tertiũ di-

ctum

ctum quòd quamuis sint multæ species melancholiæ, tamē ut plurimum fiunt ex melancholia facta per adustionem phlegmatis,& hic est sermo Rasis decimosexto continentis capitulo secundo. Huius autem tertij dicti ratio est, quia melancholiæ ex alijs humoribus cum perueniunt ad maiorem ingrossationem per calidum adurens,& ad paucitatem tantum incinerantur,& paucificantur, quòd cinis ille non potest amplius putrefieri,& si putrefit non potest deferre calorem actualem ad cor sufficientem ad febrem, non enim est illis humoribus humidum tenax: sed phlegma quia habet multam viscositatem potest comburi,& fieri melancholia quæ faciet quartanā,& si amplius cōburatur, & terrestrificetur faciet quintanam,& sextanam: nam adhuc remanebit humidum quod potest putrescere, & euaporando portare calorem febrilem notabilem ad cor: sicut carbones facti ex lignis uiridibus magis emittunt flammam, quàm facti ex lignis siccis.

Sextanam autem, et septenam et quæ sunt post illas Hippocra. dixit.

In hac parte agens de possibilitate aut impossibilitate, harum febrium: Primo ponit opinionem Hippocratis, secundo Galeni, secunda ibi. Et Galenus. In prima parte dicit quòd sextanā,& septenam & quæ sunt post illas.s. octauanam, & nouenam dicit Hippo. in libro epidemiarum fieri.

Et Galenus dixit, ego non vidi in uita mea aliqua ex eis, neque uidi quintanam nudam fortem, et neque est febris nisi quasi occulta. Inquit, et non est longinquum, quin sit causa in septena, uerbi gratia, et nouena regimen quod quando administratur, et curritur super ipsum facit febrem. nam iteratio facit necessario in huiusmodi hora illam febrem, & si dimittetur & rectificaretur, non faceret. Est ergo causa in periodis eius, & in ipsius iterationibus reiteratio regiminis, et periodi eius non sunt periodi materiæ quæ effundatur, et eius reditiones. Inquit oportet ut obseruetur in experientia huius ægritudinis hæc intentio, ita ut non accidat error.

Hic primo ponit opinionem Galeni. secūdo assumit intentionem eius, secunda ibi, Quamuis Galenus. In prima parte dicit Galenum dixisse in primo de differētijs febrium quarto capitulo, sed prolixius in commento epidemiarum se nunquam aliquam uidisse ex eis scilicet sextanam, neq; septenam, aut aliam ex sequentibus immo nec quintanam nudam idest alteri non associatam fortem, id est manifestam immo non visa est ab eo febris nisi occulta quidem, idest cū alijs complicata. Item quia remissa. Secundo dicit quòd non est longinquum.s. a ueritate quoniam causa septenæ & nouenę sit regimen, quod quando administratur & currit super ipsum idest continuatur facit has febres: nam alteratio regiminis consimilis priori regimini quod fecit primū paroxysmū facit necessario in huiusmodi hora idest in die correspondenti illam febrem: si illud regimen dimittetur & rectificaretur idest fieret regimen conueniens contrarium primo non faceret febrem. ergo causa periodorū eius,& reiterationum illius febris scilicet reiteratio regiminis primi,& periodi huiusmodi febr. non sunt periodi materiei quæ effunditur ad locum mineræ putredinis eius. Et non sunt eius scilicet materiæ reditiones quæ scilicet existens in aliquo cumulo pellatur pars post partem sicut fit in tertianis, quartanis,& similibus secundum naturam materiei, immo per malum regimen continuatum cuiusq; paroxysmi materia de nouo generatur, aut forte aliquis humor præexistens putrefit, forte prohibita transpiratione,& forte nūc unus nūc alius.

Tertio dicit Galenum dixisse quòd obseruetur in experientia hui⁹ ægritudinis an pendeat a regimine malo continuato an a materia quæ effunditur per partem post partem, & nō fit error in regimine: immo supple ordinetur regimen contrarium primo.

Quamuis Galenus sit quasi negans, aduentum harum febrium, & quasi quòd sit uecessarium ut sit huiusmodi febris alia radix. Verum Hioppocrates iam uerificauit sermonem in inuentione septenæ, & nouenæ. & non est illud manifestum mirabile, neq; manifeste impossibilitatis, ita ut sit necessariū in eo redire ad administrandum. Et sermones quidem quos locutus est Hippocrates in capitulo harum febriū sunt, quod septena est prolixa, & non est mortifera: & nouena est lōgior ea, & non est mortifera. Vt dixit quòd quintana est deterior febrium quoniam fit ante phthisim, & post ipsam.

Hic Auicenna assumit intentionem Galeni dicens ꝙ Gal. est quasi negans aduentum harum febrium, quia non absolute negat eas, sed negat eas accidere sicut accidunt aliæ febres paroxysmales idest secundum naturā humoris periodicātis quotidie sicut phlegma, aut de tertio in tertium sicut cholera, aut de quarto in quartum sicut melancholia. cuius negationis ratio est, quia si darentur hæ febres tunc daretur alia radix idest alius humor a quatuor generibus humorū, sed hoc est falsum, consequentia tenet. quia humor faciens has febres non potest esse melancholia quæ mouetur de quarto in quartum: nec cholera, nec phlegma propter similem causam, nec sanguis quia facit motum continuum. ergo necessario erit alius humor distinctus ab illis. Et hoc est quod dicit Rasis. decimosexto continentis ultimo capitulo dixit Gal. scilicet in libro epidemiarum. Non vidi feb. currere per septem,& displicet mihi dictū Hip. hoc affirmantis, quia impossibile est ut dicat de quo humore est. Aliter potest exponi radix alia ab humorali, quia radix huius febris non est aliquis humor qui secundum naturam suam faciat hanc feb. sed solum malitia regiminis. Secundo dicit quòd Hippo. dixit cum ueritate inueniri septenam & nouenam,& hoc non est manifeste mirabile, aut manifeste impossibile ita ut sit necessarium in eo redire ad administrandum,.i. ad inueniendum aliquas causas occultissimas. Mysteria enim sunt res occultæ soli deo cognitæ, vel difficillime cognitæ. Tertio dicit, quòd sermones quos locutus est Hippo. in capitulo harum febr. sunt quod septena est prolixa, sed non mortifera,& nouena longior ea, sed non mortifera: & dixit ꝙ quintana est deterior febris, quoniā fit āte phthisim aut post ipsam. Et dixit in ea Gal. ut scitis in commentando textum illum satis diminute,& parum ad mentem Hippo. quare text. ille indiget expositione. Textus autem de quo est sermo hic in primo epidemiarum sic iacet, Quintana omnium pessima, etenim ante phthisim & iam phthisim patientibus interficit. Commentum Gal. est hoc. Qui phthisim patiuntur hectica febriūc febre nunquam deficiente: Euentus namq; eius sicut & aliarum omnium iam didicisti in libro de differentijs febrium: & eam quæ per tertiam aut per quartam diem paroxysmantur, sicut dicit Hippo. eam quæ per quintam, de qua quintana existimes causam dictam a nobis, quod de septenis,& nouenis parū ante audiuisti. Dixit autem Gal. in commento præcedenti nō reperiri has febres nisi casualiter. Ex quibus uerbis aperte liquet Gal. in commētando textum illum fuisse diminutum, & parum declarasse mentem Hipp. Eget ergo sermo iste expositione propria Auicennæ intendentis tex. illum declarare, & ponere opinionem suam in hac materia, dicit.

Ego quidem opinor huic sermoni modum quendam, & est, ut sit phthisis significans hecticam. et sit sermo eius; quintana subiectum propositionis indefinitæ non significantis communitatem: Ergo est quasi dicat, quòd de quintana est vna species deterior febrium. ergo est significatio huius sermonis, quòd cū febres prolongantur, & permiscentur, et diuersificantur perueniunt plurimum ad inflammandum membra principalia, et ad hecticam. et de proprietate harum febrium est, ut stēt in fine suo secundum ordinem unum, & plurimum illius super quartanam. & iam testificati sumus eam quintanam, uerum ipsa perducit ad quartanam, quando in humoribus est exuberatio, & in humiditatibus multitudo. Cumquæ liquefactio iam multiplicatur, & euacuationes sensatæ & insensatæ frequentes fiunt, non remanent in humoribus cinereitas nisi illud quod minus est grossius, & illud facit esse necessarium ut fit paroxysmus tardior. & fiat illa quæ fuit quartana quintana. Et in huiusmodi quidem dispositione fortasse erit corpus præparatum ut inflammetur, & fiat hectica.

In parte præsenti Auicenna pertractans hanc materiā primo exponit textum Hippoc. in primo epidemiarum, & declarat mentem eius, secundo confutat rationes contra Hip. & remouet

remouet quandam instantiam.tertio summis laudibus extollit Hippoc. dicens suę auctoritati credendum esse.quarto, dicta Hippoc.confirmat ex relatu & uisu.secunda ibi. & non oportet ut negeẽ.tertia ibi amplius non est. quarta ibi et iã retulit. Prima in duas. in prima ostendit quomodo quintana quę est deterior feb.aliquando antecedit phthisim siue hecticam. secũdo ostendit quomodo aliquando subsequitur. secunda ibi. & iterum hectica.

Sed pro notitia primæ partis est sciendum quòd Auice. intendens declarare dicta Hip.primo epidemiarum,& maxime illud quintana est deterior feb. quoniam fit ante phthisim, & post ipsam, præmittit sex propositiones dicens. Ego opinor huic sermoni Hippocr.esse modum quendam. i. intellectum uerum, & tunc ponit primam propositionem quæ est quòd phthisis significat hecticam idest conuertitur cum hoc termino hectica,& non accipitur hic phthisis pro hectica sequente ulcus pulmonis.

Secunda propositio est ut sit sermo eius quintana subiectũ propositionis indefinitæ non significantis communitatem.ergo est quasi dicat,quintana est una species deteriorum febriũ .i.quæ subiectum huius propositionis quintana est deterior febris est subiectum propositionis indefinitæ cum in ea subijciatur terminus communis sine signo,unde significat quòd aliqua quintana est deterior febris.

Tertia propositio ergo est significatio idest uerificatio huiusmodi sermonis eius quòd febres cum prolongantur,& permiscentur,& diuersificantur perueniunt ut plurimum ad inflãmandum membra principalia, & ad hecticam .i. quòd febres permixtæ diuersificatæ prolongatæ, & diuersificatæ.i. factæ inordinatæ uagantes in suis paroxysmis inflammant mẽbra principalia,& proprie cor,& ducunt ad hecticam. & hæc propositio nota est dictis Gal.in commento tertij prognosticorum.

Quarta propositio est de proprietate harum febriũ, & est ut stent in fine suo secundum ordinem unum, & plurimum illius.s.ordinis transit super quartanam: & iam testificati sumus eam quintanam.i.feb.inordinate uagantem propter difformitatem in adustione humorum a quibus pendent. tandem reducuntur ad unum ordinem,quia transeunt in quartanam,& aliquãdo in quintanam, quæ secundum plurimum sequitur quartanam,aliquando non.Causa autem huius est quia humores a quibus pendent huiusmodi febr. inordinatæ cum prius essent difformes adustione tandem reducuntur ad uniformitatem, cum sunt uersi in melancholiam:propterea faciunt feb. uniusmodi secundum formam,& proprietatem melancholiæ, quæ est quartana,& aliquando est quintana quam secundum plurimum præcessit quartana aliquando,ut ostendetur.

Quinta propositio, uerum ipsa scilicet febris inordinata perducit ad quartanam,quando in humoribus est exuberatio, & in humiditatibus multitudo. Cum autem liquefactio iam multiplicatur,& euacuationes sensatæ frequentes fuerint, nõ remanet in humoribus cinereitas nisi illius quod est minus,& illius quod est grossius & illud facit esse necessarium ut paroxysmus sit tardior,& fiat illa quæ fuit quartana quintana, idest febris inordinate uagans perducit ad quartanam, quando humor melancholicus est multus,nec ualde ingrossatus per adustionem. Cum autem præcedente adustione, & liquefactione & multiplicatis euacuationibus sensatis, aut insensatis humor melancholicus paucificatur, & ingrossatur paroxysmus fit tardior,& fit transitus ex quartana in quintanam.

Sexta propositio, & in huius quidem dispositione fortasse erit corpus præparatum ut inflammetur, & fiat hectica, idest corpus existens in hac dispositione erit paratum ad hecticam. unde sequitur hectica quintanam,& eius causas.

Et iterum hectica quando antecedit, non est longinquum quin faciat accidere in humoribus cinereitatem quãdam propter paruitatem suam in postremis hecticæ,et accidit illi cinereitati putredo,quare accidit febris.

Hic declarat duo. Primum quòd quintana aliquando sequitur hecticam secundum quòd ipsa est mala. secunda ibi. & iam destruxit. Primum probatur sic.Hectica aliquando causat cinereitatem in humoribus, idest humorem paucum terreum melancholicum genitum ex humoribus per adustionem ab ipsa scilicet adustione factam, cui humori accidit putredo.igitur causat quintanam.consequentia tenet cum quintana fiat ex putredine humoris melancholici pauci terrei grossi.

Et iam destruxit febris hectica corpus: est ergo mala ex hoc,quòd ipsa est signum adustionis humoris,de quo nõ remansit nisi parũ,et fit adustus parum,et ex hoc quòd ipsa est causa additionis febris,et duplicationis eius.

Hic probat secundum,scilicet quòd ipsa sit mala & mortifera. Nam ipsa est mala per uiam signi & per uiam causæ. igitur &c.tenet consequentia & prima pars probatur.nam hectica iam destruxit corpus: ergo quintana quæ est effectus eius est mala per uiam signi, eo quòd significat humoris adustionẽ ex quo non remansit nisi parum adustum, & significat corporis extremam consumptionem.Sed quòd sit mala per uiã causæ probatur,quia quintana ueniens post hecticam est causa duplicationis feb.& augmenti hecticæ, nam primo erat solum hectica,nunc uero quintana est addita hecticæ, & sic sunt duæ febres quarum una auget alteram. Hic cadunt dubia discussione digna. Primum quę est materia febrium inordinate uagantium sequentium febres compositas prolongatas. Dicendum quòd febres multę ad inuicem compositę sicut tres tertianæ notæ,& duæ tertianæ cum una phlegmatica quando habẽt materias habentes modos substantiæ & quantitates suis formis proportionatas habent periodos ordinatos suis formis, proprietatibus proportionatos. Cum uero putredine,& adustione diu procedente hi humores sunt conuersi in melancholiam faciunt quartanam unam,aut duas ordinate de quarto in quartum affligentes.in tempore autem medio quando isti humores sunt multum elongati secundum quantitates,& modos substantiæ a quantitabus,& modis substantiæ suis formis proportionatis,ut quia sunt notabiliter paucificati, aut ingrossati,retinentes tamen suas formas substantiales,& proprietates. tunc faciũt febres inordinatas,& uagantes:quia magis tardantur paroxysmi quàm conueniat formis, & proprietatibus humorum illorum, & cum hoc retardationes suorum paroxysmorum sunt difformes eo quòd difformiter humores illi sunt paucificati, & ingrossati ipsis difformiter resistentibus caliditati putredinali eos paucificanti,& ingrossanti.materiæ itaque febrium inordinatarum sunt materiæ difformiter magis paucificatæ & ingrossatæ per putredinem & adustionem quàm conueniat formis suis substantialibus quas adhuc retinent. Et ex his infertur ex febre sanguinea posse fieri febres diuersas, postea inordinatas,postea quartanam, aut quintanam: quod patet ex dictis hic,& in capitulo de synocha. Secundum dubiũ utrum cum deuenitur ad quintanam præcedentem hecticam, aut sequentem sit necessarium præuenire quartanam. Et arguitur quòd sic, quia ad grossitiem maiorem, & paucitatem maiorem non est deuenire nisi per grossitiem & paucitatem minorem,ergo prius erit materia incinerata grossitie, & quãtitate proportiona quartanæ quàm quintanæ. In contrarium est Auicenna dicens quòd licet plurimum super quo stant febres inordinatæ, sit quartana, tamen testificatur ipsam fuisse quintanam. Dicendum secundum Gentilem quòd licet secũdum plurimum ante quintanam sit quartana cum antecedit hecticam aut sequitur,non tamẽ est necessarium. cuius ratio est quia humore facto melancholico non est necessarium ipsum putrefieri,ergo non est necessarium fieri quartanam: & interim dum non putrefit, potest fieri grossior, & paucior quàm primo proportionalis quintanæ,& postea putrefieri:ergo potest esse ante hecticam & post hecticam quintana, quam non antecedit quartana. Tertium dubium utrum quintanę & sextanæ & reliquæ possint fieri non præcedente alia febre. In quo dubio secundum Gentilem tenenda est pars affirmatiua. Nam homine remanente in apparente latitudine suæ sanitatis potest humor melancholicus paulatim ingrossari,& paucificari,& tardius moueri quàm per quartum. ergo potest moueri per quintum diem,aut aliquem ex subsequentibus.

Quartum dubium quia ex dictis Auicen. hic de intentione Hippoc, uidetur posse concludi sextanam, & sequentes esse deteriores quintana,quia sicut quintana est deterior quartana quia humor per adustionem est magis paucificatus, & ingrossatus ita sequentes ex eadem causa sunt deteriores: consequẽs contra Hippoc. qui dixit quintanam esse deteriorẽ cæteris.

Pre

Pro solutione huius dubij præmittendum huiusmodi feb. dupliciter posse fieri, uno modo ex errore regiminis sicut placuit Gal. Secundo modo ex adustione febrili paulatim humorem melancholicum paucificante, & ingrossante siue antecedant hecticam, siue sequantur. tertio ex successiua paucificatione, & ingrossatione humoris non quidem per adustionem febrilem, sed ex actione caloris naturalis, & continentis paulatim humorem melancholicum, & phlegmaticum paucificante, & ingrossante homine remanente in latitudine suæ sanitatis, aut neutralitatis apparentis, cui humori taliter paucificato & ingrossato postea accidat putredo: Posset etiam melancholia putrefieri, ingrossari per frigiditatem congelantem, & exprimentem humidum & postea putrefieri. quo præmisso dicitur quòd si hæ febres proueniāt primo modo, certum est quòd quintana est deterior sextana, & sextana septena, & sic deinceps eo quòd quintana frequentius affligit. cæteris ergo paribus est deterior, & similiter sextana septena. Si uero huiusmodi febres fierent secundo modo ex adustione febrili humorem paucificante, ratio facta in principio dubij concluderet sextanam, & sequentes esse deteriores quintana. sed non est uerisimile per adustionem feb. posse corpus tantum consumi ut humores ita paucificentur, & ingrossentur, & faciant sextanam, & quæ deinceps quin prius accidat mors. ideo Hip. dixit quòd quintana est deterior cum non comparauerit eam nisi ad quartanam & feb. inordinatas quæ illas præcesserunt, & dato etiā quòd hecticus non moreretur melancholia, tamen hoc modo incinerata non posset amplius ferre calorem putredinalē sufficientem ad feb. Si uero hæc feb. accidat tertio modo dicendum est quintanam esse deteriorem sextana, & sextanam septena & sic deinceps. Primo per eandem rationem qua conclusum est quintanam primo modo uenientem esse deteriorem sextana. Item quia quibus paroxysmus eius est intensior, quia præcedente resolutione continue remanent partes terrestriores, & magis frigidæ, & a quibus pauciores uapores eleuantur. Tertio quia paroxysmi quintanæ sunt longiores uerisimiliter quam paroxysmi sextanæ cum pendeant a pluri materia. Et similiter dico de paroxysmo sextanæ in comparatione ad septenam, & sic deinceps.

Contra nouena est largior septena, ergo paroxysmus nouenæ debet esse longior paroxysmo septenæ. tenet consequentia, quia sicut se habet tota ad totā ita paroxysmus ad paroxysmū, antecedens aūt est Aui. in litera de intentione Hip. Et cōfirmatur quia grossities materiæ plus operatur ad longitudinem, quàm multitudo eius ut ex textu colligi potest. Ad hoc dicitur negando primam consequētiam, causa enim quare nouena est longior septena est, quia tardius paroxysmat, unde in æquali tempore minus de materia eius consumitur. Ex quo tamen non sequitur quòd paroxysmi sint longiores, nec sequitur grossitiem plus operari ad longitudinem, quàm multitudinē præcipue in materijs ualde terreis, quæ per putredinem sunt aptæ cito incinerari. quanto enim materia est grossior, & terrestrior tanto est uicinior incinerationi. Forte tamen in materia non ita terrestri posset esse uerum, male tamen grossities materiæ posset multitudini eius comparari in faciendo longitudinem unius febris totalis, aut paroxysmi, si quis bene considerct.

Et non oportet vt negentur ægritudines, quas non contingit videre in tempore quodam, & quadam regione, nam hoc genus non comprehenditur per multudinem, neque iterum oportet vt dicatur quòd si est quintana, tunc necesse est sit materia quinta, nam melancholia generat quintanam non propter hoc ipsum, quòd ipsa est melancholia, immo propterea quòd ipsa est pauca grossa. & iam non prolongatur quin sit corporibus quibusdam melancholia grossa pauca, cui accidit putredo.

In parte præsenti Auicen. primo confutat rationes Gal. secundo remouet instantiam, secunda ibi. Et non conuenit. Rationes Gal. fuerunt duæ. prima quòd ipse non uidit in uita sua aliquam illarum quæ sunt post quintanam. nec uidit quintanā nudam fortem. ergo non sunt ponendæ. secunda ratio quia si darentur essent dandi alij humores præter quatuor. Ad primam rationem respondit Auicenna negando consequentiam, non enim oportet ut negentur ægritudines quas non contingit uidere in quodam tempore, & in quadam regione. Hoc enim genus non comprehenditur præ multitudine. i. quia multoties eueniat. contingit enim huiusmodi feb. in quodam tempore, & in quadam regione uideri & non in omnibus, & ita uideri ab aliquo & non ab omnibus. Ad secundam rationem similiter negat consequentiam dicens, nec oportet iterum ut dicatur quòd si aliqua est quintana, quòd tunc necesse est quòd sit materia quinta. i. quintus humor. nam melancholia generat quartanam alias quintanam, non propter hoc quòd ipsa sit melancholia, immo propterea quia pauca & grossa. & iā non prolongatur. i. non est impossibile quin sit in quibusdam corporibus melancholia pauca & grossa cui accidit putredo. Hic tex. aperte est contra Gentilem qui uult periodicationem sequi proprietatem & formam substantialem humoris actiue concurrentis ad motum humoris in determinato tempore præcipue si textus dicat quartanam, sicut communiter reperitur, licet Gentilis innuat hunc text. esse malignatum. & in antiquis libris inuenitur quintanam. apparuit enim ei hunc tex. non bene sonare pro opinione sua.

Notandum secundum Gentilem pro declaratione primi dicti, siue rationis quòd aliquando pertransit magna annorum reuolutio, in qua non uidentur aliquæ ægritudines sicut Gal. non uidit suo tempore lapidem ab intestinis ut refert sexto interiorum: quem tamen Gentilis bis se uidisse dicit etiam ipso scribente hanc lectionem laudabilis uir magister Ioann. Iuliani de forliuio misit ad ipsum lapidem ad quantitatem nucis uomitu expulsum post dolorem stomachi & erat illius lapidis duricies qualis est duricies gypsi, & figura lapidis erat rotunda, oblonga idest figuræ oualis, & hoc non fuit uisum a prædecessoribus nostris. non tamen debet negari immo debet concedi sicut monstrum raro ueniens. Ego etiam meo tempore uidi una cum magistro Benedicto egregio doctore Veronæ apostema in inguine cuiusdam mulieris, in quo erant lapides tres ad quantitatem castaneæ formæ tendentis ad rotundum & duritiei gypsi, quod apostema me præsente secuit. Item uena medena multiplicatur in medena ciuitate, quam Galenus nunquam uidit tertia quarti capitulo proprio. Item tempore nostro pauci, aut nulli uiderunt uermen reptantem sub cute, quē tamen Auenzoar & quidam sapientes hispani ponunt. nō sunt ergo hæc a nobis neganda immo potius nostra interest horum causas inuestigare, & omnium possibilium contingere in natura, sicut recte sensit Auerrois primo colliget. Ego enim credo causam materialem lapidum de quibus supra, esse phlegma grossum & uiscosum, causam autem efficientem esse calorem loci in quo generantur, una cum calore membrorum circunstantium, cum adiutorio etiam caloris continentis, qui calores etiam resoluendo partes humidiores residuum inspissant, & indurant. figurantur enim, & colorantur secundum figuram, & colorem membri in quo generantur. hinc est quòd lapides renum sunt longi, rotundi, rubei. figurantur etiam aliquando in locis amplis secundum figuram phlegmatis quod ibi reperitur, augentur autem propter additionem phlegmatis quod sicut paulatim additur, & inuiscatur cum præexistente, ita paulatim induratur. Causam autem uermium uide decimasexta tertii capitulo proprio & in plerisque locis. Sed causa cur reptant sub cute est eorum subtilitas, & agilitas. Causam autem uenæ medenæ uide ab Auicen. loco allegato. Notandum secundo pro declaratione responsionis secundæ quòd si tex. Auicennæ dicat quòd melancholia generat quintanam non propter hoc quòd ipsa est melancholia, immo propterea quòd ipsa est pauca & grossa, sicut communiter reperitur, est multum contra opinionem Gentilis ponentis periodicationem sequi proprietatem humorum, & formam specificam eius. Habet igitur consequenter dicere quòd melancholia generat quartanam inquantum melancholia & per formam specificam & proprietatem eius. Glossat tamen hunc textum pro salute suæ opinionis quòd melancholia non facit quartanam solum inquantum melancholia, sed inquantum melancholia cum determinata grossitie & quantitate. Pro cuius intellectu nota quòd Gal. & Aui. uiderunt quòd periodicatio communiter & ut in pluribus inuenta sequitur formam specificam humorum: nam ex grossitie & quantitate in humore im

possibile

possibile est inueniri has determinatas periodos plurimum in uentas cum ille dispositiones sint in infinitum uariabiles: ut dicit alias se declarasse. Et affirmat Gal. hoc sensisse in con. epidemiarum. hæc tamen differentia est inter hos uiros, quia post quam Gal. concessit φ periodicatio sequitur formam specificam humorum non potuit concedere quòd esset dare quintanam & sextanam: & feb. huiusmodi quia sequitur quòd esset dare alium humorem. Si enim periodus cõtinua est sang. quotidiana phlegmatis, tertiana choleræ, quartana melancholiæ, ergo quintana erit quinti humoris. Auic. tamen uidit quòd licet periodicatio sequatur formas siue naturas specificas: tamẽ est de hoc sicut de aliis actionibus naturalibus: sequuntur .n. formas cum determinatis accidentibus ut attractio ferri sequitur magnetem in determinata quantitate & qualitate, unde si allio ungatur non trahit. decimatertia tertii. Et in .5. physico. dicit Auer. licet igitur melancholia principaliter moueatur in quarto a proprietate: tamen requirit determinatã quãtitatem, & modum substantiæ. quibus permutatis non potest seruare suum modum: & cum possit in aliqua substãtia & quãtitate putrefieri & pelli, igitur aliquo tempore moueri poterit, & non per quartum. hæc sunt dicta Gen. Ego tamen credo G. & Auic. noluisse formas specificas humorum, & suas proprietates concurrere ad periodicationem: sed non eo modo quem ponit Gal. uolens eas concurrere actiue. nam sequeretur quòd formæ substantiales & proprietates humorum essent datæ eis in perniciem, & corruptionem, quod non sanæ mentis diceret: cum a natura sint datæ humoribus, & omnibus in istis ad conseruationem, & ad resistendum causis corrumpentibus, sicut complexio: resistunt ergo quantum possunt membris expellentibus humores extra locum suum naturalem. uerbi gratia, de intra uenas ad extra uenas, & cuiuslibet humoris periodicatio insequitur hanc proportionem potentiarum mẽbrorum mouentium humores ad suas resistentias. Et quia melancholia per formam substantialem, proprietatem, modum substantiæ, & complexionem magis resistit membris expellẽtibus, quàm cholera, & cholera quàm phlegma, & phlegma quàm sanguis, ipsa tardius periodicat cæteris .s. de quarto in quartum: cholera de tertio in tertium: phlegma quotidie: sanguis continue. Et hæc omnia sunt amplissime declarata in quęstione de periodicatione. Et hanc opinionem uoluit G. in cõmẽto epidemiarum. & Aui. prima quarti. cap. de sermone uniuersali in febribus putridis. §. illo. Et istæ quidem feb. quibus sunt paroxysmi eradicationis & temporis, quandoque dimittunt ordinem suum propter diuersitatem materierum in multitudine, & paucitate, & grossitie, & tenuitate: & propter diuersitatem in eis in genere, ita ut permutentur quędã materię & fiant de genere alterius, quæ diuersificantur in eis in specie & non in multitudine, & paucitate, tenuitate, & grossitie tantum. Et nota illam particulam, quæ diuersificantur in eis in specie, & non in multitudine, & paucitate, tenuitate, & grossitie tantum. Item in capitulo de feb. apostematum unicuique humori inest periodus, quæ sibi conuenit. ponendæ sunt itaq; formæ specificæ, & proprietates in humoribus faciẽtes ad determinatas periodos: sed non sicut Gen. qui posuit ipsas actiue cõcurrentes ad motus humorum: immo debent poni resistentes membris expellentibus humores modo iam dicto.

Et non conuenit alicui ut dicat, possibile est in phlegmate ut fiant ei paroxysmi alij quando ingrossatur & minoratur, quoniam concessio est res ampla, & raro fit possibile, ut necessario sequatur eius contradictio.

Hic Aui. soluit instantiam quæ posset fieri contra solutionem rationis secundæ G. contra Hippo. cum arguebat si daretur quintana &c. tunc daretur quintus humor. Respondet Auice. negando consequentiam quia melancholia facit quintanã, & quæ deinceps: non inquantum melancholia .s. solum: sed inquantum est pauca, & grossa. quia paucitas & grossities faciũt ad retardationem paroxysmi, & tanto magis quanto magis augentur. Instantia est ista, sequitur quòd quando phlegma paucificatur, & ingrossatur, deberent eius paroxysmi retardari, & sic fieri tertianam, quartanam, quintanam, & sic deinceps. Respondet Aui. esse possibile ad quod deducitur. Subdit postea quòd possibilitas est res ampla, & raro fit possibile, ut necessario sequatur eius contradictio. Cuius textus prima pars sic declaratur. Nam quoddam est possibile ut in pluribus: ut quòd phlegma faciat quotidianam, melancholia quartanam: quoddam ut in paucioribus .s. quod phlegma, & melancholia faciat quintanam, sextanam, & cæteras. & hæc possibilitas est res ampla, licet prima sit amplior: & multa sunt possibilia quæ nunquam erunt: nec ponuntur in esse. Et tertio possibile æqualiter, sicut apoplexia minor in hoc ut sit salubris, uel mortalis, & quòd habentes uentrem humidum, aut siccum in iuuentute se habent contrario modo in senectute, & materia prima indifferens ad formas contrarias, & uoluntas ad contradictoria. secunda autem pars textus non debet intelligi ut uerba sonant: immo nunquam est possibile, ad quòd sequitur contradictio: sed est modus loquendi. q. d. si concessero quòd phlegma possit facere quintanam, aut sextanam, & reliquas, licet illud nunquam eueniat, raro, aut difficile erit, ut ducatur ad contradictionem.

Amplius non est dispositio in cõcessione eius, quod nunquã uidetur, & non auditur: neque de quo testificatur experimentator, aut sapiens, sicut concessio eius quod testificatur qualis Hippocra.

Hic summis laudibus extollit Hippo. d. quòd nec concedere illud quod non uidetur: nec concedere illud quod non auditur: nec concedere illud quod diceret aliquis expertus: nec concedere quod diceret quidam Philosophus est tale, quale est concedere illud quod testificatur Hippo. concedere ergo illud quod testificatur Hippo. est concedere rem uisam auditam, experimentatam, & physice probatam.

Et iam retulit mihi fidelis quidam se uidisse nouenam, quintanam vero nos multoties uidimus: & non cogimur propter hoc dicere, quòd illic sit alius humor.

Hic confirmat opinionem Hippo. s. dari huiusmodi febres ex relatu, & uisu. d. quòd sibi retulit fidelis quidam se uidisse nouenam, & seipsum iam uidisse quintanam multoties: & per huiusmodi non cogimur dicere quòd detur humor alius præter quatuor humores. Et dicit Gẽ. se uidisse quintanam, & feb. inuadentem de decimoquinto in decimumquintum in Bernardino de bonaueris de Perusio: inuadentem autem semel in mẽse, affirmat Rasis. 16. continẽtis. & quamuis ab his auctoribus non sit facta mentio de octauana debet subintelligi. Et refert Gen. quòd magister Iacobus de firmo habuit pluribus annis unum paroxysmum semel in anno. Ego uero magnificam dominam Catharinam de la mirandula uidi laborantem quintana pluribus mensibus a qua tandem sanata fuit.

Cura specierum huius febris. Cap. LXXI.

APpropinquat huius febris cura curæ quartanæ phlegmaticæ.

Hic auctor curans sextanam & consimiles. primo præmittit conuenientiam inter quartanam, phlegmaticam, & sextanam quantum ad curam. secundo ponit regimen per dietam. tertio tangit regimẽ per uomitiua & solutiua. quarto per prouocantia sudorem. secunda ibi § Et indigetur in curatione. § tertia ibi § Et de curationibus. § quarta ibi § Et confert tunc sudatio. § In prima parte dicit quod cura sextanæ & aliarum appropinquat curæ phlegmaticæ quartanæ. Et notanter dictum fuit appropinquat, quia non est omnino similis materiæ quartanæ phlegmaticæ, & sextanæ & similium: cum harũ materia sit paucior & grossior, est enim opus in his fortiori subtiliante.

Et indigetur in curatione eius superfluo ieiunio, & subtiliatione cibi, & regiminis, & somno digerente, ut resoluatur per illud materia grossa, & digeratur: & iterum indiget ingrossatione regiminis ut non destruatur in eo uirtus: & sunt ista sicut duo contraria, & propterea quòd feb. istæ non faciũt accidere læsionem uirtutis, non curamus si subtiliemus regimen, & faciamus ægrum uti ieiunio uno tempore, & succurrimus illi sicut ostendimus: ita ut cibemus cum eo cuius bonum est nutrimentum, & uelox fit, & multiplicatur, & in quo non est ingrossatio materiei, neque additio in ea.

In hac parte ponens regimẽ per diætam. dicit primo quòd indigetur in curatione sextanæ & aliarum ieiunio superfluo. s.multo.s.in principio usque ad tres septimanas: aut quatuor, & subtiliatione cibi.i.cibis subtiliãtibus, & generantibus humorem subtilem, non grossum uiscosum melancholicum, & regiminis.i.quòd reliquum regimen sex rerum non naturalium, & regimen medicinale sit subtiliatiuum, & somno digerente, & resoluente ut resoluatur per ipsum materia grossa, & digeratur. quapropter somnus debet esse tantus, ut bonæ fiant digestiones.s.prima, secunda, tertia, & quarta non tamẽ superfluus: ne prohibeatur superfluitatum resolutio. sit ergo septem aut octo horarum in adultis: & indiget iterum ingrossatione regiminis: ut non destruatur cum ea.s.ultima subtiliatione uirtus. & sunt ista duo sicut contraria: sed non uere contraria, quia contradictio est oppositio unius & eiusdem, non nominis tantum: nec rei tantum: sed nominis, & rei simul ad idem secundum illud, & in eodem tempore: sed ista regimina non præcipiuntur eodem tempore: sed debet præcedere regimen subtile. postea sequi grossum. Et propterea quòd istæ feb. loquendo de his quæ non antecedunt, nec sequuntur hecticam non faciunt accidere læsionem uirtuti.i.non sunt acutæ debilitantes uirtutes, non curamus, si subtiliemus regimen, & faciamus ægrum uti uno tempore ieiunio, & succurramus illi nocumento.s.ingrossando: sicut ostendimus in capitulo de quartana.s.cum eo nutrimentum est multum, uelox, & bonum in quo non est ingrossatio materiæ nec additio in ea.s.materia melancholica. Quæ autem sit differentia inter nutrimentum bonum, uelox, & multum est satis notum. In istis ergo subtiliamus ad minorãdum materiam, sicut in quartana postea ingrossamus. deinceps: quia materia non reseruatur ad unam criticam expulsionem: immo paulatine consumitur: & etiam si seruaretur, & status esset futurus cum accidentibus fortibus post subtiliationem factam a principio, possumus ingrossare, & postea subtiliando procedere usque ad statum inclusiue, propter longitudinem ægritudinis.

Et de curationibus conferentibus ad illud est uomitus cum elleboro & semine raphani: & raphano, & elleboro: & semine attriplicis, & nuce uomica, & euacuatio cum hieris: & post illud administratio theriacæ, & eis similium. Et confert tunc sudatio cum medicinis, & cum balneo calido, absq; administratione aquæ, & absq; administratione humectãtiũ.

Hic curat per uomitiua, & solutiua.d. primo de curiationibus magis conferentibus est uomitus, cum elleboro & se. raphani. Item cum elleboro & raphano: & se. attriplicũ, item cum nuce uomica, quæ est fructus secundę spẽi tithymali carsiceti apud Dioscoridem. sed apud quosdam uocatur castanea indica. Serapio in libro aggregationum capitulo leu.albre. auctoritate Habiæ facit uomere fortiter. Eius color est inter albedinem, & glaucedinem, & est parum maior auellana: & sunt in ea nodi, quando.ʒ.ij. de cortice eius teruntur, & cribrantur, & miscentur cum duobus aure.anisi triti, aut se.fœniculi cum melle sufficienti, & bibuntur cum aqua calida mouent uomitum, & expellũt superfluitates chronicas, & phlegmaticas, & uomitiua alia suprascripta euacuant materias phlegmaticas, & melancholicas: dosis, & modus præparandi illas patent in capitulo de quartana. secundo dicit quòd euacuatio cum hieris euacuantibus phlegma, & melancholiam quas uide in antidotario, confert: & post illud administratio theriacæ & similium: sicut mithridatum, diatrionpepereõ ad confortandum membra principalia, calefaciendum, & resoluendum residuum materierum, quæ non sunt exhibenda, nisi post euacuationes uniuersales. Et confert post horum administrationem sudoris prouocatio cum medicinis, & balneo calido.s.potentialiter, & actualiter absque administratione humectantium, sicut sunt balnea aerea, & ignea thermarum, & balnea eiusdem intentionis artificialia: intellige semper quando est ultimata intentio exiccationis, & resolutionis: & non in quintana, aut sextana præcedẽte, aut sequẽte hecticã.

Quia iuxta intentionem Auice.in hoc capitulo hæ febres quando pendent ab humoribus multis, paucificatis, & ingrossatis: loquendo de his quæ non antecedunt hecticam neq; sequuntur, curantur sicut quartana phlegmatica: nam intentiones superius positæ in cura quartanæ sunt his accomandandæ: & medicinæ conuenientes in quartana phlegmatica complebunt has intentiones. si qua erit differentia forte erit, quia in his opus erit magis subtilianbus. Auicen. tamen pro cura harum multum confidit in regimine sex rerum, & ponit in hoc capitulo regimen utrumque.s.sex rerum. & medicinale satis distincte, ita ut ex textu colligere posis tam intentiones curatiuas, quàm illa, cum quibus illa perficiũtur. Sed in his quæ antecedunt hecticam aut sequuntur, opus est multum humectare, tum ratione ipsarum, tum ratione hecticæ. sed oportet propter hecticam dimittere multum calefacientia, & etiam substantialia, item exoluentia, & fortiter prouocantia uomitum, & sudorem immo quia hectica, & proprie secundæ speciei est maior morbus, & etiam pro magna parte causa illarũ & iuxta canonem Aui. quarta primi. capitulo ultimo. maior intentio debet esse ad hecticam, quàm ad quintanam, aut sextanam: illis tamen non neglectis: quòd si forte esset opus solutione, & uomitu fiat cum leuibus, & mixtis cum humectantibus, sicut sene, epithymum, cum iure pulli pro soluendo, aut aqua hordei cum oxymelle prouocando.

Tractatus tertius de hectica. Cap. I.



Am sciuisti quòd in membris sunt humiditates diuersarum specierum, de quibus sunt humiditates præparatæ ad nutriendum, & humectandum iuncturas.

Postquam in primo tracta. huius fen primæ quarti. egit de ægritudinibus.s.ephemeris, quæ pendent a calefacto esse spirituum. in secundo de febribus humoralibus quæ pendent a calefacto esse humorum cum putredine: aut sine putredine. In hoc tertio agit de hecticis quæ sunt fe. membrales, quia fixæ & in mẽbris habituatæ. hectica enim dicitur ab ethos græce, idem sonante latine quod consuetudo. per consuetudinem enim figitur, & habituatur in membris: propterea secundo de differẽtijs fe. dicitur hectica: quia solidas nostri corporis partes possideat.i.in potestate habeat. Diuiditur iste tractatus in duas partes. in prima determinat de hectica febrili. in secunda de hectica non febrili.i.de hectica senectutis. secunda ibi §Currit cõsuetudo.§Prima in tres. in prima ponit species fe. hecticæ, modum distinctionis, & causas. secundo ponit signa. tertio curam. secunda ibi in principio sequentis capituli§Pulsus.§tertia in principio quarti capituli. §Intentio.§ Prima in duas. in prima ponit species. in secunda causas. secũda ibi§Hectica quidem qñque. § Prima in duas. in prima præmittit distinctionem secundarum humiditatum, quæ sunt in nobis. secundo ostendit quid sit hectica, & distinguit secũdum illas humiditates species hecticæ. secunda ibi[Et cum inflammatur.] Prima in duas. in prima ponit secundarum humiditatum distinctiones: & declarat illas descriptiue. in secunda declarat illas per simile. secunda ibi[Et similitudo humiditatum primarum.] prima in duas. primo pręmittit quandam diuisionem generalem. secundo numerat & declarat membra diuisionis. secunda ibi[De illis ergo est illud.] In prima parte dicit. Iam sciuisti.s.prima primi, doctrina quarta, quòd in membris sunt humiditates.s. quatuor diuersarum specierum.s. nomen non habens, ros, cambium, & gluten: quę omnes intra se differunt specie, de quibus sunt humiditates præparatæ ad nutriendũ.s. nomen non habens, & cambium, & gluten. quædam sunt præparatæ ad humectandũ iuncturas, sup. & alia mẽbra cũ aliqua causa fortis eas exiccauerit, sicut fortis motus, & hæc humiditas dicitur ros: finis eius principalis.s.roris est humectare iuncturas, non nutrire nisi cum nutrimentum deficit. Et nota quòd inter humiditates præparatas ad nutriendum est numerandum gluten, nam licet sit cõuersum in substantiã mẽbri, & sit pars eius, tamen adhuc aptum natum est nutrire membra, cũ deficit actus tertius uirtutis nutritiuæ, qui est assimilatio, nondũ.n.est factum simile oĩno parti cui est appositum & unitum, deficit igitur aliquid nutritionis per ipsum perficiẽdę.

De illis ergo est illud, quod est repositum in uenis.

Hic notificat quatuor humiditates scd'as, & primo notificat primã humiditatẽ. scd'o scd'am redeundo ad primã. tertio tertiã. quarto quartã. scd'a ibi. §Et de illis est illud ꝙ est. § tertia ibi§Et de illis sunt humiditates. §quarta ibi[Et de eis sunt humiditates.]

humiditates.] In prima parte dicit quòd de illis.ſ.humiditatibus ſecundis eſt illud quod eſt repoſitum in uenis.ſ.nomen nõ habens, quod generatur in extremitatibus venarum, quæ ad membra terminantur immediate ex ſanguine. licet non differat ab eo ſpecie, nam dealbatur,& ingroſſatur: cum hæc digeſtio procedat ingroſſando.

Et de illis eſt illud quod eſt ſparſum in membris ſicut ros: & iſtæ ſunt duæ diuiſiones.

Hic declarat ſecundam humiditatem. ſecundo redit ad primam.ſecunda ibi ʒEt prima earum.ʒ In prima parte dicit ꝙ de illis ſcilicet humiditatibus ſecundis eſt illud quod eſt ſparſum in membris: ſicut ros ſparſum: quod quia non recipitur in poro cauſa nutriendi, ſicut cambium: ſed ſpargitur ſuper mẽbra, ſicut ſpargitur ros ſuper foliorum ſuperfiiciem cauſa humectandi:& iſtæ duæ ſunt diuiſiones.i.duo membra diuiſionis ſcilicet nomen non habens,& ros. Et nota quòd nomen non habens immediate tranſmutatur in rorem,& cambium: in rorem quidem ſecundum ſubtiliorem, in cambium ſecũdum partem groſsiorem. neque eos tranſmutatur in cambium niſi cum deficit nutrimentum: ſicut chylus in hepate immediate trãſmutatur in ſanguinem & phlegma: neque tranſmutatur phlegma in ſanguinem, niſi cum deficit nutrimentum.

Et prima earum eſt materia feb. putredinis: aut fe. ebullitionis ſicut ſciuiſti, cum nutrimentum totum non expandatur, quando eſt: immo remanet de eo illud quod eſt in ſemita expandendi: & remanet quod eſt in ſemita recondendi.

In iſta parte dicit quòd prima earum ſcilicet humiditatũ .ſ. nomen non habens, eſt materia feb. putredinis ſcilicet cũ putret: aut feb. ebullitionis ſcilicet cum ebullit abſq; putredine: ſicut ſciuiſti ſcilicet in capitulo de febre ſanguinea: & hoc ſupple accidit quòd fiat feb. putredinis,& ebullitionis: cum nutrimentum ideſt iſta humiditas futura nutrimentum nõ totum expanditur quando eſt ſcilicet in uenis, extra uenas, immo remanet de eo ideſt de ea humiditate quod eſt in ſemita expandẽdi ideſt aptum conuerti in rorem, qui per membra expandit̃ & remanet ſcilicet in venis quod eſt in ſemita recondendi ideſt pars apta cõuerti in cambium aptum recondi in poroſitatibus membrorum ut nutriat.

Pro huius partis declaratione nota primo, quòd prima humiditas cum ſit formaliter ſanguinis, per eius putredinẽ facit ſynocham putridam: ſed per eius ebullitionem abſq; putredine facit ſynocham non putridam. Secundo notandum ꝙ cauſa quare remanet in uenis eſt una, aut plures: aut quia non eſt conueniens ad nutriendum membrum: aut ex impotentia expulſiuæ uenarum: aut ex impotentia attractiuæ membrorum: aut propter oppilationem in poris membrorum, per quos debet pelli ad membra. remanens ergo in uenis, etiam non tendens in finem a natura inſtitutum, derelictũq; a regimine eius alterat̃ a calore extraneo, & ebullit cũ putredine, aut ſine putredine,& facit ſpecies ſynochæ: ut dictum eſt.

Et de illis, ſunt humiditates proximi temporis coagulationi: & ſunt humiditates quæ fiunt actu nutrimentum, ſcilicet attractæ ad locum, quòd eſt permutatio eius, quod eſt de eo reſolutum: & fiunt additio in eo ſimilis illi. ueruntamen tempus curſus earum propinquum eſt. ergo ſunt non coagulatæ.

Hic notificat tertiam humiditatem dictam cambium.d. ꝙ de eis ſcilicet humiditatibus ſecundis, ſunt humiditates proximi tẽporis coagulationi ideſt quæ de nouo coagulatę ſunt, & ſuntq́ humiditates quæ fiunt actu nutrimentum ideſt proximum: ita immediatum; ut nihil inter ipſum & membrum mediet ſcilicet attractione ad locum ideſt attractione ad porum membri, quod debet nutrire: quod ſcilicet nutrimentũ eſt permutatio, ſeu cambium eius ſcilicet humidi quod eſt a membro reſolutum: & fit ſcilicet humiditas iſta additio in eo .ſ. mẽbro ſimilis illi quod reſolutum eſt. verumtamen tempus curſus earum ad poros illius membri eſt propinquum ideſt parum: quare non ſunt coagulatę.i. inuiſcatæ taliter ut ſint animatæ: ſed parum poſt animabuntur,& erunt pars membri.

Et de eis ſunt humiditates cum quibus continuãtur partes membrorum ſimilium partium a principio creationis: & per ipſarum deſtructionem perueniunt ad ſeparationem,

Hic notificat quartam humiditatem dictã glutẽ. d. ꝙ de eis ſcilicet humiditatibus ſecundis ſunt humiditates cum quibus continuantur partes membrorum ſimilium partium ideſt quorum partes ſunt eiuſdem denominationis cum toto, quæ fuerunt facta a principio generationis,& per iſtarum humiditatũ deſtructionem veniunt ad ſeparationem ideſt ſoluuntur & diſcontinuantur. hæ ergo humiditates ſunt partes membri: & continuæ membro cui unitæ ſunt: ſed cambium ex quo immediate factæ ſunt erat contiguum.

Et ſimilitudo humiditatum primarum eſt oleum lucernæ effuſum in lucerna. Et ſimilitudo ſecundarum eſt oleum imbibitum in corpore lychnij. Et ſimilitudo tertiæ humiditatis eſt humiditas cui continuãtur partes coti, de quo factus eſt lychnius.

In parte præſenti declarat has humiditates per ſimile.d. ꝙ ſimilitudo primarum humiditatum.ſ. roris eſt oleum effuſum in lucerna: & ſimilitudo ſecũdarum eſt oleum imbibitum in corpore lychnij: & ſimilitudo tertię humiditatis ſcilicet glutinis eſt humiditas cui continuãtur partes coti. de quo factus eſt lychnius. Similitudo autem primæ humiditatis, quam omiſit, quia dixit ex ea fieri febr. ſynochas ſunt vaſcula in quib⁹ oleũ continetur a quibus oleum funditur in lucernam. Vel poſſumus dicere quòd oleum effuſum in lucernã eſt ſimilitudo duarum primarum humiditatum.ſ. nomen non habentium, & roris. Similitudo autem iſta ut dicit pluſquam commentator in de ſignis hepatis non eſt omnino propria: quia per oleum imbibitum in corpore lychnij non reſtaurantur partes lychnij: ſicut reſtaurantur partes membrorum per cambium receptum in poris membrorum.

Et cum inflammantur membra radicalia, & proprie cor, eſt illud ipſa ægritudo, quæ eſt hectica ſecundum quòd ſciuiſti. Et caliditas quidem hepatis, quandoq; perducit ad hecticam: uerum non eſt ipſa hectica: immo hectica eſt illa quæ eſt cauſa cordis: & ſimiliter eſt diſpoſitio pulmonis, & ſtomachi.

Hic cum præmiſit dictionem ſecundarum humiditatũ: oſtẽdit primo quid ſit hectica. ſecundo ſpecies ſiue modos hecticæ diſtinguit penes ſecundarum humiditatum diſtinctionem. ſecunda ibi ʒVerum dum ipſa.ʒ In prima dicit quòd cum inflãmantur.i. habent inflammatum eſſe mẽbra radicalia, quæ ſunt proprie membra ſpermatica: licet in hectica tam carniformia quàm ſpermatica habeãt inflammatum eſſe: & proprie cor eſt illud inflammatum circa hectica. Secundo dicit quòd caliditas hepatis quamuis ſit cauſa hecticæ: ipſa tamen non eſt hectica: immo hectica eſt caliditas facta in corde, & non caliditas facta in hepate aut pulmone, aut ſtomacho. Eſt enim cor primum ſubiectum feb. ita, ut nulla caliditas poteſt dici febr. niſi quæ eſt in corde, aut pendet a caliditate cordis. Sed in hac materia dixi in principio huius operis quantum opportunum eſt in quæſtione de ſubiecto feb.

Verum dum ipſa permanet finiendo humiditates, quæ ſunt in digeſtione prima in membris: & proprie cordis ſicut finit candela oleum infuſum in lucerna: tunc eſt gradus primus appropriatus nomine generis, quod eſt hectica: & græce hecticos, cum non habeat in ſpeciebus ſuis nomen.

In præſenti ponit diſtinctionem ſpecierum hecticæ, & habet tres partes. In prima ponit diſtinctionem ſiue diuiſionẽ ſpecierum hecticæ febr. penes diſtinctionem humiditatum ſecundarum. In ſecunda remouet dubium. In tertia ponit ſecundum opinionem aliorum aliam intentionem ſpecierũ feb. hecticæ. ſecunda ibi ʒEt hæc quidem ægritudo.ʒ tertia ibi ʒ Et quidã dixerunt.ʒ Prima in tres. In prima ponit ex qua humiditatum conſumptione fiat prima ſpecies hecticæ. In ſecunda ex quarum humiditatum conſumptione fiat ſecunda ſpecies. In tertia ex quarum humiditatum cõſumptione fiat tertia ſpecies. ſecunda ibi ʒEt cum finit humiditates.ʒ tertia ibi ʒ Cum ergo finiuntur iſtæ.ʒ In prima parte dicit dum caliditas extranea finit humiditates diuiſionis primæ quæ ſunt in membris: & proprie cordis ſicut flamma finit oleum effuſum in lucerna: tũc eſt gradus primus appropriatus nomine generis, quod eſt hectica: & grępe hecticus cum nõ habeat in ſpeciebus ſuis nomen.i. non omnibus ſpeciebus hecticæ ſit nomen impoſitum, ideo prima ſpecies habet nomen,

Et

Et cum finit humiditates quæ sunt diuiſionis primæ,& incipit reſoluere humiditates quæ ſunt diuiſionis ſecundæ,& finire eas ſicut finit flamma oleum euacuatum in lucerna, & incipit finire imbitum in corpus lychnij,erit gradus ſecũdus,& nominatur dubul & foroſmos,& habet latitudinem,& principium,& medium,& ſtatum. Amplius non rectificatur ille qui conſequitur ſtatum aldubul,& parum recipit curationem niſi deus uelit,& proprie quando peruenit ad hoc, ut caro minuatur.

In iſta parte ſecũda dicit quòd cum caliditas extranea finit humiditates: quæ ſunt diuiſionis primæ: & incipit finire humiditates diuiſionis ſecundæ ſcilicet cambium ſicut flamma finit oleum effuſum in lucerna: & incipit finire oleum effuſum in lychnio erit gradus ſecundus,& nominatur dubul ideſt arefactio,& foroſmos,uel maraſmos ideſt tabes: & habet latitudinem ſcilicet principium,medium, & ſtatum. ſecundo dicit quòd ille qui peruenit ad ſtatum aldubul,ſiue dubul parum recipit curationem,niſi deus uelit ideſt niſi miraculoſe, & proprie quando peruenitur ad hoc ut caro minuatur ſcilicet ualde ſuperflue: & per carnem intellige membra omnia ſcilicet præter oſſa,& cartilagines.

Cum ergo finiuntur iſtæ,& incipit finire humiditates,quæ ſunt diuiſionis tertiæ,ſicut incipit flamma adurere corpus lychnij, & humiditates eius radicales,eſt ægritudo gradus tertij,& nominatur curuatiuus,& almukaſit.

In iſta parte dicit quòd cũ finiuntur iſtæ ſcilicet ros, & cambium incipit finire humiditates diuiſionis tertię ſcilicet glutẽ: ſicut incipit flamma adurere corpus lychnij & humiditates eius radicales ideſt continuantes partes adinuicem: eſt gradus tertius:& appellatur curuatiuus:quia totum corpus contrahitur ad curationem,& almukaſit ideſt in quo apparet forma quæ eſt in decrepitis: quantum ad colorem,& ſiccitatem. eſt enim infrigidatũ,& exiccatum: ſicut corpus decrepitorũ.

Pro dictorum declaratione cadunt tria dubia. Primum. utrum ſicut ex ebullitione primæ humiditatis, ſi ebulliat cum putredine generatur feb.putrida ſcilicet ſynocha putrida. & ſi ebulliat ſine putredine generatur ſynocha non putrida, ita exebullitione roris,cãbij,glutinis cũ putredine, & ſine putredine poſſunt feb.putridæ, & nonputridæ generari. Secundum dubiũ utrũ tres modi,ſiue ſpecies hecticæ ab Auic.poſitæ ſint ueræ ſpecies hecticæ.Tertium dubium, utrum ſint tãtum tres.

Pro horum dubiorum declaratione, & ſolutione. primo præmittendum iuxta communem opinionem primam humiditatem de ſecundis eſſe formaliter ſanguinem. quartam uero eſſe animatã, & partẽ corporis humani. ſed ſecundã & tertiã ab his differre ſpecie & differre ſpecie ẽt inrer ſe. Prẽmittẽdũ ſecundo.quòd ſicut prima humiditas poteſt ebullire,& inflammari ſine putredine,& cum putredine:ita reliquæ tres, immo membra ipſa quandoque inflammantur, & putrẽt: & quandoque inflammantur:& non putrent.

His præmiſsis reſpondetur ad primum dubium: quòd ſi iſtæ tres humiditates putreant, & ſufficienter cor inflamment faciunt feb. putridas, differentes tamen a feb. humoralibus. Quod enim faciant feb.putridas eſt ſatis manifeſtum cum earum cauſa coniuncta ſit putredo. Quòd autem ſint differentes a feb. humoralibus eſt etiam manifeſtum, cum res putrentes quæ immediate faciunt has feb.differant ab humoribus de nominantur autem & ſpecificantur more medicorum omnes febres a cauſis coniunctis earum præter hecticas.cuius ratio eſt, quia omnes febres præter hecticas ſunt fientes, & dependentes a cauſis ſuis coniunctis. hecticæ uero ſunt febres factæ & inde pendentes. Si uero iſtæ tres humiditates inflammentur ſine putredine, & euaporantes ad cor, faciunt caliditatem in corde ſenſibiliter lædentem, faciunt feb.non putridas differentes ab humoralibus,ephemeris,& hecticis.prima pars patet ex diffinitione feb. Quod autem ſint non putridæ,patet cum non pendeant a putredine. Quod autem differant ab humoralibus,& ephemeris patet ex fundamento ſuprapoſito. Quòd autem differant ab hecticis,eſt etiam manifeſtum, cum hectica ſit facta,illæ uero fientes. Et forſitan has feb. intellexit Auer.tertio colliget de feb.in membris tertiæ digeſtionis. Et ſi forte inſtaretur quòd plura quã tria eſſent genera febriũ: dicit quòd aliquo modo reducuntur ad aliquod illorum. Vel dic quòd medici diſtinguentes feb. in illa tria genera prima, locuti ſunt de feb.communiter euenientibus. nam eædem rationes fieri poſſunt de feb. prouenientibus a putredine uermium:& a putredine chyli,lactis,& ſimilium.de hac tamẽ materia locutus ſum in principio huius operis.

Pro deciſione ſecundi dubij tenendum eſt iſtos tres modos hecticæ non eſſe ueras ſpecies hecticæ:etiam more medicorũ quia ſi unus calor remanens unus,& idem æque intẽſus a principio uſque in finem in membris fixus cõſumeret manifeſtius primo duas primas humiditates, & ſecundo cambium. tertio gluten.erunt iſti tres modi hecticæ.ergo ſi iſti tres modi hecticæ ſumantur ſecundum uarium modũ ſe habendi eiuſdem caloris ad humiditates membrorum: & ſecundum uariam ipſorum conſumptionem, non eſſet autem dicendum quòd calor manens idem numero independens, & æque intenſus migret de ſpecie in ſpeciem:ſicut etiam in exemplo Auice. in eadem flamma accenſa in lychnio primo manifeſtius cõſumeret oleũ in lucerna effuſum:deinde oleum imbibitum in lychnio:& tertio humiditatem inbibitam coti ex quo factus eſt lychnius: & non migrat de ſpecie in ſpeciem. Quod autem calor in mẽbris poſſet manere æque intẽſus ſaltem in prima ſpecie,& parte ſecundæ non eſt negandum:licet in fine ſeoundæ, & in tertia minoretur propter defectum humidi: ſicut minuitur calor cum ſit tranſitus de iuuentute ad ſenium, ſed ſi deberent fieri tres ſpecies hecticæ more medicorum oporteret quòd per ebullitionem duarum primarum humiditatum fieret caliditas in corde, & conſeruaretur: & per ebullitionem tertiæ fieret alia caliditas,& alia per ebullitionẽ quartæ, ſed ſic hectica eſſet feb.fiens contra Aui.& reliquos auctores.

Pro deciſione tertii dubii. nota auctorem poſuiſſe tantum tres ſpecies hecticæ. primam in qua licet omnes humiditates conſumantur, præternaturaliter reſoluantur, manifeſtius tamen conſumitur prima,& ſecunda:aut ſaltem ſecunda ſcilicet ros. In ſecunda uero ſpecie hecticæ iam conſumptis prima & ſecunda aut ſaltem ſecunda manifeſte conſumitur tertia ſcilicet cambium.In tertia uero ſpecie iam conſumptis his tribus, aut ſaltem duabus ſcilicet rore & cambio manifeſte conſumitur gluten. Cauſa huius gradatim proceſſus in cõſumptione harum humiditatum eſt,quia primæ duæ humiditates,aut ſaltẽ ros eſt ſubtilioris ſubſtantiæ quàm tertia ſcilicet cambium: & tertia quàm quarta ſcilicet gluten. propterea primo manifeſtius conſumuntur duæ primæ:aut ſaltem ſecunda quàm tertia, & tertia quàm quarta. Dixi autem notanter primæ duæ, aut ſecunda propter uarias opiniones. Quidam enim dicunt in prima ſpecie hecticæ conſumi primas duas. quam opinionem credo eſſe conformẽ dictis Auicẽ. maxime cum dixit. primus gradus habet modum &c. cum non habeat in ſpeciebus ſuis nomen: ſpecies autem ſuæ non poſſunt niſi ſecundum duarum humiditatum conſumptionem aſsignari. Quidam uero dicũt in prima ſpecie ſolum manifeſte conſumi ſecundam: pro qua opinione ſunt rationes magis apparentes,ſicut ſtatim apparebit. Et cã huius gradatæ cõſumptionis eſt.quia gluten ex ordine naturæ generatur ex cãbio & cãbiũ ex rore tempore neceſſitatis.ros autem, & ſimiliter cambium non ita faciliter poſſunt generari ex prima,quæ in uenis continetur:quia membra debilitata non poſſunt ipſum faciliter ex uenis extrahere,neq; uenæ ipſum expellere cum pori uenarum ſint ualde ſtricti, & ſtrictiores quàm pori membrorum.Exemplum autem Auicẽ. ad huius rei declarationem deſeruit.nam oleum exiſtens in lychnio prohibet conſumptionem humiditatis continuantis cotum ex quo factus eſt lychnius, & oleum exiſtens in lucerna paulatim imbibitur in lychnio:ſicut oleũ exiſtens in ipſo paulatim conſumitur a flamma:non tamen eſt ponẽda una ſpecies hecticæ in qua conſumitur ſanguis manifeſte,quia ſanguis pp multitudinem ſuam in uenis,& groſsitiem ſuæ ſubſtantiæ, & denſitatem uenarum non facile conſumitur.immo frequenter homines incurrunt primam & ſecundam ſpeciem hecticæ cũ notabili quantitate ſanguinis in uenis:propterea auctores diſtinxerunt ſpecies hecticæ in quibus mutatur corporis habitudo ad maciem,penes conſumptionem illarum humiditatum per quam præſentiam ſtat bona habitudo,ut puta debita groſſites cum ſufficienti pinguedine,& ad earum conſumptionem

ſequitur macies,& extenuatio.hæc autem ſunt quatuor iã dictæ:ſed magis tres poſtremæ : nõ autem ſanguis:ſtat enim multa macies cum præſentia multa ſanguinis.tres itaq; ſunt modi hecticæ,& non plures ſiue primum modum hecticæ attendamus penes conſumptionem duarum primarum humiditatum, ſiue penes conſumptionem roris,quæ eſt humiditas ſecunda .

Et hæc quidem ægritudo eſt ex feb.quæ non habent paroxyſmos,neq; horas paroxyſmorum .

In præſenti parte remouet dubium .d. quòd hæc ægritudo eſt ex febribus,quæ non habent paroxyſmos,neq; horas paroxyſmorum ſcilicet princicipium,augmentum , ſtatum : & declinationem . & hæc nota ſunt cum non ſint febr. humorales paroxyſmantes ſecundum motum materiæ ad mineram putredinis .

Et quidam dixerunt,feb.hecticæ aut pendent cum humiditatibus propinqui temporis cum coagulatione : aut cum eis quæ ſunt ſicut caro : aut cum membris radicalibus duris , ſicut ſunt oſſa.et nerui . Et ſi ex ſermone iſto intelligitur quòd pendent ſecundum ſemitam, quòd finiunt quod in eis eſt de humiditate radicali continuata eis,erit hæc . Et intentio prima æqualis : et ſi ſignificat quòd primum quod finit hectica eſt humiditas propinqui temporis cum coagulatione , non erit ſermo ſanus .

In parte præſenti ponit aliam diſtinctionem ſpecierum hecticæ.d.quòd quidam ſcilicet Gale.x.therap. ultimo capitulo: & ſequaces eius dixerunt.febr.hecticæ,aut pendent cum humiditatibus propinqui temporis cum coagulatione ideſt feb. hecticæ aut ſpecificantur penes cõſumptionem humiditatum nuper coagulatarum,quæ ſunt molles,ſicut humiditas adipis , & pinguedinis.aut cum eis quæ ſunt ſicut caro ideſt aut ſpecificantur penes conſumptionem humiditatum , quæ ſunt ſicut caro,quæ eſt durior,& difficicilius conſumitur : aut cum membris radicalibus duris , ſicut ſunt oſſa , & nerui humiditatum : quarum difficilima eſt reſolutio.ſi primo modo eſt prima ſpecies hecticæ . ſi ſecundo modo eſt ſecunda . ſi tertio modo eſt tertia ſpecies hecticæ.ſecundo dicit quòd intentio iſtorum ſic dicentium ſit:quòd quando conſumuntur humiditates cuiuſcunque mẽbri,ſed manifeſtius, & citius humiditates membrorum molliũ,ſicut eſt adeps & pinguedo eſt prima ſpecies hecticæ : quando cõſumuntur humiditates ſpiſsiores ſcilicet carnis,& ſimilium iam conſumptis humiditatibus alijs molloribus,eſt ſecunda ſpecies hecticæ: & quando conſumuntur humiditates membrorum duriorum,ſicut ſunt oſſa & nerui iam conſumptis alijs humiditatibus eſt tertia ſpecies hecticæ , erit hæc diſtinctio bona & ſimilis primæ . Sed ſi ſignificat ꝙ primũ quod finit hectica eſt humiditates molles : & nihil conſumant de humiditatibus aliorum membrorũ,non erit ſermo ſanus.i. uerus.calor enim applicitus humido conſumit ipſum in quocunque membro ſit : ſed manifeſtius , & citius humidum mẽbrorum mollium,deinde magis duorum, poſtremo duriſsimorum,quæ ſunt nerui,cartilagines,& oſſa .

Et hectica quidem quandoq; accidit poſt feb.ephi.et quandoq; accidit poſt feb.putri.et apoſtematum : et longinquum eſt ut accidat hectica incipiendo:quare ſunt membra radicalia iam inflammata,et non inflammatur humor ,neq; ſpiritus ante illud : immo oportet ut calefiant illa in primis : et deinde ſecundum proceſsionem dierum calefiant iſta niſi accidat cauſa fortis valde .

Hic ponit cauſas hecticæ quæ ſunt cauſæ in fieri. hectica .n. cum facta eſt,eſt independens . Et primo ponit quaſdam febres eſſe cauſas eius.ſecundo declarat, tertia complet cauſas hecticæ.quarto ponit canones . ſecunda ibi §Et cauſa quidem una.§ tertia ibi§Et febr.quidem putridas.§ quarta ibi§Et quãdo componitur.§ In prima parte dicit hecticam quandoque ſequi febrem ephe. quandoque febrem putridam , ſupple non apoſtematam , quandoque febr. apoſtematum . Secundo dicit quòd rariſsime accidit hectica incipiẽdo ſcilicet nulla alia febre præcedente : quaſi membra radicalia ideſt ſpermatica : ſupple & alia ſint inflammata: & non ſit inflammatus humor , nec ſpiritus ante illud.immo oportet ut calefiant illa poſt: deinde poſt aliquos dies calefiant membra,niſi accidat cauſa ualde fortis ſcilicet altera duarum , aut maxima membrorum diſpoſitio.aut cauſa agens fortis,quæ figat caliditatem in membris,& non in humoribus,aut ſpiritibus .

Ex quibus apparet ſolutio ad dubium, hic ſolitum quęri an poſsit incipere feb.hectica non præcedente ephemera, aut humorali . Ad quod dicendum quòd illud rariſsime accidit,licet ſit poſsibile . Primam partem huius concluſionis declarat Auic.quia ualde facilius inflammantur humores , & ſpiritus , quàm membra,tum quia ſubtiliores,tum quia minus habẽt de frigiditate reſiſtente.Secũda uero pars probatur, quia hoc poteſt eſſe propter cauſam ualde fortem,quæ eſt membrorum diſpoſitio ad acquirendum calefactum eſſe : & non humorum , & ſpirituum:utputa propter membrorum arefactionem ex fluxu,aut longa abſtinentia , & ſimilibus : quibus mẽbra poſſunt arefieri,& non ita ſpiritus,aut humores.unde cauſa calefaciẽs primaria figet caliditatem in membris,& non in humoribus , aut ſpiritibus.licet forte citiꝰ calefaceret humores,& ſpiritus quàm membra . Secunda cauſa propter eſſe cauſam ualde fortiter calefacientem,quę figet caliditatem in membris propter denſitatem ſuæ ſubſtantiæ,& non in humoribus,aut ſpiritibus quia ſunt nimis tenuis ſubſtantiæ in comparatiõe ad membra, unde caliditas non figitur in illis,ſicut figitur in membris.ſicut fulmen agit in ferrum,& res denſas,& non agit in ueſtes, & ſimilia:quia ſua caliditas exceſsiua in ipſis non retinetur,ſed retinetur,& figitur in re denſa,& dura. Dicit tamen Gen.ſe nunquam uidiſſe aliquem eſſe factum hecticum incipiendo . Ego tamen credo uidiſſe aliquos phthiſicos ex ulcere cruſtoſo eſſe factos hecticos nulla pręcedente ephemera,aut putrida:ſimiliter aliquos eſſe factos aſthmaticos primo , poſtea hecticos exiccata re ſuperflua , propter puluerem lapidum quos terebant in agro ueronenſi pro uitro conficiendo . Et quoſdam eſſe factos febriles ex hectica ſenectutis nulla ephemera , aut putrida præcedente .

Et cauſa quidem vna quandoque eſt cauſa febris hecticæ , & quandoque eſt cauſa febris æphemeræ ſecundum uehementiam febris,& vehementiam mutationis ſuæ, & debilitatem ſuſpenſionis ſuæ ſicut ignis . nam ipſæ obuiat lignis ſecundum duos modos,quorum unus eſt ſecũdum modum quòd calefacit ea,& finiat in eis,& ſecundus eſt ſecundum ſemitam inflammationis .

In parte præſenti declarat quod ſtatim dixit niſi accidat cauſa fortis ualde . Et etiam dicit quòd quandoque una cauſa eſt cauſa hecticæ ſup. & non ephe.& quandoque eſt ephe. & non hecticæ ſecundum quòd forte imitatur,& agit ſupple aut debiliter . & ſecundum debilitatem ſuſpenſionis ideſt fixionis ſuæ ideſt ſecundum quòd facile figitur , aut difficulter , & declarans in exemplo dicit : ſicut ignis . nam ipſæ obuiat lignis ſecundum duos modos:quorum unus eſt quòd ipſæ calefacit ea, & firmat in eis : & facit ea firmare,& non inflammatur.ſecundus modus & eſt ſecũdum ſemitam inflammationis ideſt quòd ligna inflammantur , & remanet flamma in eis in abſtinentia ignis inflammantis. Pro cuius declaratione ſciendum primo: quòd quia non erat ita difficile quòd una cauſa inflammãs poſſit facere hecticam,non putridam : quia putrefactio eſt paſsio determinati modi,quæ non eſt apta fieri a quocunque inflammante : immo interdum per cauſam ualde calefacientem prohibetur : ſicut eſt difficile ab aliqua cauſa inflammante fieri hecticam,& non ephemeram. Auicen.hæc ſpecificauit cauſam aliquam inflammantem poſſe facere hecticam,& nõ ephemeram,derelinquens quaſi notum quòd poſsit facere hecticã, & non putridam,immo etiam difficilius eſt poſſe facere hecticam & non ephemeram,quàm hecti. non humoralem ſine putredine . Sciendum ſecundo quòd ad eſſe cuiuſcumque febr. requiritur quòd calefactum eſſe ideſt quòd caliditas ſit fixa in aliquo ſubiecto noſtri corporis ſcilicet aut in membris , quo ad hecticas,aut in ſpiritus quo ad ephe.aut in humore,uel vapore quo ad humorales,non.n.ſufficit ſola caliditas fiens,nam ſic uno febriẽte uno genere febrium,febriret quocũq; genere fe.His ita ꝑmiſsis dicẽdũ eſt ꝙ cauſa aliqua fortiter calefaciẽs

occurrens

occurrens alicui corpori ſicut ſol,aut balneum calidum ualde quãuis calefaciat membra,humores,& ſpiritus, poteſt tamen infigere caliditatem in membris , & non in humoribus , neque ſpiritibus tum quia membra forte erunt arefacta paratiſsima ad hecticam,tũ quia ſunt denſæ ſubſtantiæ facile retinẽtia caliditatẽ ſibi impreſſam in abſtinentia agentis:nõ autẽ ſic humores, aut ſpiritus merito tenuitatis ſuæ ſubſtantiæ:imo in abſtinentia agentis remouetur caliditas ſibi impreſſa,& redeunt ad diſpoſitionem ſibi naturalem.ſicut in exemplo de fulgure dictum eſt. Et ita ex eodem fundamento dicendum eſt aliquam cauſam inflammantem poſſe facere humoralem, & non ephemeram.Cauſa autẽ leniter inflammans faceret ephemeram & non humoralem , neq; hecticam: licet tanta poſſet eſſe diſpòſitio paſsi ꝙ ipſa citius faceret hecticam quã humoralem & humoralem quã ephemeram.De cauſis autem communiter occurrentibus corpori humano' ſm plurimum : ephemera eſt apta præcedere humoralem,& humoralis hecticam , & ſic hectica rariſsime fit incipiendo.

Et feb.quidem putredinis,et apoſtematis permutatur multoties ad hecticam propter vehementiam feb.& vehementiã ſubtiliationis cibi in ea , & prohibitionem aquæ frigidæ , & paucitatem obſeruationis lateris cordis cum vnctionibus , & emplaſtris,& epithematibus,& proprie in ægritudinibus mẽbrorum vicinorum cordi,ſicut diaphragmatis. Et multoties facit cadere in eam neceßitas medicorum propter caſum virtutis,& frequentiam ſyncopis ad dandum in potu vinum , & aquam carnis,& medicinam de muſco,& his ſimilia .

Hic complens cauſas dicit ꝙ hectica aliquando ſequitur putridas non apoſtemoſas,propter uehementiam earum . Item ex errore medicorum cum nimis ſubtiliant diætam, & prohibent aquam frigidam:& non infrigidant regionẽ cordis proprie in ægritudinibus membrorum uicinorum cordi ſcilicet diaphragmatis:quando ſcilicet apoſtematur apoſtemate calido:& multoties facit cadere in hecticam neceſsitas medicorũ quando coguntur dare in potu uinum,& aquã carnis , diamuſcum,& ſimilia calida propter caſum uirtutis, & frequentiam ſyncopis.

Et quandoque componitur hectica cum feb.putredinis, & apoſtematum:& hectica quidem in principio rei eſt difficilis cognitionis,& facilis curationis:& in fine ſui eſt facilis cognitionis,& difficilis curationis:& finis aldubul non recipit curationem penitus.

Hic ponit tres canon̄.primus ꝙ quandoq; componitur hectica cum feb.putredinis,& fe.apoſtematum.Secundus ꝙ hectica in principio ſui eſt difficilis cognitionis:quia parum permutat corpus a diſpoſitione ſua naturali:& eſt facilis curationis:quia corpus eſt facile tolerans infrigidationem:ſed in proceſſu ſuo eſt facilis cognitionis,corpore multum permutato: ſed difficilis curationis,cum uirtus ſit facta debilis,& multum humidum ſit deperditum,quod difficile eſt reſtaurare.Tertius canon.ꝙ finis aldubul ideſt ſecundæ ſpeciei non curatur propter nimiam cõſumptionem , & nimiam uirtutis debilitatem.

De ſignis. Cap. II.

PVlſus quidem eſt minutus,durus,frequens,debilis, fixus ſecundum habitudinem vnam.

Primo ponit ſigna hecticæ abſolutæ,licet multum accomodentur primæ ſpeciei.ſecundo ponit ſigna ſecundæ ſpeciei.ſecũda ibi[Signa uero aldubul.] pria in tres.primo ponit ſigna ipſius ſecundũ ſe.ſecundo ponit ſigna tranſitus ex ephe. tertio ſigna eius compoſitæ cum putrida.ſecunda ibi{Et de ſignificationibus permutationis.}tertia ibi{Et de ſignificationibus cõpoſitionis.}Prima habet tot partes quot ſunt ſigna.Primum ſignum ſumitur a pulſu , quia eſt minutus ideſt paruus propter debilitatem uirtutis,durus propter exiccationem arteriæ, & i his eſt gradus debilitatis,& duritiei:manifeſtior eſt enim uirtutis debilitas & durities in proceſſu maior quàm in pricipio, frequens ut recuperet defectum magnitudinis,debilis,fixus ſecundum unam habitudinem ideſt diſpoſitionem : quia non habet paroxyſmos,neq; tantum eſt fixus ſecundum habitudinem unam,quin permutetur in cibo,potu , & ſimilibus , & ſomno, & uigilia.

In tactu vero eſt illud quod ſentitur de caliditate minus caliditate ſynochi:& ei ſimilium inflammatarum in materia:& in principio dum tangitur eſt magis ſuauis : & cum remanet ſuper eum manus hora vna,apparet cum fortitudine, & mordicatione,& non ceſſat augmentari:& eſt calidius quod eſt in eo locus venarum,& arteriarum . Et eſt eorum caliditas ſimilis. non enim minuitur,verum ipſa quando ſuperuenit ei cibus,augmentatur velociter:& fit fortis pulſus valde,& incipit magnificari:Et propter illud accidit ſtultis medicorum, quòd prohibent eis cibum propter illud quod accidit eis de eo ex accidentibus,quare perdunt eos:ſicut augmentatur flamma propter iniectionem olei,& ſartago cum effunditur aqua ſuper eam. Et iſtæ quidem ſignificationes eius ſunt fortes. Et cibus in reliquis quidem febribus proculdubio non incenditur hac incenſione,ſicut inuenitur huic:quamuis neceſſario faciat diuerſitatem per motus naturæ,& hæc inflammatio non eſt ſicut incenſio reliquarum feb.poſt coarctationem , nec ſecundum periodos notos:immo cum comedunt , & in quacunque hora ſit. Et eſt habens ægritudinem non vehementer diſcernens illud,quod eſt in eodem de caliditate,quoniam facta eſt complexio membro conueniens:& iam ſciuiſti in libro primo qualitatem diſpoſitionis in huiuſmodi:verum ipſa apparet apud ſuſceptionem alicuius ciborum propter vehementiam ſuam.

Hoc eſt ſecundum ſignum ſumptum a tactu : & primo dicit quod caliditas ſua ad tactũ apparet minor caliditate ſynochi: & ei ſimilium inflammatarum in materia pendentium a materia calida,ſicut tertiana,cauſon,& ſimiles.ſecũdo dicitur quòd in principio dum tangitur caliditas eius eſt magis ſuauis : ſed cum retinetur manus ſuper hecticam aliquando apparet calor fortis,& mordicans:& augendo procedit.tertio dicit quòd locus calidior in eo eſt locus uenarum,& arteriarum.quarto dicit quod eorum caliditas eſt ſimilis : quia non augetur neque minuitur:ſicut paroxyſmales niſi propter aliquã cauſam primitiuam: ideo ſubdit quod quando cibantur augmentatur uelociter ideſt notabiliter creſcit in paruo tẽpore:& fit fortis pulſus ualde ſaltem apparenter:& incipit magnificari, & propter hoc ſtulti medicorum prohibent eis cibum : quia uident poſt cibum eius accidentia augeri:quare interficiunt eos.nam propter abſtinentiam a cibis quam faciunt augetur feb.& exiccatio:& poſtea quando cibant eos per cibum aſſumptum calor eorum augmentatur:ſicut augmẽtatur flamma cum oleum ponitur in lucerna,& ſartago augmentatur in caliditate, quando effunditur aqua ſuper eam calefacta·quia ſentimus eam ſtridere , & fumare : & iſtæ ſunt ſignificationes fortes eius ſcilicet hecticæ.& cibus quidem in reliquis fe.proculdubio nõ incendit tanta incenſione,quanta uidetur incẽdi in hac fe . quamuis neceſſario in quacunque feb . faciat diuerſitatem quandam: quia aliqualiter incenditur propter motum naturalem ideſt caloris naturalis . quinto dicit quod hic inflammatio non eſt ſicut incẽſio reliquarum poſt coarctationem ſcilicet pulſus: nec ſecũdum periodos notos ſcilicet quotidie:aut de tertio in tertium:aut de quarto in quartum: immo dum comedunt excreſcit calor in quacunque hora ſint.ſexto dicit quod hecticus nõ diſcernit caliditatem eius:quia hectica eſt facta complexio mẽbro conueniens.Et iam ſciuiſti primo libro fen ſecunda capitulo de cauſis dolorũ qualitatem diſpoſitionis in his ideſt quare non ſentiant caliditatem ſuam,uerum apparet ideſt ſentitur ab eis cum ſumunt aliquem cibum propter uehementiam ſuã, ideſt quia excreſcit.

Primo notandum pro declaratione primi dicti:& ut ſoluatᷣ dubiũ ſolitũ quęri quis calor eſt maior an hecticæ an fe.ex qua facta eſt hectica . quod calor.fe.humoralis ex quo facta eſt hectica

ctica eſt maior quantitatiue, quia pendet a plurimo humido uaporoſo, unde primo de differentiis febrium ſynochæ habent flammam obuiantem manibus tangentis, ſecundum uero hecticas feb. nec multitudo obuiat calori. Ex quo apparet quod in hecticis remanente manu plus apparet calor, qui ſtatim non apparuit defectu uaporum multorum, oppoſitum aũt contingit in humorali. ſecundo diceudum quod calor hecticę in nulla proportione eſt interſior, aut remiſsior quàm calor febris, ex qua immediate eſt genitus: cum nulla latitudo ſubito acquiri poſsit aut deperdi. tertio dicendum quòd calor hecticæ in proceſſu minuitur gradualiter, & quantitatiue propter defectum humidi, & proprie cum deuenitur ad finem ſecundę ſpeciei, & per totam tertiam ſpeciem.

Pro notitia tertij dicti pręmittendum eſt quod loca arteriarum ſunt illa in quibus ſunt arteriæ magnæ: ibi etiam ſunt uenæ notabiles cum ſecũdum plurimũ uena ſupponatur arteriæ: ſicut in manibus, pedibus, & temporibus: ubi manifeſte pulſus ſentitur. hæc enim loca apparent calidiora, quàm reliquæ partes extrinſecæ non arterioſæ: tamen quia in ueritate ſunt calidiora ſicut cor etiã eſt alijs partibus intrinſecis calidius a quo arteriæ oriuntur.

Præmittendum ſecũdo quòd licet in febribus putridis hæc loca ſint calidiora, quàm reliquæ partes extrinſecæ non arterioſæ: tamen in hecticis caliditas locorum arterioſorum manifeſtius excedit caliditatem locorum non arterioſorum, quàm in putridis, quia in putridis uapores putridi ſparſi per uniuerſum corpus faciunt apparere in omnibus partibus ingentem caliditatem, ſed in hecticis in quibus aliæ partes non ſunt calidæ ex præſentia uaporum putridorum, apparet exceſſus caliditatis harum partium manifeſtior quàm in putridis: ad quod adiuuat quòd caliditas arida in hecticis facit ſanguinem arterialem, & uenalem, cuius multa eſt quantitas in locis dictis, euaporare magis quàm in putridis, in quibus caliditas non eſt ita arida. Ex quibus apparet in illis partibus exceſſum caliditatis ſuper aliarum partium caliditatem eſſe manifeſtiorem, quàm in putridis. Tertio notandum hunc exceſſum caliditatis locorum arterioſorum ſupra caliditatem aliarum partiũ non arterioſarum nõ ſolum apparere in hecticis: immo in ſpaſmatis, & lethargicis, ut ſumitur tertio canone fen. ſecunda capitulo de ſpaſmo: & in commento pulſuũ .c. de pulſu lethargicorum. Ideo. G. primo de differentijs. caute dixit hoc accidens non inueniri ſecundum alias febr. & non dixit ſecundum alias ægritudines. ſed cauſa quare hoc apparet in ſpaſmate eſt: quia propter tenſionem arteriarum non fit debita euentatio, propterea in arterijs caliditas excreſcit magis quàm in alijs partibus: ſed in lethargicis hoc accidit. ſimiliter in congelatis, quia propter humores frigidos partes ubi non eſt multus calor infrigidãtur, ſicut partes non uenoſæ, neque arterioſæ: ſed loca uenarum & arteriarum propter præſentiam ſanguinis, & ſpiritus non poſſunt ita infrigidari: quare in comparatione ad alias notabiliter apparent calidæ, & hæc eadem ratio poteſt accomodari ſpaſmo pendenti a materia frigida.

Pro notitia quarti dicti notandum quòd licet cibus in aliis febribus incendat aliqua incenſione, propter motum caloris naruralis qui primo eſt ſuffocatiuus, deinde dilatatiuus cum vapores cibales per corpus ſparguntur: tamen cęteris paribus non incendit tanta inceſione in alijs febribus quanta incendit in hectica: in omni itaq; febre fit ex cibo aliqua caloris confortatio, & augmentum, niſi homo ſit in diſpoſitione ualde extranea, aut morti propinqua. Secundo notandum quòd inflammatio quæ fit in hectico a cibo non eſt inflãmatio paroxyſmalis, aut exacerbatiua: quamuis enim in principio ſumpto cibo calor aliqualiter ſuffocetur: ſicut ſuperpoſitis lignis, poſtea dilatetur, & amplietur cibo calefacto: & ſecundum aliquam partem in uapores conuerſo: tamen hoc non eſt ſecundum proportionem ad aliquem diem, ſicut in febribus periodicis ſed hoc fit quandocunq; ſumitur cibus. Tertio notandum, quamuis ſit commune omni febri ſupercaleſieri a cibo: tamen hoc ſignum appropriatur hecticæ: per quod ab aliis diſtinguitur febribus. primo quia cæteris paribus hecticus magis ſupercaleſit ex cibo, quàm alii febrientes: propter ſuam caliditatẽ aridam facientem cibum magis euaporare cæteris paribus q̃ caliditas aliorum febrientium, quæ non eſt ſic arida. ſecundo quia dato quòd æqualiter ſupercaleſieret ex cibo cum alijs febrientibus, immo magis tamen hoc ſignũ hecticis appropriatur, quia mutantur de nõ ſentiendo caliditatem ad ſentiẽdum ipſam notabiliter: ſed alij febriẽtes nõ ſic mutãtur, quia primo ſentiebant ſuam caliditatem: hectici uero nõ, quia hectica eſt facta complexio membro conueniẽs. Conueniens quidẽ, quia non ſentit hecticus impreſsionem caliditatis hecticę. eſt enim facta & ſibi conſueta: quare non ſentitur: ſed aliæ feb. ſentiuntur, quæ ſunt fientes nondum conſuetæ. Ex his infertur quòd caliditas in hectico reperta poſtquam eſt inflammatus a cibo exiſtens in eodem ſubiecto adęquato eſt compoſita ex duabus partibus incenſiuis: quarum una eſt facta. ſ. præexiſtens: altera fiens ſcilicet de nouo inducta a cibo. Ex quo ſequitur quòd aliquis effectus puta immutatio tactus prouenit ab uno gradu caliditatis, qui non prouenit ab altero ſecum in eodem ſubiecto coextenſo, contra ſuperius determinata in quæſtione. utrũ febris ſit calor additus: ibi enim determinatum eſt febrem eſſe totũ calorem in febriẽte repertum: & quòd nõ eſt effectus qui proueniat ab uno gradu caloris, qui non proueniat ab unoquoq; ſecum in eodem ſubiecto extenſo. Forte dicitur quòd per additionem huius nouæ caliditatis a cibo caliditas præexiſtens actuatur, & permutatur ab eſſe inſenſibili ad eſſe ſenſibile, unde utraq; immutat tactum. Contra, ſequeretur quòd eadem caliditas numero ſecundum eãdem partem inceſiuam ſæpe eſſet facta, & ſæpe fiens in paruo tempore: & ſæpe dependens, & ſępe independens, & conſequenter quòd habitus eſt qualitas de facili mobilis: hæc ſunt inconuenientia. Quapropter dictum eſt quòd ſola caliditas de nouo inducta a cibo ſentitur. cauſa autem quare præexiſtens non ſentitur non eſt ex parte ſui, cũ omnem calefactionem quam inducit caliditas de nouo inducta, inducat etiam caliditas præexiſtens tanquam particulare agens: ſed defectus eſt ex parte organi, cui caliditas præexiſtens eſt aſſueta. omnis ergo effectus qui ꝑ ſe inducitur ab una inducitur ab altera per ſe. i. quantum eſt ratione ſui. Et conſequenter dicendum eſt quòd nõ tota calefactio ſua ſentitur ab eo: quàmuis tamen ſenſatio calefactionis ſenſui communi, uel cogitatiue pertineat, cuius organum poteſt eſſe aſſuefactum illi calefactioni.

Quomodo hectica ſit corpori cõplexio cõueniẽs & ſimilis.

Hic Gentilis mouet duo dubia. primum quomodo hectica poteſt fieri membro conueuiens. Et in ſumma dicit ſecundũ communem modum, cauſam huius eſſe quia eſt facta, & eius non ſentitur impreſsio ab hectico ſicut a mala cõplexione fiẽte. Et dicit quòd quouſq; ex forma quæ erat in ſubiecto, & illa quæ acquiritur non fit una forma eſt complexio fiens, & eſt extranea, & ſtat actio & paſsio. quando autem illa quæ acquiritur, & illa quæ eſt in ſubiecto faciunt unam formam: tunc illa extranea facta eſt conueniens: quia eſt facta una numero cum illa quæ erat conueniens: ſed dicit quòd hæc dicta ſunt cõfuſa. Contra hanc opinionem nolo inſtare, ne prolixus ſim.

Calor hecticus corpori ſimilis & cõueniens.

Sed breuiter dico pro nũc quòd calor hecticus qui primo erat fiens & dependens, & non aptus ex ſe conſeruari: immo deducta cauſa conſeruante quãprimum incipit tendere ad nõ eſſe, nunc eſt factus: quia fixus & habituatus taliter quòd deducta quacumq; cauſa conſeruante ſeipſo in ſubiecto poterit conſeruari: & quando ſic eſt calor ille taliter membro conſuetus dicitur complexio corpori conueniens: quia quamuis corpus ſit ſenſibile, & lædatur notabiliter ab eo: non tamen ſentit nocumentum eius: ſed mala complexio fiens non dicitur corpori conueniens, quia ſentitur nocumẽtum, & eius impreſsio. ſed de hac materia alias dicetur uberius.

Cur hecticus ſupercaleſit a cibo, & a quo cibo.

Secũdum dubium quare hecticus ſupercalefacit a cibo: & quis eſt cibus qui hecticũ ſupercalefacit. Pro cuius deciſione ſciendũ ꝙ Ga. primo de differentiis febriũ, dicit cauſam huius eſſe quia omnis caliditas arida irrorata humido magis manifeſtatur: ſicut caliditas calcis aquã irrotat. Hecticorũ aũt caliditas eſt arida irrorata, itaq; cibo manifeſtari debet. cõuertit. n. cibũ in uaporẽ calidũ totũ corpus calefaciẽtẽ. Auer. aũt quarto colliget deridet hãc cauſam. d. eſſe fabulas. Dicit. n. nõ eſſe poſsibile calorẽ corporis humani tm̃ extraneari ut corrũpat cibũ, ſicut calx aquã: quod uerũ eſt de toto cibo, aut magna eiꝰ parte, ſed ꝙ aliquã partẽ ſubtilẽ, & in vaporẽ cõuertat corpus calefacientẽ non eſt irrationabile: immo ueriſsimum. ſecundo aliqua caliditas putridæ febr. eſt magis arida quàm caliditas primæ ſpeciei, utputa cauſonis, ita ut corpus exiccatum taliter perducat ad ſecundam ſpeciem hecticæ non tranſeundo

do per primam. ergo per cibum in hac debet magis manifestari caliditas quàm in prima specie hecticæ cum magis cibum in vaporem conuertat. Ad hanc credo Gal. rñdere negando cõsequẽtiã. nã licet forte in hac magis excrescat caliditas ꝑ cibũ,quã in prima specie hecticæ: non tñ magis manifestatur caliditas quã in prima specie hecticæ: quia non permutatur de non sentiendo caliditatem ad sentiendũ ipsam: sicut ꝑ mutatur in prima specie hecticæ. Aue. autẽ quarto colliget red dens causam huius dicit causam esse: quia in hectica calor est fi xus: sed in putrida non. nihil aliud noluit dicere licet in obscuris,& in consuetis uerbis dicat nisi ꝙ hecticus habens calidita tem fixam quæ nõ sentitur, permutatur per cibũ sumptũ de nõ sentiendo caliditatẽ ad sentiendũ ipsam: sed patiens putridam nõ. licet forte per cibum amplius sentiat, quia prius sentiebat caliditatẽ suã, non permutatur de non sentiendo ad sentiendũ eam. Item fit permutatio ex parte medici tangentis. nã cũ sentiret in hectico caliditatem uniformen: sumpto cibo uidet eã excrescere,& pulsum uelocitari magnificari, frequentari. sed hæc ꝑmutatio in putridis nõ est apud tactum medici: cum etiã extra horas cibationis sentiret hanc diuersitatem in calore.

Ad secundã partẽ dubij dicendum ꝙ in cibo intrante stomachum est duplicem dare partẽ unã subtilẽ roralẽ quç cito trãsit ad membra. s. in duabus horis post cibationem uel circa: & illa pars est ex qua hecticus sentit caliditatẽ. Et quia motus huius partis diuersificatur, ideo quidam auctores dicunt duabus horis post cibum sentire caliditatem, quidã autẽ tribus, quidam autem una hora. Altera autem pars cibi est grossa cuius mora est in stomacho pluribus horis quã duabus, & uadit ad hepar gradatim: & fit sanguis postea humiditas prima: & cãbium & nutrit: & totum hoc uidetur fieri spatio nouẽ horarũ, ut Auer. sexto colliget in fine,& in practica canticorũ duodecimo cõmẽto. Et an iste cibus calefaciat hecticũ eget ꝯsideraitone: qa non est determinatum. Et cum hoc debet considerari si illa pars rorida quæ transit uere digerat,& fiat chylus, aut sanguis an non uere nutriat: hæc Gentilis. Cum hoc tamen credendũ est aliquam partem cibi in uapores conuerti qui corpus calefaciunt,& huiusmodi calefactionem credo fieri citius, quàm secundum modum prædictum.

Et de significationibus permutationis feb. ephemeræ ad febrem hecticam est vehementia fortitudinis caliditatis in tertio valde: nam secundum plurimum incipit febris post duodecim horas declinare Cum ergo pertransit febris duodecim horas,& non apparent signa declinationis, immo continuatur vsque ad tertium omni die,& fit fortis: tunc illa est hectica.

Hic ponit signa permutationis ephemeræ. i. ueræ in hecticã & est dictum Gal. primo de differẽtiis febrium. Et dicit quòd uehementia caliditatis in tertio die significat hoc. nam secundum plurimũ ephemera incipit declinare post duodecim horas. Cum autem non apparent signa declinationis, immo continuatur usq; ad tertium,& fit fortis: tunc illa est hectica, maxime si non habeat difformitates,& excresentias in hoc tempore: quia si haberet eas, posset esse putrida.

Et de significationibus compositionis hecticæ cũ febribus putredinis est remansio caliditatis siccæ post finem declinationis,& post sudorem exuberantem: & additio in arefactione,& extenuatione, secundum illud quod facit necessarium illa ægritudo,& vnctuositas in vrina,& egestione. Et si fuerit hectica illud quod apparet,& occultum aliud, significat ipsum coarctatio accidens in paroxysmis: huiusmodi enim non est in uentum in hectica omnino.

Hic ponit signa compositionis hecticæ cum putrida. & est remansio caliditatis. s. febrilis cum siccitate post finem declinationis: & post sudorem exuberantem. Itẽ additio ĩ extenuationem & arefactionem secundum ꝙ facit necessarium in hectica. Item unctuositas in urina,& egestione manifeste apparẽs.

Et si fuerit illud quod apparet hectica. i. si hectica fuerit manifesta: & aliud. i. si hectica fuerit occulta significatur per coarctationem. s. pulsus,& caloris accidentem in paroxysmo putridæ: & non est inuentum in hectica, quia nõ habet paroxysmos.

Et scias quòd quandoq; incipit hectica retenta cum stomacho: quare corrumpit complexionem hepatis per vicinitatẽ.

In parte præsenti ponit causam ꝙ quandoq; incipit hectica retenta in stomacho. quare corrumpit complexionem hepatis propter uicinitatem. Pro quo notandum ꝙ hectica retinetur in stomacho, uel quia incipit ab eo. s. a mala complexione sicca ad quã sequitur ariditas,& ex ista causa sequitur hectica: & talis malitia stomachi lædit hepar per uicinitatẽ, & quia magis exiccat chylũ quã sit opportunum: uel hectica retinetur in stomacho: quia hecticæ cõiũgit stomachi malitia, q̃ nocet hepati.

De signis aldubul. Cap. III.

Signa vero aldubul sunt quòd quando fe. expellitur aldubul vehemens fit durities pulsus,& eius debilitas,& paruitas ipsius,& eius frequentia: & proprie quando causa casus in hecticam est apostema, quod nõ resoluitur: nam illud scilicet frequentia additur valde,& similiter velocitas,& fit pulsus eius de genere eius, qui nominatur cauda muris. Quod si fuerit & potu calidi vini erit loco caudæ muris acualis: & non erunt accidentia aldubelati vehementia valde: non enim dat ei spatium vsq; ad huiusmodi. Et apparẽt in vrina vnctuositas,& petala, et incipit oculus profundari. Cum ergo aldubul peruenit ad statum, fit fortior profundatio amborum oculorum: et multiplicatur lippitudo sicca, et crescunt extremitates ossium omnis membri, et in facie: et planantur tempora, et tẽditur cutis frontis, et destruitur color cutis: et fit quasi sit super eam puluis quidam ex adustione solis, et perducit ad grauedinem eleuandi supercilia: et fit oculus somnolentus, et clausus absq; somno: et subtiliatur nasus. elongantur pili, et apparent pediculi. et videtur venter iam minorari, et adhærere cum dorso, quasi sit cutis sicca, quæ iam attracta est: et attrahitur cum ea cutis pectoris. Cum ergo curuantur vngues, et arcuantur: tunc iam venit ad statum, et incipit tendere ad occasum: et cũ incipit tẽdere ad occasum liquefiũt cartilagines.

Hic ponit signa secundæ speciei, quæ cum sunt remissa sunt signa primæ speciei hecticæ: cum uero intensa in ultimo sunt signa tertiæ speciei. Habet hæc pars tot partes, quot sunt signa. primum quando fit transitus ad secundam speciem hecticæ, siue fiat ex prima, siue ex alia causa, non transeundo per primam uehemens fit durities scilicet pulsus propter multam exiccationem arteriæ,& debilitas,& paruitas propter debilitatem uirtutis, frequentia eius ut recompenset defectum magnitudinis & uelocitatis: & proprie fiunt hæc quando causa casus in hecticam est apostema, quod non resoluitur: sed uel induratur, aut rumpit. nam frequentia additur ualde,& similiter uelocitas: & fit pulsus de genere eius qui uocatur cauda soricina procedendo de paruo ad minorem: & de frequenti ad frequentiorem quousq; accidat. Quòd si fuerit ex potu uini calidi erit loco caudæ soricinæ pulsus, acualis, siue fusalis: quia propter caloris confortationem ex uino post percusiones paruas fierẽt aliquæ magnæ, deinde redibit ad paruas, & hic pulsus dicitur fusalis ad similitudinem fusi: & dicitur acualis ad similitudinẽ acus cũ qua sotulares suunt. quia hęc duo sunt grossa in medio & uersus extremitates subtiliando procedunt. Siue ergo ista hectica fit ex uino, siue mutatio pulsus fit ex uino: oportet imaginari ꝙ mutatio pulsus fit ex uino, tunc bibito.

Et non erunt.

Hic textus potest dupliciter exponi. primo quòd quando casus in hecticam fit ex apostemate aldubelet, non erunt accidentia aldubelet uehementia ualde. non enim dat ei spatium usque ad huiusmodi hecticam, uel pulsum talem in hectica: quia prius occidit quàm fiat finis secundæ speciei hecticæ: uel quàm fiat pulsus huiusmodi. Aliter potest exponi quando casus in hecticam est ex potu uini calidi non apparẽt accidentia aldubelet vehemẽtia: de quibus sunt pulsus ut cauda muris finitiua. nõ enim quia si apparerẽt accidentia ualde vehementia, non darent spatium ut fieret pulsus acualis. Et si apparet in urina unctuositas scilicet natans in superficie. & petala idest corpuscula parua decisa per liquefactionem cum fit

tranſitus aldubelet,& incipiũt oculi eius profundari humido conſumpto. Cum ergo aldubul ideſt ſecunda ſpecies hecticæ peruenit ad ſtatum fit fortior profundatio amborum oculorũ: & ly peruenit eſt præſentis temporis,& multiplicatur lippitudo ſicca humido conſumpto ſcilicet in augmento ſecundæ ſpeciei: & creſcunt extremitates oſsium in omnibus membris reliquis partibus præter oſſa conſumptis:& in facie applanãtur tempora carnibus eorum conſumptis,& tẽditur cutis frontis humido eius conſumpto,& deſtruitur color frontis,id eſt tendit in fuſcum calido naturali mortificato: & eſt quaſi ſuper eã ſit puluis quidã ex aduſtione ſolis parte ſuperficiali ab eo exiccata: ut ſit quaſi puluis in eius ſuperficie.& perducitur ad grauitatem eleuandi ſupercilia facta virtute impotenti ad contrahendum muſculos eleuantes ſupercilia:& fit oculus quaſi ſomnolentus,& clauſus abſq; ſomno.non enim eſt ſomnus,ſed impotentia uigilandi,primo de differentijs febrium: & ſubtiliatẽ naſus carnibus conſumptis:& elongantur pili,ideſt apparent longiores conſumptis carnibus,& ad intus preſſa cuti: & ad hoc facit corrugatio ſiue contractio cutis. quia pili erigũtur, & apparent magis.& ſimile eſt quod ſumitur octauo problematum,problemate duodecimo cum aſsignant cauſam, quare pili rigentium eriguntur. Aliter poſſemus imaginari quòd pili elongantur propterea in iſtis,ex calido aduſtiuo multiplicatur materia fumoſa quæ eſt conueniens ad pili generationem, & augmentum,prima tamen cauſa eſt melior, apparent pediculi propter corruptionem nutrimenti. primo enim generatio eſt ſub cute;deinde exeunt.& uidetur uenter eius iam minorari,& adhærere dorſo,quaſi ſit cutis ſicca quæ iam attracta eſt,& attrahitur cum ea cutis pectoris cum habeãt adinuicem continuitatem,cum ergo curuantur ungues, & arcuantur:tũc iam peruenit ad ſtatum: & ly peruenit eſt temporis præteriti perfecti.& incipit tendere ad occaſum.i.mortem:& cum incipit tendere ad occaſum liquefiunt cartilagines.

De cura hecticæ. Cap. IIII.

INtentio in curatione feb.hecticæ,eſt infrigidatio,et humectatio:et unaquæq; earum completur cum approximatione ſuarum cauſarum, et expulſione cauſarum ſui contrarij. Et fortaſſe eſt cauſa unius earum,cauſa contrarij alterius ſicut cauſa infrigidationis. Ipſa enim quandoq; eſt cauſa exiccationis,quæ eſt contraria humectationi: ſicut infrigidatio cũ trochiſcis camphoratis,et illis quæ ſunt ex ſpodio,et his ſimilibus.Et fortaſſe humectatio iterum eſt cauſa calefactionis,quæ contraria eſt infrigidationi: ſicut uinũ,nam ipſum humectat, ſed calefacit:quare oportet ut obſeruetur illud.Et ſi neceßitas uocat ad fortem infrigidationem,et non erit niſi cũ re cui cõiungitur,aut quã præcedit,aut cui ſuccedit res in qua eſt uirtus humectationis.Et ſimiliter cum uocat neceßitas ad fortẽ humectationẽ uelocem in ea,ſicut aqua carnis,& uinum:tunc oportet ut adiungatur ei,aut antecedat eam,aut ſequatur eã illud in quo eſt infrigidatio.Et ſi fuerit cauſa hecticæ apoſtema aut læſio in membro,tunc neceſſarium eſt curare ipſum in primis.

Anicen.primo ponit curam hecticæ,ſecundo ſuccurrit quibuſdam diſpoſitionibus ſequentibus hecticam. ſecunda ibi in principio quarti capituli§Et de illis eſt ſyncopis.§ Prima in duas.nam in prima explicat curam magis generalem. ſecundo magis ſpecialem.ſecunda in principio ſequentis capituli§Ille uero.§ Primum capitulum diuido in duas partes. in prima ponit intentiones curatiuas hecticæ & docet uitare quendam errorem:& ponit canones in curando hecticam ſequentem alias ægritudines,in ſecunda ponit in generali iſta per quæ cõplentur intentiones dictę.ſecunda ibi§Et qui diligit componere.§ In prima parte dicit tria. Primum quòd intentio in curatione feb.hecticæ eſt duplex ſcilicet infrigidatio, & humectatio: & unaquæq; earum completur cum adminiſtratione ſuarum cauſarum,& euitatione cauſarum ſui contrarij. ſecundo dicit quòd cauſa unius earum fortaſſe eſt cauſa contrarii alterius: ſicut cauſa infrigidationis eſt quãdoq; cauſa exiccationis, quæ contrariatur humectationi,ſicut trochiſci de ſpodio,& cãphora & ſimiles infrigidantes,& exiccantes. Et fortaſſe cauſa humectans eſt cauſa calefactionis,quæ eſt contraria infrigidationi ſicut uinum: nã ipſum humectat & calefacit.quare oportet ut obſeruetur iſtud,ut adminiſtrentur iuuantia, quæ non noceãt quantum eſt nobis poſsibile.quapropter ſi neceſsitas uocat ad fortem infrigidationem non fiat niſi cum re,quam præceſsit,aut cui coniungitur,aut cui ſuccedit res humectans. Et ſimiliter cum uocat neceſsitas ad fortem humectationem & uelocem in hectica fiat humectatio,quæ fit cum aqua carnis.ſ. expreſsionis,decoctionis,aut diſtillatiõis: & uinũ ſcilicet dulce unius anni tamẽ pauciferum,aut mediocris uinoſitatis. tũc oportet ut adiungatur eis,aut præcedat ea, aut ſequatur illud in quo eſt infrigidatio.tertio dicit quòd ſi fuerit cauſa hecticæ apoſtema,uel læſio.ſ.alia in membro ſicut ulcus: tunc neceſſarium eſt curare illud primo:oportet enim uniuſcuiuſque cauſam prius abſcindere,deinde ad eam quæ ex ea facta eſt ægritudinem deuenire tertio techni. Et hoc eſt uerum in cura regulari,nam aliquãdo propter fortitudinem ægritudinis oportet ei magis attendere quàm cauſæ: ſed pro hoc uide Auicen. quarta primi.ultimo cap.

Et qui diligit componere regimen eius ex diuerſis modis conuenientibus eis,in quo feb.ſit uehemens valde: tunc neceſſarium eſt vt incipiat,et det in potu trochiſcos camphoratos, et quæ currunt curſu eorum cum ſyru.acetoſo diluculo in ortu ſolis: ſicut aquam hordei cum cancris,ſi non abhoret eos, et cum iuleb,et aqua granatorum:et ad manſionem mucillaginem pſylij,ſi non fuerit prohibens aliquid propter ſtomachum,et alia.

Nunc ponit regimen complens has duas intẽtiones:& primo ſimul.ſecundo ſeiunctim.ſecunda ibi §Et regimen infrigidans.§ In prima parte dicit quòd qui vult componere regimen hecticæ ex dictis modis diuerſis conueniẽtibus ei in quo febr.hectica eſt uehemens ualde ideſt ſimul ipſum infrigidare & humectare.dat ei in potu trochiſ.campho: & ſimiles infrigidantes notabiliter:utputa.drach.i.mixtos cum ſyrup.acetoſi.vnc.i.in diluculo.i.cum incipit aurora,& in ortu ſolis: quia diſtanter ab aſſumptione trochiſ.per duas horas det aquã hordei cum cancris ad humectãdum ſi nõ abhorret eos,utputa.℞. hordei mundi.ℨ.i. cancrorum fluuialium excorticatorũ. unc. ij.bulliant in lib.iiij.aquæ quouſq; hordeum ſit apertum, & cũ iuleb ex aqua.i.uino granatorum. Fit autem iuleb ex aqua & zuccaro ut ſæpe dictum eſt: & poſſunt adinuicem miſceri, utputa iuleb.vnc.iij.cum uini granato.unc.i.& ad manſionem.i. in meridie,uel dum manet caliditas impræſſa a ſole detur mucillago pſylij:& poteſt miſceri cum aqua granatorum.& doſis amborum in proportione quæ uidebitur ſicut.vn.i.vel circa ſi non fuerit aliquod prohibens propter ſtomachum:& alia ſicut eſt laſsitas ſtomachi,& lubricitas inteſtinorum. Et manifeſtũ eſt in primam ex his notabiliter infrigidare.ſecundam notabiliter humectare,reliquas ſimul infrigidare, & humectare.

Et regimen infrigidans eſt per illud quod ſciuiſti de potibus infrigidantibus,et de oleribus infrigidantibus,et trochiſcis,ſicut trochiſci de camphora,et emplaſtris, & unctionibus, et his ſimilibus:et infrigidatione aeris eorum ita quod in hyeme: et ſi non tolerat alleuietur ab eo ignis. Infrigidatio namq; aeris eorum eſt melior res:et ſicut ueſtire eum cum ſandalis, et camphoratis:et facere ipſum odorare illud in quo ſunt roſæ, et camphora,et ſandali,et fructus fri.et ſebeſebram,et liliũ cũ aqua roſ.et uaporatio cum ſudore,et balneo.Et oportet ut nõ prolongetur retentio emplaſtrorum infrigidantium ualde ſuper membra propinqua membris anhelitus:fortaſſe.n. infert illud anhelitui et uoci nocumentum magnum: Et oportet ut declinet ad quietem, et ſomnum,et tranquillitatem, et gaudium. et cuſtodiatur æger ab eo quod facit ipſum iraſci, & quod facit ipſum triſtari: & quod facit ipſum anguſtiari, & a fame,& ſiti longa. Emplaſtra infrigidãtia quibus oportet eos vti,ſunt aromatica,nam ipſa ſunt propinquioris iuuamenti,& proprie ſuper pectus,& quæ ſequuntur ipſum: & ſint infrigidata,& non ſit in eis ſtypticitas. Stypticitas enim cum hoc quòd ipſa facit accidere exiccationem,prohibet virtutem

tutem medicinæ profundari. Et oportet vt assiduetur permutatio, vt non remaneat medicamen, & calefiat cum obseruatione vehementiæ infrigidationis eius. nam cum ipsum infrigidat vehementer, non elongatur quin debilitet membrum. Et quando est prope membra anhelitus, non est longinquum quin impediat diaphragma, & alia ab emissione anhelitus cum facilitate. Et de regimine humectante sunt cibi leues, et fructus, & robub, & vnctiones, et emplastra, odoramenta, & caput purgia, & quies, et tranquillitas, et vt non inferatur ei violentia in fame, aut siti.

Nunc facit quod dictum est. primo ponit regimen infrigidans. secundo humectans. secunda ibi [Et de regimine humectante.] In prima dicit ꝙ regimen infrigidans completur per ea quæ sciuisti de potibus, oleribus, & trochiscis infrigidantibus sicut de camphora, & emplastris unctuosis, & similibus ex infrigidatione aeris, ita ꝙ in hyeme, & si non possunt stare sine igne, alleuietur idest non concedas ignem magnum. nam infrigidatio aeris est melior res cum immediate ad cor inspiretur: & confert uestire cum uestimentis sandalatis, & camphoratis idest in quibus steterunt sandali, & camphora: & olfacere rosas, & camphoram, & sandalos, & fructus frigidos, & sehesebram idest granatum: & lilium idest nenufar aspersa cũ aqua rof. & eupatorio cũ sudore, & balneo idest aspergatur corpus cum aqua tepida, aut frigida ut appareat simile sudanti in balneo. uerus namq; sudor nocet, & non prolongentur emplastra infrigidantia super pectora eorum, ne forte noceatur anhelitus & uox. & oportet ut dormiant, & sint tranquilli animo, & corpore: & custodiant ab ira, angustia, & fame, & siti longa, & huiusmodi exiccantibus. & quę ponuntur supra pectus, & partes propinquas sint frigida ut poma odorifera actu frigida, & non sint stypica, quia exiccant, & non sinunt uirtutem medicinæ profundari nisi forte haberent partes difformes quasdã scilicet subtiles quæ primo actuatæ in porositatibus membrorum profundarentur, deinde actuatis partibus stypticis, fieret maior pars subtilium frigidarum, aut humidarum profundatio sicut oleum rof. hoc modo magis humectat, quàm oleum commune. tertio de simplici medicina. & medicinę applicitæ debent permutari, nam cum diu remanent calefiunt: & corpus calefaciunt: caueatur tamen uehemens infrigidatio, quia debilitat membrum, aliquando impedit diaphragma ab anhelitu. & de regimine humectandi sunt cibi humidi, & fructus, rob, unctiones, emplastra, odoramenta, caputpurgia, quies scilicet corporis, & tranquillitas scilicet animi: & non patiantur famem, & sitim longam.

Rememoratio medicinarum infrigidantium eos. Cap. V.

ILlæ vero quæ de eis sunt infrigidantes, aut humectantes omnes sunt nutritiuæ: aut vincit in eis nutribilitas. sicut aqua hordei decocta cum cancris ex parte cancri. Et oportet vt euellantur extremitates cancrorum ex pedibus et corporibus suis, et abluantur cum aqua frigida, et sale bono, cum cinere vicibus tribus, et supra, donec mundificentur, et purgentur a grauitate sui odoris: deinde decoquantur in aqua hordei, et sicut aqua lactis vaccini de quo extractum est butyrum: et sicut succi olerum elixatorum prædictorum in capitulis febrium acutarum, sicut mucillago psylij. In aceto autem est vehemens exiccatio: et virtus resolutionis: quare oportet vt bibatur cum eo quod resistit duabus proprietatibus scilicet per commixtionem aquæ multæ: aut cum quibusdam humectantibus, et lenificantibus. Et proximum quidem est, vt lac asinæ sit cum humectatione sua infrigidans, ita vt quidam faciant meliorem infrigidationem eius super infrigidationem lactis vaccini, de quo extractum est butyrum. verum ipsum conuenit ei, qui non habet feb. periodicam neque materiam, neque humorem præparatum ad putredinem, et oportet vt caueatur spissum lac. Et de illis quæ conferunt eis est zuccarum. et cum senseris putredinem accidentem ex lacte, tunc solue cum facilitate: et si timueris calefactionem, tunc abstine ab eo aliquot diebus: et cura in ea cum trochis. et aquis fructuũ deinde itera lac.

Nunc Auicen. magis in speciali ponit curam hecticæ: & primo per infrigidantia. secundo per humectantia. tertio per cibos. secunda in principio sequentis capituli ibi [Illarum.] tertia ibi in principio tertij capituli [Oportet.] Primum capitulum diuiditur in duas. In prima ponit res infrigidantes & humectantes. In secũda res infrigidãtes, & non humectantes. secunda ibi [Medicinæ uero.] Prima in tot partes quot numerat medicinas. In prima parte dicit ꝙ omnes medicinæ infrigidantes, & humectantes sunt nutritiuæ. & per medicinas maxime intelligit cibos medicinales infrigidantes & humectãtes non qualitatiue tantum, sed substantifice. in his enim nutribilitas uincit infrigidationem sicut aqua hordei decocta cum cãcris, ex parte cancri supple est magis nutritiua quàm infrigidatiua: & oportet ut euellantur extremitates idest partes corticales ex corpore, & ex pedibus cancrorum: quia sunt exiccantes, & abluantur cum aqua frigida, sale bono, & cinere miscẽdo hæc simul ut cancri purgentur a graui odore suo, & a quibusdã partibus nitrosis. Sed ultimo debent lauari cum aqua frigida sola: & postea decoqui cũ aqua hordei ponẽdo pro unaquaq; libra aquæ ord. unc. i. cãcrorũ. Et sicut aqua lactis uaccini de quo extractũ est butyrũ, quæ multũ humectat per partem aquosam: & modicũ habet de serositate exiccante: sed aufert butyrum, quia inflammabile. Dicit tertio succos .i. decoctiones olerum frigidorũ prædictorũ ĩ capitulis febriũ acutarũ: & sicut mucillago psylij. acetũ autẽ quia resoluit & exiccat debet misceri cũ his quæ humectant, & resolutionẽ prohibẽt sicut cũ aqua multa & rebus alij humectãtibus & lenientibus. sicut oleũ amygdalarũ dulciũ: & lac asinæ cõuenit: quia infrigidat & humectat & magis & melius infrigidat quã lac uaccinũ de quo extractũ est butyrũ tũ quia frigidius: tũ quia magis subtile, uerũ nõ competit habẽti febrẽ putridã, aut habenti humorẽ paratũ putredini: & caueatur spissum lac, quia nõ ita facile conuertitur, nec ad extrema corporis facile penetrat: & zuccarũ est conueniẽs sed debet esse mixtum cum aqua, ut frangatur eius caliditas, & augeatur eius humiditas. humectat enim qualitatiue, & substantifice. & si senseris putrere lac, quod maxime rugitibus cõprehendẽtur: solue uentrẽ faciliter, ut lac, & chylus corruptus edacatur. Et si timueris calefactionem hecticæ, quia sit nimis intensa abstine a lacte aliquot diebus, & cura cum trochiscis, & aquis fructuum sicut uino granatorum, & similibus.

Medicinæ vero infrigidantes, quæ non habent humectationem, sunt sicut trochisci notinarri idest trochisci camphorati, et trochisci de dactylis. et succis frigidis. et sicut trochisci huiusmodi. Recip. spodij, boli armeni. ana. drach. iiij. ros. drab. vi. se. portulacæ, et citruli, et cucurbitæ, et karabæ omnium ana. drac. iij. fiant ex eis trochisci et sit dosis pondus drac. ij. et sunt boni valde: et iterum alij proximi eis. Recip. arnoglossæ, amyly, et gummi, dragaganthi omnium ana. drach. iij. boli armeni, spodij amborum ana. drach. iiij. papaueris. drach. v. ros. et se. cucurbitæ et citruli, et portulacæ omnium ana. drach. vi. granorum cydoniorum excorticatorum, et se. melonis et cucumeris omninm ana. drach. vij. suc. liquir. pondus. drach. x. conficiantur cum mucillagine psylij. vnctiones vero, et epithemata, et emplastra infrigidantia, et odoramenta, et caputpurgia infrigidantia sunt illa quæ tu sciuisti. Et meliores vnctiones sunt cum oleo de cucurbita, et de papauere, et de nenufare et salicibus, et violis. stratus autem infrigidantes, et humectantes sunt qui sunt plani valde de corijs aspersis aqua ro. aut de lino, de genere eius quod fit in tabrastren. et sit impletio eius illud quod non calefacit, immo sit de genere lini pectinati, et renouetur assidue. Aut sit stratus de corijs, quæ iam sunt impleta aqua postquam sint super ea rectificationes, quæ applanent aquam bene, et prohibeant eius inæqualitatẽ: et sint prope stratus aquæ cursus earum: et sub eis folia arborum frigidarum, et humidarum scilicet de salicibus, et semperuiuæ, et olera humida, et odorifera frigida sicut rosæ, et folia arborum frigidarum, et præputia vitis, et his similia.

Medicinæ uero infrigidantes,quæ non humectant, sunt sicut trochisci de camphora.de dactylis siccis:quia dactili maturi recentes humectant. Et sicut trochisci huiusmodi. ℞. spodij.boli ar.ana.drach.x.rof.drach.vi.se.portulacæ. citruli. cucurbitæ. Karabæ ana. drach.iii.fiant ex eis trochisci quorum dosis sit.drach.ii. cum aliquo liquore frigido & humido. Et iterum proximi eis in uirtute sunt.℞.arnoglossæ. amyli, dragaganthi ana. drach.iii.boli arme.spodii.ana.drach.iiii.papaueris.drac.vi.sem. cucurbitæ, citruli, portulacæ.an.drac. vi. granorum cydoniorum excorticatorum. semi. melonis ana. drach.vii.succi liquiritiæ.drach. x. conficiantur cum mucillagine spylii:& hi sunt præstantiores cæteris. Vnctiones uero & emplastra & epithemata infrigidantia sunt illa quæ sciuisti in cura febrium acutarum:& meliores unctiones sunt cũ oleo de cucurbita,de papauere,de nenufare,de salicibus de uiolis. stratus autem infrigidantes & humectantes sunt illi qui sunt bene æquati de coriis aspersis cum aqua rof.aut sint de lino sicut illi qui fiunt in tabrasten.idest in hospitali illo famoso: & impleatur pannus ille de lino ex eo quòd non calefaciat sicut est linum:& sit bene pectinatum ut sit molle:& renouetur assidue ut sit molle, & æquetur. Aut sit stratus de coriis plenis aqua,& sint bene æquata:& sint ꝑpe aquas stãtes, uel currentes:& sub eis sint folia arborum frigidarum & humidarum scilicet de salicibus,semperuiuæ,& odorifera frigida sicut rosarum & folia arborum frigidornm, & præputiorum uitis, & his similia.

Rememoratio medicinarum humectantium eos. Cap. VI.

Illarum quidem quæ sunt cum infrgidatione rememoratio iam præterijt. Et restat nunc considerare in qualitate dandi in po tu genera lactis,& lac de quo extractum est butyrum,& in qualitate administrationis tinæ, & balnei & administratione vnguentorum,& oleorum & epithematũ et reliqui regiminis. Et nos quidem iam docuimus modum dandi in potu genera lactis in capitulo phthiseos,& siccitatis stostomachi:quare oportet vt sit illud canon. Et nõ est lac post lac mulieris sicut lac asinæ.postea lac caprarũ, cuius pascua oportet esse ex herbis,& oleribus frigidis, humidis,sicut scis. nam ipsum,& proprie lac asinæ eradicat hecticam, si fuerit ei eradicator: & non est electio super ipsum, nisi prohibeat putredo accidens,aut expectatio materiei comprehensæ. Et lac quidem iuuatiuum est eis a principio hecticæ vsque ad finem eius. Et lac mulieris suggendo sumptum conuenientius est omnibus. Et canon in dando in potu lac de quo extractũ est butyrum,est proximus illi iterum. Et melius quidem est vt incipias a.drach.x.vsq; ad drach.xxx. & quod est supra eas si fuerit virtus adiuuans,& tibi inest ut commisceas cum eo aliquid de trochiscis infrigidantibus:& tibi inest vt addas supra summam prædictam in potione prima,& postrema, si fuerit virtus potens super digestionem.

In parte præsenti ponit medicinas humectantes ut lac,tinã & unctiones &c. Habet duas partes.In prima parte ponit intentionem, & regimen per lac.secũdo ponit regimen per tinam,balneum,& unctiones.secunda ibi [Tina autem.] In prima parte dicit.iam esse memoratas medicinas infrigidantes, & humectantes. Restat nunc dare modum exhibendi in potu genera lactis:& lac de quo extractum est butyrum:& modum administrationis tinæ,& balnei: & modum administrationis unguentorum & oleorum,& epithematum, & reliqui regiminis.& dicit se docuisse scilicet decima & decimatertia tertii modũ dandi in potu genera lactis in capitulo phthisis & exiccationis stomachi:quare illud sit pro parte canon. Hic per tinam intellige uas in quo ponuntur ad balneandum. Balneum uero est domus habens tres casas,in qua tamẽ est tina.& post lac mulieris pręstantius est lac asinæ,post lac caprarum.pascua debent esse ex oleribus, & herbis supple & foliis frigidis & humidis.nam lac & proprie asinæ eradicat hecticam: si potest eradicari. & nullum est præstantius ipso nisi sit putredo accidens ex lacte,aut expectata materiei compræhensæ scilicet in corpore:quæ licet nondum putreat,est tamen apta putrere.& lac est conueniens in hectica a principio usq; ad finem. & lac mulieris sugendo sumptum est præstantius omnibus. Et canõ dandi in potu lac de quo extractum est butyrum,est similis canoni dandi in potu lac de quo non est extractum butyrum. & melius est ut incipias a põdere.drach.x.lactis paulatim augendo usque ad drach.xxx & supra.si fuerit uirtus digestiua potẽs & cum lacte potes admiscere aliquid de trochiscis infrigidantibus.Et potes augere summam prædictam in potione prima a qua incipias scilicet dare supra.drach.x.& postea scilicet supra drach.xxx.si digestiua fuerit potens. Et nota ut tollatur contradictio apparens quòd lac muliebre magis confert quã lac asininum ꝑꝑ proportionẽ currentẽ inter indiuidua humanæ speciei:sed asininũ magis confert,quia magis infrigidat,& humectat,& est subtilius:ꝑpterea quando uirtus est fortis, & magna necessitas infrigidandi magis confert lac asininum,sed quando est debilis,& minor necessitas infrigidandi,magis cõfert lac mulierum.

Tinæ autem illa est melior,quæ est tepida,in qua non est caliditas multa:& est cum hoc cum virtutibus olerum & herbarum infrigidantium & humectantium:& non sit ita vt rarificet,nedum quòd sudare faciat:& non licet ut vapor tinæ, sit calidus.

Hic facit quod dictum est.Et primo ponit regimen per tinam.secundo per balneum.secunda ibi [ingressio autem.] prima in duas.primo ponit regimen per tinam absolute.secundo ponit regimen per tinam comparando ad alias res.secũda ibi [Et si sumpsit aquam hordei.] prima in quatuor partes sicut sunt quatuor canones:aut dicta eius principalia. Primum dictum.tina melior est illa quæ est tepida habens uirtutem olerum infrigidantium & humectantium uirtualiter decoctarum in ea:& non sit ita calidum ut rarificet idest notabiliter humidum euaporare faciat,nedum quòd sudare faciat. & non licet ut tinæ uapor sit calidus, immo sit minus calidus quàm aqua: quia inspiratus ad membra spiritualia nimis ea calefaceret. hoc autem fiet, si tina non sit in aere ualde calido:cum enim exibit ab aqua notabiliter infrigidabitur antequã inspiretur.

Et si non esset quod prohiberet administrationem tinæ frigidæ non eligeretur super eã: verum quod prohibeat ab hoc est debilitas corporum eorum, & eorum extenuatio:in primis vero rebus fortaße sanat eos istud: verum debilitatem corporis sanat,iam illud cum infrigidatione pauca, quam facit in complexione eius quæ poßibile est vt curetur. Quòd si fuerit debilius illo, timetur quòd cadat in hecticam senilem: & illud secundum minus.veruntamen cum illo tardatur magis tempus mortis: & fortasse viuit cum ea tempore cui est quantitas: & multoties quidem est rectior permutatio eius ad illam hecticam.

Hic secundo dicit quòd si non esset hic prohibens administrationem tinæ frigidæ nulla esset eligibilior ea. uerum prohibet ab ea debilitas corporum, & eorum extenuatio, inter quæ duo,est differentia nota.& propter quãlibet istarũ dispositionum aptum est corpus lædi ab aqua frigida: sed in principio cum corpora non sunt extenuata, neque debilia fortasse aqua frigida sanat ea.uerum debilitatem corporis scilicet paucam sanat iam illud scilicet balneum ex aqua frigida cum infrigidatione pauca idest non superflua: quia corpus existens parum debile resistit,ne superflue infrigidetur:sed solummodo tantum infrigidatur eius complexio quantum sufficit ad salutem eius, qui potest sanari. Quòd si corpus fuerit debilius eo,& timetur, quòd cadat in hecticam senectutis quæ est siccitas fixa ĩ frigiditate, aut saltẽ absq; caliditate febrili: illud tamen raro euenit,uerum tamen est eligibilius:quia cum hectica senectutis magis tardatur mors quàm cum hectica febrili:immo cum hectica senili uiuit longo tempore, & notabiliquia non ita corpus exiccatur, unde multoties permutatio hecticæ febrilis ad hecticam senilem est recte facta.

Illud

Illud autem in quo sumus de relatione tinæ rectius est vt fiat inceptio in ea cum aqua, quæ est calida ad terminum: & fiat gradatio ad frigidam, & ad temperatam frigidam tolerabilem. hæc enim gradatio facit corpus susceptibile aquæ frigidæ, cum læsio non fiat nisi per aduentum contrarij in complexione subito. Et iterum corpus acquirit ex aqua calida similitudinem tenereitatis, & tolerat cum ea aquam frigidam.

Tertium dictum est quòd rectius est id quod primo dictum est de tina. s. ut fiat inceptio cum aqua calida usque ad terminũ i. temperata, & fiat gradatio. i. paulatinus transitus ad frigidã temperate, quæ possit bene tolerari. hæc. n. gradatio facit corpus susceptibile aquæ frigidæ sine notabili nocumento, cum læsio non fiat nisi per aduentum contrarij in complexione subito. Et iterum corpus acquirit ab aqua calida tenereitatem quia corpus fit mollius, & pori magis aperiuntur. licet nõ fiat substantifice humidius per nutritionem, quæ est uera tenereitas: & cum ea tenereitate tolerat aquam frigidam per paulatinam infrigidationem. infrigidatur itaque magis, quia poris apertis frigiditas aquæ magis penetrat: & cum hoc frigiditas aquæ melius toleratur. modus autem quo debet fieri iste gradatus processus dicetur cum curam ordinabo.

Et si iteretur tina in die tribus uicibus erit rectũ. Et oportet vt administretur cum facilitate, vt non cadat virtus.

Istud est quartum dictum. & si iteretur tina ter in die. s. ante prandium, in meridie, & ante cœnam erit rectum ut bona fiat infrigidatio, & humectatio. Et oportet ut administretur cum facilitate: quia non sit multum calida, nec diu moretur in ea; & ut deferantur ad eam, ne uirtus debilitaretur.

Et si sumpserit aquam hordei ante tinã duabus horis erit conueniens. Et si præmittat tinam post emulsionem lactis super corpus eius, secundum quòd dicemus, vt dilatet tina meatus cibi, deinde suscipiat aquam hordei, & quæ sunt eis similia: & postea expectet, deinde administretur aqua tinæ vt dilatetur cibus, erit bonum.

Hic ponit regimen per tinam comparando ad alias res. & habet sex partes, secundum quòd sex sunt dicta principalia. Primum dictum si sumpserit aquam hordei utputa. iiij. unc. ante tinam duabus horis erit conueniens. & si præmittat. s. aquæ hordei post emulsionem lactis. s. quòd primo fiat emulsio lactis super corpus. exempli gratia, per unam horam ante tinam, deinde fiat tina: postea detur aqua hordei est cõueniens: dilatabit. n. tina meatus nutrimento futuro ex aqua hordei. sumpta aqua hordei expectet per duas horas. s. donec aqua hordei sit digesta prima digestione: deinde egrediatur tinam ut dilatetur cibus idest ut attrahatur nutrimentum. s. aqua hordei ad omnia membra, erit bonum.

Et administretur post tinam, & balneum, inunctio cum oleis infrigidantibus & humectantibus sicut oleo violato, & proprie quãdo est factum ex oleo de cucurbita, similiter oleo nenufarino, & oleo de cucurbita.

Hoc est secundum dictum. post tinam & balneum administretur unctio cum oleis infrigidantibus, & humectantibus sicut oleo de uiolis, proprie quando factum est ex oleo de cucurbita. s. bulliendo in oleo de cucurbita uiolas, & similiter cũ oleo nenufarino, & oleo de cucurbita.

Et si permutetur post tinam ad illud quod est decliuius ad frigus parum tolerabile: deinde inungatur.

Hoc est tertium dictum. si permutetur post tinam tepidam ad tinam declinantem magis ad frigus tolerabile tamen: deinde ungatur erit rectum. unctio nanq; sua uiscositate diu retinebit aquam in poris, quæ retenta magis infrigidat, & humectat.

Et si præmittatur inunctio, & festinetur: deinde ingrediatur aquam frigidam parum erit rectum, & illud secundum tolerantiam: & non est malum gradari in eo: et melior quidẽ horarum huius actionis est post digestionem cibi.

Hoc est quartum dictum. si præmittatur unctio & festinetur. s. ad unguendum ipsum post balneum aquæ tepidæ, deinde ingrediatur aquam aliquantulum frigidam erit rectum, & illud secundum tolerantiam. i. ingrediatur aquam tantum frigidam quantum bene tolerare potest: & non est malum gradari in eo. i. fundendo ipsum in aqua paulatine frigida. debent. n. ingredi paulatine & non subito ut fiat assuefactio. Et melior horarum huius balneationis est post digestionem cibi. s. primam, & secundam.

Et si poßibile est vt submergatur post tinam calidam in aquam subito absque gradatione est magis vltimum ex parte curæ, et magis forte ex parte timoris: et effusio eius cum facilitate est minoris timoris, quàm submersio infirmi in ea subito, et minoris iuuamenti: et sit frigus secundum quantitatem frigoris aquæ æstatis, quæ est inter tepidam, et illam quæ est uehementis frigoris.

Hoc est quintum dictum. si potest tolerare ut submergatur post tinam calidam in aqua frigida subito absque gradatione. i. absq; hoc quòd ingrediatur aliam aquam mediam inter calidam & frigidam. Aliter absque gradatione. i. quòd submergatur secundum totam personam: & non paulatim, est magis ultimum ex parte curæ: quia fortiter infrigidat, & magis forte ex parte timoris: quia timore affert ne lædantur nerui, & ne extinguatur calor innatus, aut ne incurrat hecticam senilem, & alia talia nocumenta: & effusio eius cum facilitate. i. paulatim est minoris timoris, quàm submersio infirmi in ea subito, & minoris iuuamenti: quia non fit fortis infrigidatio, & caloris febrilis extinctio. & frigus eius debet esse secundum quantitatem frigoris aquæ estatis, quæ propter calefactionem a sole est media inter tepidam, & illam quæ est uehementis frigiditatis.

Et si præmittatur emulsio lactis super membra sua, si non fuerit debilis, aut eius quod mixtum est aqua, si fuerit debilis: deinde si administretur tina erit rectum. nam emulsio lactis super corpus est vehementis humectationis. Et genera quidẽ lactis bona ad emulgẽdum sunt prædicta: & oportet vt emulgeatur ex vbere. Et dignius est si fiat fixio super inunctionem fricando ex medicinis prædictis corpori toti, et iuncturis.

Hoc est sextum dictum si præmittatur emulsio lactis super membra hectici si non fuerit debilis: aut emulsio lactis admixti aquæ si fuerit debilis: deinde sequatur tina, rectum est. Nam emulsio lactis super corpus hectici est uehementis humectationis quare si uolumus humectare multũ, præmittamus emulsionem lactis tinæ. Si uero maiorem apertionem pororum, præmittamus tinam emulsioni lactis. Postea dicit: genera lactis bona ad emulgendum sunt prædicta. s. humanum, asininũ, caprinum, & debent mulgeri ex ubere. postea dicit, conueniens est ut fiat bona, & fortis fricatio quando unctiones corpori hectici applicantur, ut profunde uirtus earum penetret, & proprie super iuncturis. nam cum sint siccæ indigent multa humectatione.

Sed dubitatur, cur lac debet mulgeri solum cum uirtus est fortis, & admixtum aquæ cum uirtus est debilis. uidetur enim ex his dictis quòd lac debilitet. Dicendum quòd lac est uiscosum, & prohibet uaporum transpirationem necessariã in quocunque hectico: quia eorum retentio uirtute existente debili forte duceret ad putridam: non autem tantum oppilat, si admixtum sit aquæ. Huic responsioni non bene acquiescit animus meus: sed aliam non habeo.

Ingreßio autem balnei non conceditur ei, nisi fuerit ita, ne que sudare faciat, neq; igniat, neq; alteret anhe itum: et sit calidum aquæ eius minus calido sui aeris: et sit caliditas aquæ eius, ita vt delectet, et non lædat, et non faciat sudare: et quando nõ est in corpore eius materia præparata putredini, et proprie cum illud est, et nõ digestus est cibus. immo oportet ut sit illud cum uoluntas est, ut expandatur digestum eius in corpore. et non prolonget moram eius in eo: immo separetur ab eo uelociter: et quando separatur ab eo, sumat aliquid de humiditatibus,

tatibus, et de sorbitionibus, quæ non nocet ei factis ex hordeo et lacte: et quando accidit ei in balneo sitis, sedet eam cum aqua hordei, et aqua alraib, et lac sit lac asinæ.

Hic ponit regimen per balneum: & primo docet quale debet esse balneum. secundo modum usus eius. secuuda ibi § Et oportet ut sit. § In prima parte dicit quòd balneum quod conceditur non debet esse multum calidum: immo tepidum ne sudare faciat: nec inflammet corpus, nec alteret anhelitum: & sit caliditas aquæ eius minor caliditate sui aeris: aer namque calidus licet magis noceat quàm aqua æque calida, quando ipse inspiratur ad spiritualia, attamen si non inspiratur: sed solũ obuiet corpori sicut aqua minus calefaceret: quia caliditas aquæ est in subiecto magis denso in quo est plus de multitudine caliditatis: & caliditas aquæ debet esse ita ut delectet, & non lædat nec faciat sudare. Et debet balneum administrari quando in corpore non est materia putrens, neque parata putredini: & debet cibus esse digestius. s. digestione prima, & secunda digestione, quando. s. cibus digestus prima digestione expanditur per corpus ad uniuersa membra: & non debet stare in balneo nisi paruo tempore, utputa a quarta horæ usque ad mediam, & plus, & minus secundum quòd tolerat & delectatur: & quando separatus est a balneo, & aliquantulum quieuit, sumat de sorbitionibus, quæ non nocent eis factis ex hordeo. i. farina hordei, & lacte coniunctim, uel diuisim secundũ appetitum. quòd si dum est in balneo sitiret, bibat aquam hordei, uel aquam lactis acetosi, quod sit lac asinæ.

Et oportet vt sit introitus in balneum: deinde exitus eius ab eo secundum modum: vt non sit labor in eo omnino: & iã enuntiauimus illud in locis alijs, & iterabimus de illo conditionem. Oportet vt permutetur ad balneum in lecto portato, in quo sunt strati, stratus ingeniose, ita vt perueniat cum eo ad primam domum, & permutetur ad illud quod ex duobus pannis factum est plenum lana vel coto: & dicitur græce pedetolene, quod conueniens est balneo: & exuatur vestimentis suis in ea, aut in media, si non fuerit calida: & non moretur in aliqua earum nisi quantitate permutationis, & anhelitus pauci, & iam exutus vestimentis: deinde ingrediatur ad domum secundam, & tertiam: verumtamen non sit vehementis caliditatis: & stet in ea quantitate, qua tolerat tinam. Hoc est illud quod dictum est, & quod magis est dilectum mihi est, vt sit tina eius in domo media temperata. Cum ergo separatur a tina frigida cooperiatur mantili: aut farcha habente duas tunicas, & permutetur ad stratum suũ, & lectũ suũ cũ sua sabana: & exiccetur sudor eius cum mantili, & inungatur, & cibetur.

In hac parte docens usum balnei dicit tria. Primum quòd introitus in balneum, & exitus ab eo debet fieri secundũ modum ut æger nullo modo laboret: & dicit se dixisse de hoc in aliis locis. s. secunda primi capitulo de eis quæ proueniunt ex balneatione, & se iterum dicturum de hoc. ergo oportet ut æger portetur in lecto in quo sint stratus commode facti ad primam casam balnei: & ibidem permutetur de lecto in quo erat ad lectum alium factum ex duobus pannis plenum lana, uel coto. ex his enim duobus pannis est facta calcitra, quæ est plena coto uel lana, ut sit minus calida quàm lectus in quo portatus fuit: quia forte erat ex plumis. sic enim est necessarium ut prima casa sit calidior, quàm locus in quo primo erat: & hic lectus qui est balneo conueniens, dicitur græce pedetolene: & exuatur uestimentis suis in ea. s. prima domo, aut in media si prima non fuerit sufficienter calida: & non moretur in aliqua illarum nisi tanto tempore quòd possit permutari, & anhelitus pauci. i. quòd tempus sit ita paucum quòd non habuerit nisi paucos anhelitus: & iam exutis uestimentis in prima casa portetur ad secundam, & ad tertiam: quæ tamen non sit uehementer calida. & ibi. s. in secunda uel tertia casa ponatur in tina: & ibi stet quãtitate qua toleret bene tinam: & hoc est quod dictum est alibi. secundo dicit quòd sibi uidetur melius quòd tina sit in casa media temperata. est enim prima minus calida quàm oportet: tertia magis: sed media est temperata. cum ergo separatur a tina. s. facta balneatione cooperiatur mantili. i. panno lineo, aut farcha magno habente duas tunicas: & farcha illud est sicut linteamen duplum, & permutetur ad stratum suum, quod stratum est sua sabana. Credo ex modo loquendi Auicen. quòd sabana est stratus factus ex duobus pannis, ex quo immediate mittebatur in balneum, & in quem exiens a balneo immediate poni debet, ut gradatim transeat, nec immediate ueniat in lectum plumosum. tertio dicit sudorem suum siccandum esse si sudare contigerit: uel melius siccetur sudor. i. guttæ aquæ similes sudori, quæ remanserunt in cute, ne uehementiorem, & profundiorem faciant infrigidationem iam præcedente infrigidatione debita: & inungantur & cibetur, cum aliquantulũ in proprio loco ubi quieuerunt.

De cibatione hebentium hecticam.

Cap. VII.

OPortet vt separetur in eis cibus, & non cibentur in saturitate eorum vice vna.

Hic agit de cibatione hecticorum, & continet partes duas. In prima ponit regimen generale. secundo speciale per potũ speciale. s. aquæ frigidæ. secunda ibi § Aqua uero frigida. § Prima iterum in duas, nam primo ponit canonem generalem in cibatione. secundo ponit cibos speciales. secũda ibi § Amplius melius. § In prima parte dicit cibum oportere diuidi, & non cibari uice una usque ad saturitatem. nam uirtus est debilis nõ potens multum una uice exhibitum digerere.

Amplius melius quo cibantur est aqua hordei & hordeũ & panis tritici abluti infusus in aqua frigida. Et genera lactis cum ab eis non prohibet aliquid eorum, quæ diximus. Et lac vaccinum de quo extractum est butyrum, quoniam est plurimi nutrimenti, & almes & cucurbita: & de fructibus melones palestini, & sunt alraki cognominati apud nos indi: & quando sentit rectificationem, tunc non est malum cibare ipsum caseo humido non salito. Et si virtus debilitatur, non est malum, vt cibetur iure isfidabegi cum coriandro humido decocto cum eis quæ sunt sicut alduragi & alteiugi: & fortasse oportet vt detur eis in potu aliquid vini subtilis permixti cum aqua multa. Et fortasse necessarium est, vt cibes cum mosos ex carne alduragi, & alteiugi, & alcubugi, & pullis, & hosune acetoso, aut congelato acetoso ex carne hædi, aut carne vaccina, quando est illic fortitudo digestionis: & acetum almosos, & congelati est iuuatiuum eis, & confortatiuum in hac dispositione. Et fortasse non est excusatio ab aqua carnis permixta cum syrupo de fructibus acetosis frigidis, aut vitello oui sorbilis. Et quando prolongatur cum ea debilitas ad syncopim, est necesse vt cibentur aqua carnis accepta ex lateribus hædi cum sale pauco, quæ coletur, & fundatur super eã quantum totum eius est de aqua malorum, & quantum est decima eius de vino odorifero, & potetur tepida.

Hic ponit cibos. d. quòd aqua hordei, & hordeum debite
coctũ, & panis tritici ablutus, & infusus in aqua frigida, & ge
nera lactis cum eis, nisi prohibeat quod diximus. s. putredo
præsens, aut futura, & lac uaccinum, de quo extractum est bu-
tyrum: quoniam plurimum nutrit. & almes. i. robiliæ in uulga
ri ueronensi bixi: & cucurbita conueniunt: & de fructibus me
lones palæstini alraki habentes collum longum ut cucurbita,
& apud nos cognominati indi. de his loquitur Isaac tertio diæ
tarum particulariũ. cap. primo. de melonibus dicens. Est aliud
genus melonis qui palæstinus uocatur, & uulgariter sarace-
nus: cuius humiditas est minor cæteris. Et quamuis cõueniãt,
quia frigidi & humidi, tamen prouocando urinam, & proprie
secundum partem intrinsecam nocent. Et quando sentit recti
ficationẽ, quia uirtus digestiua fortificatur caseus recens mol
lis non salitus confert. Et si uirtus debilitetur cibentur iure
isfidabegi. i. brodio facto ex rebus frigidis, & humidis, in qui-
bus sit coriandrum recens coctum, cum eis quæ sunt alduragi.
i. ædi. & alteiugi. i. agni. licet aliqui dicant quòd sunt aues par
uæ. Et fortasse opus est ut detur parum uini permixti cũ aqua
multa,

multa,humefacit enim qualificatiue & ſubſtantifice. Et fortaſſe neceſſe eſt ut cibes cum moſos .i. cibo acetoſo ex carne alduragi.i.turturis. El alteiugi eſt ſimilis perdici ſicut coturnix, aut fraquilinus.alcubugi.i.perdix.& pullis.i.gallinis, & ſimilibus in ſua ſpecie:& ſtoſune acetoſo.i.iure acetoſo, uel cum agreſta:uel cum uino granatorum,aceto,& ſimilibus:aut aceto coagulato.i.gelatina ex carne hædi, aut uituli quando digeſtiua eſt fortis:& acetum almoſos.i. ciborum acetoſorum: ſicut apud nos compoſtella,guaceto,ſoffrito, & ſimilibus. Et congelati.i.gellatina eſt iuuamentum eis, & cōfortatiuum in hectica,& fortaſſe nō eſt excuſatio ab aqua carnis.i.ſucco mixto ſyrupo de fructibus frigidis, ſicut de limone, citris, & ſimilibus: aut aqua carnis miſceatur cum uitello oui ſorbil. Et quando ſyncopis timetur, cibetur ex aqua carnis accepta ex lateribus hædi parum ſalita: quæ coletur,& miſceatur cum ſucco malorum ideſt pomorum,ſicut apiorum quę ſunt cordialia: & ſint ambæ ęqualis quantitatis, & quantum eſt decima de uino odorifero. Et potetur tepidum ideſt debite calidum.

Aqua uero frigida quæ non eſt ualde vehementis frigoris, non eſt malum ſi in potu detur eis,ſi non fuerit debilis, aut aliquid prohibens:& illud prohibens,aut erit apoſtema ſub hypochondrijs,aut erunt in corpore toto chymi putridi,& chymi crudi,qui omnes digeſtione indigent: & non apparet ſignum digeſtionis: quòd ſi appareat,timor erit minor:& ſimiliter ſi fuerit hectica permutata ſirſen, aut birſen. nam cum hac melius eſt ut interdicatur potus aquæ frigidæ,quàm cum alijs. Hectica enim cum ſuperuenit ægritudinibus deſtruentibus uirtutem,mollificantibus eam, arefacientibus oſſa, & carnem ſuperuenit debilitati. Cum ergo coniungitur ei ſuper debilitatem poſt ſumptionem aquæ frigidæ,non moratur quin cadat in genus alterius hecticæ,quæ communicat huic generi in ſiccitate,& diuerſificatur ei in calore,& frigore,& nominatur hectica ſenectutis,& hectica ſenij. Et illa quidem eſt ægritudo ſæua,in qua innatus calor,iam deſtructus eſt. Et ſimiliter aqua ultimi frigoris:& plurimi nocet eis in omni diſpoſitione,& corrumpit innatum calorem membrorum, eorū radicalium:et fortaſſe feſtinat ad mortem cum eis,aut permutat eos ad modum alium hecticæ.

In hac parte agit de potu aquæ frigidæ.d.quòd aqua frigida quæ non eſt nehementis frigoris,non eſt mala,ſi potetur quādo non fuerit prohibens:& ſupple non eſt mala,qn̄ non apparet ſignū digeſtionis: quia in hectica ſimplici tale ſignū curatur cum ſit morbus immaterialis: licet apparente ſigno digeſtionis ſit minor timor dare in potu aquam frigidam. Nam dato quòd hectica ſit immaterialis cum apparet digeſtio humorum non timemus lęſionem per aquam frigidam,ſicut ſi eſſent indigeſti. Huius concordiam uide tertio regiminis acutorū commen.14.illius partis. Screatur opportunus. Prohibens autem aquam frigidam aut erit apoſtema ſub hypochrondijs, aut humores putridi in toto corpore, aut humores indigeſti & maxime groſsi.nam aqua frigida incrudando materias magis nocet,quàm conferat infrigidando,& humectando hecticum. Similiter nocet hectica ſequens ſirſen ideſt apoſtema cerebri,& birſen ideſt apoſtema pectoris.nam in hoc melius eſt ut prætermittatur potus aquæ frigidæ,quàm in aliis hecticis: quia ſuperuenit ægritudinibus deprimētibus uirtutem, laxantibus eam,arefacientibus oſſa & carnem:quare ſuperuenit cū corpus eſt debile. Cum autem debilitati,& extenuationi coniungitur potus aquæ frigidæ,non moratur quin cadat ideſt cito cadat in hecticam ſenectutis,quæ eſt ſiccitas abſque calidate febrili,quæ eſt ægritudo ſęua in qua calor naturalis iam deſtructus eſt ideſt notabiliter paucificatus. Similiter aqua ualde frigida,ut plurimum nocet omnibus hecticis corrumpendo calorem innatum membrorum radicalium ideſt nobilium: & fortaſſe feſtinat cum eis ad mortem ideſt cito interficit propter extinctionem caloris innati: aut permutat eos ad alium modum hecticæ ſcilicet ſenectutis, cum qua poſſunt notabili tempore uiuere.

De ſuccurrendo diſpoſitionibus ſequentibus hecticam. Cap. VIII.

DE illis eſt ſyncopis,& iam diximus regimē in hoc multoties. Et de illis eſt fluxus uentris,& oportet ut curetur,& ſuccurratur ei:nam in ipſo eſt timor magnus: & de curis eius in primis eſt ut ſit aqua hordei eorum, aqua ſauich,& ponatur in aqua hordei eorum milium torrefactū, & gummi,aut lentes elixatæ iteratæ, aut lac decoctum cum lapidibus,aut cū igne ſolo donec conſumatur eius aquoſitas, & proprie cum milio.

In hoc cap.curat accidentia ſequentia hecticam: & omiſsis diuiſionibus: dicit primo quòd de his accidentibus eſt ſyncopis:& iam dixit regimen eius multoties ſcilicet in cura febr. ſyncopalis: & dum curauit accidentia fe. & vndecima tertii. ſecundo dicit quòd de illis eſt fluxus uentris cui oportet ſuccurrere.nam in ipſo eſt timor magnus cum cadat in debilitatem & extenuationem neq; in aliquo poteſt iuuare cum hectica ſit morbus imaterialis. Et de cura eius eſt ut aqua hordei ſit ſauich ideſt ſit aqua hordei torrefacti,& ponatur ad buliendum milium torrefactum,& gummi arabicum,& lentes torrefactæ ſcilicet ſemel aut iterate ſemper abiiciendo aquam, ut amoueatur ab eis pars ſubtilis nitroſa ſolutiua. hæc aqua eſt ſtyptica,& inuiſcatiua.aut lac decoctum cum lapidibus fluuialibus, aut ſupple cum ferro ignito, aut cum igne ſolo donec conſumatur eius aquoſitas,quæ eſt ſolutiua: & conuenit hoc lac,& proprie cum milio facto ex ambobus ferculo.

Et potent hos trochiſcos.recip.boli armeni.drac.v.caſtaneæ torrefactæ,roſ.omnium an.ʒ.iiij.ſpodij,Karabæ amborū an.drac.iij.ſeminis acetoſæ excorticati,granorum berberorū omnium an.dra. vi. fiant trochiſci cum ſucco cydoniorum:et detur in potu aqua pirorum in mane,& apud ſomnum. & detur in potu pſyllium torrefactum: & ſimiliter ſuffuſ de ſpodio in quo eſt bdellium de mecha,eſt iuuatiuum ualde. Et ſi peruenit ad excoriationem curetur excoriatio cum clyſteribus,quæ ſcis,quoniam illud eſt conueniens.

Hic ponit regimen medicinale dicens quòd potēt hos trochiſcos.℞.boli ar.ʒ.v.caſtaneæ torrefactæ, roſ. an.ʒ.iiij.ſpodij,Karabe an.ʒ.iij.ſe.acetoſæ excorticati, granorū berberis an̄.ʒ.vi.fiant trochiſci cum ſucco cydoniorum & dentur a.ʒ.i. uſque ad ii. Item detur in potu aqua ideſt ſuccus pirorum in mane & ante ſomnum ut ſimul ſomno, & ſucci ſtypticitate ſtringatur,& detur in potu pſyllium torrefactum ut ſtypticet, & infrigidet.& ſimiliter ſuff. ideſt puluis de ſpodio in quo eſt bdelium de mecha ſubquadruplū ad ſpodium,iuuat ualde ſtypticando, ſed magis inuiſcando. Et ſi peruenit ad dyſenteriā curetur cū clyſteribus,quæ ſcis decimaſexta tertii capitulo de fluxu ventris,cum excoriatione inteſtinorum.

Hæc exigit tres intentiones. Prima eſt infrigidatio & humectatio.ſecunda eſt reſumptio.tertia accidētium correctio. *Hecticorum regimē ac curatio.* Prima intentio magis debetur hecticæ primæ ſpeciei quàm ſecundæ, ſed ſecunda magis debetur hecticæ ſecundæ ſpeciei & tertiæ,quàm primæ cum in eis ſit facta multa conſūptio. licet non ſit cura poſsibilis in tertia ſpecie nec in ſtatu ſecundæ niſi deus uoluerit,ſed poteſt fieri aliquanta vitæ prolongatio. Prima intentio & maxime infrigidatio diuerſificatur ſm̄ diuerſitatem intenſionis hecticæ, & tollerantiam frigidorum, non autem tantum diuerſificatur humectatio. Prima autem intentio duplici completur regimine ſcilicet ſex rerum non naturalium,& medicinali. De primo ſit primo ſermo, aer ſit frigidus & humidus boni odoris,& cauenda eſt accenſio multi ignis in camera etiā tempore hyemis,& veſtes ſint proportionatæ aeri non multum calefacientes, in quibus aliquando ſteterint ſandali & camphora,& ſimilia frigida boni odoris. Cibi & potus ſint frigidi & humidi multi nutrimēti, & aliqualiter viſcoſi, facilis digeſtionis, nō prouocantes, & partinendi ſunt,& magis in ſecunda ſpecie; & tertia.cum ſit virtus debilior quàm in prima,& uinum pauciferū & mediocris uinoſitatis ſm̄ tempus,& conſuetudinem unius tamen anni,multum aquæ admixtum confert humectando.qualitatiue; & ſubſtantifice,lac aſininum & caprinum & humanum ſumptum ex ubere eſt proprium,quando non eſt humor putrens, nec paratus putredini. Nec obſtent conditiones de quibus in aphoriſ.

lac

lac dare caput dolentibus &c.& aqua non multum frigida cōfert quando non obstent particulares conditiones scilicet frigiditas, & humorū grossities, nimia debilitas, extenuatio,& similes & maxime conceditur consuetis. Somnus longus cōfert & maxime nocturnus, & in mane educantur superfluitates naturales per conuenientes regiones. Et si uenter esset siccus, clysterizetur lacte, oleo uiolato, zuccaro rubeo,& similibus declinantibus ad frigidum & humidum: caueatur tamen magis lubricitas quàm stypticitas, uitetur coitus, non exercitetur exercitio notabili, sed deambulatio, & huiusmodi exercitia leuia, cōceduntur. fricationes quoq; leues completa prima digestione & secunda. conferunt trahendo nutrimentum ad membra. Sit sperans,& gaudens, omnia accidentia corpus extenuantia uitanda sunt. Regulæ in cibando sunt, quòd comedat præcedentis cibi digestione celebrata, non tolleret famen, nec sitim longam, non multiplicet cibaria in mensa una. partiatur cibum, ita ut cibum necessarium comedat in pluribus uicibus quàm consueuit,& quanto est debilior tanto magis partiendus est cibus comedendo parum pro uice. Regimē autem medicinale complens primam intentionem est ut syrupi, aquæ, confectiones,& electuaria, & similia quæ sumuntur sint infrigidantia & humectantia qualitatiue & substantifice, similiter quę applicantur capiti, dorso, & iuncturis, pectori maxime ex directo cordis, hepati sint frigida, & humida, & propria membro cui applicantur, & iteretur secundum exigentiam. Item tina,& balneum faciendum modo infrascripto & balneatio in tina quæ est uas in quo balneantur siue sit posita in balneo quod est domus diuisa in tres casas, quarum tertia est calidior secunda:& secunda prima, & sint omnes paucæ caliditatis non inflammātis, siue sit posita in camera in qua cubat æger debet esse plena aqua tepida decoctionis rerum frigidarum, & humidarum. in qua hecticus existens sentiat potius se calefieri quàm infrigidari sed non multum, uas autē debet esse taliter fabricatum ut in eo homo possit sedere, & cum sedeat aqua attingat usque ad mentum: & debet poni in ea stomacho ieiuno cum tamen æger sumpserit prius aliquid quòd iam digestum sit prima digestione, & secunda sicut aquam hor. uel lac, uel ptisanam, uel panem lotum, aut aquam carnis, aut contusum,& similia. & stet in tina communiter a quarta horæ usque ad mediam.& cum steterit parum in aqua infundatur in tina una situla decoctionis rerum frigidarum. deinde parum post una alia, & sic deinceps donec aqua tinæ sit facta frigida sicut aqua frigida tempore æstatis a sole calefacta:& prima die balneetur semel, secunda die bis, tertia ter,& sic continue quousque sanatus sit, aut quousque senserit se iuuari balneando se qualibet die semel aut pluries. Regimen autem balnei non differt a regimine tinæ nisi quia oportet ponere tinam in casa media, aut tantæ caliditatis quòd cum exuitur ut ingrediatur tinam non sentiat se calefieri, aut infrigidari ab aere balnei,& debet ad illam super lecticam quandam portari,& commode reportari.& cum egrediatur a balneo pāno lineo tepido circundari,& postea inungi si fuerit expediēs cū oleo de cucurbita,& similibus, & aliquando cum est in lecto potest lac super eo mulgeri. Secunda intentio. s. resumptio, quæ simul cum prima exeqnenda est, completur cum cibis & potibus iam dictis spargendo eos, & inter cætera utatur electuario infrascripto sumendo de eo inter prandium, & cœnam cum oportuerit,& etiam in principio prandij, & cœnæ, ut uoluerit. ℞. pulparum caponum, uel fasianorum. ℥. iij. amygdalarum præparatarum, pinearum præparatarum ana. ℥. 5. se. portulacæ se. papaueris se. lactucæ se. endiuiæ ana. ʒ. i. margaritarum perforatarum, sandali al. ru.& citrini, cinamomi. ana. ʒ. 5. zuccari trium coctarum. ℥. vi. liquefiat zuccarum cum aquæ ros.& brodij caponis uel fasiani macriana quātum sufficit fiat electuarium,& cooperiatur foliis auri. posset tamē reduci ad formam solidam diminuendo carnes & reliqua humida, & addendo seu diminuendo zuccarum, & conficiendo cum aqua ro.& posset addi parum musci & ambræ si non abhorret,& parum croci. Tertia intentio. s. accidentium correctio completur secundum eorum exigentiam, inter cætera corrigantur syncopis,& deiectio appetitus, uigiliæ & omnis euacuatio superflua, sicut fluxus uentris, uomitus, sudor, sanguinis fluxus per quamcunque regionem, quæ qualiter debeant curari perquiratur ex capitulis propriis superius positis in regimine accidentium: nimis enim prolixus essem si omnia prosequi uellem.

De hectica senectutis. Cap. IX.

CVcurrit consuetudo ut dicant hecticam senectutis post febrem hecticam. & nos etiam incedamus uia consueta.

Hic agens de hectica senectutis primo ponit quid rei, & quid nominis & quæ corpora sint paratiora & causas. secundo signa. tertio curam. secunda ibi in principio sequentis capituli. tertia in principio tertij capituli. Primum capitulū in quinque. in prima ponit quare hic determinet de hectica senectutis. in secunda ponit quid rei & quid nominis. in tertia, quæ corpora sint paratiora. in quarta causas. in quinta prognosticum. secunda ibi, intentio. tertia ibi, senes quidem. quarta ibi. & cum faciens. quinta ibi.& hæc quidem ęgritudo. In prima parte dicit quòd consuetudo est apud reliquos medicos, ut post hecticam febrilem determinent de hectica senectutis quamuis non sit febris: propter hoc uolens incedere uia consueta hic determinat de ea.

Intentio itaque hecticæ senectutis est dominium siccitatis super complexionem absque febre. & quandoque fit cum æqualitate in calore & frigore, & illud secundum minus. Et quandoque fit cum frigore, & nominatur hæc dispositio senectus, & hectica senij: quoniam corpori accidit in hora senij illud, quod accidit in illa hora de aldubul: et siccitate.

In hac parte describens hecticam senectutis dicit quòd est dominium siccitatis complexionalis absque febre. quæ quandoque licet raro est cum æqualitate caloris,& frigoris, quandoque est cum frigore,& hæc dispositio dicitur senectutis, siue hectica senij: quia corpori accidit in hora senij. i. decrepitatis, quod accidit in ista hectica,& de aldubul. i. de consumptione,& siccitate.

Et senes quidem sunt uelocioris casus in eam, quàm iuuenes, et iuuenes uelocioris casus in eam quàm pueri, licet accidat in iuuenibus, et pueris.

In hac parte ostendens quæ corpora sint paratiora ad hanc feb. dicit quòd senes uelocius cadūt in eam quàm iuuenes, & iuuenes quàm pueri, licet raro accidat iuuenibus & pueris.

Et causa faciens cadere in eam, aut est caliditas quæ resoluit, et liquefacit humiditates, quare caliditas innata debilitatur, et succedunt frigus et siccitas. aut est frigus dominans cū debilitate corporis, quare prohibet uirtutem nutritiuam ab operatione sua integra, sicut accidit iterum in fine uitæ.

In parte præsenti ponit causas eius. Prima quia causa faciens accidere hecticam est caliditas resoluens,& liquefaciēs humiditates quare caliditas innata debilitatur, & paucificatur notabiliter subiectum suum. per cuius diminutionem notabilem, necessarium est ipsum diminui gradualiter, & quantitatiue sicut in senibus,& sequitur frigiditas & siccitas. Secunda causa est frigus dominans corpori debili prohibens uirtutem nutritiuam ab operatione sua integra, idest restaurationе humidi tantæ quantitatis, quòd posset corpus in eadem grossitie,& humiditate,& habitudine conseruari sicut accidit in fine uitæ in quo homines superflue macrefiunt, & extenuantur.

Et de hoc capitulo est potus aquæ frigidæ non in hora sua, aut super debilitatem corporis cum febre, aut in dispositione, aut successione exercitij resoluentis uirtutem, et aperientis poros, et quòd uocat ad attrahendum aquam frigidam ad uiscera subito.

Tangit tertiam causam dicens quòd de hoc capitulo. s. causarum hecticæ est potus aquæ frigidæ non in hora sua. i. debita. aut super debilitatem corporis cum febr. i. quando corpus est factum debile ex feb. aut quando exercetur, aut quando exercitatum est exercitio forti resoluente uirtutem. i. spiritus & humidum,

humidum & aperientes uias.& quòd uocat.i.propter omnem causam uocantem,& attrahentem aquam frigidam ad uiscera subito,sicut potus aquæ post balneum,& post coitum.

Aut uapores mali,frigidi,qui eleuantur ad cor, & infrigidant complexionem eius.

Hic ponit quartam causam dicens,quòd uapores mali, frigidi,qui eleuantur ad cor,& infrigidant complexionem eius: quæ frigiditas iuncta cum siccitate est hectica senectutis. Vel melius siccitas coniuncta cum frigiditate,sunt causa huius hecticæ.hi autem uapores eleuantur a phlegmate uitreo, aut a re ualde frigida corporea,uel incorporea.

Et quandoq; sequitur euacuationes.

Hic ponit quintam causam hecticæ senilis, quæ quãdoq; sequitur superfluas euacuationes calorem innatũ debilitantes.

Et quandoq; attrahit hanc ægritudinem superfluitas in infrigidando patientes febres cum eis quæ bibuntur & emplastrantur.

Hic ponens sextam causam dicit, quòd quandoque superflua infrigidatio febrentium cum sumptis & applicitis attrahit hanc ægritudinem.

Et hæc quidem ægritudo quando confirmatur, non curatur: & si esset ei ingenium,esset morti ingenium.

In hac ultima parte prognosticatur dicens,quòd hæc ægritudo quando confirmatur,non curatur & si esset ei ingenium, esset morti ingenium.

Pro quo notandum quòd per hecticam senilem confirmatam intelligit eam in qua facta est manifesta consumptio humiditatis glutinosæ:& si esset illi ingenium esset ingenium senectuti,& per consequens morti.

Notãdum pro declaratione primę partis quòd antiqui medici sicut Serapio.sexto breuiarij.& Rasis decimosexto continentis immediate post hecticam febrilem determinauerunt de hectica senili tribus de causis. Prima quia contrariantur, cum hectica febrilis sit morbus calidus: & hectica senilis sit morbus frigidus secundum plurimum: & contrariorum cadit eadem scientia in eodem loco.

Secunda quia ambæ conueniunt in eo quòd utraq; est morbus siccus.licet tamen hectica febrilis sit formaliter calor. & hectica senilis sit formaliter siccitas, & propter hanc conuenientiam debet esse sermo de utraque in eodem loco.

Tertia causa quia quidam medici nominauerunt hecticam senectutis febrem,de quibus fuit Aliabbas octauo theoricæ, & Serapio.sexto tractatu diuidens hecticam in calidam, & frigidam,idest senilem,illa tamen nominatio est impropria cum febris dicatur a feruore:sed hectica senectutis secundum plurimum est morbus frigidus.

Hectica senectutis quomodo dic febris.

Sed ut dicit Rasis.decimosexto Continentis secundũ quandam similitudinem appellatur feb.quia sicut feb.est totius caliditas & primo cordis,ita hectica senectutis est totius siccitas,& primo cordis.Dubitatur pro declaratione secundi dicti utrũ hectica senij posset esse coniuncta febri. Et arguitur quòd non,quia Auice.diffiniens hecticam senilem dicit quòd est dominium siccitatis super complexione absque febre.

In oppositum arguitur, quia senectus naturalis potest esse coniuncta febri,ut notum est,ergo & hectica senij.consequentia tenet quia fere omnino assimilantur,& non est differentia nisi quia una est naturalis,& alia præter naturam. Itẽ pro hac parte est Gal.in lib.de tabe.cap.primo. Pro declaratione huius dubii,& sequentium præmittendum quòd reperiuntur isti termini hectica febrilis,hectica senilis,tabes,marasmus. Hectica febrilis est caliditas fixa in corde,aut membris a siccitate cordis dependens. & hectica senilis est siccitas fixa in corde aut membris a siccitate cordis dependens.

Vnde si siccitas alicuius membri uel totius proueniet ab aliquo membro alio a corde non diceretur hectica febrilis. Idẽ diceretur de frigiditate quæ hecticę senili associatur, quãuis hoc sit uoluntarie dictum. Marasmus autem est consumptio humiditatis substantialis naturalis, siue glutinis, & tabes est terminus sibi synonimus, & similiter marcor apud Aliabbatẽ octauo theoricæ. Præmittendum secundo quòd sicut hectica febrilis habet tres species, siue modos penes cõsumptionẽ humiditatum secundarum factam a caliditate,ita hectica senilis distinctas penes consumptionem humiditatum factam siccitate. His pręmissis dicendum non esse dubium quòd cum quacunque specie hecticæ senilis potest esse febris cuiuscunq; generis ephemera,quia spiritus possunt acquirere calefactum esse,saltem a causa extrinseca:humoralis, quia humores possunt acquirere calefactum esse: Hectica quia potest caliditas pendens a calefacto esse humorum,& spirituum figi in corde, & in membris. Sed bene est dubium utrum acquisita aliqua ex febribus suprascriptis siccitas,quæ est in membris quæ ante aduentum feb.dicebatur hectica senilis, sic debeat appellari,aut alio nomine propter textum Auicen. qui diffiniens hecticam senii dicit quòd est dominium siccitatis super complexione absque febre. Ad quod dubium dicit Gentilis quòd siccitas in tanto gradu in quanto reperitur in quacunque specie hecticæ senilis,uerbi gratia siccitas quæ est consumptio, & defectus humiditatis glutinosæ membralis, potest coniungi caliditati dupliciter.uel caliditati quæ est causa illius siccitatis,uel caliditati illi accidentaliter coniunctæ non tamen ut causa.si quidem siccitas solidorum membrorum coniungeretur caliditati quæ sit sua causa tunc uel esset fiens, uel esset facta.si quidem esset fiens, tunc talis siccitas dicitur tabes quæ idem est quod marasmus coniunctus febribus colliquatiuis:& ista caliditas dicitur fe.colliquatiua coniuncta marasmo, siue tabi. Vnde Gal.primo de differentiis feb.dicit. Illæ causones, quæ omnem cordis consumpserunt liquorem, nõ hecticæ sunt sed solum marasmodes,uel tabidæ. si uero talis caliditas sit facta tunc,hoc aggregatum ex hac caliditate,& hac siccitate, & hectica tertiæ speciei idem sunt,quoniam earũ eadem est diffinitio.Hectica enim tertiæ speciei est calor præter naturam factus in corde,& in mẽbris cũ consumptione ultimæ humiditatis.Ista ẽt diffinitio est diffinitio præsuppositæ siccitatis. si uero talis siccitas dicta hectica senectutis cõiungat̃ caliditati accidentaliter,quæ non sit sua causa,tunc est duplex ægritudo:& quælibet habet suum nomen,& una ab alia non dependet.

Ad tex.Auicen.respondet quòd quando dicit,quòd hectica senilis est dominium siccitatis absque feb. non intelligit quòd posset sibi coniungi:sed uoluit quòd illa proprie dicitur hectica senilis distincta ab hectica febrili, quæ a principio est absq; febre. Contra,accipio caliditatem factam coniunctam accidentaliter hecticæ senili secundæ speciei, quod est possibile: ut superius determinatum fuit,& etiam de intentione Gale. tunc certum est,quòd illa est hectica febrilis cum sit feb.facta, & non fiens,sed non potest dici quòd illa sit hectica primę speciei,neque secundæ,cum nomen non habens,ros,& cambium penes quorum distinctionem consumebantur primæ duæ species hecticæ,iam sint finitæ modo Auicen. & modo notabiliter cõsumatur humiditas quarta per ipsam caliditatem factã.

Et confirmatur ex textu Auicen. Cum ergo finiuntur isti, & incipit finire humiditates quæ sunt diuisionis tertiæ sicut incipit flamma adurere corpus lychnii & humiditates eius radicales est gradus tertius.s.hecticæ febrilis. Credo itaq; hanc esse dicendam hecticam tertiæ speciei cum sibi competat diffinitio eius. Et consequenter dicitur posse fieri hecticam febrilem tertiæ speciei,non præcedente prima,nec secunda specie:non autem dicetur hectica senectutis,quia sibi non competit eius diffinitio,est enim siccitas illa cum feb. augente ipsam. Et confirmatur,quia debet curari cura hecticæ febrilis infrigidando,& humectando,& non cura hecticæ senectutis. Propterea Gẽtilis superius in quæstione utrum hecticus supercalefiat a cibo, concedit in causonizante aliquando fieri transitum ad secundam speciem hecticæ non transeundo per primam,quando caliditas non fingitur nisi consumpta prima humiditate & secunda a causone:tunc caliditas facta consumens cambium dicitur hectica secundæ speciei: quamuis non consumpserit primas humiditates.ergo nisi uelit esse contrarius sibi debet concedere in casu nostro caliditatem illam fixã consumentem humiditatem glutinosam esse tertiam speciem hecticæ quam non præcessit prima, neque secunda & non esse hecticam senilem. Et tex.ille Auicen. Hectica senilis est dominium siccitatis super complexione absque febre, intelligi debet absque febre facta,non autem absque fiente. Aliqui

dicunt

dicunt quòd ly abſq; febre intelligitur abſque quòd febris includatur in quidditate hecticæ ſenilis, & ſecundum hunc modum oportet concedere quòd fere cuiq; hecticæ febri coniungitur hectica ſenilis, quod non eſt bene conſonum mentibus auctorum.

Secundum dubium utrum hectica ſenectutis poſsit eſſe cũ æqualitate in calore, & frigore. Et arguit quòd non quia talis eſt diſpoſitio hecticę ſenilis, qualis eſt diſpoſitio ſenij, & ſenes ſunt frigidi & ſicci. ergo &c. Secũdo ꝙ in hectica ſenectutis non nutriuntur particulæ, ſed quando non nutriunt infrigidantur. unde nono therape. certiſsime enim in innutritionibus infrigidantur particulæ. Præterea. Infrigidatio fit in nobis defectu humidi, quod eſt calidi naturalis ſubiectũ, ſed hoc fit in hectica ſenili. ergo &c. Amplius in hac parte eſt Rabi Moyſes qui tertia particula aphoriſ. miratur de Gale. dicente cum tanta excellentia ſiccitatis, poſſe eſſe temperamentum in calore, & frigore. In oppoſitum eſt hic Aui. & Gal. nono therapeu. & in libro de tabe capitulo primo.

Pro ſolutione huius dubij eſt præmittendum quòd duplex eſt temperamentum in actiuis iuſtitiale, & graduale. temperamentum iuſtitiale eſt optimarum operationum productiuum merito proportionis inter qualitates actiuas, tam ſecundum gradum quàm ſecundum multitudinem, necnon debitam proportionem ad paſsiuas, & reliqua facientia ad perfectionem operationum. Sed temperamentum graduale habet ſolũ proportionem gradualem actiuarum. Quo præmiſſo pro ſolutione huius dubij tenenda eſt hæc concuſio. licet hectica ſenectutis ſit ſecundum plurimum cum frigiditate, poteſt tamen eſſe aliquando cum temperamento graduali in actiuis. Hæc concluſio eſt de intentione Aui. in hoc cap. & Gal. loco alleg. Item pars prima declaratur & probatur per rationes immediate præcedentes & quotidiana experientia. Sed ſecunda pars de qua non eſt paruum dubium his probatur rationibus: quia una de cauſis faciens cadere in hecticam ſenilem apud Auicen. & reliquos, eſt caliditas reſoluens humiditates: quare caliditas innata debilitatur & ſuccedunt frigus & ſiccitas: ſed non poteſt fieri tranſitus de calore ad frigus per hãc reſolutionem factam niſi per medium. ergo aliquando erit ſiccitas cum temperamento graduali actiuarum quod certum eſt habere latitudinem. Forte diceretur hanc rationem hoc concludere, ſed in hoc temperamento non permanebit, cum ſemper ſit in tranſitu ratione conſumptionis humidi ſemper procedentis, quæ eſt cauſa infrigidationis. Contra, cum eſt in temperamẽto graduali poteſt applicari cauſa calefaciens ęquipotẽs in calefaciendo, ſicut reſolutio humidi in infrigidãdo. ergo corpus illud poterit in eadem menſura graduali actiuarum conſeruari. antecedens probatur, quia poſſet applicari cauſa magis potens calefacere, quàm humidi exiccatio infrigidare, & minus potens. ergo ęquipotens. Præterea. Si ſuperfluitas in infrigidando febrientes cum eis quę bibuntur, & applicantur eſt cauſa ut fiat hectica ſenilis cum dominio frigiditatis: ut dicit Auice. & cæteri. ergo minor infrigidatio quàm ſit iſta, poteſt eſſe cauſa hecticæ ſenilis cum temperamento graduali actiuarum. Tertio poteſt aliquis propter debilitatẽ digeſtiuæ exẽpli gratia ſequentem raritatem texturæ exiccari, & tamen nõ gradualiter infrigidari. ergo &c. His & conſimilibus, concluditur ueritas concluſionis. Sed contra primam partem concluſionis, & eius fundamentum inſtatur: ſequitur quòd omnis hecticus febrilis antequàm moriatur fieret hecticus ſenilis. conſequens contra auctores, & experientiam. ſed cõſequẽtia probatur, quia humidi conſumptio eſt cauſa hecticæ ſenilis: ſed in moriente ex hectica febrili conſumitur humidum uſq; ad ultimum gradum cum quo non ſtat uita. Et confirmatur: quia ſicut homo naturaliter decurrens per ætates propter humidi exiccationem infrigidatur: ita hoc debet fieri propter conſumptionem præternaturalem humidi, cũ in utroq; æquali fiat humidi conſumptio uſq; ad gradum cum quo non ſtat uita. Hæ rationes ſunt apparenter concludentes omnem hecticam febrilem fieri hecticam ſenilẽ ante mortem. Forte reſpondetur in nullo hectico febrili propter ſolam humidi reſolutionẽ calorem diminui gradualiter, ſed ſolum quantitatiue. Nam cũ ſit factus, ſtat ſemper affixus ſuo ſubiecto, niſi occurrat cauſa frigida ipſum extinguens. Hæc reſponſio eſt primo contra Gal. Aui. & cæteros auctores. Præterea. Sequitur ex ea calorem naturalem non debere diminui gradualiter ex decurſu ætatiuo, cum nõ ſit minus affixus ſubiecto ſuo, quàm calor hecticus: cuius ſignum quia homo ſanus non magis ſentit ſuum calorem, quàm hecticus ſuum. Præterea. Si calor naturalis diminuitur, graduatur ex decurſu ætatiuo: cum calor hecticus ſit compoſitus ex calore naturali præexiſtente, & calore addito ſicut dicit cõmunis opinio oportet hecticum gradualiter diminui. Dicendum eſt ergo quòd actio caloris reſoluentis humidum, ad cuius diminutionem ſequitur diminutio caloris in gradu eſt duplex. nam aliquando magis proportionabiliter reſoluitur humidum, quàm calor gradualiter minuatur: ſicut exempli gratia in ætate iuuentutis & pueritię, aliquando ecõtra ſicut in ætate ſenectutis. hoc autem accidit ſecundum diuerſam diſpoſitionẽ paſsi, & aliarum rerum actiue concurrentium ad reſolutionem humidi, & caloris diminutionem naturalem. cum ergo in hectico febrili plus proportinabiliter minuatur humidum, quàm calor gradualiter minuatur, tunc remanet hecticus febrilis. habet enim calor nimiam proportionem ad humidum. cum uero eſt econtra fit tranſitus ad hecticam ſenectutis. Et ex his patet ſolutio ad duas rationes ſuadentes contrarium. Ad primam dicitur quòd licet in utroq; ſcilicet hectico febrili & hectico ſenectutis diminuatur humidum uſq; ad gradum cum quo non ſtat uita: ſtat tamen in uno plus proportionabiliter diminui humidum, quàm calorem, in alio econtra. Ad ſecundam dicitur quòd tam in hectico tendente ad mortem præternaturaliter, quàm moriente naturaliter calor gradualiter minoratur: cum quo tamen ſtat quòd in hectico continue creſcat proportio caloris ad humidum, aut remaneat eadem, & ſemper remaneat febriens: & in moriente naturaliter decreſcat proportio gradualis caloris ad humidum, & ſic continue infrigidetur, & ſimiliter in hectico ſenectutis. ſed de his ſatis.

Notãdum ultimo pro declaratione tertiæ partis quòd pueri merito gradus ſuæ humiditatis, & uigore nutritiuæ ſunt remotiores a caſu in hecticam ſenilem, quàm iuuenes: ſed merito humidi multum apti ad euaporãdum paratiores ſunt ad hecticam quàm iuuenes, licet ab ea facilius releuentur.

De ſignis. Cap. X.

IN iſtis uidentur ſigna aldubul, & exiccationis, & non uidetur in eis incenſio & inflammatio, immo fortaſſe inueniuntur frigidi tactus: & eorum pulſus non eſt ſicut pulſus habentium febres hecticas: immo eſt paruus, tardus, & rarus, niſi fortis fiat debilitas: quoniam tunc incipit pulſus fieri frequẽs, & proprie in illis quibus aduenit hoc ex potu aquæ frigidæ. Et quandoque eſt urina eorum alba, ſubtilis, aquoſa: & ſunt in diſpoſitionibus ſuis ſicut ſenes.

Hic ponit ſigna hecticæ ſenectutis communia tam illi, quæ eſt cum frigiditate, quàm illi quæ eſt cum temperamento actiuarum & paſsiuarum. Primum ſignum, quòd in iſtis apparent ſigna aldubul ideſt conſumptionis, & exiccationis, & tamẽ nõ apparet in eis inflãmatio: immo fortaſſe ideſt aliquando inueniũtur frigidi ad tactum, maxime quãdo hectica eſt coniuncta frigiditati. Secundum quòd pulſus eorum non eſt ſicut pulſus habentium febr. hecticas: immo paruus, tardus, & rarus niſi forte fiat debilitas: quoniã tunc pulſus incipit fieri frequẽs, ut recuperet per frequẽtiam in quo deficit per paruitatem & tarditatem: & proprie eſt pulſus paruus, tardus, & rarus in quibus accidit hectica ex potu aquæ frigidæ. Et quandoq; eſt urina eorum, alba, ſubtilis propter frigiditatem, & ſiccitatem, & impotentiã expellendi ſuperflua cum urina. Dixit autẽ quandoq;, quia cum expelluntur ſuperflua cum urina ingroſſatur. Vltimo dicit, quòd ſunt in diſpoſitionibus ſuis ſicut ſenes decrepiti, quia frigidi & ſicci contracti.

Curatio hecticæ ſenectutis. Cap. XI.

NOn adhibetur hæc cura niſi cum nondum confirmata eſt, & ſperatur quòd non confirmetur: & cum confirmata eſt, ſperatur ut poſtponatur perditio parumper. Et canon quidem in curatione eorum eſt calefactio, & humectatio. Et ex humectatione ſunt balnea ſecũdum quòd ſciuiſti: quæ non adminiſtrentur niſi poſt digeſtionem. nã ſi ipſa adminiſtretur

administrentur succeßione comestionis, faciunt cadere uirtutem: & clysteria facta ex capitibus, & pedibus & cicere contrito, & ficubus cum melle: & chamæmilla, de quo administretur quantitas mediæ lib. cum unc. ij. olei sisamini, & aliquantulo olei de ben. Et administretur fricatio super cibationem: & lac coctum cum lapidibus est uehementis iuuamenti eis: & mel est ultimum in iuuamento eorum: sicut est ultimum in nocumento habentium febrem hecticam, & omnis cibus humectans facilis penetrationis, uelocis descensionis, in quo non est uiscositas, sicut aqua carnis, & uitelli ouorum sorbilium: & uinum subtile odoriferum paruæ quantitatis, est uehementer conueniens eis. Et oportet ut obseruetur humectatio prædicta in capitulo hecticæ: & misceatur cum ea quod calefaciat ex odoribus, & emplastris, & unctionibus fricando, & cibis alijs.

In præsenti parte omisis diuisionibus dicit, quòd cura his hecticis non est adhibenda nisi cum hectica nondum est confirmata. s. per notabilem consumptionem humiditatis glutinosę, & speratur quòd non confirmetur, quia dato, quòd non esset notabiliter consumpta humiditas glutinosa: immo dato quòd esset hectica primæ speciei: si non est spes quòd non confirmetur, non debet curari. quando enim habemus causam euidentem quòd debeat confirmari, dato quòd non sit confirmata: ut puta quòd esset magna, & fixa frigiditas in corde, & in membris, aut magnus defectus uirtutis nutritiuæ, non debemus eã curare. nam morituri sunt solis prognosticis dimittendi. Et tu medice nota quòd non est bonum aggredi curam ægritudinũ quæ non sunt sanabiles: non enim tibi deficiet scandalum, dato quòd præmiseris prognosticum. propterea Galen. Nolite malarum ægritudinum curæ onus suscipere, ne mali medici nomen subeatis. Dicit tamen quòd cum confirmatur, speratur quòd postponetur mors parumper. i. paruum spatium retardãdo actionem causarum exiccantium.

Secundo dicit quòd canon in curatione eorum est calefactio, & humectatio: quod uerum est secundum plurimũ, quòd si fuerit cum temperie actiuarum: & temperies illa proportionalis complexioni naturali hectici, nec minetur lapsum in aliquam dyscrasiam, debet conseruari cum similibus, si uero minetur lapsum, adhibe contraria. Si uero illa temperies actiuarum non sit proportionata complexioni hecticę uide ad quam dyscrasiam lapsura est: & illi resiste cum contrariis. si uero ad nullam lapsura sit, reduc uersus complexionem sibi naturalem: ut plurimum tamen illa temperies magis lapsura est ad frigidum, quàm ad calidum: ideo Auic. dicit canon in curatione eorum est calefactio, & humectatio.

Tertio dicit quòd ex rebus humectantibus sunt balnea secundum quòd sciuisti. secunda primi: & in capitulo de hectica febrili: quæ non administrentur nisi post digestionem primam & secundam. nam si ipsa administrentur post comestionem, nondum celebrata digestione, faciunt cadere uirtutem. s. digestiuam. nam trahunt spiritus qui sunt in stomacho, & circa stomachum ad circunferentiam.

Quarto dicit quòd clysteria facta ex decoctione capitum, & pedum cum cicere contrito, & cum ficubus melle, & chamæmilla, de qua decoctione administretur lib. 5. cum. ℥. ii. olei sisamini & aliquantulo olei de ben. s. ab. ℥. 5. usque ad. i. supple confert: sed in hac decoctione non ponatur nisi tantum mellis ut pro uno clysteri sit. ℥. i. Si enim de eo multum ponitur non sinit clystere retineri. Apud tamen modernos istud clystere reputatur paruum: quoniam facimus clystere. ℥. xviii. sed tamen cum sit paruum melius retinetur.

Quinto dicit quòd post cibationem, completa. s. prima digestione, & secunda fricetur æger ut. s. trahatur nutrimentum ad membra, sed non fortiter.

Sexto dicit quòd lac coctum cum lapidibus est uehementis iuuamenti: nam per decoctionem calefit, & superfluitas aquosa resoluitur, & est boni & multi nutrimenti: cui si misceatur mel, uel zuccarum est conueniens. Item mel est ultimi iuuamenti, nam est aptum in frigido corpore conuerti in bonũ sanguinem, & calefacere: & ita hecticæ febri, quia calidum & inflammabile ualde disconueniens. unde Gale. in de marasmo ad finem. Mel autem in frigidis dispositionibus proficuissimum, in calidis contrarissimum.

Septimo dicit omnem cibum humectantem, facilis digestionis, non uiscosum uehementer conuenire: quia facile a uirtute superatur, & facile ad profundum corporis penetrat sicut aqua carnis, uitelli ouorum sorbilium, & uinum subtile odoriferum paruæ quantitatis est uehementer conueniens, & nimia eius quantitas non bene digeritur, immo suffocaret calorem innatum: & debet esse unius anni, tantum mediæ uinositatis, & bene depuratum, hæc enim sunt moderate calida, & humectantia qualitatiue, & substantifice.

Vltimo dicit quòd seruetur humectatio dicta in capitulo hecticæ feb. & misceatur cum ea quod calefaciat ex odoribus, & emplastris, & unctionibus fricando, & aliis cibis præter iã dictos. Et nota quòd bonum est ut mel cum sit siccum, misceatur cum aliquibus humidis: & forte mel cannæ esset præstantius, quàm mel apum. Hæc cura exigit tres intentiones. s. calefactionem, humectationem, & resumptionem, & accidentium correctionem. qualiter debeãt compleri, patet ex dictis in hoc capitulo, & ex ordine curæ hecticæ febrilis.

TRACTATVS QVARTVS DE FEBRIBVS PESTILENTIALIBVS,

et quæ sunt eis homogenea, uariolis, et morbillis.

De febre pestilentiali. Cap. I.



Vandoque accidit aeri, quod docuimus te in libro vniuersalium, sicut accidit aquæ de alteratione in qualitate sua ad calorem, et frigus: et de alteratione in natura sua ad profundationẽ, et putredinẽ sicut profundatur aqua, et fœtet, et putrefit.

Actum est in primo tractatu de ephemeris. In secundo de humoralibus. In tertio de hecticis. In hoc quarto Auic. agit de febribus pestilentialibus: & de uariolis, & morbillis quæ sunt homogenea febribus pestiferis. multiplicantur enim in aere putrido & multoties antecedunt pestilentiam, licet etiã in hoc tractatu pro complemento scientiæ de feb. agat de feb. apostematum, & de febrib. compositis. Pro notitia dicendorum, nota quòd reperiuntur isti tres termini. s. epidemia, endemia, & pestilentia. Epidemia enim apud Simonem idem significat græce, quod superueniens latine. Et est dispositio aeris per quam multiplicantur morbi diuersi in uno tempore, & in una regione: utputa febres diuersæ, apostemata, fluxus uẽtris, & similes ægritudines. Epidemia autem est dispositio per quã multiplicantur in una regione ægritudines unius generis: utputa botium in agro Tridentino: uena medena in ciuitate sic nominata: durities splenis Ferrariæ, & multoties sequuntur dispositiones aquæ, & aeris aut frugum illius regionis. Pestilentia uero est aeris dispositio per quã multiplicantur ægritudines unius generis, aut etiam diuersorum ut plurimũ mortales: & de hac est sermo in præsenti, & dicitur pestilentia a pasco, scis: quia depascit homines ad mortem. In tractatu tamen meo de pestilentia aliter sum interpretatus hos terminos: sad de nominibus non est curandum. Hæc pars diuiditur in duas partes. In prima agit de febribus pestilentialibus. In secunda agit de uariolis. secunda pars incipit in principio sexti capituli. Primam diuido in tres. In prima ponit causas pestilentiæ. In secunda signa. In tertia curam. secunda ibi § Hęc feb. est quieta. § tertia ibi § Summam curationis. § Capitulum primum diuido in tres partes. In prima parte ponit modum quo aer putrefit, & sit pestilens. In secunda ponit causas putredinis. In tertia parte ostendit quomodo ex aere putrido fiant febres pestiferæ. secunda ibi § Et quandoque est illud. § tertia ibi § Et quandoque fit aer secundum hunc modum. § Prima iterum in duas. nam in prima ponit modum quo putrefit aer, & fit pestilens. In secunda declarat. secunda ibi § Et sicut aqua. § In prima parte dicit quòd quandoque accidit aeri quod docuimus in libro uniuersalium. i. in primo canone. secunda fen. de mutationibus aeris contra naturam sicut accidit aquæ in alteratione

ratione ſua in qualitate ad calorem & ad frigus : & tu ſupple ad ſiccitatem & humiditatem de alteratione in natura ſua.i.in ſubſtantia ſua ad profundationem & putredinem ſicut profundatur aqua & fœtet, & putrefit. Pro quo notandum quòd Auicen.uolens declarare mutationem aeris contra naturam, declarat ipſam permutationẽ aquæ : & hoc ideo quia aqua eſt nobis magis nota quàm aer:immo antiqui aerem appellabant uacuum,ſecundo de anima. Intendit ergo quòd tam in aere, quã in aqua eſt duplex mutatio,una in qualitatibus primis. altera in ſubſtantia per quam molliuntur, & ingroſſantur : & de hac ſecunda dicit ꝙ aer & aqua profundãtur & putreſiunt, & fœtent.illa.n.profundatio non eſt niſi ipſorum paſsio.ſ.ſm ſuã ſubſtantiam quo ad omnes partes tam formales, quã materiales,quæ paſsio eſt ipſorũ putrefactio,ad quam ſequitur fœtor.

Et ſicut aqua non putrefit ullo modo propter ſuam ſimplicitatem:immo propter illud quod admiſcetur ei de uaporibus malis,qui permiſcentur ei:& accidit toti qualitas mala. Similiter aer non putrefit ullo modo propter ſuam ſimplicitatem: immo propter illud quod admiſcetur ei de uaporibus malis: qui permiſcentur ei:& accidit toti qualitas mala.

In hac parte declarans modum, ſecundum quem aer fit putridus dicit,quòd ſicut aqua non putrefit propter ſuam ſimplicitatem,immo propter illud quod ei admiſcetur de corporibus terreis malis,quæ.ſ.corpora permiſcentur ei.ſ.ad minima eius,& accidit toti.i.aggregato ex corporibus illis, & aqua qualitas mala,quæ eſt calor putredinalis.ſimiliter aer non putrefit ullo modo propter ſuam ſimplicitatem,immo propter illud quod admiſcetur ei de uaporibus malis, quæ.ſ.corpora admiſcentur ei.ſ.ad minima eius, & accidit toti ideſt aggregato ex aere, & uaporibus qualitas mala ideſt putredo. Pro quo notandum ꝙ per corpora terrea non ſolum debemus intelligere partes terreas ſibi admixtas : ſed quæcunq; extranea potentia putreſcere aquam. Dubitatur utrum aer, & aqua poſsint putrere:& arguitur quòd ſic ex quarto metheororum. omnia putreſcunt præter ignem. Amplius.25.problematũ. problemate decimoquarto quærit Ariſto.propter quid terra, & aqua putrent:aer uero non. Soluit quòd aer non putrefit, quia eſt mixtus multo igni. In oppoſitum eſt Auice. dicens quòd aer & aqua non putreſiunt dum ſunt ſimplicia, ſed dum componuntur cum rebus extraneis.

Pro ſolutione huius dubii dicendum quòd putrefactio accipitur dupliciter.uno modo proprie,& hæc eſt paſsio mixti,& opponitur ſimplici generationi mixtorum.nam ſicut mixta ex elementis componuntur:ita per putrefactionem miſcentur, & ſeparantur in elementa:ſola itaque mixta putreſiunt putrefactione proprie ſumpta.ſecundo modo accipitur putrefactio improprie,& hoc modo dicimus aliqua putrefieri: quia in eis remanent aliqua accidentia putrefactionis proprie ſumptæ.ſ. remollitio,fœtor,& ſimilia.& hoc modo putreſiunt omnia elementa præter ignem.Ignis uero licet non ſit uere ſimplex,ſicut flamma ignis non poteſt putrefieri aliquo modo propter caliditatem fortem exterminantem eius humidum. & hoc eſt quod uoluit dicere Ariſt.quarto metheo.ꝙ omnia putreſiunt præter ignem putrefactione proprie ſumpta, uel improprie. Quod autem dicitur.25.problematum quòd aer non putrefit, quia eſt mixtus cum multo igne,intelligitur de aere exiſtente in extremitate aeris proxima igni.non enim poteſt putrefieri cum potius comburatur a caliditate ignis ſibi immixti.

Et quandoque eſt illud cauſa uentorum deferendorum ad locum bonum fumos malos ex locis fœtidis, in quibus ſunt ualles profundæ: & corpora exiccata in prælio,aut occiſa nõ ſepulta,neque tumulata:& fortaſſe eſt cauſa propinqua loco in quo uenit. Et quandoque accidunt putredines in interioribus terræ propter cauſas,quarum euentus ignoratur, & nocere faciunt aquam,& aerem.

In parte præſenti ponit cauſas putrefactionis aeris. & habet hæc pars tres partes. In prima ponit cauſas magis propinquas. In ſecunda oſtendit quæ feb.ſequuntur ex mutatione aeris contra naturam. In tertia ponit cauſas putredinis aeris,& conſequenter peſtilentiæ magis remotas. ſecunda ibi §Et fe.quidem.§tertia ibi§Principium omnium.§ In prima dicit Auicenn.Putrefactio aeris quandoque eſt cauſa uentorum deferentium fumos malos ex locis fœtidis in quibus ſunt ualles profundæ plenæ aqua ſœtida,& ex locis fœtidis in quibus ſunt corpora occiſa,uel mortua in prælio non combuſta, nec tumulata.

Secundo dicit,quòd fortaſſe cauſa putrefaciens aerem, eſt propinquitas loci in quo uenit,uel currit.ſ.peſtilentia : & declarans dicit,quòd quandoq; accidunt putredines in interioribus terræ.ſ. proximæ loco peſtilenti propter cauſas quarum euentus ignoratur,& nocere faciunt aerem,& aquam illius loci ipſos putrefaciendo. Ex quo textu accipe primo quòd per flatum ipſorum uentorum deferẽtium malos uapores, aliquis locus ſanus multum diſtans a loco infecto poteſt infici. & per hunc modum anno iſto.1456.infecta ſunt loca ſita in littora maris Hadriatici per uentos deferentes uapores malos a littore oppoſito.ſ.Sclauoniæ diu uexatæ a peſtilentia. Accipe ſecũdo,loca proxima aliquando poſſe infici ex apertione aliquorum meatuũ uenĩetium ab antris ſubterraneis, in quibus erãt concluſi uapores putridi maligni,qui uenientes ad aerem illius loci ipſum inficiunt:immo cloaca una diu clauſa poſtea aperta poſſet inficere aerem illius loci in quo eſt. Harum autẽ cauſarum quæ faciunt putredinem in interioribus terræ, euentus ignoratur ſecundum plurimum tam a medico,quã ab aſtrologo:licet forte aſtrologi quandam generalem habeant notitiam. Accipe tertio,aquam putridam maligna putredine eſſe interdum cauſam febrium peſtilentialium. Vnde Auicen.ſecunda primi.Amplius mortalitas corrumpit uegetabilia,ideo homines qui eis utuntur corrumpuntur. idem de aqua potata licet magis proprie ſequantur aerem peſtilentem cum continue ab eo inſpiretur. Eſt autem aer peſtilens putridus cum uenenoſitate.

Et febres quidem accidentes cauſa aeris ſicci, fiunt iterum cauſa ut eueniant febres cholericæ: peſtilẽtiales uero fiunt ex aere turbido,& humido:& febres in aere humido ſunt pluris euentus,ſed ſunt minoris acuitatis & longioris ſpatij:in æſtate uero ſicca paucæ pluuiæ ſunt minoris euentus, & maioris acuitatis,& uelocioris ſeparationis,& meliora tempora ſunt quæ ſeruant naturam ſuam.

In præſenti parte declarat,quomodo diuerſę febres ſequuntur diuerſam aeris alterationem,& dicit quatuor. Primum ꝙ feb.i.diſpoſitiones ad febr. ſequentes aeris ſiccitatem ſupple cum caliditate,ſunt cauſæ ut eueniant febr.cholericæ ſicut in diebus canicularibus. Secundum quòd feb.peſtilentiales ſunt ex aere turbido & humido cum malitia occulta. Tertium ꝙ plures feb.ueniunt in aere humido quàm in aere ſicco, magis enim diſponit ad putredinem:attamen ſunt minoris acuitatis .i.caliditatis,& longioris durationis humore putrente exiſtẽte magis groſſo.feb.enim aeri proportionantur:in aere nanq; humido groſſo pendent ab humore humido groſſo: & in aere ſubtili & ſicco econtra.Quarto dicit quòd in æſtate ſicca paucæ pluuiæ pauciores eueniunt,& ſunt maioris acuitatis.i.caliditatis,& citius terminantur. Sed nota quòd feb.peſtilentiales,licet ratione aeris humidi groſsi deberent eſſe longę,cum ſecundum plurimum fiant ab humore groſſo, tamen ratione uenenoſitatis,& quia ſecundum plurimum putrent humiditates cordis,ſunt breues ad interitum.Signum autem,quòd merito aeris,& groſsitiei debeant eſſe longæ, eſt, quia quæ ſunt ſalubres,ſecundum plurimum ſunt longæ, & etiam quia apoſtemata peſtifera quæ fiunt ab humore proportionali ſunt dura,longæ terminationis:& meliora tempora ſunt quæ ſeruant ſuam naturam.

Contra,autumnus humidus eſt melior.ſecunda primi. corrigit enim ſiccitatem æſtatis præcedentis. Dicendum quòd autumnus humidus eſt melior ſicco.attamen ſeruans ſuam naturam eſt melior ſicco & humido,reliquis temporibus ſeruantibus ſuam naturam. uerum ſi æſtas præcedens non ſeruaſſet ſuam naturam:immo diſtemperata fuiſſet notabiliter ad calidum & ſiccum:autumnus humidus melior eſſet quàm ſiccus, & quàm medius ſeruans ſuam naturam:& hoc uoluit Auicen. ſecunda primi.

Et

Vniuersales & particulares causæ pestilentiæ.

Et principium omnium horum sunt formæ ex formis cæli facientes esse necessarium illud, cuius aduentus ignoratur: licet sint quidam qui dixerunt in eo aliquid non proportionatum ad causam eius: immo oportet vt scias quòd causa prima longinqua ad illud sunt figuræ cælestes, & propinquæ dispositiones terrestres: & quandoque faciunt necessario virtutes agentes cælestes, & virtutes patientes terrestres humectationem vehementem aeri, et expelluntur vapores, & fumi ad ipsum, & sparguntur in ipso, et putrefaciunt eum, cum caliditate debili.

Hic ponit causas longinquas pestilentiæ di. quòd principiũ idest causa prima omnium horum scilicet præliorũ ex quibus remanent cadauera non tumulata. Item aquarum putridarum & uentorum deferentium uapores putridos. Item putredinũ in interioribus terræ, ex quibus fit aer pestilẽs & ægritudines pestiferæ. Aliter. principium horũ omnium scilicet aeris pestilẽtialis, & ægritudinum pestilentialium sunt formæ ex formis cæli idest aliquæ ex figuris cælestibus facientes esse necessariũ illud idest hunc effectum scilicet pestilentiam: cuius euentus ignoratur, quãtum ad causas suas a medico: licet ab astrologo sciantur cognoscenti coniunctiones, quæ sunt causæ pestilẽtiæ ut puta coniunctionem Martis cum Saturno, & similes. Pro quo notandum ꝙ aliqui astrologi uoluerunt omnes effectus inferiores ferri a causis supercælestibus: & per consequens fieri pestilentiam per hæc media, sicut Halyben Rachel: quorũ opinioni accomodatur prima expositio. Alii autem uolerunt aerẽ fieri pestilentem, non necessario per hæc media, sed immediate per formas cælestes imprimẽtes aeri malitiam uenenosam. uidemus enim aliquando aerem optime dispositum, quantum ad id quod subiacet sensibus nostris, esse pestilẽtem: & aliquando aerem esse male dispositum, quantũ ad qualitates nobis manifestas, & tamen non esse pestilentem. Secundo dicit quòd sunt quidam hominum qui dixerunt in eo. i. in hoc effectu, qui est aeris pestilentia aliquid non proportionatum, uel pertinẽs ad causam eius. Dixerunt enim quidã astrologi posse fieri imaginem in aliqua astrorum cõiunctione corruptiuã aeris unius loci, de quorum numero forte fuit Conciliator: quã opinionẽ abiicit Auic. tanquã falsam, & confirmãs primam dicit: immo oportet quòd scias ꝙ causa prima remota sunt figuræ cœlestes & propinqua, dispositiones terrestres: & quando uirtutes agẽtes cœlestes, & uirtutes patientes terrestres uehementer humectant aerem: expelluntur uapores & fumi .i. exhalationes ad ipsum, & sparguntur in ipso ad minima eius: & putrefaciũt eum cum caliditate debili: qua obtusa a multo humido tũc supple fit aer pestilens. Innuit ergo ꝙ causa prima remota pestilentiæ quæ est putredo maligna aeris cum proprietate uenenosa sunt formæ cœlestes: causa propinqua sunt exhalationes, & uapores terrestres cum aere ad minima diuisi ipsum superflue humectantes, & putrefacientes.

Et quando fit aer secũdum hunc modum, venit ad cor, quare corrumpit complexione spiritus, qui est in ipso: & putrefit quod circũdat ipsum de humiditate: et accidit caliditas egressa a natura, et spargitur in corpore: tunc per causam suã erit febris pestilentialis.

In parte præsenti primo ponit quomodo aer pestilens facit feb. pestilentiales. secundo ostendit quomodo communicant multis hominibus pparatis ad eas. tertio ostẽdit qui homines sint ad eas præparati. secunda ibi [Et communicant.] tertia ibi [Et præparatio corporum.] In prima dicit quòd quãdo aer fit putridus, & pestilens secundum hunc modum inspiratur ad cor, quare corrumpit complexionem spiritus, qui est in corde & putrefit quod circundat ipsum scilicet spiritum de humiditate, quæ est sanguis secundum plurimum eius: & accidit caliditas egressa a natura in corde, quæ est caliditas febris: & postea spargitur in corpore: & tunc erit scilicet in corpore, & in corde feb. pestilentialis per causam suã. i. per aerem pestilentialẽ, qui est causa eius factiua, & conseruatiua.

Hic solet dubitari, utrum feb. pestilentialis sit ephemera, uel putrida. Pro cuius dubii decisione tenendæ sunt istę cõclusiones. Prima. feb. pestilentialis aliquando est ephemera. probatur ex textu Auicen. dicentis, Et quandoque fit aer secundum modum, uenit ad cor, & corrumpit complexionem spiritus, aut ergo putrefacit ipsum, aut inflammat absque putredine. Si primum est ephemera putrida. si secũdum est ephemera absque putredine: & necessarium est ephemeram posse esse putridam, si spiritus potest putrefieri: & certum est ipsum posse putrefieri, cum sit mixtum, licet putredo eius non sit manifesta, sicut putredo humoris propter tenuitatem substantiæ eius. Secunda conclusio feb. pestilentialis secundum plurimum est putrida idest pendens ab humore putrido. probatur, primo per Auicen. hic dicentem. putrefit quod circundat spiritum de humiditate, sed humiditas putrens in corde facit feb. putridam: in cuius aduẽtu cessat ephemera, si qua primum fuit: sicut determinatum fuit in tractatu de ephemeris: & pro hac est intentio Gal. primo de differentiis feb. quia uero pestilentiosarum meminimus omnium a putredine fientium: & ly omnium more medicorum distribuit ut in pluribus. differunt tamen feb. pestilentiales a febribus communiter euenientibus non pestilentialibus. Primo, quia in febribus pestilentialibus secundum plurimum putredo est in corde, aut proxima cordi, in aliis autem febribus secundum plurimum est distans a corde. Secunda differentia, quia pestilentiales secundum plurimũ habent determinatam causam scilicet aerem pestilentem qui est malignus, maligna putredine, & propria uenenositate. Sed contra primam differentiam instatur, quòd feb. pestiferæ deberent secundum plurimum esse causones, aut synochæ, cum earum putredo fit in corde, & prope cor. Dicitur secundum plurimum quòd sunt synochæ: cum magna quantitas sanguinis in corde, aut prope cor reperiatur, & quandoque sunt causones cholera dominante, raro phlegmaticæ: & rarius melancholia rarissime dominante: & aliquando, immo frequenter mixtæ, putrente frequenter massa humorali.

Et communicat multitudini hominum, qui iterum habent in se ipsis proprietatem præparationis. agens enim solum cum peruenit, et patienti non est præparatio, non accidunt actio et passio.

In ista parte dicit. quòd febris pestilentialis secundum plurimum communicat multitudini hominum, qui habent præparationem ad illam. quod probat, quia si solum esset agens, & non esset dispositio passi, non fieret actio in passo. opportet itaque concurrere passi dispositionem.

Dubitatur utrum febris pestilentialis posset esse in uno solo homine. & arguit ꝙ non ex Auic. dicente quòd cõmunicat multitudini hominum. idem uult Arist. prima ꝓblematũ, ꝓblemate octauo. In oppositum est experientia. frequentius enim in una patria incipit aliquis febrire febre pestilentiali quã plures simul. Dicit Gentilis se litigasse cum Dino in ciuitate Senarum. Dicebat enim Gentilis unum esse pestilentem. oppositum dicebat Dinus: cum nullus esset Senis laborans hac ægritudine. Tenenda est hæc conclusio: ꝙ licet secundum plurimum febris pestilentialis communicetur in paruo tẽpore multitudini hominum: possibile tamen est unum posse febrire febre pestilentiali uera, quam non antecessit, nec sequetur in eadem patria longo tempore alia feb. pestilentialis. Prima pars probatur, quia causæ communes debent habere effectus communes: sed aer pestilens, & formæ cœlestes sunt causæ communes. ergo &c. Secunda pars probatur. nam possibile est ab intrinseco in humoribus cordis fieri malignam putredinẽ uenenositati coniunctam: ergo & pestilentialem putridam, aut similem pestilentiali. tenet consequentia, cum posita causa sufficienti ponatur effectus. antecedens est manifestum cum contingat ab intrinseco generari choleram prasinã, cinariam, materiam furiosam ut dictum est superius sæpe, & huiusmodi putrescere, & facere febres. Præterea. Arguitur ratione Gentilis. est enim possibile hominem esse conclusum in aliquo loco in quo sit cadauer fœtidissimum, cuius uapores putridi uenientes ad cor, putrefaciant huiusmodi humiditates putredine pestilentiali: & certum est ꝙ hic non minus erit pestilens quàm si multi laborarent simili febre propter uapores delatos a multitudine cadauerum putrentium: sicut dicit Auic. Rationes autem oppositum suadentes facile ex dictis solui possunt.

Et præparatio corporum ad illud in quo sumus de passione est, ut sint plena humoribus malis. nam munda non forsitam

patiuntur ex illo: & corpora debilia iterum patientia sunt ex ea, sicut illa, quæ multiplicant coitum, & corpora dilatatorum pororum, humida multæ balneationis.

In hac parte ostendit auctor quæ corpora sint magis ad fe. pesti. præparata di. quòd præparatio corporũ ad illud de passione in qua sumus idest ad feb. pestilentialẽ de qua loquimur, est ut sint plena humoribus malis. nam corpora munda nõ fortasse patiuntur ex illo idest ex aere pestilentiali. Item corpora debilia sunt patientia ex aere pestilenti, sicut illa quæ multiplicant coitum. sunt enim paucæ resistentiæ. tertio corpora dilatatorum pororum. quarto corpora humida multæ balneationis: & appellat ea humida, quia per multam balneationẽ humectantur quando balneantur in aqua dulci tepida, aut frigida. Causæ eorum quæ dicuntur in præsenti notæ sunt.

Solum superest dubium, utrum corpora dilatatorum pororum, sint parata febr. pestilentialibus. & arguitur quòd non p Gal. primo de differen. feb. dicentem contrarium. In contrarium est Auicen. Gentilis soluit dupliciter. primo quia homines ex duabus causis incurrunt morbum pestilentem, uel ex uiolentia aeris maligni, & hunc magis incurrunt qui plus aeris attrahunt: & hi sunt qui sunt rari in poris. ingreditur namque aer pestilens liberius per poros latos. & hoc uoluit Aui. Alia causa potest esse putrefactio inchoans interius: licet ad hoc iuuet aer pestilens: & hunc magis incurrunt corpora densa in poris. & hoc uoluit Ga. quia ex hoc transpiratio prohibetur quæ est causa putredinis. secunda solutio est quòd dilatatio naturalis sicut uirorum quandoq; opponitur densitati naturali sicut mulierũ. & hæc dilatatio præparat ad febrẽ pestilentẽ propter maiorẽ aeris pestilẽtis subingressum: & hoc uoluit Auicen. propterea aliquando uidemus uiros, adolescentes, & iuuenes magis perire, quàm mulieres, & senes qui sunt magis dẽsi corporis. Si uero consideremus naturalem dilatationẽ, oppositam densitati accidentali ab humoribus superfluis replentibus poros, hoc modo densitas corporis magis præparat ad febrem pestilentem, quàm dilatatio. significat enim corpus non purum plenum humoribus: & hoc uoluit Gal. Et hic nota pestilentiam diuersificari penes effectum, quandoque enim est hominum interemptiua: quandoque animalium alterius speciei, & quæ interemptiua hominum, quandoque magis interimit masculos, q̃ fœminas, & iuuenes quàm senes: & calidos quàm frigidos. quandoque econtra. quam diuersitatem credo prouenire tam ex diuersitate causarum terrestrium, quàm ex diuersitate influxuum cœlestium. Immo credo aliquando influxus cœlestes esse aeris infectiuos absque concursu alterius causæ terrestris: sicut etiam aliquando causa terrestris est aeris infectiua absque cœlesti. & terrestrem uoco, quæ est infra concauum orbis lunæ: immo certũ est quòd sicut aer pestilens est causa morborum pestilentialium: ita morbi pestilentiales possunt esse causa aeris pestilentis: & credo cadauera hominum magis esse hominum infectiua, & cadauera equorum magis equorum: & sic de cæteris: quorum omnium causa est satis nota exercitatis in philosophia.

Signa febris pestilentialis. Cap. II,

HAec febris est quieta exterius, conturbans interius, secundum plurimum perdens, ex qua percipitur caliditas & inflammatio fortis: & est cum ea magnitudo anhelitus, & eius exaltatio: et constringitur multũ, et curtatur multum, et frequentatur, et vehementia sitis, et siccitatis linguæ: et quandoque fit cum nausea, aut casu appetitus: et si nõ resistitur ei cum comestione violenter interficiet eum: et dolor oris stomachi, et magnitudo splenis, et angustia vehemens, et inquietudo: et fortasse erit tußis sicca, et casus uirtutis: et peruenitur in ea ad syncopim, et commixtionem rationis: et tenditur quod est sub hypochondrijs, et fiunt cum ea uigiliæ, et mollificatio corporis, et tepor: et quandoque accidit cũ ea bothor subalbida, et rubea: et quandoque est uelocis occultationis, et accidunt cola, et vlcera: & fit pulsus secundum plurimum frequens, paruus; & fit vehemens secundum plurimum in nocte. Et quandoque accidit eis dispositio sicut hydrops, et fluxus ventris choleræ, & aliorum. et est egestio eius lenis, fœda, non naturalis: et quandoque est melancholica: et plurimũ eius est spumosum, fœtidum, et est in illa aliquid de genere eius quod liquefit: et est vrina eius aquosa, cholerica, melãcholica, et multoties euomunt melancholiam: choleram vero plus illa: et sudant sudore fœtido.

Aui. intendens ponere signa primo ponit signa febrium pestilentialium. secundo signa pestilentiæ. secunda ibi in principio sequentis capituli § De illis. § primum capitulum diuido in partes duas. In prima ponit signa febrium pestilentialiũ cõmuniter euenientium. secunda ibi § Et quandoq; est ex his. § Primam diuido in tot partes quot sunt signa. partes patebunt discurrendo per tex. primũ signum. hæc feb. est quieta exterius idest mitis ad tactum: conturbans interius. tum propter nocumentum cordis: tum propter malignam putredinem uenenositati coniunctam. secundum plurimum perdẽs. i. interficiens: ut declarat experientia. & hoc propter causas duas prędictas, ex qua percipitur caliditas & inflammatio fortis non tantum propter intensionem gradualem: quantum propter multitudinem calidilatis, & cordis propinquitatem: licet utrumq; concurrat: sicut cum putrefit cholera prope cor, quæ facit causonẽ pestilentialem. Contra deberet tunc sentiri caliditas acuta exterius: cuius oppositum dictum est in primo signo. Dicendum in aliqua pestilẽtiali sentiri caliditatem acutã exterius. s. in causone pestilentiali. Sed quod dicitur in primo signo ueritatem habet ut in pluribus: eo quòd caliditas fe. pestilentialis proportionatur aeris pestilentis caliditati: quæ est remissa & obtusa multo humido: cum quo tamen stat quòd aliqua pestilentialis sit intensa exterius. Nota tamen quòd causon pestilentialis non est ita intensa exterius, sicut causon non pestilentialis propter tractum caloris interius ad succurendum multo nocumento cordis, & maiori quàm in causone non pestilenti. & econtra, maior calor debet sentiri interius in causone pestilentiali, omni paritate supposita: & hoc propter maiorem fugam caloris interius propter maius nocumentum illatum cordi in pestilentiali, quàm in non pestilentiali. Et est cum ea magnitudo anhelitus secundum omnem dimensionẽ, & eius exaltatio idest altitudo, quæ est magnitudo, anhelitus solum secundum unam dimension em scilicet profunditatẽ, quam expræssit. quia maxime sensui subiecta & hoc significat magnam caliditatem in corde. Et constringitur multum scilicet secundum omnem dimensionem: cum sit magna necessitas expellendi fumos malignos. Et curatur idest abbreuiatur: constringi enim significat ipsum constringi secundum omnem dimensionem: sed coarctari significat ipsum cõstringi secundum dimesionem longitudinis; & frequentatur ut satisfaciat necessitati non solum per magnitudinem; sed etiam per uelocitatem & frequentiam. Et uehementia sitis maxime propter cauma in spiritualibus: quoniam fit exiccatio humidi roridi oris stomachi. Et siccitas linguæ uaporibus sibi per cannam communicatis. Et quandoque est cum nausea, aut casu appetitus humoribus repentibus ad os stomachi. Et si non uiolenter comedere cogantur, moriuntur propter magnam corruptionem spirituum: unde requiratur cibus conueniens & sufficiens pro eorũ restauratione: sed de hoc in cura. & dolor oris stomachi ex humoribus, ut supra, & magnitudo splenis melancholia cõuersa in uapores & uentositates per actionẽ caliditatis: quæ tñ nõ est potẽs ad eorum resolutionẽ: angustia uehemẽs pp magnũ nocumetũ in spiritualibus, ad quã sequitur inquietudo: non. n. põt pp angustiam quiescere. Et fortasse erit tussis sicca. i. sine sputo uaporibus acutis pulmonẽ stimulãtibus. Casus uirtutis est dispositio infra syncopim. s. lipopsychias: & peruenit quãdoq; usq; ad syncopim pp magnũ nocumẽtũ cordis, & cõmixtionẽ rationis uaporibus capiti cõmunicatis. Et tenditur qđ est sub hypochõdrijs: quia defectu caloris naturalis fit uentositatum multiplicatio & earũ retentio: & fiũt uigiliæ pp uapores acutos caput petentes. Mollificatio est quidã modus paralysis, ut non possit membra mouere propter defectum animalis uirtutis sequentem nocumentum tã spiritus uitalis quàm animalis. tepor idest caliditas tepida. Glossa tamen Gerardi dicit quòd est debilitas in qua homo stat ita ut nõ loquatur, nec bene sentiat, & est casus uirtutis subito: de quo Auice. fecit capitulum undecima tertii. Et hic sequitur paucitatẽ idest corruptionẽ spiritus: & est dispositio infra syncopim: quandoq; antecedens eam:

eam: quandoque ſequens: & quandoq; accidit eum eabothor
ideſt puſtula ſubalbida & rubea ſecundum diuerſitatem humo
ris: quæ quandoque eſt uelocis appertionis,& uelocis occul-
tationis: & hæc puſtula una vel plures uelociter apparent na-
tura tentante expulſionem ad cutim: uelociter occultatur de
fectu uirtutis non potentis continuare expulſionem materiei
exterius.vnde fit ut illa pauca materia reſoluatur aut retroce-
dat,quod eſt deterius: & quomodocunque eſt malum ſignum.
Et accidunt colla ideſt puſtulæ & vlcera.hæ enim puſtulę fiũt:
poſtea ulcerantur, & ſequuntur uapores acutos febriles, vel
ulcera in aliis partibus: quæ quandoq; ſunt maligna: propter
materiei malignitatem fit pulſus frequens,ut ſatisfaciat neceſ-
ſitati: cui per magnitudinem neque uelocitatem poteſt ſatiſ-
facere cum uirtus debilis non poſsit magnificare,neque uelo-
citare pulſum. Et fit uehemens ſcilicet febris, uel frequentia
pulſuum in nocte: quia intus concluditur calor: & quandoq;
accidit eis diſpoſitio ſicut hydrops ideſt quidam modus cache
xię uel forte concluſio uaporum groſſorum ſub cute:uel forte
inflatio uentris: & fiunt ſicut tympanitici uaporibus groſsis
& uentoſitatibus recluſis ſub ſyphach.fluxus uentris choleræ,
& aliorum humorum,natura ſymptomatice illos humores ex-
pellente. Et ex his patet feb.peſtilentes eſſe diuerſas,& a di
uerſis fieri humoribus:ut in uno ſit cholerica, in altero phle-
gmatica,in altero melancholica: plurimum tamen eſt ſangui
nea: cum plurimum de ſanguine in corde reperiatur: & ali-
quando in uno fiunt feb.diuerſæ putredine maligna pluribus
humoribus cõmunicata:& eſt egeſtio lenis ideſt liquida quan
doque propter indigeſtionem, quandoque propter liquefa-
ctionem,quandoquæ propter humorum permixtiõem. Aliter
lenis ideſt æqualis in malitia: quæ æqualitas ſignificat domi-
nium caloris præter naturam.unde uituperatur hæc æqualitas
a Gal.ſecundo prognoſticorum commento uigeſimoprimo &
ſecunda primi.capitulo de egeſtione fœtida propter malitiã
putredinis.fœtor enim ſignificat putredinem primo progno-
ſticorum.commento ultimo.& tertia quarti.capitulo de iudi-
cijs ſaniei non naturalis ſcilicet in colore,neque in ſubſtãtia.
Et quandoque eſt melacholica ideſt fæcalis groſſa quam for-
te anteceſsit ſubtilis uirulenta.nam poſsibile eſt per euacua-
tionem partium ſubtilium,illud quod remanet magis ingroſſa
ri: & ſic fieri fęcem melancholicam groſſam: & fortaſſe inci-
pit groſſa nullo alio fluxu præcedente ſolum per reſolutionẽ
partium ſubtilium a caliditate febrili. ſecunda egeſtio poteſt
eſſe melancholia per fluxum alicuius humoris melancholici:
qui humor melancholicus forte pręerat ante peſtilentiam,uel
forte,quia malitia febr.humores conuerſi ſunt ad naturam me
lancholicam & plurimum eius eſt ſpumoſum propter ebulli-
tionem.uapores enim groſsi generati a caliditate recluſi in ſu
perficie alicuius humiditatis uiſcoſæ eleuant eam in cupum,
& faciunt ampullas & multitudo ampullarum paruarum pro-
ximarum eſt ſpuma,fœtidum propter calorem putredinalem;
& eſt in ea ſcilicet egeſtione aliquid de genere eius quod li-
queſit.aliquid enim pinguedinis liquefactæ apparebit in ſu-
perficie:& eſt eius urina aquoſa qñ pẽdet a materia phlegma-
tica:cholerica quando pendet a cholera: melancholica quan-
do pendet a melancholica. Ex quibus datur intelligi iuxta ſu-
perius dicta quòd ab omni humore poteſt fieri hæc febr. & ſe-
cundum plurimum a multis humoribus ſimul. Et propterea
in uno febriente apparent aliquando hi modi urinarũ,& mul
toties uomit melãcholiam cholericam. choleram uero poſt.i.
melancholicam quæ cholera nigra appallatur poſt illa ſcilicet
melancholiam cholericam,quæ citius euacuatur: quia magis
ſtimulat uirtutem expulſiuam, quàm melancholia naturlais,
aut genita per aduſtionem melancholię naturalis. Item quia
hæ ſunt groſsiores,non ita faciliter educibiles. Aliter euomit
choleram poſt melancholiam.nam licet ordine naturali prius
deberet euomere choleram ex cauſis ſupraſcriptis:quandoque
tamen accidit prius euomi melancholiam,natura præter mo-
dum ſtimulata ſymptomatice operante: aut forte quia melan
cholia erit magis propinqua uiis uomitus quàm cholera. ſu-
dant ſudore fœtido:quia quicquid exit ab eis eſt fœtidũ.4 Al
man. cuius cauſa eſt calor multum putredinalis.

*Et hæc quidem febr.incipit cum acciden tibus prædictis cũ
fortitudine ſua,et uenit res eius ad ſyncopim, et frigus extre-
mitatum.et ſpaſmum,et alcuzez.*

Hic complens ſigna febr. peſtilentialis communiter eue-
nientis dicit: quòd hęc febris incipit cum accidentibus prædi
ctis fortibus: & non mirum.eſt enim ægritudo peracuta ſecũ
dum plurimum perdens.unde ſtatim ab initio incipiunt appa
rere accidentia fortia.deinde peruenit parum poſt ad accidẽ-
tia mortalia ſcilicet ad ſyncopim: cuius cauſa eſt uehemens
cordis læſio. frigus extremitatum calore reuocato interius
propter magnum nocumentum intrinſecum: & ſpaſmum qui
poteſt eſſe de inanitione, de repletione: & nõ proportionatũ
ad materiam ſm diuerſitatem corporum,& diuerſum modum
læſiouis.& alcuzez ideſt tetanum.

*Et quandoque eſt de his febribus peſtilentialibus in qua nõ
percipit æger,neque tangens propinquus multitudinem calo-
ris, et non alteratur pulſus, et aqua magna alteratione, et
cum hoc ipſa eſt interficiens uelociter: et hæſitant medici in
eſſe eius.*

In parte præſenti ponit modum cuiuſdam peſtilentialis ra-
ro euenientis.ſecundo ponit prognoſticum. ſecunda ibi §Et
plurimum.§ In prima parte dicit,quòd eſt aliqua de his febri
bus peſtilentialibus in qua non percipit æger, neque tangens
calorem multum:& non alteratur pulſus,& urina magna alte-
ratione:& cum hoc eſt interficiens uelociter.ſecundo dicit ꝙ
medici hæſitant in cauſam eius cum non prędiderint mortem.
mirantur enim quòd tam feſtina ſecuta eſt mors cum acciden-
tibus ita leuibus.

Primo dubitatur quia oppoſitum primi dicti dixit Auicen.
ſuperius quòd ſcilicet in febre peſtilẽtiali percipitur caliditas
& inflammatio fortis. Præterea. Materia putret prope cor.
& materia taliter putrens facit cauſonem. Secundo dubita-
tur,quia uidetur quòd pulſus debeat alterari: quia fit ex putre
dine humiditatum cordis. Amplius hæc febr.uelociter inter
ficit:ergo oportet in corde eſſe maximum nocumentnm, &
conſequenter in pulſu. Tertio dubitatur quia dicit,quòd uri
na non permutatur magna alteratiõe: quod etiam dicitur fen
ſecunda huius capituli de iudicijs urinæ. Sed contra.ſi urina
parum permutatur habebit digeſtionem,ſed in febribus mate
rialibus digectio oſtendit uelocitatem criſis,& fiduciam ſani-
tatis primo de criſi. Amplius deficiente uirtute cordis opor
tet quòd deficiat uirtus hepatis cum hepar digerat in uirtute
cordis,& ſit uicarius eius:ut vult Auer.ſecundo colliget. nam
hepar non digerit niſi cum auxilio caloris uitalis,ut etiam ſen
tiunt medici:quomodo ergo ſpiritu cordis ita malignato, ut
cito eueniat mors poteſt eſſe urina laudabilis? Ad primum di
cendum quòd febr. peſtilentialis de qua hic eſt ſermo eſt raro
eueniens: & habet accidentia hic ab Auicen.deſcripta.habet
enim diſpoſitionem conformem aeri peſtilenti,qui non exce-
dit in calore licet habeat putredinem malignam uenenoſitati
coniunctam:& forte pendet a materia phlegmatica, cuius ca-
lor putredinalis eſt remiſſus licet malignitas ſit intenſa:& hęc
eſt febr.maligna lenta de qua loquitur Gal.tertio de criſi. Et
ex his ad primam rationem ante oppoſitum eſt reſponſio. Ad
ſecundam dicitur.quòd non omnis materia putrẽs prope cor
facit cauſonem,ſed ſolum quando illa materia fuerit naturali-
ter calida. Item poſsibile eſt eandem materiam putrere calo
re intenſo & remiſſo,licet cũ putreat calore remiſsiori ſit poſ
ſibile eam putrere putredine maligniori: imprimuntur enim
in paſſum diſpoſitiones ſm exigentiã agentis. Aer itaq; in calo
re remiſſus habẽs malignã putredinẽ põt ſimiles diſpõnes in-
ducere.& ſi eſſet in calore intẽſior intẽſiorẽ calorẽ induceret,
ut uidemus in æſtate peſtilẽtiales magis intenſas,q̃ in hyeme.
Ad ſm dubiũ de pulſu dicũt cõmuniter ꝙ pulſus nõ alterat̃ ma
gna alteratione,quãtũ ad differẽtias pulſus quæ ſequũtur cali-
ditatis magnitudinẽ,in eo nõ ſit magnus,uelox,& frequẽs fre-
quẽtia.ſ.ſequẽte exceſſum caloris:ſed alterat̃ magna alteratio
ne quantũ ad differẽtias quę ſequũtur defectũ uirtutis: ideo fit
pulſus debilis,inordinatus,& ſi erit frequẽs,erit frequẽs quia
paruus. hæc tñ ſolutio nõ eſt ad mentẽ Aui.ſem p.n.Aui. dice-
ret pulſum debilẽ,diuerſum,& inordinatũ eſſe alteratũ altera
tione magna a diſpoſitione naturali, & multo magis q̃ ſi eſſet
uelox,& frequẽs & magnus. Præterea. Nõ eſt conformis his
quæ accidunt cum aliquando in feb.peſtilẽtiali videamus pul-

lum nullo modo notabiliter permutatum a diſpoſitione naturali: quæ tamen uelociter interficit. Et ergo ad hoc dubium aliter dicendum. Pro quo præmitto primo. quòd hic uelox interius principaliter ſequitur venenoſitatem materiæ, cum nõ uideamus in qualitatibus manifeſtis notabilẽ permutationẽ. Præmittendum ſecundo hanc formam venenoſam, ſiue ſubito inducatur in materiam, ſiue ſucceſsiue, aliquando induci antequàm materia putreat: aliquando cum incipit putrere, aliquando poſtquam incepit putrere propter diuerſam diſpoſitionem tam agentis, quàm paſsi. ſi primum tunc fiunt febr. peſtilentiales cum accidentibus fortibus uſq; ab initio, & hæ communiter eueniunt. ſi ſecundum ſcilicet quòd incipit induci æqua cito ſicut putrere incipit, & non acquiratur ſubito, ſed ſucceſsiue: accidentia a principio non ſunt valde maligna: ſed poſtea continue malignitas intenditur ualde ſaltem uſq; ad ſtatum. ſi uero forma venenoſitatis ſubito a principio inducitur, accidentia ſunt maligna a principio: & malignando procedũt uſque ad ſtatum non propter intenſionem formæ venenoſæ: ſed propter calorem putredinalẽ, & ex defectu reſiſtentiæ. Si uero poſt inchoationem putredinis forma uenenoſitatis ſubito inducatur velociter interficit: cum antea accidentia fuerint remiſſa. & ſi ſucceſsiue non ita uelociter. & hoc modo accidũt febr. peſtilentiales quæ proceſſerunt cum accidentibus remiſſis, poſtea uelociter occidunt. Secundus modus: quia poteſt huiuſmodi materia maligna diſtans a corde in die quarta, aut ſeptima, aut forte ſexta quæ eſt aſsimilata ſęuo tyrãno: aut alio die moueri uerſus cor, & ſubito interficere ſicut interficit materia furioſa. Eſt enim proprium uenenoſitatis petere cor. tertius modus: quia hic non moritur merito huius feb. nec merito materiæ ſuæ cuius apparuit digeſtio: ſed merito alterius materiæ uenenoſæ quæ latebat, & in die criſis agitata mouebitur uerſus cor, & interficiet: & hoc magis cõtinget in aere peſtilenti ſcilicet huiuſmodi materias generari: licet etiã in aere non peſtilenti contingat eas generari: ſicut docet quotidiana experientia ſcilicet choleram praſsinam, & zinariam, & furioſam generari in aere peſtilenti, & non peſtilenti. Et propter has contingentias quæ a medicis ſciri non poſſunt multoties ipſi incurrunt infamiam abſque cauſa cum antea promiſerint ſalutem, deinde ſequatur feſtina mors. Ad tertium dubium: licet ex dictis quodammodo poſsit apparere ſolutio: attamen communis ſolutio eſt quòd urina eſt ſuperfluitas hepatis, & venarum: in febre autem peſtilentiali non eſt principaliter nocumentum in hepate, ſed in corde: propterea ſuperfluitas quæ ab hepate deſcendit non alteratur alteratione magnã unde urina in talibus febribus nõ eſt proprium ſignum: immo poteſt eſſe naturalis in colore, & ſubſtantia, & ſedimine: & ille cuius eſt, tendit ad mortem. ut ſecunda huius. & hic etiã uidemus in ęgritudinibus aliis mortalibus ut in phthiſi in qua urina non eſt permutata à naturali: attamen infirmus eſt propinquus morti. quãdo ergo materia non eſt in locis urinæ, ſed in partibus ſpiritualibus urina poteſt eſſe bona, & ægritudo mortalis. Contra uirtus uitalis eſt bonitas diſpoſitionũ cordis: & ſicut forma eſt perfectio diſpoſitionum hepatis: ergo cum magno lapſu diſpoſitionis cordis, non poteſt ſtare perfectio diſpoſitionum hepatis. conſequẽtia & aſſumptum eſt omnium medicorum. & philoſophorum. Et confirmatur. quia uirtus uitalis principaliter concurrit ad quemcunque operationem hepatis & aliorum membrorum: ſicut agẽs uniuerſale quod magis concurrit ad effectum, quàm particulare. ergo cũ magna corruptione ſpiritus uitalis non poteſt ſtare perfectio uirtutum naturalium. quare nec urina bona. tenet conſequentia. & aſſumptum eſt ab omnibus conceſſum.

Ad hoc dicendum ſm Gentilem: quòd licet perfectio cordis uirtutis uitalis, & ſpirituum eius ſit ſicut forma, & perfectio hepatis uirtutis naturalis, & ſpirituum eius, & non poſſet totaliter deperdi perfectio cordis, quin totaliter deperderetur perfectio hepatis, & ſequeretur mors ipſius: poſſet tamen fieri lapſus notabilis in perfectione diſpoſitionum cordis, non facto notabili lapſu in perfectione diſpoſitionum hepatis: cum latitudo diſpoſitionis cordis ſit alia, & multum differens a latitudine diſpoſitionum hepatis. Vnde non eſt neceſſarium quòd proportionabiliter ſicut perfectio diſpoſitionum cordis deperditur, ita deperdatur perfectio diſpoſitionum hepatis ad intra latitudinem. Et ex his facilis eſt ſolutio ad rationes ſuadentes contrarium.

Et plurimum quorum anhelitus fœtet ex iſtis, & ex primis moriuntur: nam putredo eſt iam confirmata in corde.

In parte prǽſenti ponit prognoſticum certum, per quod tollitur dubietas tam in peſtilentialibus communiter euenientibus. quàm in his quæ raro eueniunt dicens: quòd ſecundum plurimũ illi quorum fœtet anhelitus ex iſtis, & ex primis moriuntur. nam putredo iam eſt confirmata in corde. hoc ſignum veritatem habet ſi fœtor anhelitus proueniat ex putredine humiditatum cordis, & non ex cauſa alia ſicut ex dente putrido, & humiditatibus putrentibus in pulmone, & ex ſimilibus cauſis, quod tamen non erit facile diſtinguere.

Signa peſtilentiæ aeris. Cap. III.

DE illis quæ ſignificant peſtilentiam, & de rebus quæ currunt curſu cauſarum eſt, ut multiplicentur rhotoni & aſubub in principijs autumni & in ebul. nam indicant peſtilentiam indicatione cauſæ.

Hoc capitulum diuiditur in partes duas. In prima ponit ſigna peſtilentiæ quæ currunt curſu cauſarum. ſecundo ponit ſigna peſtilentiæ quæ ſunt ſecundum ſemitam ſocietatis cauſę. ſecunda ibi [Signa autem quæ ſunt.] Prima in quatuor. In prima ponit ſigna peſtilentiæ autumnalis. In ſecunda ſigna peſtilentiæ hyemalis. In tertia ſigna peſtilentiæ æſtiuæ. In quarta ſigna peſtilentiæ communia uernali, & cæteris. ſecunda ibi [Et quando multiplicatur auſter.] tertia ibi [Peſtilentiã autem æſtiuam.] quarta ibi [Et ſimiliter quando uideris.] In prima parte dicit quòd ſigna ſignificantia peſtilentiã quæ currunt curſu cauſarnm ideſt quæ ſunt ſimul ſigna, & cauſæ. eſt ut multiplicentur rhotoni ideſt ignes moti in ſuprema aeris regione. & aſuhub ideſt ignes ſtantes in eadem regione, & in principio autumni. & in ebul ideſt in menſe octobris. nam iſti ignes indicant peſtilentiam indicatione cauſæ ideſt ſunt cauſę & ſigna peſtilentiæ. aliter indicatione cauſæ. i. indicant peſtilẽtiam indicando eius cauſam.

Sed duo cadũt dubia pro declaratione partis præſentis. primum utrum iſti ignes ſint ſimul ſigna & cauſa peſtilentiæ. ſecũdum quo tempore uentura ſit peſtilentia per hos ignes indicata. Arguitur primo quòd iſti ignes nõ ſunt ſigna & cauſæ: quia iſti ignes apud Ariſt. quarto metheororum fiunt exhalatione calida & ſicca aſcendente apud ſupremam aeris regionem. hęc autem non eſt cauſa: neque ſignum peſtilentiæ: immo remotionis peſtilentiæ: quia aer peſtilens eſt humidus cum obtuſo calore. Et confirmatur. quia Ariſt. 25. problematum. problemate decimonono quærens quare aer non putreſit. Reſpondet quòd eſt igne plenus. Et confirmatur. quia omnis ignis eſt corruptiuus peſtilentiæ. propterea Hip. iuſsit ſuccendi nemora ut ceſſaret peſtilentia. Præterea. Hi ignes qui ſunt in ſuprema regione ſunt multum diſtantes a prima, in qua ſumus, in quam nihil poſſunt imprimere. non itaque poſſuut eſſe cauſa.

Pro ſolutione huius dubii præmittendum triplicem eſſe aeris regionem ſcilicet primam a terra diſtantem quinque aut ſex miliaria: quæ regio eſt calida propter reflexionem radiorum a terra & ab aqua: cuius ſignum, quia exiſtens in montibus altiſsimis Italiæ interdum in æſtate uident nubes de ſubtus, & audiunt tonitrua: & deſcendẽtes uident grandines quæ cum nubibus deciderunt. in hac enim prima regione per antiperiſtaſim fiunt grandines. ſecunda autem regio eſt ſupra primam, & maior prima: quæ eſt frigida notabiliter: multũ enim diſtat ab igne, & eſt ſupra ſphæram reflexionis radiorum ſolarium, & in hac fiunt pluuiæ, & niues. ſuprema autem regio aeris eſt calida, quia appropinquat igni, & in hac non fiunt pluuiæ, neque niues, neque uenti: ſed ſolum apparent in ea ignes facti ab exhalationibus aſcendentibus ad ſupremam partem eius. Secundo notandum huiuſmodi ignes eſſe duplices quoſdam motos: quoſdam quieſcentes. moti autem iterũ ſunt duplices. quidam qui inſequuntur motum firmamenti: & iſti ſunt cometæ. ignes enim illi ſequuntur determinatum aſtrũ utputa Martem, ſecundum plurimum ſequũtur motum eius: & ideo uidemus cometarũ ortũ & occaſum. & ẽ ueriſimile quòd illi ignes mouentur ſimul cum aere in quo ſunt: quia aer ſimul cum igne mouetur ad motũ cœli. ſunt aũt alii ignes moti ſicut ſtellæ

cadentes

cadẽtes:q̃ mouet̃ nõ motu circuli ſicut cometæ:ſed quia ignis accẽditur in una extremitate exhalationũ, & mouet̃ ad aliud extremum: ſicut ignis accenſus in ſtuppa carminata mouetur ad aliud extremum. Sunt autem alii ignes ſtantes, qui fiunt exhalationibus accenſis in aliqua parte aeris determinata: & durat ille ignis tãdiu quandiu noua exhalatio ſibi ſuper ſuggerit: & habet diuerſas figuras ſcilicet columnatam, quadratam, & ſimiles ſecundum ꝙ contingit illas exhalationes figurari: & hi ignes ab Auic. appellantur aſuhub, ſicut ignes moti uocantur rhotoni. negen autem eſt quidam modus ignis a figura, aut motu determinato ſic nominatus. Tertio præmittendum peſtilentiã accipi dupliciter ſcilicet proprie pro maligna aeris putredine ex qua ægritudines fiunt ſecundum plurimum mortales. ſecundo communiter pro quacunq; aeris diſpoſitione multiplicatiua ægritudinum ſiue mortalium, ſiue non mortalium: & hoc modo ſumpta eſt epidemia. Quibus ita præmiſsis ſit hæc prima concluſio. licet ignes exiſtentes in ſuprema aeris regione ſint ſigna peſtilentiæ tam communiter, quàm proprie ſumptæ: non tamen ſunt cauſæ peſtilentiæ: neq; communiter neq; proprie ſumptæ. prima pars probatur, quia ſignificatur dominium alicuius aſtri quod eſt cauſa peſtilentiæ tam communiter quàm proprie ſumptæ. ſecundo quia ſignificant exhalationes eiuſdem ſpeciei cũ illis ex quibus geniti ſunt in prima aeris regione, quæ in ea retentæ: uel quia groſsiores, uel alio modo impeditæ ne aſcenderint ſuperius: & hæ poſſunt eſſe cauſa peſtilentiæ communiter acceptæ generando ægritudines acutas, ſicut feb. cholericas. Itẽ alias ægritudines pendentes a materia aduſta. Item quia ſignificant uapores multos aeri primæ regionis admixtos ipſum putrefacientes: qui ſimul cum exhalationibus eleuantur: ſed exhalationes ſua ſubtilitate ſecundum plurimum petunt aeris regionem ſuperiorem, remanentibus uaporibus aeris primæ regionis mixtis cum quibuſdam exhalationibus groſsioribus, qui putrefaciendo aerem ſunt cã peſtilentiæ proprie ſumptæ. ad quam putrefactionem forte adiuuãt exhalationes cum uaporibus mixtæ, ſi fuerint paucæ, quia ſi multæ calefaciendo, & exiccando prohibent putrefactionem. ſecunda pars probat̃: quia propter maximam diſtantiã non poſſunt imprimere in aerem regionis inferioris. Secũda concluſio. hi ignes cum multiplicãtur directe, & magis proprie ſignificant peſtilentiam communiter ſumptam: quia ſignificant aeris primæ regionis ſuperfluam caliditatem & ſiccitatẽ ex qua & maxime in autumno multiplicant̃ ægritudines cholericę, & pendentes a materia aduſta: & ſimiliter exhalationes quæ ſunt retentæ in hac inferiori regione per ſe ſunt cauſa huius peſtilẽtiæ communiter ſumptæ cum notabiliter ſint per ſe calefactiuæ, & exiccatiuæ huius aeris iferioris. Et ex his patet ſolutio ad rationes factas in principio ſuadentes oppoſitũ huius determinationis. Ad ſecundum dubium reſpondetur ꝙ accipiendo peſtilentiam communiter, hoc ueniet in autumno fient namq; in autumno ægritudines cholericæ, & pendentes a materia aduſta: ſed accipiendo peſtilentiam proprie ſecundũ plurimum inchoabit in autumno, & procedet lente in hyeme, & uere, & in æſtate notabiliter inualeſcet, ſed in autummo ſequenti præter modum ſæuiet.

Et quando multiplicatur auſter, & ſubſolanus in kenif diebus aliquot: & quoties uideris turbiditatem aeris, & nebuloſitatem eius, & exiſtimaueris pluuiam, & inueneris aerem vacuum, ſiccum, et non pluit, tunc ſcias quòd complexio hyemis eſt corrupta.

In præſenti parte ponit ſigna peſtilentiæ hyemalis. d. ꝙ quãdo multiplicatur auſter, qui eſt uentus meridionalis calidus & humidus. & ſubſolanus, qui eſt uentus orientalis calidior auſtro in kenif. i. menſis, diebus aliquot: ut puta ꝙ diebus aliquot nouembris: & ſimiliter diebus aliquot cuiuſlibet menſis, aut plurimum ex menſibus ſequentibus uſq; per totam hyemem. Et ſecundo ꝙ tu quoties. i. aliquoties uideris turbiditatem aeris, & nebuloſitatem & exiſtimaueris ꝙ debuerit pluere. & inueneris uacuum. i. ſiccum aerem: quia non pluit. tunc ſcias ꝙ complexio hyemis eſt corrupta: & ſupple aer eſt factus putridus, & peſtilens. Pro quo notandum ꝙ auſter multiplicatus replet aerem uaporibus, & facit ipſum calidum & humidum. ſubſolanus autem addit in calorem. ſi ergo in hyeme, qui incipit communiter ſecũdum medicos circa medium nouembris: aut ſecũdum aſtrologos circa decimam decembris, uides hos uentos flare, ſignificantur multi uapores aerem turbidantes ſibi admixti. ſi ergo pluit per horum deſcenſum, & conuerſionẽ in aquam, tunc aer non remanet profundatus cum uaporibus, & ſecum ad minima eius mixtus: & ſic non fiet aer putridus. Sed quia non pluit, uapores illi ad minima ſecũ permixti illũ putrefaciũt, & poſſet eſſe tanta uaporũ admixtio, ut non ſolũ hyeme, ſed etiam temporibus ſequentibus remaneat aer putridus: & hoc uult problema tertium. primo problematum propter quod auſtri ſunt ſicci. i. non aquoſi. Soluit quia caliditatẽ & hu. extraneam faciunt in aere, ſunt enim humidi & calidi. Et conſiderandũ ꝙ ſi ſimul cum auſtro flat ſubſolanus, additur caliditas ſuꝑfluæ humiditati aeris propter quam citius putrefit, & non expectatur calor ueris, aut æſtatis ſed putrefit in hyeme. ſubſolanus autem non nocet in principio, ſed in fine.

Peſtilentiam autem æſtiuam malignam, malam ſignificat paucitas pluuiæ in vere cum frigore: deinde multiplicatur auſter, & conturbatur aer aliquot diebus: deinde clarificatur poſt hebdomadam vnam non ſupra: & accidit frigus in nocte: & in die calor eſt vehemens, et præfocatio, conturbatio, & caliditas, tunc iam venit peſtilentia, & expectantur febres peſtilentiæ, & variolæ & his ſimilia. Et ſimiliter quando æſtas non eſt vehementis caloris, & eſt vehementis conturbationis habens matutina alterata, & iam præterierunt in autumno aſuhub, & ignes, & vehiziz: & alia eſt ſignum peſtilentiæ & aliorum.

Hic ponit ſigna peſtilentiæ ęſtiuæ dicens: ꝙ paucitas pluuię in uere cum frigore ſignificat peſtilentiam eſtiuam magnam: quia inuadentem multitudinem hominum, & malam, quia paucisſimi euadunt. ſignificant enim multitudinem uaporum retentorum in aere, eo ꝙ non pluit. Adeſt enim frigus, quia uapores redeunt ad frigiditatẽ naturalem: deinde multiplicatio auſtri, & ſubſolani, qui magis replent aerem uaporibus, & conturbatur aer in æſtate aliquot diebus propter multitudinẽ uaporum, deinde poſt clarificatur hebdomada una: quæ clarificatio hebdomadæ illius ſignificat illorum uaporum ſubtiliationẽ & ad minima cum aere permixtionem: non autem ultra hebdomadam clarificatur aer, quia præſumeretur de uaporum cõſumptione. & accidit frigus in nocte ſcilicet in æſtate. quia trãſacta aliqua parte noctis, cum ſol eſt a nobis diſtans: & calore ſolari in aerẽ impreſſo iam incipiente remitti, uapores aquei, quibus aer eſt plenus, reducunt ſe uerſus frigiditatem aquæ, & ſic aer infrigidatur: & conturbatio ſcilicet aeris, uel conturbatio ſcilicet hominum & pręfocatio: quia ſenſerunt homines ſe quodammodo præfocari corde non ſufficienter per aerem illum euentato, neque mundificato. & caliditas ſcilicet ſentitur interius, licet forte exteriora frigeant: tunc iam uenit peſtilentia ſcilicet æſtiualis, & febres peſtilẽtes, uariolæ, & ſimilia his ſicut morbilli, anthraces. Et nota huiuſmodi præfocationem, & nocumenta aeris peſtilentis plus apparere in nocte, quàm in die: quia homines ſunt in die intenti circa alia negocia, & non conſiderant leuia nocumenta quæ fiunt in ipſis. Econtra nocte non potentes dormire conſiderant quæcunquæ ſibi accidunt, ſicut accidit ſcilicet Phoriſmo habenti apoſtema in coxa in libro de motibus liquidis. Et ſimiliter quando æſtas non eſt uehementis caloris: quia caliditas ab humiditate ſuperflua uaporum obtunditur: ſed eſt uehementis perturbationis propterea eandem cauſam, & habens matutina alterata ad frigus eſt cauſa ſuperius dicta: & iam præterierunt aſuhub ideſt ignes ſtantes: & ignes ſcilicet moti: & uehiziz ſunt ignes deſcendentes. omnes autem hi differunt inter ſe quiete, motu, aut figura: & ſignificant peſtilentiam, & morbos peſtilentiales ſignificando dominiũ alicuius aſtri maleuoli: quod eſt horum cauſa: cuius impreſsio durat aliquando longo tempore.

Et ſimiliter quando videris aerem alterari in vno die multis vicibus, & clarificatur aer die aliquo, & oritur ſol clarus & conturbatur die alio, & oritur in velaminibus nebulæ quæ eſt vt puluis: tunc iudica quòd peſtilentia accidet.

Ponit ſigna peſtilentiæ in generali, quæ poſſunt accomodari ueri, & cuicunq; alteri tempori dicens: quòd quando tu uideris alterari aerem in die una multis uicibus ſcilicet a caliditate in frigiditatem: & econtra, quod eſt cauſa debilitatis uirtutis: & ſimiliter a turbulentia in claritatem: & econtra, quæ duo proueniunt ex multitudine uaporum, quin cum ingroſſantur, & tendunt ad naturam aqueam aer infrigidatur, & turbidatur. Cum autem ſubtiliantur ex actione caloris ſolis, & aeri ad minima permiſcentur calefit aer, & clarefit. Et clarificatur aer die aliquo .ſ. integro in quo ſol oritur clarus: deinde turbidatur aer die ſequenti a mane, in quo erit cũ nebula quæ eſt ut puluis ſequens multitudinem uaporum, uſque ad ſero: tunc iudica quòd peſtilentia accidet ſcilicet cito: quia in eodem tempore in quo huiuſmodi varietates apparent, aut in tẽpore immediate ſequenti ſecundum multitudinem uaporum, aut eorũ malitiam. hæ enim uarietates ſiue ſint in una die multis uicibus ſiue ſint in diuerſis diebus ſignificant multitudinem uaporum aeri permixtorum ad eius minima: & ſic ſignificant peſtilentiam. nam prima problematum proble. 21. dicit Ariſt. quòd quãdo ex terra multus uapor aſcendit fit annus peſtilẽs.

Signa autem quæ ſunt ſecundum ſemitam ſocietatis cauſæ ſunt. uerbi gratia, uideas ranas iam multiplicari: et uideas reptilia generata ex putredine iam multiplicari. et de eis quæ ſignificant illud eſt ut uideas mures, et animalia quæ habitant ſub terra fugere ad ſuperficiem terræ, et exire manifeſte: et uideas animalia malæ naturæ ſicut alakaliki, et ei ſimilia fugere ex nidis ſuis, et ire ab eis, et fortaſſe dimittunt oua ſua.

Hic ponit ſigna quæ ſunt ſecundum ſemitam ſocietatis cauſæ ideſt quæ aſſociantur peſtilentiæ in cauſa. nam hæc, & peſtilentia pene dependent ab eadem cauſa ſcilicet ab humiditate ſuperflua, & à putredine ĩ uiſceribus terræ, ſicut ranę genitæ p putrefactionem: quæ ſecundum plurimum ſunt paruæ, & cauillatæ: & de his eſt ſermo. ſimiliter & reliqua reptilia ſicut uermes, qui repunt per terram geniti per putrefactionem, quando ſcilicet multiplicantur præter modum· & de illis quæ ſignificant illud ſcilicet peſtilentiam eſt quãdo mures, & animalia quæ habitant ſub terra, ſicut talpæ fugiunt ad ſuperficiem terræ, & exeunt in apertum. ſimiliter animalia malæ naturæ ideſt uenenoſa ſicut alaKaliKi, & eis ſimilia fugiũt, & dimittũt oua ſua. hæc enim fuga ſignificat peſtiletiam procedentem ex uiſceribus terræ. & hoc idem aues conſuetæ uolare ad terram, quæ nunc altæ uolant, & petunt altiſsima montium. ſicut econtra ſignificatur peſtilentia a ſuperioribus, & corporibus cœleſtibus quando animalia conſueta ſtare in altiſsimis mõtium, & aues quæ conſueta ſunt uolare alte petunt ima: & uolant prope terram.

De curationibus febrium peſtilentialium.

Cap. IIII.

Summa curationis earum eſt exiccatio, & illud cũ phlebotomia, & ſolutione uentris. Et oportet ut incipiatur in ea ad euacuandum: ſi autem materia uincens erit ſanguinea, fiat phlebotomia: & ſi fuerint humores alij euacuentur.

Primo ponit regimen curatiuum febrium peſtilentialium. ſecundo regimen præſeruatiuum. ſecunda ibi in principio capituli. §Oportet ut extrahantur.§ Primum capitulum diuido in quinque partes. In prima curat febres peſtilentiales per euacuationem. In ſecunda per infrigidationem. In tertia ponit regimen determinatum cuiuſdã peſtilentialis. In quarta ponit regimen per cibos. In quinta rectificat aerem peſtilẽtialẽ. ſecũda ibi §Et oportet ut infrigides.§ tertia ibi §Quòd ſi res.§ quarta ibi §Et quando cadit.§ quinta ibi § Et rectificationis autem.§ In prima parte dicit quòd ſumma ideſt fundamentum febr. peſtilentialis curationis eſt exiccatio ideſt mundificatio corporis a ſuperfluitatibus complenda per phlebotomiam, & ſolutionem uentris: a qua in mundificatione oportet incipere: ſi enim materia uincens ideſt dominãs ſit ſanguinea, fiat phlebotomia, ſi fuerint alii humores euacuentur. Primo notandum quòd febr. peſtilentiales diuerſificãtur ſecundũ humorum diuerſitatem: ita ut quædam ſint ſanguineæ, quædam cholericæ, quædam phlegmaticæ, quædam melancholicę ſecũdum plurimum ſunt mixtæ. Diuerſificatur ſecundo penes loca in quibus materiæ putrent. nam quandoque putrent humiditates cordis: aut ſaltem putredo eſt in uenis prope cor, & hæc eſt uera peſtilentialis: quandoque eſt putredo in uenis diſtantibus a corde ſecundum diuerſitatem diſpoſitionũ & cauſarum imprimentium. ſecundum plurimum tamen cauſa coniuncta peſtilentialium eſt in uenis: propterea ſecundum plurimum ſunt continuæ. Secundo notandum quòd cum in cura febris humoralis duplex ſit intentio, una quæ debetur febri: & eſt infrigidatio. alia quę debetur humori, & eſt digeſtio, & euacuatio. potior intentio & in primis exequequenda eſt euacuatio, quæ debetur humori: cum magis lædat ſua maligna putredine, & uenenoſitate, quàm noceat febri ſua caliditate: & etiã prior & potior eſt quàm digeſtio: cum digeſtio non poſsit fieri niſi in longo tempore, quod in ægritudine ita acuta non poteſt expectari: & etiam quia humor peſtilens eſt magis aptus malignari: tum propter malam diſpoſitionem ſuam: tum propter præſentiam aeris peſtilentis. propterea cum primum occurris, inchoandum eſt ab euacuatione, aut cum phlebotomia ſola, ſi ſolus ſanguis peccat, aut cum pharmacia ſola, ſi ſolũ alij humores peccent: neque ſint admixti ſanguini: aut cum utraque utriuſque peccantibus ſecundum quòd eſt utplurimum. & præmittenda eſt phlebotomia ſi ſanguis fuerit dominans: etiam ſi alij humores æque proportionabiliter peccant cum ſanguine. Si autem alij humores ualde denominantur ſanguini a pharmacia eſt inchoandum: & hauriatſ ſanguis in multa, aut pauca quantitate: & ſimiliter alii humores euacuentur ſecundum exigentiam repletionis, & uirtutis. Ex quibus autẽ uenis facienda eſt phlebotomia uidebitur cum ordinabo curam: & uidebitur etiam quæ, & qualia debeant eſſe huiuſmodi ſolutiua.

Et oportet ut infrigides domos eorum, & rectifices aeres ipſarum. Domorum autem infrigidatio fit, ut vallentur fructibus odoriferis frigidis, & extremitatibus arborum frigidarum, & linimentis, & rorationibus ſumptis ex fructibus frigidis odoriferis, & ex camphora, & aqua roſata, & ſandalis: & roretur domus eorum omni die aliquoties, & proprie cum aqua roſata, & de ſalicibus, & nenufare. Et ſi fuerint in domo manationes, & rorationes aquæ erit melius: aeris uero rectificationem dicam.

In parte præſenti ponit modũ infrigidandi hos febriẽtes: & habet hęc pars duas partes. In parte prima docet infrigidare cum eis quæ extra occurrunt. In ſecunda cum eis quæ ſumuntur interius. ſecunda ibi §Et adminiſtrentur eis.§ In prima parte docet in frigidare domos eorum & rectificare aerem ipſorum. Quid autem ſit rectificatio aeris ſtatim dicetur. ſecundo dicit quòd infrigidatio domus fit uallando ideſt circundando domum fructibus, & odoriferis frigidis. utputa pomis, cydonijs, & ſimilibus: & extremitatibus arborum frigidarum, ſicut pirorum, cydoniorum, & ſimilium: & linimentis quibus parietes domus liniantur: & rorationibus ſumptis ex fructibus frigidis odoriferis ſicut aqua decoctionis, aut diſtillationis huiuſmodi fructuum frigidorum boni odoris: & cãphora, & aqua roſ. & ſandalis: & poteſt aqua ro. cum aqua ſuprascripta miſceri addendo ſandalos, & camphorã: & poteſt unaquæq; de per ſe cũ ſandalis miſceri, & cẽphora: & roretſ domus eorum omni die aliquoties, & proprie cum aqua roſ. de ſalicibus, & de nenufare. conferunt enim ſua frigiditate, & ſuo odore. & ſi fuerint in domo manationes ideſt aquę copioſæ fluentes, & rorationes ideſt aquæ ſparſæ, uel fluentes minus copioſæ, erit melius cum multum infrigident: aeris uero rectificationem dicam ſcilicet in hoc capitulo.

Et adminiſtrentur eis trochiſci de camphora, & robub frigida, & aqua lactis acetoſi: & lac acetoſum ablato butyro, & aqua roſata in qua eſt diſſolutum ſerum acetoſum potum, & acetum cum aqua iterum: & aqua frigida plurimã ſubito eſt inuatiua ualde: pauca autem conſequenter exhibite fortaſſe excitat caliditatem.

In parte præſenti docet ſumenda di. quòd adminiſtrentur trochiſci de camphora,& robub ideſt ſucci per decoctionem inſpiſſati.frigida ſcilicet rob de ribes,rob de agreſta,& de granatis:& ſimilia quæ ſunt frigida, & ſuo odore & proprietate cordis confortatiua,& caloris feb.extinctiua, & lac acetoſum ablato butyro,quia unctuoſum: & aqua ro.in qua diſſolutũ ſit ſerum bonũ ideſt factum ex bono lacte. infrigidat enim & eſt proprium contra humores aduſtos: & aqua ro.ſecum mixta confortat cor: & iterum acetum & aqua ro.ſimul ſumpta ſecundum proportionem quæ placuit guſtui ſumentis: & aqua frigida ſubito ideſt in paruo tempore ſumpta eſt iuuatiua ualde.pauca autem frequenter ſumpta,alias conſequenter paulatim ſumpta fortaſſe excitat caliditatem:& eſt dictum Ioannicij poſitum.16.continentis. Cuius dicti cauſa eſt: quia quãdo febris eſt peſtilentialis fortis,in qua ſecundum canõ.generales competeret copioſus potus aquæ frigidæ exhibeatur pauca pro uice calefit,& in uapores conuertitur, qui totum corpus magis calefaciunt:ſicut aqua frigida pauca ſparſa ſuper ſolo calido inflammat in uapores conuerſa.Sed ſi ſumatur in magna quantitate in modiciſsimo tempore infrigidat notabiliter.& hoc eſt quod dicit Hip.ſecundo regiminis acutorum ꝙ quandoq; conuertitur in choleram. Notandum quod licet frigida,& ſicca,& acetoſa maxime conueniant in febre peſtilentiali,ut peſtilentialis eſt,& ratione qua putrida maligna putredine,quia prohibent putredinem,& etiam opponiẽ cauſis ſuis cum fiat ex calido & humido: tamen debet attendi diuerſitas ſecundum diuerſitatem in multitudine caloris,& paucitate.Si enim fuerit peſtilentialis ſanguinea,aut cholerica magis frigida cõueniũt ſicut trochiſci de camphora,rob de ribes,de agreſta,de granatis,de acetoſitate citri,limonis,aqua acetoſæ & ſimilia:magis tamen ſicca in ſanguinea quàm in cholerica:& in his proprie competit potus aquę frigidæ.Si autem fuerit phlegmatica,aut melancholica ſupraſcriptis oportet miſcere calidas:ſicut ſpecies diamuſci,diamuſcũ ipſum, ſyrupus de bugloſſa maxime in melancholica,mel ro.& oxymel ſimplex,& aqua meliſſæ in phlegmatica: & hoc uoluit Haly in techni cum dixit. Et poſt Gal.& Dioſcoridem inuentæ ſunt herbæ ultimi iuuamenti,& valoris uelocis ſicut ualor camphoræ in ægritudinibus peſtilentialibus calidis:& muſcus in ęgritudinibus peſtilentialibus frigidis:& in his quæ ſunt remiſsi caloris,ſed uenenoſæ putredinis concedi poteſt aliquid de theriaca: & hoc uoluit Gal.in libro de commoditatibus theriacæ. Medicinæ autem communis iuuamenti ad pręſeruandum & curandũ eſt. ℞.aquæ ro.lib.5.uini ſubtilis odoriferi. unc.ij.boli armeni.ʒ.ij.miſce:& poteſt exhiberi ſola quantitate.ij.aut.iij,unc.& poteſt aut cum ſyrupo permiſceri in maiori,aut minori quantitate ſecundum quòd uidetur:& poteſt aliquid de hac pluribus uicibus in die permiſceri:& ſi ſtypticaret uentrem leni ipſum, & minora doſim,aut da rarius. Medicinas autem ſolutiuas hic non poſuit Auicen.dans intelligere quòd in peſtilentialibus conueniunt eadem ſolutiua,quæ in non peſtilentialibus pendentibus ab humore proportionali,debemus tamen quantum poſſumus uti benedictis ſolutiuis euacuãtibus humorem quẽ oportet euacuare.& dimittere quæ inimicantur cordi, & mẽbris nobilibus:& hæc ponentur cum ordinabo curam.

Quod ſi res prolongetur ad hoc ut tendantur hypochondria,et infrigidentur extrema; et prolongentur uigiliæ, et permixtio mentis,et vides pectus,et quod eſt ſuper ipſum eleuari.et deſcendere:tunc neceſſe eſt adminiſtrare regimen trahens caliditatem exterius.

Hic ponit regimen determinatum cuiuſdam peſtilentialis d.quòd ſi res prolongetur ideſt deueniat ad hoc ut hypocondria tendatur,uaporibus & uentoſitatibus ſubcluſis,& non potentibus reſolui propter impotentiam caloris innati: & infrigidentur extrema calore naturali tracto interius:& prolongẽtur uigiliæ,& permixtio mentis uaporibus multis,& malis petẽtibus caput:& uides pectus,& quod eſt ſuper ipſum ſcilicet pannos eleuari multum propter cordis euentationem:deſcendere multum ad uaporum expulſionem:tunc neceſſe eſt trahere caliditatem exterius,cũ fricationibus, & euaporationibus extremorum,& calidum naturale augmentare cum cordialibus couenientibus:potius tamen ſumptis,quàm applicatis.

Et quando cadit appetitus,reſtaurentur ad comeſtionem: nam plurimi eorum qui uiriliter agunt ſuper illud, et comedunt uiolenter abſoluuntur,et uiuunt:et neceſſe eſt reſtaurare eos ſuper cibum:et oportet ut ſint cibi eorũ ex acetoſis: et deſiccatiuis,et ſint paucæ quantitatis.

In parte præſenti ponit regimen per alios cibos.d.ꝙ quando cadit appetitus:quod ſecundum plurimum accidit tũ propter communitatem ſtomachi ad cor.unde ſpiritus ſtomachi eſt infectus,non potens ſuam operationem perficere, uel forte propter raptum materiæ ad os ſtomachi,reſtaurentur ad comeſtionem ideſt cogantur uiolenter comedere. nam plurimi eorum qui uiriliter agunt ſuper illud, & comedunt uiolenter abſoluuntur,& uiuunt:& neceſſe eſt reſtaurare eos ſuper cibum ideſt frequenter cibare exibendo parum pro uice, cũ nõ poſsint cibum multum una vice exhibitum digerere; & etiam oportet quòd ſicut frequẽs eſt reſolutio,& ſpirituũ corruptio, ita frequens ſit cibatio,& ſpirituum noua generatio.& hoc regimen eſt ſimile regimini uenenatorum, qui propter eaſdem cauſas debent frequenter cibari parum exhibendo una uice: & oportet ut ſint cibi eorum ex acetoſis,& deſiccatiuis ut reſiſtant malignæ putredini, & paucæ quantitatis: cum non poſſint multum una uice exhibitum digerere: quapropter partiendus eſt.

Cibi nanq; eorũ ſunt iterum mali,quare nocet eorũ multitudo, inquantum ſit additio,et nocent inquantum ſunt mali.

Hic probat quòd cibi non debent eſſe multi, & debent eſſe acetoſi: quia multi nocent addendo in materiam morbi,cũ nõ poſsint bene digeri. Item nocent inquantum ſunt mali apti ad augendam putredinem,eo quòd ſunt nati in aere peſtifero, iuxta Auicen.ſecunda primi. Amplius mortalitas corrumpit vegetabilia,& arbores: ideo animalia quæ eis veſcuntur,corrumpuntur:quapropter oportet ut fiant acetoſi ad corrigendũ eorum malitiam,propterea dicit Auicen.ſecunda primi. Aceto præterea in cibo & potu uti eſt nocumenti eius ſcilicet peſtilentiæ ſecuratio. Cibi namq; acetoſi conuerſi in uapores cum ſpiritibus permixti fouent eos, prohibent eorum putredinem: & conuerſi in humores non aptos facile putrefieri, poſtea conuertuntur in ſpiritus malignæ putredini reſiſtentes.

Rectificationis autem peſtilentiæ pars eſt ſecundum ſanos, qui ſunt in ea:et pars eius eſt ſecundum ſanos:et ægros.

In parte pręſenti Auicen.intendens docere modum rectificationis aeris peſtilentis: primo ponit quandam diuiſionem. ſecundo exequitur membra diuiſionis. ſecunda ibi§ Illa uero quæ eſt.§ In prima parte dicit quòd rectificationis peſtilentiæ ideſt aeris peſtilentis pars eſt ſecundum ſanos qui ſunt in ea ſcilicet aere peſtilenti ad præſeruandum eos a morbis peſtilentialibus, & pars eius ſcilicet rectificationis eſt ſecundum ſanos, & ægros ideſt ad curandum ægros, & præſeruandum ſanos qui ſeruiunt ægris peſtilentialibus in aere peſtilenti.

In illa uero quæ eſt ſecundum ſanos intentio eſt, ut exiccetur aer,et fiat boni odoris:et prohibeatur eius putredo cum quacunq; re ſit,et rectificetur cum xyloaloe crudo,ambra, et thure,et muſco,et coſto dulci,et ſtorace,et ſandaracha,et aſſa,et gariophyllis,et maſtice,et glutino albutim, et laudano, et melle,et croco,et bonki, et cupreſſo,et iunipero,et aluſne, et lauro, et cypero, et ſquinantho, et ſauina, et acoro, et galia, et amygdalis amaris, et aſſaro. Et quandoque fiunt ex iſtis compoſita, et aſpergatur domus aceto,et aſſa.

In hac parte proſequitur membra diuiſionis: & primo primum modum. ſecundo ſecundum. ſecunda ibi § Secundum ſanos.§ In prima parte dicit quòd in illa ſcilicet parte rectificationis aeris,quæ eſt ſecundum ſanos ideſt per quam ſani debent præſeruari intentio eſt ut exiccetur aer,& fiat boni odoris,& prohibeatur eius putredo cũ quacunque re ſit ideſt cum omni re quæ ſit conueniens:ſiue ſint ignes, ſiue ſuffumigia, & ſimilia:& rectificetur cũ xyloaloe.i.ligno aloe puro. Melius enim xyloaloe apud Aui.eſt illud quod ſubmergitur in aqua.

natans uero poſt priuatum ſpiritu,& uita,& eſt malum. & xyloaloe eſt uenæ arboris quæ eradicantur, & ſepeliuntur in terra donec eorum lignum,& cortex putrefiant, & remaneat xyloaloe purum.calidũ eſt ,& ſiccum , & eſt cerebrale,cordiale, ſtomachale.ambra,& thure,& muſco & coſto dulci,& ſtorace ſcilicet ſicca,& ſandaracha ideſt uernice.aſſa ſcilicet dulci, & gariophyllis:& maſtice,& glutine albotin ideſt tereniabin laudano:melle,& croco,& bonci,ideſt braſilio,& cupreſſo:& iunipero:& aluſne de quo apud Auicen.ſecundo canone: lauro: & cyperi,ſquinantho,& ſauina,acoro,& galia:amygdalis amaris,& aſſaro:& quandoq; fiunt ex iſtis compoſita : & aſpergatur domus cum aceto,& aſſa.

Secundum ſanos vero , & iterum febricitantes , & ægros eſt ſuffumigatio cũ ſandalis,& camphora,& corticibus granatorum,& myrto,& malis,& cydonijs:& ebeno,& alſegi, & tamariſco , & ribes, & oportet vt multiplicetur ſuffumigatio.

Docet rectificare aerem ſecundum febricitantes , & ægros ſcilicet alijs ægritudinibus , ſicut ſunt apoſtemata peſtilentialia:& etiam ſecundum ſanos qui ſeruiunt illis ægris & eſt ſuffumigatio cũ ſandalis,camphora,& ſimilibus,& corticibus granatorũ,& myrto:& malis,& cydoniis,& ebeno, qui eſt arbor boni odoris,& nigri coloris , & alſegi , & eſt ſpecies fungi in pandectis.Si uero dicat alce Kengi eſt ſpecies ſolatri:& tamariſco,& ribes:& oportet ut ſuffumigatio multiplicẽt,ut fumi penetrent ad minima aeris. Notandum quòd Auic. rectificat aerem pro ſanis cum calidis & ſiccis,ut melius exiccet eũ , & remoueat ab eo uapores corrumpentes ipſum. rectificat autẽ aerem pro febricitantibus,& ſanis ſeruientibus eis cum frigidis,& ſiccis:tum ut exiccent aerem : tum ut reſiſtãt malignæ putredini inchoanti in ægris:& quæ facile poſſet inchoare in ſanis ſeruientibus ægris propter malignos uapores febriles prouenientes ab ægris ad ſanos ſibi ſeruientes .

De præſeruatione peſtilentiæ. Cap. V.

Oportet vt extrahantur a corpore humiditates ſuperfluæ , & inclinetur regimen eius ad exiccationem ex omni modo,et ex minoratione cibi,niſi exercitio.oportet enim ut non adminiſtrentur neque balneum , neque vina, neque toleretur ſitis:& rectificetur aer cum eis quæ diximus, & declinet cibus ad acetoſa: et minoretur ex eo : & ſit caro quæ adminiſtratur decocta in acetoſis:et ſumatur de alheluen & alcharis,& almoſos factis cum aceto,et abſque aceto cum ſumach :et aqua agreſtæ,et aqua limonis,et aqua granatorũ. Et condita in aceto iuuatiuo ſunt: et proprie capparis aceto condita,et algeleniabin:ex illis eſt quæ conferunt , et prohibẽt ab eis putredinem. Et de illis quibus ex ea fit euaſio eſt adminiſtratio theriacæ,et Mithridati ante eam, cum reliquo regimine bono,et de medicamine facto ex aloe,et croco,et myrrha ſumatur omni die circiter drach.i.quoniam eſt iuuatiuũ .

Nunc hic præſeruans corpora a morbis peſtilentialibus primo iubet ſuperflua euacuari,& corpus exiccari.ſecundo rectificat aerem & ordinat diætam . tertio ponit quaſdã medicinas ſecunda ibi§Et rectificetur . §tertia ibi§ Et algeleniabin'. § In prima parte dicit oportere extrahi humiditates ſuperfluas a corpore ſcilicet phlebotomia,& uentris ſolutione.ſecũdo totum regimen tã ſex rerum non naturalium,quã medicinale eſſe exiccatiuũ,ita ut minoretur cibus,& dentur ea quæ corpus exiccant ſecundũ omnem modum,præterquã exercitio, & balneo,& ſiti.hæc enim corpus inflammant ,¦& faciunt neceſſitatẽ inſpirandi multum aerem:qui cũ ſit putridus putrefacit humores:& eſt cauſa febris peſtilentis.nec dentur uina , & proprie uinoſa in multa quantitate,quia inflãmant: ſed ſupple dentur paucifera in modica quantitate,& ad acetoſum tendentia, niſi obſtet ſtomachi frigiditas. Et rectificetur ſcilicet cum eis aer quæ diximus in præcedenti capitulo . & cibus declinet ad acetoſitatem,& minoretur in quantitate , ut corpus exiccetur ab humoribus ſuperfluis.& carnes ſint decoctæ in acetoſis , & etiam cum aceto,& aliis acetoſis:ſicut agreſta,uinum granatorum,acetoſitas citri,limonis,& citranguli, & ſimilia, & ſumãc de alheluen,& alcharis,& almoſos,quæ ſunt cibaria acetoſa facta aut cum aceto,aut ſine aceto : ſicut cũ ſumach , aut agreſta, aut ſucco limonis .ſ. recentis & granatorum : ſed condita cum aceto ſunt iuuatiua , & proprie cappares cum aceto conditi. aceto namq; in cibo & potu uti,eſt eius nocumenti ſecuratio. ſecunda primi.& algeleniabin ideſt conditũ de roſ. & eſt zuccarum roſ.& eſt ex eis quæ conferunt confortando cor:& prohibet putredinẽ exiccando, & infrigidando , & de illis quibus fit euaſio in peſtilentia eſt adminiſtratio theriacæ & Mithridati ante eam ideſt antequã fiant morbi peſtilentiales cum reliquo regimine bono.ſ.ſupraſcripto:& de medicamine facto ex aloe parte una,& croco,& myrrha.ana tertiam partem unius circa.drach.i.quotidie ſumatur:quoniam iuuatiuum eſt: ſed ſumatur cum pauco uini odoriferi.Inquit enim Ruffus . nunquã uidi aliquem bibentem hanc medicinam, qui non liberaretur, & præſeruaretur ab epidemia . Nota tamen ꝙ aliqui uino deditι non credunt ſe poſſe præſeruari a morbis peſtilentialibus, niſi per copioſum potũ uini potentis: & ita præſeruãtur ab his & doloribus arthriticis per copioſum mictum urinæ turbidæ groſſæ.ſunt tñ in ſenſu ſicut animalia bruta.ſicut. 28 .problematum ſcribit Ariſtote.de Dionyſio Syracuſano.Regimen contra peſtilentiam,& morbos peſtilentiales eſt triplex . Primũ prohibet ne aer fiat peſtilens,& ipſum factum peſtilentem rectificat.Secundum præſeruat a morbis peſtilentialibus.Tertiũ curat morbos peſtilentiales. Regimen triplex cõtra peſtilẽtiam.

Primum completur prohibendo ne quis ueniat a loco infecto:nec aliqua inde deferantur ad locum conſeruandum.Secũdum ut cloacæ & reliqui meatus deputati ad expulſionẽ ſuperfluitatum teneantur aperti,ut loca tã publica,quã priuata poſſint mundari a ſuperfluitatibus. Et loca quæ debent ſtare concluſa ſint optime obturata:& pro cõſeruatione domus habitationis præcipue aperiãtur feneſtræ,quæ ſunt uerſus ſeptentrionem,& oriens ſaltem in principio diei , quę uero ſunt uerſus meridiẽ,& occidens ſint clauſæ.tertium eſt ut in locis tam publicis,quã priuatis accendantẽ ignes,& fiant ſuffumigia de quibus Auic.& fiant aſperſiones cum aceto,& ſimilibus . Secundum regimen præſeruatiuum a morbis peſtilentialibus habet tres intentiones.Prima ordinat debitum regimẽ in ſex rebus non naturalibus , & annexis. ſecunda materias ſuperfluentes educit.tertia uirtutes membrorũ principalium, & proprie uitalem cordis confortat:quæ intẽtiones quomodo debeant cõpleri patet ex textu,& ex dictis pro declaratione eius . Tertium regimen curatiuum morborum peſtilentialium.ſ.febriũ, & apoſtematũ quæ ſm plurimũ coniunguntẽ:tripartitur,quoddam enim debetẽ cauſæ antecedenti : quoddã cauſæ coniunctæ .ſ.facienti apoſtema:tertiũ eſt cõe utriq; . Primum habet quatuor intentiones,prima euacuat . ſecunda alterat dyſcraſiã febrilẽ.tertia digerit materiã.quarta eradicat : quæ qualiter debeant compleri,patet ex dictis in expoſitione textus. Et cum fit euacuatio iuxta primã intenſionẽ fiat frequẽter,et cum medicinis electiuis benedictis maxime cum pilulis in textu dictis ex inuẽtione Ruffi.& phlebotometur taliter,ut minuatur materia,& elongetur a membris principalibus, & maxime a corde.Secundum regimen quod debetur apoſtemati perficitẽ hoc modo.nam ſi apoſtema fuerit de genere carbunculorum, ſicut altoim.primo ſcarificetur locus apoſtematus , aut ſanguiſuga applicetur:ut materia ex eodem loco eradicetur.ſecundo cauterizetur cum cauterio actuali , aut potentiali ,ſed melius eſt actuale ,¦& procuretur caſus eſcharæ,& curetur cura ulcerum. ſi uero non fuerit ulceroſum , ſicut ea quæ fiunt in locis emunctoriis , ſimiliter ſcarificetur , & uentoſa , aut ſanguiſuga applicetur : & poſtea maturetur cum emplaſtro maturante , & attrahente: & poſt maturationem aperiatur,& curetur cura ulcerum . Si uero non obedit maturationi cauterizetur,& procuretur caſus eſcharæ , & deinceps curetur cura ulcerum. Hic breuiter me expedio,multa enim in hac materia ſcripſi in tractatu meo contra peſtem . Tertium autem regimen habet duas intentiones.ſ.curationẽ accidentiũ.ſ.uigiliarũ,ſubet,ſyncopis,deſtructionis appetitus,& ſimilium quæ complenda eſt ſm exigentiam ipſorum.ſecunda eſt regimen ſex rerum quod declinet ad frigidum,& ſiccum : præcipue rectificetur aer , & uiolenter comedere cogantur præcipiendo cibum . ſimiliter

par-

partiendus est somnus ut maior non sit ultra tres horas, sit tamen totus sex, aut septem horarum.

De variolis, Cap. VI.

Qvandoque accidit in sanguine ebullitio secundum semitam putredinis cuiusdam, de genere ebullitionum quæ accidunt succis: & talia quidem accidentia fiũt per eam, ita vt partes eorum abinuicem discernantur.

Post scientiam de pestilẽtia & feb. pestilentialibus agit de uariolis, & morbillis: quia sunt homogenei morbis pestilẽtialibus: sicut dictum fuit superius: & habet pars duas partes. In prima agit de ipsis theorice. in secunda practice. secunda ibi [Oportet in uariolis.] Prima iterum in duas. In prima agit de uariolis: licet etiã dicta sua possint morbillis accomodari. In secunda parte specifice agit de morbillis. secunda ibi [Scias ꝙ morbillus.] Prima iterum in duas. In prima ponit modum prouentus uariolarum causas, species, & indicia. In secunda signa secunda ibi in principio sequentis capituli. [Quandoq;.] Primum capitulum diuido in octo partes. In prima parte ponit modum prouentus uariolarum, & morbillorum. In secunda causas. In tertia in quibus corporibus accidant. In quarta in quibus temporibus magis accidant. In quinta in quibus locis accidant. In sexta ponit tempora. In septima species. In octaua accidentia. secunda ibi [Et uariolæ quidem.] tertia ibi [Et plurimum.] quarta ibi [Et earum euentus.] quinta ibi [Et uariolæ non accidunt.] sexta ibi [Et quando apparet.] septima ibi [Variolis enim insunt.] octaua ibi [Et uirides quidem.] Prima in duas. nam in prima ponit modum generalem ebullitionis horum. secundo declarat subdiuidens ipsum. secũda ibi [Et de hoc est cuius.] In prima parte dicit quòd quandoque accidit ebullitio in sanguine secundum semitam cuiusdam putredinis, quæ ebullitio est de genere ebullitionum quæ accidunt succis, ꝙ fiunt talia accidentia per eam ebullitionem ꝙ partes eorum .s. sanguinis, & succorũ abinuicem separantur, & discernuntur. Primo notandum, pro declaratione huius partis ebullitionem tam sanguinis quã succorum esse duplicem. unã perfectiuam quæ fit a calore proprio naturaliter agente, adiuto tamen a calore continentis: cuius terminus est perfectio eius quod ebullit per separationem superfluorum, quæ putrẽt & corrumpuntur. Ebullitio autem corruptiua quæ fit a calore proprio facto extraneo adiuto a calore continentis, cuius terminus est putrefactio eius quod ebullit per separationem humidi a sicco, aliqñ tamen perducens ad incinerationem, & elemẽtorum separationem. Exemplum primæ ebullitionis est, quæ fit in musto, quod in uinum depuratum conuertitur per actionem caloris naturalis: adiuti a calore continentis separãtis superflua .s. grossum terreum petens fundũ, & partes aquosas, & aereas quæ in spuma conuertuntur, & in medio remanet uinum depuratum. Et secundum exemplum eiusdem ebullitionis est, quæ fit in massa sanguinea infecta, quæ in massam sanguineam depuratam conuertitur per actionem caloris naturalis propij adiuti a calore continentis separanti superfla .s. partes aquosas terreas, & aereas, quarum aliquas interdũ pellit per secessum, & resolutionem insensibilẽ: plurimum tamen earum pellit ad membra, sed maxime ad cutim, ex quibus fiũt uariolę, & morbilli. Exemplum secundæ ebullitionis .s. corruptiuæ est qñ mustum, uel uinum ebullit, & putrefit per actionẽ caloris proprii facti extranei, adiuti a calore continentis, soluenti complexionem, & separantis humidum a sicco: quãdoq; tandem incinerantis, & ipsum in elementa separantis, quæ incineratio, & elementorum separatio est terminus ultimus putrefactionis: & simi e accidit in massa sanguinea. Et ex his facile patere potest hoc primum dictum Auicen. utriq; ebullitioni conuenire: & fuisse intentionem Aui. de utraq; loqui: quod etiam manifestatur ex partibus sequentibus.

Duplex succorum ebullitio.

Et de hoc est cuius causa est res quasi naturalis faciẽs ebullitionem sanguinis: quare putrefit ab eo illud quòd admiscetur ei de reliquijs nutrimenti sui menstrualis, quòd est in prægnatione: aut generatur in eo post illud ex cibis fæculentis, & malis de illis quæ rarificant substantiam eius, & faciunt eã ebullire, donec fiat ei substantia recta fortior prima, & magis apparens, sicut illud quod natura efficit in succo vuæ, ita quòd rectificat ipsum, faciendo vinum similis substantiæ, et iam putruit spuma aerea, et fæx terrea.

In parte præsenti Auic. declarat utrunq; modum ebullitionis: & primo perfectiuũ. secundo corruptiuum. secũda ibi [Et de hoc.] In prima parte dicit ꝙ de hoc idest de hac ebullitiõe est una. cuius causa est res idest calor quasi naturalis: quia non est ex toto naturalis: cum excedat in gradu faciens ebullitionẽ sanguinis idest massæ sanguineæ, quæ naturalem faciens malitiam sanguinis idest faciẽs sanguinem malum esse naturalem: & putrefit ab eo .s. sanguine cum sit naturalis, id qđ ei admiscet de reliquiis nutrimenti menstrualis, quod est in prægnatione idest putrefit residuum sanguinis menstrualis, ex quo fœtus nutriebatur in utero: quod residuum remansit in eo post partum: aut generatur in eo idest aut putrefit ille sanguis qui generat in eo post illud idest post partum ex cibis fæculẽtis, & malis .i. malarum superfluitatum, & mali nutrimenti, de illis qui rarificant substantiam eius .i. de illis qui faciunt substantiam mollẽ, lassam, siue fluidam. & faciunt eum ebullire .i. sunt causæ cur ebulliant donec fiat illi substantia recta fortior prima .i. donec fiat ei .s. sanguini post ebullitionem, modus substantiæ bonus fortior primo, propter meliorem modum mixtionis humidi cum sicco, & separationem superfluorum: & magis apparens: quia substantia bona latebat in superfluis eius: nunc post eorũ separationẽ est facta manifestior: sicut illud quod natura efficit in succo uuæ .i. simile accidit in sanguine ebulliente, qđ accidit in musto quod natura rectificat faciendo uinum similis substãtiæ .i. æqualis substantiæ, quo ad omnes eius partes tam formales, quã materiales. & iam putruit spuma aerea .i. partes aeræ, & aquæ ex quibus facta est spuma existens in parte superiori: & fæx terrea petens fundum: & similiter a sanguine ebulliente separantur superflua. quorum pars terrea aliquando fluxa expellitur, & subtiliter insensibiliter resoluitur: sicut etiam in uino. plurimum tamen superfluorum ad cutim expellitur, & fiũt uariolæ & morbilli. Vnde comparando hæc adinuicem membra corporis humani sunt sicut ueges, massa sanguinea sicut mustũ, proprius calor in homine similatur calori proprio musti, calor continentis est idem, qui ambo sunt causa ebullitionis, superflua separantur in utroq; per ebullitionem: & pelluntur ad extrema sanguis depuratus, & similiter uinum remanet in medio. Primo notandum, ꝙ calor faciens ebullire tã sanguinem, quã mustum cum ebullitione perfectiua est partim naturalis, cũ per ipsum id quod ebullit perficiatur, & partim præternaturalis cum calefiat intensius quã cõueniat illi quod ebullit post eius perfectionem: est tamen magis naturalis quã præternaturalis: cum finis eius sit perfectio, & complementũ eius quod ebullit: quæ quidem perfectio est digestio utriusq;. Nam digestio quarto meteororum est perfectio in unoquoq; humido a proprio, & naturali calido ex oppositis passiuis. Et si quæratur an huiusmodi digestio debeat dici pepasis. Respondetur ꝙ pepasis quarto meteororum appropriatur fructibus. ideo digestio siccorum fructuum non proprie appellatur pepasis: sed ad ipsum reducitur eo quòd sunt partes fructuum: sed digestio sanguinis, neq; dicenda est pepasis, neque ad ipsum reducitur nisi metaphorice. Et nota quòd talis horum trãsmutatio proprie dicitur ebullitio cum per actionem caloris pars eorũ in uapores transmutetur penetrantes per eorum corpora: & ipsa extendentes, & in altum eleuantes. Secũdo principaliter notandum quòd sanguis rectificabilis per ebullitionem est duplex unus contractus ab utero materno, & uariolæ quæ fiunt per huiusmodi ebullitionem sunt aptæ communicari cuilibet homini, & secundum plurimum solum semel. alius est sanguis ebullitioni paratus, aptus facere uariolas acquisitus post partũ per cibaria fæculenta, & aquosa sicut lac camellinum, & equinum, & proprie sumptum ab inconsuetis: & per huiusmodi sanguinis multiplicationem sunt aptæ fieri uariolæ: est enim similis sanguini menstruali mulieris habẽs partes fęcales grossas & partes malas aqueas crudas, unde ex ebullitione fiet rectificatio: & ex hoc sanguine eueniunt quibusdam hominibus uariolæ, & sunt apti multoties uariolari: ut dicit Auic.

Et de hoc est, cuius causa est res adueniens extrinsecus, ebullire faciens, oculta quæ permiscet humores cum sanguine com

mestione

mistione eunte in dispositione ebullitionis,et stationis sub sole: sicut accidit apud alterationem temporis,et proprie ueris ab eo quod pertinet ei de qualitatibus,et ordine.

In parte præsenti declarat ebullitionem corruptiuam dĩ.& de hoc.i.de hac ebullitione est aliqua cuius causa est res occulta adueniens extrinsecus ebullire faciens : quæ res faciens ebullire permiscet humores cum sanguine mistione eunte in dispositione.i.in similitudine stationis sub sole .i. ebullitionis eorum quæ stant sub sole.sicut accidit cum tempus alteratur, & proprie uer ab eo quod pertinet.i. conuenit ei de qualitatibus supple primis,aut secundis.& in ordine ad tempora præcedētia,aut subsequentia,aut suarum partium inter se . Primo notandum quòd causa occulta adueniens extrinsecus , potest esse aliqua occulta dispositio aeris pestilentialis : cuius causa multoties est occulta,siue pendeat a causis cœlestibus,siue terrenis sicut dictum fuit in cap.de pestilentia. Ista enim est causa cur ebulliant humores maligna ebullitione , & est aliquãdo causa euentus multitudinis uariolarum,quarum plurimæ sunt malignæ,& ebullitionis antecedentis eas:uariolæ nanque , & morbilli multoties antecedunt pestilentiam. Vnde.19.continentis.capitulo de uariolis.uariolę & blacellæ.i.morbilli sunt de morbus qui dicuntur nuntii pestilentiæ, & plurimum inducuntur ex corruptione aeris inducti a cadaueribus:& ad hanc ebullitionem corruptiuam concurrunt etiam causæ manifestæ extrinsecæ:sicut statio sub sole,permutatio in temporibus anni,& malitia regiminis in sex rebus : sed præter has causas extrinsecas concurrunt etiam calor proprius eorum quæ ebulliunt factus extraneus.Est enim quarto meteororum,putrefactio,corruptio quædam in unoquoq; humido proprie secundum naturam caliditatis ab aliena caliditate, hæc autẽ est quæ ambientis.ita ut uterque calor concurrat extrinsecus , & intrinsecus:sicut etiã in ebullitione perfectiua:sed placuit Auic. in ebullitione corruptiua facere mentionem de causa extrinseca magis quàm de causa intrinseca:cum hæc magis extranea & aliena sit quàm calor proprius eius quod ebullit.

Secundo notandum quòd licet in utraq; ebullitione.s.perfectiua,& corruptiua fiat humorum permistio cum sanguine: Auic.tamen dixit fieri hanc permistionem in corruptiua , & non in perfectiua propter finem. In fine nanque ebullitionis perfectiuæ remanet sanguis clarus separatus a superfluitatibus,qui tempore ebullitionis fuit ad minima secũ permixtus: sed in fine ebullitionis corruptiuæ remanet putridus,& superfluitatibus admixtus,& hic forte secundum aliquam partẽ expulsus extra uenas faciet uariolas malas , uiolaceas , uirides , aut nigras:licet tandem procedente putrefactione fiat humidi a sicco separatio,& tandem incineratio,& elementorum separatio sicut in cæteris quæ uere putrefiunt. Hic enim est terminus ultimus putrefactionis quarto meteo .

Et nota. quòd non solum ex superfluis in quali fiunt uariolæ,& morbilli:sed etiam cum sanguis superfluit in quanto:dato quòd sit bonus,expellitur enim propter uirtutem : sicut uidemus in cæteris expulsionibus a natura factis humoris expelli non solum propter malitiam , sed etiam propter multitudinem:cum humores possint lædere, & uirtutem stimulare tam sui multitudine,quàm sui malitia.

Tertio notandum pro declaratione exemplorum Auice.ꝙ statio sub sole.i.quando homo diu sę,& forti soli exponit ebullit eius sanguis potius ebullitione corruptiua,quàm perfectiua.Similiter quando uer est permutatum suis qualitatibus: ut quia est ualde calidum,aut humidum:aut quia sit permutatum in ordine ad hyemẽ : quia etiam præcessit hyems calida & humida:aut quia sit permutatum in partibus suis: ut quia principium sit calidum & humidũ notabiliter:& finis eius ualde remissior in his qualitatibus.Et tu potes exemplificare de æstate,& autũno,exercitio,& balneo,& similibus potius ebullire facientibus sanguinę ebullitione corruptiua , quã perfectiua.

Vltimo notandum quòd hæ duę ebullitiones siue ut melius dicam bonitas,& malitia huiusmodi ebullitionis possunt coniungi,& usque ad certum terminum simul intendi, quod manifestum est,eo quòd causæ suæ simul possunt coniungi, & intendi,uerbigratia,si puer aptus uariolari ex residuo nutrimẽti mẽstrualis:cuius calor naturalis sit fortis,& fiat aer in quo est pestilentialis,& incipiat fieri ebullitio,illa enim simul erit perfectiua,& corruptiua denominatio:aut tandem fiat denominatio a dispositione,& a causa uincente.quòd si causæ sunt æquales,& passum indifferens simul æqualiter usq; ad medium latitudinis intenduntur,sub quo medio contraria se cõpatiuntur.

Sed de hoc dixi quantum est opportunum in quæstione de contrariis:& ibi ostendi quomodo digestio & putrefactio intendantur,& usque ad quem terminum.

Pro declaratione dictorum cadit dubium , utrũ ex residuo sanguinis menstrualis fiant uariolæ & morbilli. Ad partem negatiuam arguitur quòd infans in utero non nutritur, neq; generatur ex sanguine menstruo:immo ex optimo sanguine mulieris ut sentit Auenzoar in fine Teysir & Gal.in lib. de semine.capi. 8 . Secundo,uariolæ tardantur secundum plurimum usq; ad annum quintum,sextum,uel septimum , quandoq; usq; ad annum decimumquintum,& quandoq; usq; ad sexagesimũ; ut docet experientia: sed non est possibile sanguinem menstruum usque ad illud tempus remanere in uenis,ergo,&c. Et confirmatur:quia sanguis menstruus transiuit in membra: sed membra non ebulliunt.ergo ex illo residuo non fit ebullitio. *Quæ nam sit materia uariolarũ & morbilliorum.*

Tertio,sequeretur quòd infans deberet uariolari in utero, aut per paruum tempus postquam exiuit uterum : sed consequens est falsum:cum secundum plurimum uariolẽt inter quintum annum,& septimum ; cum non appareat sibi acquiri illo tempore dispositionem aliquam;quam prius non habuerit.

Quarto principaliter,aut uariolæ fierent ex toto sanguine ebulliente, aut ex superfluitatibus,non ex sanguine ebulliente:quia perficitur,& rectificatur,& remanet in uenis . non ex superfluitatibus:quia aut illę essent aquositas cholerica,phlegmatica,aut melancholica quæ præerant in uenis : aut quæ de nouo factæ sunt.non primum:quia sic de illis absque ebullitione sanguinis potuissent fieri,sicut quotidie ex illis generãtur pustulæ,& apostemata in cute absq; præcedente ebullitione . Si secundum quæritur a quo illæ superfluitates genitæ sunt:& an sint illæ numero quæ præerant ante ebullitionem, aut eiusdem speciei,numero tantum differentes a præexistentibus.similiter de sanguine quæritur an sit ille idem numero, qui præerat ante ebullitionem. Quinto si ex residuo sanguinis menstrualis reseruato in infante fierent uariolæ : sequeretur quòd mulieres in quibus retinentur menstrua deberent uariolari . consequens manifeste falsum sed probatur consequentia,quia posita causa ponitur effectus: & non uidetur cur ex simili sanguine menstruo debeant infantes uariolari, & non mulieres.

Sexto quæritur,quæ est differentia inter infectionem menstrualem,quæ est causa uariolarum:& eam quæ est causa lepræ cum apud Azarabium in capitulo de lepra conceptus in prima die menstruorum efficiatur leprosus in.12.anno, uel ante: conceptus uero in secundo fiat leprosus in. 13. usque ad . 24 . conceptus uero in tertia die efficiatur leprosus in.35 . usq; ad 36.conceptus uero in quarta die efficiatur leprosus.a 37 . usq; ad 48 . Septimo ex parte affirmatiua quæstionis sequitur ꝙ equi,& boues,& similia animalia,quæ nutriuntur ex sanguine menstruo in utero deberent uariolari propter eandem causam ex qua homines uariolantur. Octauo si uariolatio fieret ex reliquiis sanguinis menstrualis non esset necessarium præcedere ebullitionem.consequens contra experientiã. sed consequentia probatur,cum superfluitates cuiuscunq; generis, & per quancunq; regionem quotidie expellantur : & etiam ád cutim nulla præcedente ebullitione:sicut uidemus in assaphati,scabie,lepra,& similibus. In oppositum est Auice . & reliqui auctores.

Pro solutione dubii primo præmittendum , quòd uariolæ sunt pustulæ factæ in omnibus membris consimilibus,& secũdum plurimum in cute ex superfluitatibus massæ sanguineæ secundum plurimum ipsius ebullitione præcedente , per quàm fit eius depuratio per expulsionem huiusmodi superfluitatum extra uenas.morbillus autem est uariola cholerica. Secundo notandum,quòd sunt duæ causæ uariolationis: sub uariolatione etiam comprehendendo morbillationem.s.efficiens, & finalis.uariolatio nanq;,& similiter uariolæ cum sint accidentia non habent causam formalem,neq; materialẽ ex qua. Causa autem finalis uariolationis est massæ sanguineæ depuratio : & consequenter sanitas hominis.Causa autem efficiens est duplex,una est superfluitates,quæ sunt in massa sanguinea,aqueę aereæ,& terreæ stimulantes uirtutem. Causa autem multiplicationis *Duæ uariolatiõis causę.*

cationis harum in sanguine est residuum sanguinis menstrualis in uenis derelictum. Itē infectio membrorum fœtus a sanguine menstruo secum in secundina contento,& eorum ex eodem nutricatio,& augmentatio ex quibus fit, ut omne nutrimentum in massam sanguineam similiter infectum conuertatur. Secunda causa est cibi superflui aquosi, sicut lac camellinum,& equinum proportionati ad multiplicandum sanguinē similem sanguini menstruali:& hi possunt esse causa, ut homines multoties uariolentur. Tertia causa efficiens est uirtus ab huiusmodi superfluis grauata, utens pro instrumento calore naturali membrorum:necnon proprio calore ipsius massæ sanguineæ coadiutus a caliditate,& humiditate, & influxu cœlesti:quæ omnia sunt causa cur massa sanguinea ebulliat, & remaneat in uenis depurata per expulsionem superfluorum extra uenas,quę superflua faciunt pustulas in omnibus membris ad quæ contingit huiusmodi superflua pelli. Ex his infertur cōclusio responsiua ad quæsitum. uariolæ fiunt ex superfluitatibus massæ sanguineæ infectæ propter reliquias sanguinis ab utero contractas,aut propter infectionem membrorum fœtus a sanguine menstruoso, secum in utero contento: aut ex quo nutrita,& aucta sunt:aut tertio propter malum sanguinē fœculentum ex malis cibis generatum. Hæc conclusio licet ex prædictis sit manifesta:tamen probatur euidentius quo ad primas duas partes:uariolæ sunt communes omnibus hominibus,& fiunt secundum plurimum usque ad septimum annum. ergo oportet eas prouenire absque aliqua causa cōmuni omnibus hominibus,quæ faciat eas sibi accidere secundum plurimum hoc tempore:sed nulla est causa communis nisi quæ ab utero materno contracta est,aut ex lacte quo nutritus est post exitum ab utero:sed lac non potest esse causa huiusmodi superfluitatum,cum sit nutrimentum conueniens,& sibi proprium. ergo relinquitur primum. Amplius uariolæ aliquando fiunt in fœtu existente in utero,aliquando parum post exitum ab utero:sed hoc nō potest esse ex lacte. quare, &c. & assumptum declarat experientia. Secunda pars conclusionis probatur:quia contingit hominem multotiens uariolari. Vnde Aui. cap. isto. Et multoties homo uariolatur duabus uicibus:sed cum una uice sanguis depuratur per uariolationem, corrigitur infectio ab utero contracta. si ergo uariolatur post illud est propter infectionem nouam sanguis a sanguine genito ex cibis fæculentis propterea hoc est de intentione Auic. in principio capituli. Sed nunc superest ut respōdeamus ad rationes factas in principio suadentes oppositum. Ad primam dicitur, quòd fœtus aliquando ex sanguine optimo generatur, nutritur, & augetur:& hic degit multum sanus sine assaphati,cum paucis uariolis,& sine huiusmodi infectionibus si bene regatur:uariolat tamen propter infectionem membrorum in utero cum sanguine menstruo contentorum,quod declarat Auenzoar per similitudinem de fermento in uase uitreato diu contento,quod inficitur taliter,ut post eius lauationem, & optimam abstersionem si ponatur in eo pasta azyma fermentatur. Ad secuudam rationem conceditur antecedens, & negatur consequentia. nam quamuis non remaneat sanguis menstruus in uenis infantis usq; ad tempus notabile:tamen remanet infectio in membris,per quam fit ex cibis sanguinis mali generatio, quæ infectio est acquisita a sanguine menstruo ex quo nutritus est in utero,aut saltem infectus dum simul cum eo in utero continebatur:quamuis non esset immediatus ei. Et ex his patet solutio ad confirmationem.& dicit Gentilis quòd nec ratione, nec auctoritate limitata est quantitas temporis in quo aliquis humor remanet in uenis in naturali, aut præter naturali dispositione. Vnde licet Gal. in lib. de euchymia, aut cacochymia dicat,quòd malum regimen factum in iuuentute apparet in senectute:hoc potest esse propter remanentiam qualitatis, absque remanentia humoris,qui impressit qualitatem illam. Et licet Auic. in cap. de hemitritæo dicat, aut fiat senex post iuuentutem,aut acuitatem complexionis, non tamen apparet quanto tempore deficiente iuuentute durauit cholera, quæ reperitur in prima senectute:extrema omnium harum ætatum sunt continua. nec habetur aliqua ratio probabilis ad limitandum hoc tempus. Vnde hoc tempus limitatum, aut non est scibile sicut res scibiles sunt proportiones irrationales,quinto Euclidis commento tertio. aut si est scibile nondum est scitum,sicut quadratura circuli est scibilis nondum scita. Ad tertium conceditur infantem aliquando uariolari in utero: alii per paruū tempus post exitum ab utero. secundum plurimum tamen uariolatur post primum,aut secundum annum, usque ad septimū licet quandoq; tardetur uariolatio usq; ad decimumquartum, uel quinquagesimum,& sexagesimum. nec est necessarium sanguinem mestrualem derelinqui usque ad illud tempus: sed sufficit quòd in membris,& in sanguine sola infectio qualificatiua derelinquatur,quæ successiue conseruetur:sicut successiue conseruatur in his qui fiunt leprosi in. 12. anno post conceptionem factam in prima die menstruorum,ut dicetur post. Ad quartum dicitur quòd aliquæ uariolę possunt fieri ex sanguine depurato cum superfluit in quanto, & cum nimis ebullit: nec est necessarium totum sanguinem etiam perfectum remanere in uenis:sed secundum plurimum fiunt ex superfluitatibus. Sed cum instatur,quia aut generantur ex superfluitatibus quę præerant,aut quæ de nouo per ebullitionem genitæ sunt. Dicit Gentilis quòd generantur ex superfluitatibus,quæ præerāt solum in potentia in massa sanguinea:nunc uero per ebullitionem sunt factæ in actu. Contra suppono quòd quatuor humores sunt in actu in massa sanguinea. Suppono secūdo quòd materia uariolarum sit aliquis, uel possibile ex humoribus: tunc arguitur sic:aut materia prima humoris facientis uariolas qui sit phlegma præfuit aut non. Non est dicendum quòd non præfuit:quia esset de nouo generata, quod est impossibile. si autem præfuit aut sub forma aliqua,aut sine forma. non secundum:quia impossibile est materiam esse informem. Si præfuit sub aliqua forma,& non nisi humoris. ergo aliquis humor præexistens corruptus est:aliter aliquid esset genitum sine alterius corruptione. aut ergo ille humor est eiusdem speciei cū isto,aut non:non primum:quia sic unum indiuiduum corrumperetur immediate in indiuiduum eiusdem speciei. Si differt specie. ergo hoc phlegma genitum est immediate ex sanguine,cholera,aut melancholia per solam ebullitionem,quod est impossibile. Credo quòd tutius sit dicere,quòd illæ superfluitates præerant in massa sanguinea sub formis suis: non tamen propter ad minima permixtionem poterant expelli nisi per fortem ebullitionem separantem eam ab humoribus laudabilibus:& licet superflua aliquando expellātur ad cutim, & alia membra sine ebullitione:non tamen omnia. s. quādo sunt cum humoribus bonis ad minima permixta. Et consequenter dicitur,quòd omnes humores siue laudabiles in uenis retenti,siue illaudabiles expulsi,sunt secundum plurimum idem numero, qui primo erant:sicut etiam in musto uinū laudabile post ebullitionem est idem numero,quod prius erat:& similiter suæ superfluitates sunt illæ æedem. cuius signum:quia superfluitates possunt a uino per solam collationem sine ebullitione separari. Ad quintam rationem respondetur mulieres non uariolare propter sanguinem menstruum retentum, & in uenis cū residuo sanguinis sui permixtum: quia uirtus mulieris non sustinet ipsum tanto tempore ut posset digeri & ebullitione perfici post separationem superfluorū: sed ille propter defectum uirtutum naturalium in muliere,aut putrefit,aut expellitur. Contra. similiter deberet fieri in infante,cui magis præternaturalis est,quàm mulieri a qua factus est. Respondetur quòd est magis disproportionatus mulieri cum ex ipso non sit alita: sed ex sanguine meliori in hepate eius generato. Econtra vero infans ex ipso alitus est,& sibi paulatim assuefactus: melius ergo sustinet ipsum quousq; digeratur,& perficiatur:& uirtutes etiam naturales infantis sunt fortiores, & virtus sensitiua magis hebes non ita irritata a presentia illius sanguinis. Aliter s̄m Gentilem dicitur quòd sanguis in uenis fœtus reseruatus non est ille, qui ebullit ebullitione perfectiua: sed ille qui est genitus in hepate infantis qualitatiue infectus per longam moram in utero cum illo sanguine mēstruo: & etiam ille qui est ex malis cibis fęculentis genitus. Ad sextam dicitur quòd infectio cōtracta ex conceptione fętus tempore menstruationis est deterior, quàm contracta ex mora fętus in utero cum sanguine menstruo & forte ex aliquali nutrimento eius: cum deterius sit sanguinem menstrualem, subijci pro materia generationis eius,quàm esse materiam nutrimenti: & similiter est ualde deterior quàm infectio contracta in vtero cum sanguine menstruo: & quia sanguis prima die menstruorum est deterior,& acutior magis accelerat ad lepram:& similiter sanguis secundæ diei comparatione ad tertiam:& sanguis tertiæ in cōparatione

Pluries contingit variolari.

paratione

paratione ad quartam. cùm ergo fœtus concipitur extra tempus menstruationis concipitur ex sanguine laudabili: & quia sanguis est magis laudabilis post integram purgationem menstruorum, quàm alio tempore: magis debemus elaborare ad impregnationem tempore illo scilicet perfecte mundificationis, & eo tempore coitum celebrare. Ad septimam dicitur animalia illa non uariolari: quia superflua illa cedunt in materiam pilorum: non sic in homine: & propter hãc causam illorum fæmellæ non menstruantur. Ad octauam dicitur esse necessarium secundum plurimum præcedere ebullitioné: quia superflua quæ ad minima cum bonis humoribus sunt permixta non possunt aliter separari: & nõ est ita in assaphati, scabie, & similibus: aut quia materiæ illarũ non sunt ad minima cum bonis humoribus permixtæ: aut quia non fit separatio perfectiua, sicut in lepra. Nota tñ quandoq; fieri uariolas absque ebullitione præcedente, aut saltem absq; ꝙ præcedat notabilis ebullitio, & communiter illæ uariolę sunt paucæ salubres a pauca materia pendentes, & infantibus bene dispositis: & aliquando accidit hoc: quia non fit completa separatio superfluorum. unde forte alias uariolabitur.

Et variolæ quidem, & morbillus sunt de summa ægritudinũ aduenietiũ, et multiplicãtur in succeßione austrinorũ, quando multiplicatur eorum perflatio. Et corpus quidem variolis præparatum est illud, quod est calidum et humidum, et conturbatæ humiditatis proprie quod parum extrahit de sanguine per phlebotomiam. Et de cibis sunt cibi qui faciunt cadere in variolas velociter: et proprie quando non sunt consueti, et administrantur super eos medicinæ, et cibi calefacientes sicut lac, et proprie camelarum, et equarum, cum multum repletur ex eis ille qui non est assuetus eis: deinde bibat vinum plurimum, aut medicinas calidas: et variolæ quidem sunt quasi modus quidam crisis: et plurimum quidem accidũt variolæ infantibus, deinde iuuenibus, et minoratur earum euẽtus in senibus, et nisi propter causas fortes: et in regionibus vehemtis caliditatis, et humiditatis: et earum euentus in corporibus humidis est plus, quã sit ipsarum euẽtus in corporibus siccis, et earum euentus in vere, plus est quàm ipsarum euentus in hyeme: et post ver in fine autumni: et proprie quando præcedit æstas calida et sicca, et fuerit illic autumnus calidus et siccus.

Cum Auic. docuerit modum euentus uariolarum: iam pro integra notitia earum ponit multos canones. Habet hæc pars quinq; partes. In prima ponit causas earum tam factiuas, quã dispositiuas. In secunda loca earum. In tertia tẽpora. In quarta species & earum diuersitates. In quinta iudicia earum. secũda ibi§ Et uariolæ. § tertia ibi§ Et quandoq; apparent. § quarta ibi§ Et plurimũ. § quinta ibi§ Et uidetur quidem. § Prima posset diuidi in tot partes, quot sunt canones circa causas earum, partes patebunt legendo textum. Primus canon. uariolæ & & morbillus sunt de numero ægritudinum aduenientium scilicet a causis primitiuis, & multiplicantur tempore austrino .i. calido & humido, & cum flant uenti austrini. Aliter sunt de summa ægritudinum aduenientium .i. contagiosarum.

Secundus canon. corpus paratum uariolis est quod est calidum & humidum humiditatis conturbatæ .i. infectæ & ebullitioni aptæ: & proprie in quo fit pauca sanguinis exiccatio.

Tertius canon. cibi apti multiplicare uariolas sunt cibi humidi humididate superflua, & ꝓprie quãdo sunt calidi aut secum admiscentur calida, aut sequuntur calida. humiditas enim dispositiue concurrit, caliditas uero effectiuæ, & propriæ quãdo dantur inconsuetis sicut lac, & proprie equinum, uel camelinum, cum multum repletur eis ille qui non est assuetus, deinde bibat uinum plurimum, & medicinas calidas.

Quartus canon, & uariolæ sunt quasi quidam modus crisis permutationis, cum febris antecedẽs uariolas terminetur per expulsionem superfluorum ad cutim: & ita inter crises numeratur secunda fen huius. secundo capitulo.

Quintus canon. & plurimũ accidunt uariolæ infantibus, deinde iuuenibus, raro accidunt senibus: & non accidũt eis nisi propter fortes causas scilicet propter complexionem calidã, & humidam & reliquias sanguinis menstrui: aut propter malitiam aeris in regionibus calidis, & humidis. Dicit secundo ꝙ plus eueniunt in corporibus humidis, quã in corporibus siccis Dicit tertio ꝙ plus eueniũt in uere quã in hyeme, & post uer in fine autũni: & ꝓprie cũ pręcedit ęstas calida & sicca: ẽt si autũnus fuisset calidus & siccus: quia in fine autũni dato ꝙ esset calidus & siccus fiet infrigidatio, & pororum clausio, unde nõ transpirantibus uaporibus fit humorum ebullitio. Dicit autẽ & proprie quando præcedit æstas calida et sicca: quia si præcessisset æstas calida & humida fuissent factæ uariolę in illa, & nõ tardassent usq; ad autumnum: horum autem omniuum causa est, quia caliditas & humiditas magis causant uariolas, quàm qualitates contrariæ. Opinatur tamen Gentilis ꝙ huiusmodi constitutiones scilicet æstas calida & sicca, autumnus calidus & siccus sint conformiores generationi morbillorum, quàm uariolarum: & causa est nota. Ras. uero. 18. continentis uult ꝙ istæ uariolæ fiant in fine hyemis. Dicit enim cum uides autumnum uehementis caliditatis & siccitatis, hyeme, siue uerę humido expecta uariolas in fine hyemis.

Et variolæ non accidunt in cute solum, et in eo quod sequitur illud quod apparet: immo accidunt in omnibus membris similium partium apparentibus, et occultis, ita quòd velaminibus; et neruis.

Hic ponit loca uariolarum dicens, ꝙ non accidunt in cute solum, & in eo quod sequitur cutim immediate, immo accidũt in omnibus membris consimilibus apparentibus, & occultis, ita ꝙ in pãniculis, & neruis. Pro quo nota de intentione Isaac ꝙ licet natura dum est potens elonget materiam a membris nobilibus uersus cutim. dum uero non est ita potens, aut materia non ita obediens, non solum cutis, sed etiam multa membra intrinseca uariolantur: & quanto materia magis in interioribus remanet, tanto sunt periculosiores. Vnde non est longinquum quòd aliquis possit mori propter uariolas inchoantes in corde.

Et quando apparent variolæ, faciunt incurrere pruritum deinde apparent res sicut capita acuum similia milio: deinde egrediuntur, et implentur sanie, deinde euacuantur, et fiunt crustæ diuersorum colorum, deinde cadunt. Et fortasse permutantur variolæ ad phlegmonem, et essere, et ad dubellati quæ aggregat saniem.

Hic ponit tempora uariolarum innuens, quòd principium est quando apparent facientes pruritum: & quando sunt sicut capita acuum similia granis milii: tunc est principium: deinde egrediuntur, scilicet manifeste: tunc est augmentum. Et quando implentur sanie, tunc est status: & quando fiũt crustæ diuersorum colorum per earum exiccationem, deinde cadunt tunc est declinatio. Apparent autem in fine diuersi coloris propter diuersitatem temporum in exiccatione. nam magis siccæ sunt alterius coloris, quàm minus siccæ propter diuersitatem materierum: quarum colores diuersi magis apparent post eruptionem, quàm quando materiæ sub cute latebant: & fortasse permutãtur uariolæ ad phlegmonem, qui est apostema sanguineũ nam una uariola est unus paruus phlegmon, sed cũ multa materia sanguinea expellitur ad unum locum fiet magnus phlegmon: aliquando permutatur ad essere, quæ est pustula parua lata pendens a materia subtili uaporosa. nam ebulliente sanguine possibile est grossum expelli per fluxum uentris, & subtile uaporosum ad cutim, & fiet essere: & quandoq; permutatur ad dubellati scilicet calidum, quod est exitura aggregans saniem. posset enim fieri adubelet phlegmaticum uariolis pendentibus a materia phlegmatica.

Et plurimum quidem cum apparent habent colorẽ phlegmonis: veruntamẽ quandoque egrediuntur secundum colores diuersos cineritiæ, & violaceæ, & nigræ. variolæ enim sunt species, & colores. nam de eis sunt albæ, & de eis sunt citrinæ: & de eis sunt rubeæ: & de eis sunt virides: & de eis sunt violaceæ et de eis sunt ad nigredinem decliues.

In parte ista ponit species, & diuersitates dicens quòd cum apparent habẽt colorem phlegmonis .s. rubeum. Ex quo sequitur

quitur quòd ſm plurimum ſunt ſanguineæ. uerumtamen aliquando egrediuntur ſecundum colores.ſ.diuerſos.ſ.cineritię, & ſunt phlegmaticæ,& uiolaceæ, aut nigræ, aut uirides quæ ſunt melancholicæ quando ſanguis per aduſtionem, aut putredinem tranſmutatur in malos humores melancholicos: morbilli tamen ſunt,ſicut dicetur,cholerici. Ex quibus infertur quòd morbilli,& uariolæ pendent a quocunque humore: ſed ſecundum plurimum a ſanguine: & frequenter humores ſunt permixti. Nam tertia quarti.capitulo primo. Raro apoſtemata ſunt ſingularia,& plurima eorum ſunt cōpoſita. Ideo ſubdit quòd uariolis inſunt ſpecies,& colores:nam aliquæ ex eis ſunt albæ phlegmaticæ:aliquæ ſunt citrinæ a cholera: aliquæ ſunt rubeæ a ſanguine:aliquæ ſunt uirides.ſ. obſcuræ: aliquæ uiolaceæ,aliquæ ad nigredinem decliues: & hæ tres ultimę pendent a melancholia, aut ſanguine tendente in melancholiam,acquirente colorem magis ad nigredinem tendentē, ſecundum maiorem acceſſum ad melancholiam, aut per aduſtionem,aut putredinem.

Et uirides quidem,& uiolacæ ſunt malæ: & quanto plus addatur declinatio ad nigredinem tanto eſt deterius:& quanto plus ſunt decliuiores ad illud,tanto plus ſunt decliuiores ad malitiam.

In parte iſta ponit canones iudiciales. Et habet quatuor partes. In prima ponit canones iudiciales ex colore. In ſecunda ex modo exitus. In tertia ex ordine. In quarta ex ſignis & accidentibus.ſecunda ibi § Et de ſpeciebus malarum.§ tertia ibi§Et ut ſit febris.§quarta ibi§Et illud quidem.§ In prima parte ponit quatuor canones. Primus uirides & uiolaceæ ſunt malæ,& quanto color fuerit magis decliuis ad nigredinē ſunt deteriores.ſignificatur enim maior aduſtio, cui frequēter coniungitur uenenoſitas:nigræ itaq; ſunt peſsimæ.

Et albæ quidem ſunt meliores,& proprie quādo ſunt pauci numeri magnæ quantitatis,facilis exitus, paucæ anguſtiæ, debilis febris:& uides febrem minui cum earum apparitione, & ipſarum groſſitie:& eſt principium exitus earum in tertio,& quod ei approximat.

Secundus canon,albæ ſunt meliores: ſignificatur enim maturatio. Quod uel pendet a ſanguine phlegmatico,uel phlegmate benigno. Et proprie quando ſunt pauci numeri,magnæ quantitatis,facilis exitus,paucæ anguſtiæ,debilis febris. Et uides febres minui cum apparitione earum: & multo magis cū egreſsione earum.Et eſt principium exitus,uel egreſsionis earum in tertio,& quod ei appropinquat.ſ.in ſecundo,uel quarto.ſignificatur enim benignitas materiæ,paucitas eius, & proportio uirtutis ad materiam:quanto enim magis tardatur exitus,eſt deterius.& hæc computatio debet fieri ab initio febris & hic obſerua dies criticos,inter quos melior eſt dies quarta poſtea ſeptima,ſexta autem mala. Sed contra. quia illæ quæ ſunt paucæ quantitatis,& pauci numeri ſunt meliores, ſignificatur enim quòd materia eſt paucior. Reſpondetur quòd ſi illa paruitas earum ſequitur paucitatem materiei,quòd illud eſt melius:ſed ubi illud nobis non conſtet per multa bona ſigna ab ipſo initio,debemus iudicare maiores ſaluiores cum ſint pauci numeri,ſignificatur enim proportio maior uirtutis ad materiam per magnas,quàm per paruas.

Et poſt iſtas ſunt albæ magnæ pluris numeri, propinquæ abſque continuatione.nam illæ quæ continuantur adinuicem ita ut continuantur in fruſto magno carnis habentes latera, aut rotundam formam ſunt malæ:& ſimiliter iterum duplices magnæ in uentre unius,quarum eſt uariola alia.

Tertius canon.& poſt iſtas ſunt albæ magnæ pluris numeri propinquæ abſque continuatione. nam illæ quæ continuantur adinuicem in fruſto magno carnis habentes latera,aut rotunda,ſunt malæ:& ſimiliter malæ duplices in quarū uentre unius altera uariola continetur ſunt malæ:ſignificatur enim multitudo materiæ,& uirtutem non habere æqualem proportionem ad expellendum materiam,ſm plurimum prouenit ex diuerſitate materiæ.ideo non expellit materiam æqualiter ſecundum omnem partem:immo ad unam plus,ad aliam minus.

Albæ uero paruæ,duræ,propinquæ, difficilis exitus: licet faciant exiſtimari in principio rei ſalutem: tamen timetur in eis quòd difficilis fiat earum maturatio, & fiat cum eis mala diſpoſitio ægri,& perueniat per eas ad perditionem: quoniā cauſa in eis eſt groſſitudo materiei.

Hic eſt quartus canon,& ultimus ſumptus a colore in quo dicit quòd albæ,paruæ,propinquæ,difficilis exitus,licet faciāt exiſtimare ſalutem in principio cum apparent,tamen timetur in eis.ſ.in proceſſu:quia difficulter maturantur: & fiat in eis mala diſpoſitio ęgri,& quòd proueniat ad mortem: quoniam cauſa in eis eſt groſsities materiæ,quæ difficulter expellitur, & difficulter maturatur. Pro quo nota quòd color albus facit medicum in principio ſperare,& forte promittere ſalutem non conſiderans reliqua ſigna.Nam ſi conſideraret propinquitatem ſignificantem,& multitudinem materiæ,& duritiem cū albedine,quæ ſignificant groſsitiem materiæ phlegmaticæ, & difficultatem exitus,quia tarde apparuerunt poſt eius ebullitionem,& tarde procedunt:quod ſignificat paruam proportionem uirtutis ad materiam.potius deſperaſſet quàm ſperaſſet: propterea non ſit facilis ad prognoſticandum.

Et de ſpeciebus malarum timoroſarum quæ plerunque interficiunt,ſunt illæ,quarum diuerſificatur egreſſio: nam quandoque apparent,& quandoque occultantur, & proprie quando apparent uiolaceæ:& ſimiliter tenaces, quarum operatio non ceſſat a debilitate uirtutis,& uiridificatione membri, & nigrificatione eius,perdunt.Et ſi uiriditas, & nigredo quibus ſuccedit reſudatio non faciunt cadere uirtutem, immo addi tur cum eis uirtus:non ſunt mortiferæ: ſed fortaſſe cadere faciunt in ulcera,& quæ currunt curſu eorum.

In præſenti parte ponit canones iudiciales ſumptos ex modo exitus.d.quòd de ſpeciebus malarū timoroſarum, quæ plerunq; putrefiunt,ſunt illæ quarum diuerſificatur egreſsio. nam quandoq; apparent,quandoq; occultantur, & ex hoc ſignificatur malignitas materiæ,quam uirtus non poteſt regulare: ergo ſi apparent uiolaceæ ſignificatur materiæ uenenoſitas. Similiter tenaces ſic dictæ,quia multum tenent membrum ſm latum,& profundum:aut quia tenent ipſum intus,& non exeūt, uel quia multa ſe tenent ſimul:uel quia materia eſt tenax,uiſcoſa,non obediens uirtuti expellentium, non ceſſant debilitare membrum uiridificare,& nigrificare perdunt. ſi tamen uiriditas & nigredo quibus ſuccedit reſudatio .ſ. uirulentiæ non faciunt cadere uirtutem,immo addatur cum eis uirtus, non ſunt mortiferæ,ſunt enim criticæ:quia tamen materia eſt maligna & uenenoſa faciunt ulcera mala, & melancholica corroſiua, difficilis curationis:& quæ currunt curſu eorum: & forte ſit alicuius membri corruptio:& eſt ſermo ſimilis ei qui ſcribitur ſecundo prognoſticorum.ibi.Si leuior.

Et ut ſit febris,deinde uariolæ,ſaluius eſt quàm ut ſint uariolæ præcedentes: deinde conſequatur eas, & accidat ſuper eas febris.

Hic ponit canonē iudicialem ex ordine. d. quòd eſt ſaluius ꝙ febres præcedant uariolas,quàm ꝙ uariolæ præcedant feb.

Contra quia oppoſitum huius dicitur ſecunda fen quarti.capitulo de ſignis ſumptis ex parte puſtularum. ubi ſic ſcribitur, cum acuta feb.prouenit ad apoſtemata titillicorum.i.ſubaſcellarum,& locorum emunctoriorum,& extremitatum eſt deterius quàm ut ſint primo illa apoſtemata:deinde ſequatur ea fe. cauſa putredinis:quamuis etiam illud ſit malum. Dicendum quòd Auic.ſecunda primi.loquitur de ſuperuentu apoſtematum ad febrem febre remanente.ſed hic loquitur de feb. recedente,taliter quòd uariolæ ſint laudabilis criſis illius fe. quod quidem melius eſt,quàm quòd incipiant uariolæ:& fe .ſequatur quæ perſeueret cum illis.illa enim feb. eſt propter aliquas uariolas intrinſecas:quarum materia non putruit a principio: ſed poſtea putrens facit feb. Secunda reſponſio ꝙ feb.faciens apoſtemata titillicorum ſit ephemera:quod poteſt eſſe,quia ſequitur dolorem apoſtematis:aut ſequitur caliditatem putridi humoris inflammantem ſpiritus: qui recipientes calefactum

esse ponunt caliditatem fientem in corde: quãuis putridi uapores ad cor non perueniant. sed fe. sequens uariolas fit putrida, uariolę enim non fiunt solum in cute: sed in profundo: poterũt ergo aliquæ materiæ frigidæ tardæ ad putrẽdum, difformes tamen s̃m partes subtiliores expelli, & facerę uariolas exterius, parte grossiori uariolante interius quę materię postea putrẽt, & faciunt putridam febrem: cum ante uariolationem non putruerunt: & expulsæ fuerunt sine ebullitione præcedente. hoc enim est deterius, quia nescimus ad quid istæ terminabuntur, quàm quòd habuerit febrem, quæ iam recessit per superuentũ uariolarum: sed ꝙ aliquis habeat febrem putridam, & post illã sequantur apostemata titillicorum, & extremitatum, quamuis putrida recesserit, peius est quã ꝙ habeat apostemata, ad quæ sequitur feb. ephe. illa enim debilitas est per putredinem recedentem, nec talis crisis permutationis est omnino salua: cum apostemata facta per uiam ꝑmutationis sint mala: & similiter ulcera sequentia ea quando natura expellit ab ea residuum materiæ. quarta quarti. tractatu de ulceribus. Et hic nota pro cõfirmatione primæ solutionis: & intellectu textus Aui. secunda quarti. ꝙ in pestilentiis uidebis magis saluari illos in quibus incipiunt apostemata: & postea sequit̃ feb. quã illos in quibus incipit fe. & postea apostemata sequunt̃ eadẽ die: uel secũda. significat̃ .n. maior obediẽtia materiæ: & maior proportio uirtutis ad eam cum prius materia expellatur extra, quàm faciat febrem & econtra minor obedientia, & minor proportio.

Et illud quidem quod plurimum considerare oportet in esse patientis variolas, est eius anhelitus, & ipsius vox, nam ipsa duo cum remanent bona, est res salua. Et cum videris anhelitum patientis variolas consequentem, & similiter patientis morbillum, tunc existima casum virtutis: aut apostema diaphragmatis. deinde cum vides sitim vehementem fieri, & angustia assiduat, & ea quæ apparent infrigidantur, et variola, et morbillus virides fiunt: tunc iam percipitur æger mori: et festinat illud si variolæ fuerint de genere earum: quare egressio, et apparitio tardantur.

Hic ponit canones iudiciales ex accidẽtibus: & habet octo partes, sicut octo sunt partes. secunda ibi § Et plurimum eorũ. § tertia ibi § Cum uideris uiolaceos. § Quarta ibi § Et quando festinat. § quinta ibi § Et fluxus uentris. § sexta ibi § Et alhumera. § septima ibi. § Et multoties quidem. § octaua ibi § Et colores plũbini. § In prima parte dicit ꝙ illud quod maxime considerari oportet in esse patientis uariolas, est eius anhelitus, & ipsius uox. nam cum ista duo remanent bona, res est salua. significatur enim materiam expulsam esse a membris nobilibus, & maxime spiritualibus quibus saluis raro accidit mors propter uariolas. Esset tamen possibile ipsum mori ex fluxu uentris sequente uariolas. secundo dicit ꝙ cum uideris anhelitum patiẽtis uariolas: aut morbillos consequentem idest ualde frequentem existima casum uirtutis: aut apostema diaphragmatis. hęc enim duo sunt maxime apta frequentare anhelitum. tertio dicit ꝙ cum uideris sitim uehementem: quæ sequitur fortem inflammationem, & reclusionem materierum interius, & angũstia assiduat: quæ significat magnum nocumentum in spiritualibus, ut non possit in uno situ quiescere: & infrigidantur extrema propter caloris diminutionem, & reuocationem eius interius: & uariolæ & morbilli uirides fiunt: quod significat materiam malignam: tunc manifeste æger tendit ad mortem. & festinat illud scilicet mors: si uariolæ fuerint de genere earum: quarum egressio, & apparitio tardantur. significatur enim parua proportio uirtutis ad materiam.

Et plurimi eorum qui moriuntur per variolas moriuntur præfocati ex synanche: et quãdoque moriuntur per casum virtutis cum rasura intestinorum, et fluxu ventris.

Hic est secundus canon. Quòd multi qui moriuntur per uariolas moriuntur præfocati ex synanche: & quandoque ex casu uirtutis cum rasura idest dysenteria. fit autem dysenteria aut quia intestina uariolantur, aut quia materia fluens per intestina ipsa excoriat.

Et cum videris violaceas de variolis et morbillis profundari: tunc scias quòd superueniet ægro syncopis.

Tertius canon. Cum uideris uiolaceas de uariolis, & morbillis profundari: tunc scias quòd ægro superuenit syncopis. significatur enim conuersio uenenosæ materiæ uersus cor.

Et quando festinat ad mingendum sanguinem, et succedit ei vrina nigra, tunc est mortiferum: præcipue quando est illic casus virtutis.

Quartus canon. Quando festinat ad mingendum sanguinẽ; & succedit urina nigra post mictum sanguinis: tunc est mortiferum: & præcipue cum illic est casus uirtutis. mictus enim sanguinis in fe. acuta est mortalis, significans repletionem sanguineam, & acuitatem ebullitionis. significatur enim ex hoc præfocatio, ut scribitur secundo huius de urina rubea: cum ergo peruenit ad præfocationem, mingit urinam nigram per uiã extinctionis caloris: & hoc significat casus uirtutis. si enim esset urina critica uirtus esset fortis.

Et fluxus ventris viridis, sanguineus, aut lotiuus, non cum casu virtutis.

Hic est quintus canon. Quòd fluxus uentris uiridis, sanguineus, aut lotiuus absq; casu uirtutis non est mortalis. nam per ebullitionem contingit materias fieri uirides in membris nutritiuis: & ex eis aliquid expelli per uentrem: similiter aliquid sanguinis expelli propter eius superabundantiam, & ebullitionem. Item propter calorem colliquatiuum, aliquid humidum aquosum liquefieri, & sanguini permixtum fluere. & primus erit fluxus uiridis. secundus sanguineus. tertius lotiuus: sicut lotura carnis recentis. Si ergo non uides casus uirtutis non iudices mortẽ: sed de hac materia in de fluxibus abunde dicit.

Et alhumera est aliquid de variolis, et morbillis.

Hic est sextus canon. Quòd alhumera est aliquid de uariolis, & morbillis. est enim eius dispositio in qua procedit ebullitio quædam postquàm fiunt pustulæ quædam in cute sed maiores quàm sint uariolæ, & paucæ numero in comparatione ad uariolas: unde existimandum est aliquam partialem ebullitionem fieri in quibusdam humoribus superfluis.

Et multoties quidem variolatur homo duabus vicibus, quando aggregatur materia ad expellendum bis.

Septimus canon. Et multoties uariolatur homo duabus uicibus, quando aggregatur materia, quæ bis expellitur. Auer. quarto colliget dicit ꝙ solum accidunt uariolæ semel. Auic. dicit ꝙ quandoq; accidunt bis. Ras. decimosexto continentis. dicit ꝙ quondoque accidunt bis, aut ter. Sed pro tollenda hac apparenti contradictione, dicendum ꝙ de menstruali infectione semel accidit, cum fit ebullitio complete separatiua, & si acciderit bis esset ualde extraneum. & esset cum per ebullitionem unam, non esset complete facta rectificatio: sed uariolæ ex malitia ciborum, & aeris, bene possunt bis, ter, & amplius euenire. & hoc Auic. innuit cum dicit quando aggergatur materia ad expellendum bis.

Et coloris plumbini sunt variolæ: quarum bothor in facie, et pectore, et ventre sunt plus quàm in cruribus, et pedibus, et sunt malæ: et significant materiam grossam, quæ non expellitur ad extremitates.

Octauus canon. Quando uariolæ coloris plũbini fiunt plus in facie, uentre, & pectore quã in pedibus, & cruribus: & sunt malæ significantes materiam grossam, quæ non expellitur ad extremitates: fiunt enim ex materia phlegmatica admixta materiæ melancholicæ quæ propter grossitiem non potest expelli ad extrema: sed pellitur ad propinqua, in quibus pori sunt magis aperti: & maior uiget caliditas.

Signa apparitionis variolarum. Cap. VII.

QVandoque antecedunt apparitionem variolarum dolor dorsi, et pruritus nasi, et timor in somno: et punctio vehemens in membris corporis, et grauitas communis, et rubedo in colore faciei, et oculi, et lachrymæ: et inflammatio, et multitudo alicum, et saltus, cum constrictione anhelitus, et raucedo vocis, et grossitudo sputi, et grauitas capitis, et dolor capitis, et casacam, et exiccatio oris, et angustia et dolor in gutture, et pectore, et tremor pedis apud resupinationẽ, et declinationẽ ad ipsam: et cũ hoc toto febris cõclusa.

Hęc

Hæc pars poteſt diuidi in tot partes, quot ſunt ſigna. & hæc ſigna antecedunt apparitionem uariolarum: non quòd ſemper adſint hæc omnia ſigna: ſed quædam antecedunt aliquas, quædam alias. Dolor dorſi ſequitur extenſionem uenæ chilis, & arteriæ ahorti: quæ incedunt ſecundum longitudinẽ dorſi, quæ extenſio fit a multitudine ſanguinis, & eius ebullitione: & ſequitur etiam ſuperfluam caliditatem pruritus: quia materia tẽtat apertionem orificiorũ uenarum, quæ ſunt in naribus, ut ſanguinẽ expellat, timor ĩ ſomno ex uaporibus motis ad caput, & ibi retẽtis, qui in uigiliis reſoluebanẽ. Et repletio ſuperfluo aggrauans eſt cauſa ſomniorum: & multoties ſomniant ſe comprimi: punctio uehemens in membris corporis: quia materia iã penetrat, & facit uariolas. Grauitas communis toti corpori propter multitudinem ſanguinis in toto, rubedo faciei, & oculi propter ſanguinem ebullientem in partibus illis: & propter uapores calidos: lachrymæ ex liquefactione humiditatũ. inflammatio, quia propter ebullitionem in toto ſentit ſe totum inflammari. multitudo alicũ ex multis uaporibus qui petunt brachia quos natura tentat excutere. ſaltus. i. iectigatio ex eiſdem uaporibus, conſtrictio anhelitus propter magnam repletionem, & multitudinem uaporum in partibus ſpiritualibus. raucedo uocis ex nocumento gutturis, & cannæ pulmonis a multitudine uaporum, & præſentia materiæ uolentis illas partes uiolare. groſsitudo ſputi, quia eliquantur materiæ a capite ad guttur: & ab eadem ingroſſantur, & exiccantur: & fortaſſe hæc eſt cauſa raucedinis. Grauitas capitis, & dolor eius. Eſt enim dolor grauatiuus capitis, una ex quindecim ſpeciebus doloris. & hęc ſequitur multitudinem ſanguinis: per dolorem uero intelligit aliam doloris ſpeciem: ſicut extenſiuũ ab eadem cauſa, aut pulſatiuum a ſuperflua caliditate. Caſacã. i. tremor cordis ex ſanguine ebulliente circa ipſum. exiccatio oris, cuius cauſa nota eſt. & anguſtia ex nocumento ſpiritualium. & eſt quia ſentit ſe præfocari: nec poteſt in uno loco quieſcere. dolor in gutture, & pectore: quia incipiunt materię illis partibus exire ut uariolentur: & ſunt ibi partes ſenſitinę. Tremor pedis apud reſupinationem, & declinationem ad ipſum: intellige de tremore proprie ſumpto, apud reſupinationem. i. cum mouetur, ut reſupinet ſe, & declinationem ad ipſum. ſ. reſupinari, uel ad ipſum. ſ. pedem, ut ſe reſupinet. nam propter malum ſitum pedum in uoluendo ſe, & materiæ agitationem, apparet magis eorum tremor, quàm in ipſo quieſcẽte, hoc tamen eſt commune ad quemcunq; ſitum ſe uertat. Sed de motu ad reſupinationem exemplificat. eſt enim maior labor in mouendo, quàm in quieſcendo. Item materiæ & ſpiritus magis in motu agitantur, quam in quiete. & hæc quotidie ſenſibus ſubiacẽt. Et cum hoc toto. i. in omnibus his ſignis fe. concluſa. eſt enim ſynocha ſecundum plurimum, licet aliquando uiſum ſit ad interpolatas ſequi uariolas: ſed paucas, pauca exiſtente materia: immo aliquando fiunt ſine febre.

De morbillo. Cap. VIII.

Scias quòd morbillus omnis eſt uariola cholerica: & non eſt differentia inter ea ambo in plurimo reliquarum diſpoſitionum: niſi quia morbillus eſt cholericus: & quòd ipſe eſt minoris quantitatis, & quaſi ipſe non pertranſit cutẽ, & non eſt ei altitudo de qua curetur proprie in principio ſui. Variolæ uero in principio ſuæ apparitionis eſt eminentia, & altitudo, & morbillus eſt minor uariolis: & minus accidit oculo, quàm uariolæ.

Quamquam dicta de uariolis, morbillis accommodentur, placuit tamen Auic. pro completiori doctrina agere in ſpeciali de morbillis. Et primo ponit differentias inter morbillos, & uariolas. ſecundo ponit ſigna ſalutis. prima in duas. primo ponit differentiam ex parte cauſæ quorundã, & conſequentiũ. ſcđo ex parte ſignorum apparitionis. ſcđa ibi { Et ſigna apparitionis. } In prima parte dicit quòd omnis morbillus eſt uariola cholerica: & non eſt differentia inter uariolas, & morbillos niſi ex parte cauſæ, & accidentium quæ cauſas conſequuntur. morbillus enim fit a cholera, ſiue a ſangnine cholerico. Ex quo ſequitur quòd ipſe eſt minoris quantitatis: & quaſi non pertranſit cutim: & non eſt altitudo de qua ſit curandum: & proprie in principio. uariolis autem in principio eſt eminentia, & altitudo. & morbillus eſt minor uariolis: & minus accidit oculo, quàm uariolæ, quare materia eius in eo non retinetur ſed exhalat, non ita uariolarum, cum ſit groſsior.

Et ſigna apparitionis eius proxima ſunt ſignis apparitionis uariolarum: uerum lachrymæ in eo ſunt plures, & anguſtia, & inflammatio eſt uehementior, & dolor dorſi minor: quoniam cauſa eius in uariolis eſt repletio ſanguinea, & extẽdens uenam poſitam ſuper dorſum: nam generatio uariolarũ eſt propter multitudinem ſanguinis corrupti, & morbilli propter uehementiam malitiæ ſang. corrupti pauci. Et morbillus ſecundum plurimum egreditur ſubito, & uariolæ aliquid poſt aliquid.

In parte præſenti ponit ſigna morbillorum antequam appareant. d. quòd ſunt proxima ſignis apparitionis uariolarum, fiunt enim per ebullitionem præcedentem ſicut uariolæ. uerũ lachrymæ ſunt plures in morbillis propter acuitatem materię pungentis oculum, & anguſtia, & inflammatio uehementior propter intenſionem caliditatis materiei, dolor dorſi minor: quia cauſa eius in uariolis eſt repletio ſanguinea extendens uenam chilis poſitam ſecundum longitudinem dorſi. maior autem eſt hæc repletio ſanguinea, ſequuntur enim multitudinẽ ſanguinis corrupti, ſed morbilli eius acuitatem, & paucitatẽ. Et morbillus ſecundum plurimum egreditur ſubito: quia in ſecunda die, aut in tertia incipit apparere: & poſtquam incepit ualde cito egreditur propter ſubtilitatem materiæ: uariolæ autem incipiunt poſt tertium ſecundum plurimum: & paulatim, & tarde egrediuntur.

De ſignis ſalutis eius. Cap. IX.

Sunt ſicut ſigna ſalutis uariolarum: nam ille qui eſt uelocis proceſsionis, & apparitionis & maturationis eſt ſalus: & durus & uiridis, & uiolaceus eſt malus: & qui eſt tardæ maturitatis, frequentis ſyncopis, & anguſtiæ eſt pernicioſus: & qui occultatur iterum ſubito, eſt malus faciens ſyncopim.

Quæ dicit, nota ſunt ex præcedentibus: ſed ſumendo ſigna ſalutis ſunt febres non ualde fortes, quæ notabiliter remittuntur, aut auferuntur in apparitione morbillorum: uelox eorum apparitio, & proceſsio, maturatio, mollities, color rubeus. Econtra fe. intenſa ualde, quæ non ſedatur in apparitione morbillorum, tarda apparitio, durities, color uiridis, uiolaceus, aut niger: frequens ſyncopis, & anguſtia uehemens, & occultatio poſt apparitionem, ſigna ſunt mortis.

Dubitat Gentilis utrum magis properet aduentus morbillorum, quàm uariolarum: & uidetur quòd ſic, quia pendent a materia calidiori magis ebullitioni parata, quàm materia uariolarum. Econtra uero uidetur quòd uariolæ debent magis properare: quia pendent a materia poſsibili magis ratione multitudinis uirtutem ſtimulante. Item uariolæ ſunt magis appropriatæ ætati humidæ: econtra morbilli, ſed prior ætas eſt magis humida. Reſpondet Gentilis nondum eſſe deciſum hoc dubium: cum nullius rationes militent contra aliam: neq; etiam experientia hoc decidi poſſe. Sed tenendum eſt in aliquibus morbillos magis properare. ſ. in habentibus complexionem calidiorem, aut etiam ſicciorem: aut utentibus regimine declinante ad calidum & ſiccum: & econtra in regimine & complexione cõtrariis magis properare uariolas. Aſpectus autem cœleſtes nunc uelocitant uariolas, nunc morbillos.

De cura. Cap. X.

Oportet in uariolis ut incipiatur, & extrahatur ſanguis ſufficienter, cum conditiones fuerint, & ſimiliter ſi morbillus fuerit cum repletione ſanguinis, & ſpatium illius eſt uſque ad quartum. Sed quando procedunt uariolæ, non oportet tunc ut adminiſtretur phlebotomia, niſi inueniatur uehementia repletionis, & dominium materiæ, tunc. n. phlebotometur quantitate, quæ exiccet, & conuenientius quidem, quòd in hac adminiſtratur ægritudine eſt phlebotomia:

& ſi

& si phlebotometur uena nasi, confert iuuamentum fluxus sanguinis narium, & tuentur partes superiores a malitia uariolarum: & est facilis super infantes.

Primo curat uariolas. secundo præseruat quædam membra a nocumento uariolarum. tertio eradicat uestigia. secunda ibi [Membra quæ oportet.] in principio sequentis capituli. tertia ibi [In hoc quidem loquimur.] in principio tertii. Primum capitulum diuido in quatuor partes. In prima ponit curam antequam appareant. In secunda quando inceperunt apparere. In tertia quando complete egressæ sunt, & apparet maturatio. In quarta quando incipiunt exiccari. secunda ibi [Cum ergo pertransierit.] tertia ibi [Et quando egrediuntur.] quarta ibi [Et quando incipiunt uariolæ.] Prima in duas. In prima ponit curam per phlebotomiam, & sibi similia. In secunda ponit cibationem, & regimen medicinale conueniens tēpore ebullitionis. secuuda ibi [Oportet ut fiat.] prima iterum in duas. nam in prima facit quod dictum est. In secunda probat. secunda ibi [Et quando necessaria est phlebotomia.] In prima parte dicit. Oportet ut in uariolis incipiatur ab extractione sanguinis sufficienter, cum conditiones fuerint. s. uirtus, ætas, & similia. & similiter in morbillo quando aderit repletio sanguinea. Et spatium extractionis sanguinis est usque ad quartum. i. quousq; incipiunt apparere uariolæ: sed quando procedunt, tunc non fiat phlebotomia, nisi adsit uehementia repletionis, & multitudo materiæ: nam in eo casu licet apparuerint phlebotometur quantitate, quæ exiccet. i. minoret. nam conueniētius quòd administratur in hac ægritudine est phlebotomia. secundo dicit quòd si phlebotometur uena nasi confert, & similiter fluxus sanguinis narium: & tuentur partes superiores. s. facies a nocumento uariolarum. Et est facilis super infantes. s. tam phlebotomia nasi, quàm fluxus sanguinis narium: facile enim tolerant utrunque: non ita facile phlebotomiam uenarum magnarum.

Et quando necessaria est phlebotomia, et non phlebotomatur iterum complete, timetur super ipsum corruptio extremitatis, et similiter timetur quandoque simili illi, super illum cuius aßiduatur extinctio, et uenter soluitur.

In parte præsenti probat necessitatem phlebotomiæ. d. ꝙ quando necessaria est phlebotomia. s. propter multitudinem, & non sit complete. i. sufficienter secundum exigentiam repletionis, timetur super infirmum corruptio extremitatis. i. alicuius membri extrinseci propter fluxum multæ materiæ ad illud unde forte fit in eo cancræna, & similia. & similiter timetur quandoque simile illi. i. corruptioni super illum ægrum cuius assiduatur extinctio. i. superflue infrigidatur. materia. n. nō potens exire propter nimiam frigiditatem ingrossantem, & compingentem eam, & poros claudentem, retenta interius corrūpit aliquod membrum intrinsecum: & forte extrinsecum remanens prope cutim, & non exiens: & soluitur uenter. i. aliquando accidit fluxus uentris. s. propter omissionem phlebotomiæ, cum. s. materia est plurima: aut propter nimiam infrigidationem, nam ipsa non minorata, cum phlebotomia, neque exterius expulsa propter nimiam infrigidationem conuersa interius facit fluxum uentris, qui frequenter est mortalis. facienda itaq; est phlebotomia, aut aliquid gerens uicem eius, cum repletio est magna, neq; superflua fiat infrigidatio. Notandum pro declaratione partis quòd cum in uariolis fit ebullitio in sanguine, optima est eius euacuatio. unde consentiente uirtute, & ætate fieri debet & copiosa secundum exigentiam repletionis: ita ut Rasis dicat decimooctauo continentis esse aliquando phlebotomandum usq; ad syncopim, tum propter euacuare multitudinem, tum propter sedare ebullitionē. Ego tamen non auderem facere tātam phlebotomiam in hàc fe. quamuis sit synocha, quantum in aliis synochis, quæ nō terminantur per uariolas, timens ne huiusmodi crisis per uariolas impediretur. hæc tamen phlebotomia debet fieri tempore ebullitionis, antequam appareant uariolæ, quæ frequenter apparent in quarta die. Et post earum apparitionem, siue sit in quarta, siue ante, siue post, non debet fieri phlebotomia, nisi in casu in quo esset magna repletio: nam tunc dato quòd apparuerint est apud. A. facienda phlebotomia minoratiua. s. a. iiij. ℥. usque ad. vi. nec propter hanc phlebotomiam timendum est materiam conuerti interius, & crisim impediri; cum uenæ in tanta repletione propter leuem phlebotomiā non inaniātur: ita ut trahāt materiam intra: immo potius uirtus alleuiata erit potentior ad expellendum residuum. Si uero uirtus, & ætas non sufferent phlebotomiam magnarum uenarum quæ sunt in manibus: & pedibus: dicit Aui. phlebotomandum esse uenam, quæ est in extremitate nasi. Sed hæc communiter omittitur, quia difficulter inuenitur: & interdum trahendo materias ad nasum, difformat ipsum, & est potius nocumenti quàm iuuamenti: ut innuit Aui. in quarta primi de phlebotomia, sed prouocatio fluxus sanguinis narium est conueniens. Ego autem in his infantibus credo conuenire uentosas cum scarificatione, aut sanguisugarum appositionem. cum hoc enim quòd minorant materiam, trahunt eam exterius: qđ non ita facit phlebotomia. Secundo nota quòd licet tempore ebullitionis sit infrigidandum: non tamen extreme infrigidandum propter causas dictas: unde non conuenit syrupus de papauere, aut potus aquæ frigidæ multæ: sicut conuenit in aliis synochis: sed infrigidantia applicita exitus exterius nullo modo competunt: sicut epithemata, & similia: etiam si ebullitio esset fortis. sed neq; existente ebullitione forti est multum operiendus pannis: aut aliter multum calefaciendus: sicut inferius dicetur.

Et oportet ut fiat in eis cibatio in primis cum eis in quibus est confortatio cum repercußione, et extinctione, absque constrictione naturæ, et inspissatione sanguinis, sicut ꝙ fit de iuiubis cũ tamarindis, et cas. fist. et cũ eo ꝙ fit ex dactylis ĩmaturis, & ex lẽtibus præparatis. et issidebegi, et lenificatio uehemẽs. Et similiter oportet, ut sint cũ istis tamarindi, et quæ eis cõueniũt. Et cibus factus ex cucurbita, et melõ alraki: immo oportet ut sit natura lenis in prĩcipio, et sit intẽtio in eis ĩ quibus lenitur, ut in tamarindis. Et si nõ obedit cũ eis, addatur super eos siracost cum facilitate, et cautela, et tereniabin, aut infusio prunorum: et confert quandoque si in potu detur in principio apparitionis uestigiorum uariolarum pondus drach. iij. de rob dactylorum syluestrium cum uno de trochiscis cãphoratis: & syrupus de dactylis immaturis est uehementis iuuamenti in huiusmodi hora.

In hac parte ordinans regimen cibale, & medicinale conueniens tempore ebullitionis: dicit quòd debet cibari in primis. i. tempore ebullitionis cum eis quæ confortent, repercutiant, extinguant. s. caliditatem superfluam, inspissent sanguinem absque constrictione naturę. i. uentris: sicut quod fit de iuiubis, tamarindis, cassia: & hoc mihi uidetur magis medicina quàm cibus: & potest sic ordinari. ℞. pulparum iuiubarum. xx. tamarindorum. ℥. ij. flor. cas. ʒ. ij. misce: & fac electuariũ quod est partim nutritiuum, partim stypticum, ratione tamarindorum inspissatiuum sanguinis, ratione iuiubarum infrigidatiuum, & lenitiuum, ratione horum trium, & est dosis una. potest tamen ex his fieri decoctio, & assumi debite calida: & cum eo quod fit ex dactylis immaturis qui infrigidant, stypticant, & ingrossant, & est magis cibale, & ex lentibus præparatis. i. decoctis abiecta prima aqua. & isfidebegi, dicunt quòd est mica panis cum zuccaro. & lenificatio uehemens. i. cibi in quibus est notabilis lenificatio misceantur cum cibis stypticis, ita ut fiat utrorumq; mutua refractio: ut per horum mixtionem leniatur uenter, & membra intrinseca confortetur: propter quod subdit, similiter oportet ut sint cum istis tamarindi, & quæ conueniunt eis: sicut pruna, & cibus factus ex cucurbita, & melon alraki. i. melon palæstinus habens collum longum, ut cucurbita: uocatur apud arabes melon indus. Et subdit, immo oportet ut sit natura. i. uenter lenis in principio: & intentio in eis cum quibus uenter lenitur, sit sicut in tamarindis. i. quòd lenitio sit facilis, & si non obedit. s. uenter cum eis. s. tamarindis, addatur super eos siracost cum facilitate, & cautela, & tereniabin, & sunt ambo species mannæ: aut infusio prunorum. q. d. lenientia debent esse facilia. semper enim in hac passione timendus est fluxus, & confert quandoq; si in potu detur in principio apparitionis uariolarum pondus. ʒ. iij. de rob dactylorum syluestrium cum uno de trochiscis de camphora, & syrupus de dactylis immaturis est uehementis iuuamēti in hac hora, infrigidat enim & ingrossat, & hæc quandoq; in principio

pio apparitionis conueniunt. quando scilicet est uehemens ebullitio, aliter non conueniunt: ut statim dicetur. Et ex his aperte comprehendis quòd regimen tam cibale, quàm medicinale debet esse frigidum ad sedandum ebullitionem, stypticum ad confortãdum membra intrinseca nobilia, ut repellant a se materiam: & inspissatiuum sanguinis ut æquetur eius substantia, est enim nimis subtilis in uariolis per admixtionẽ choleræ: & debet esse partim lenitiuum ne uenter nimis constringatur: & debet esse pauci nutrimenti: ita ut diæta sit tenuis tẽpore ebullitionis. Hæc huiusmodi infrigidantia administrata ante apparitionem uiolarum non tollunt ebullitionem perfectiuam: sed bene remittunt ne superfluat, ne sanguinis rectificationes corrumpantur. Sed in principio apparitionis tam regimen cibale, quàm medicinale debet esse calidũ, aut tẽperatum in actiuis: nisi forte fe. superfluat. sit tamen transitus gradatus de regimine infrigidante ad calefaciens. Et nota quòd quãuis dictum sit quòd regimen tam cibale, quàm medicinale debet esse lenitiuum, ut educantur superfluitates in intestinis cõtentæ, non tamen debet esse solutiuum eligendo: immo nec multũ lenitiuum, ne forte sequatur fluxus uentris, qui frequenter est mortalis tam in principio, quàm in processu, propterea dixit Auicen. Si non obedit cum tamarindis, addatur siracost cum facilitate & cautela: quia ponendo per paruam quantitatem. Ego autem ubi uenter sit nimis stypticus sto contentus clysteribus lenitiuis. Si uero ascellat semel in die, omitto clysteria.

Cum ergo pertransierit ægritudo diem secundum & incipiunt variolæ apparere: tunc fortasse erit infrigidatio causæ erroris magni: ex eo quod retinet superfluitatem interius, & delationem eius super membra principalia: & fortasse non fit eis possibile procedere, et apparere, accidit inquietudo, et angustia: et fortasse accidit nausea.

In hac parte ponit curam quando incipiunt apparere. secundo ponit medicinas conuenientes tempore ebullitionis. secũda ibi § Medicinæ ingrossantes. § Prima pars in quatuor. primo ponit canones in his quæ intus sumuntur, & ponit medicinas. secundo in his quæ extra occurrunt. tertio in phlebotomia. quarto. ponit quosdam alios canoñ. speciales. secunda ibi. [Et oportet ut non approximent.] tertia ibi: [Et fortasse phlebotomia.] quarta ibi. [Et quandoque accidit.] Prima in duas. in prima ponit canones. In secunda medicinas: secunda ibi § Immo opportet. § Primo dicit quòd quando pertransierit ægritudo scilicet febris diem secundum, & incipiunt uariolæ apparere innuens, quòd raro apparét nisi post secundum diem: tunc fortasse erit infrigidatio causa erroris magni eo ꝙ retinet superfluitatem interius, & delationem eius super membra principalia, & fortasse non est posibile eas procedere, aut apparere, unde accidit inquietudo, & augustia, & forte nausea nocumento ori stomachi communicato. Dixit autem fortasse, nam dato quòd apparerent, & esset feb. magna, esset præstantius infrigidare aliquantulum, quàm calefacere: quia temperãdo caliditatem superfluam, uirtus fiet potentior ad expellendum: & sic magis iuuabit hoc modo, quàm nocebit poros claudendo.

Immo oportet vt iuuentur superflui tates in huiusmodi dispositione, cum eis quæ faciunt ebullire, et aperiunt oppilationes: sicut fœniculum, et apium cum zuccaro, et succus eorum: aut decoctio radicum, seminum, et fortasse odoratur aliquid de croco: et aqua ficuum est bona valde: ficus enim sunt vehementis expulsionis ad exteriora: et illud est una de causis euasionis a nocumento earum.

In ista parte describit quasdam medicinas. d. immo oportet ut iuuetur superfluitas scilicet ad exeundum in huiusmodi dispositione idest in hoc tempore, cum eis quæ faciunt ebullire, & aperiunt oppilationes: sicut fœniculus, & apium faciendo ea bullire in aqua, & in decoctione illa aliquid zuccari ponendo: & succus eorum conuenit maxime cum zuccaro syrupizatus: aut decoctio radicum, & semen eorum: aut similium calefacientium, & aperientium, & fortasse odoratur. i. ponitur aliquid de croco cum his quæ dicta sunt: facilitant enim exitum superfluitatis, & cor confortant: & forte naribus odoreẽ, ut trahat superfluitates extra in partibus faciei. & aqua ficuum est ualde bona, facit enim materias exire ad cutim. quapropter secundo canone faciunt pediculos, & rectificant colorem corruptum mouẽdo sanguinem exterius. ficus enim uehementer expellunt materias ad exteriora, quæ est una de causis euasionis a nocumento earum.

Et de illis quæ conferunt ualde in huiusmodi hora est, ut sumatur laccæ ablatæ. drach. v. lẽtium excorticatarum drach. vij. dragaganthi. drach. iij. deinde coquantur cum libris. v. aquæ usquequo remaneat quarta lib. unius, et detur in potu.

Et de illis conuenientibus in hac hora est hoc. Recip. laccæ albutæ quæ calefacit, & aperit, & confortat membra naturalia drach. v. lentiũ excorticatarum. drach. vii. dragaganthi. drach. iii. quæ duo defendunt pulmonem a nocumento uariolarum, & etiam intestina. bulliant in lib. v. aquæ, quousque remaneat quarta lib. unius. & detur in potu: & certe male poterit bibi nisi misceatur cum aliquo liquore.

Et de illis quæ sunt uehementis iuuamenti ad faciendum apparere uariolas est, ut sumantur ficuum citrinarum. drach. vij. lentium excorticatarum. drach. iij. laccæ. drach. iij. dragaganthi, seminis fœniculi ana. drach. ij. decoquantur cum lib. v. aquæ donec remaneat ex ea fere tertia, & coletur, & detur in potu de ea: expellit enim caliditatem a partibus cordis, & prohibet pulsum cordis.

Et de illis quæ multum iuuant ad faciendum apparere uariolas est, ut sumantur ficuum siccarum. drach. vii. lentium excorticatarum. drach. iii. laccæ. drac. iii. dragaganti, se. fœniculi ana. drach. ii. decoquanẽ in lib. v. aquæ donec remaneat fere ex ea tertia. coleẽ & deẽ in potu de ea. hoc similiter bibi nõ potest nisi misceatur cum aliquo liquore: expellit enim caliditatem a partibus cordis, & prohibet pulsum eius. hoc enim facit mouendo materias exterius.

Et oportet ut nõ approximet ei in hac hora oleum aliquod omnino. Et oportet ut regatur, & elongetur ab aere frigido, & proprie in hyeme, & fiat cum illo illud quod fit cum sudante: frigus enim oppilat poros, & redire facit materias retro. Et multitudo potus aquæ frigidæ cum niue: & introitus in domo uenti mala sunt ualde, & fortasse phlebotomia est mala propterea quòd repellit, et conuertit illud quod procedit, quare caueatur post duos dies, aut tres.

Hic ponit canones in his quæ extra occurrunt. Et primo dicit quòd nullum oleum approximetur ei in hac hora. s. quando incipiunt apparere: quia impedit exitum earum claudendo poros sui uiscositate: & debent elongari ab aere frigido, & proprie in hyeme. frigus enim oppilat poros, & redire facit materias intus. unde seruetur in eo regimen quod seruatur in sudãte: quia cauere debet a uento & aere frigido: nam si sudantes ab extra infrigidantur nauseant. secundo problematum. 19. problemate. tertio dicit quòd multitudo potus aquæ frigidæ, idest frigidatæ cum niue, & introitus in domo uenti sunt mala ualde. est enim mos arabum, & saracenorum frequenter uti aqua cum niue infrigidata, quæ omnino debet caueri postquã inceperunt uariolari. Nam antequam incipiant apparere conceditur decimooctauo continentis. ad sedandum ebullitionẽ fortem: licet credam multum potum aquæ frigidæ rarissime conuenire: quia non nisi in ebullitione fortissima. Et fortasse in hac parte dicit phlebotomiam esse malam: propterea quia repellit & conuertit intus illud quod debet procedere extra: quare caueatur post duos dies, aut tres scilicet postquam inceperunt apparere. Sed de hoc dictum est supra quantum est opportunum.

Et quando accidit ex coopertura pannorum & calefactione quasi syncopis, aut accidit syncopis, tunc necessariũ est regimẽ aeris, qui attrahitur, et reuerti ad odores cãphoræ, et san-

dalorum:& si non fuerit excusatio quin detegatur corpus domui uenti, aut aeri frigido, paulatim fiat, & similiter quando adiutorium est cũ calefactione: aut dimißione infrigidationis.

Hic ponit quosdam canones. Primus quãdo accidit ex coopertura, & calefactione quasi syncopis.i.lipotomia, aut accidit syncopis: tunc necessarium est regimen aeris qui attrahit. qui debet esse frigidus. est enim cõueniens odorare sandalos, & camphoram, ut infrigidẽt, & cor confortent. Et si non fuerit excusatio quin detegatur corpus uẽto: aut aeri frigido fiat paulatim; & similiter est paulatim procedendum de auxilis frigidis ad calida, quãdo necessitas exposcit de frigidis ad calida procedere. Et est hic aphorismus secundæ particulæ. Omnia secundum multum, aut repente calefacere, & infrigidare, &c.

Et quando incipiunt exire, & non inuenitur cum exitu earum alleuiatio: immo inuenitur caliditas inflammata, & lingua ad nigredinem decliuis: tunc caue ne calefacias.

Hic est secundus canon. Quòd quando incipiunt, & non inuenitur cum exitu earum alleuiatio: immo inuenitur caliditas inflammatiua, & lingua ad nigredinem decliuis, tunc caue ne calefacias: significatur enim multitudo materiæ, cuius licet aliquid exiuerit: remanet tamen multa intus continuans ebullitionem. & forte ebullitio illa est corruptiua, & non perfectiua: quare est infrigidandum.

Et oportet ut tu alienes ab habentibus uariolas, & morbillum emplastrationem uentris: in hac enim est timor constrictionis anhelitus subito: & quòd accidat fluxus uentris malus, & mictus sanguinis.

Tertius canon. Ventres habentes uariolas non sunt emplastrandi, & maxime cum frigidis, aut stypticis. in hoc enim timetur constrinctio anhelitus subito: & quòd accidat fluxus uẽtris malus, & mictus sanguinis, materia conuersa interius. Cõtra hunc canonem procedunt medici cum uariolis associãtur uermes, uomitus, aut fluxus uẽtris: applicant enim medicinas exterius pro horum curatione: sed errant. Aliis enim ingeniis est procedendum in horum curatione.

Et in fine eius oportet ut conseruetur natura: & cibetur loch lentium, sicut sunt lentibus elixatis duabus elixationibus cum renouatione aquæ: & loco lentium almakid cum tamarindis, & lentibus factis acetosis, & aqua granatorum, & sumach, & agresta, & his similibus.

Quartus canon. In fine eius.i. processu conseruetur natura .i. uenter ne fluat & cibetur loch.i. succo lentium sicut sunt, nihil aliud ultra lentes addendo, lentibus elixatis duabus elixationibus cum remotione aquæ ut uirtus nitrosa solutiua existens in superficie lentium remoneatur. & loco lentium cibetur almakid.i. cibo facto ex farina hordei, & lacte extracto butyro cum tamarindis. Sed ponatur parum de eis: quia leniunt. Aliter almakid.i. dactilis & lentibus factis acetosis cum aqua granatorum, sumach, & agresta: non autem cum aceto, quia abraderet intestina.

Medicinæ autem ingrossantes sauguinem & infrigidantes eum, & prohibentes eum ab ebullitione, quæ in initio præcipiuntur sunt, sicut rob ribes, agresta, & aqua fructuum frigidorum: & syrupus alcori proprie: & syrupus altelea: & syrupus de zumar. Et syrupus quidem alcori habet descriptiones plures, quas diximus in antidotario. Et dicemus hic descriptionem fortem mirabilem: & est illa quæ fit cum aqua lactis acetosi iterati: & uirtus eius est uehemens ualde. Descriptio est hæc. Sume rob alcori partes duas, si autem non fuerit tibi præsens, Accipe alcori, & fac serrare ipsum, & accipe serraturã eius: aut mole ipsum, et misce molitum eius cum medietate sui de sandalis in aceto distillato: aut ĩ aqua agrestæ puræ diebus aliquot: deinde decoquatur in eo decoctione cum facilitate cũ longitudine donec dissoluatur: deinde exprimatur et sumatur de succo, & quanto acetum, aut aqua agrestæ est plus tãto est melius: deinde sumatur aqua adog abstracto butyro mundificata a sua caseitate adog: aut cum colatione ultima, quæ fit dimittendo residere: aut cum decoctione, sicut est decoctio aquæ casei, donec separetur aquositas: deinde sumatur farina hordei & fiat ex ea: & aqua lactis acetosi focha, & fiat acetosum illud focha: deinde coletur, postea sumatur illud focha: & sit in eo de subtili aqua hordei: & fiat acetosum: & quanto plus iteratur, tanto est melius. Sumantur ergo de eo partes .v. & sumatur aqua pirorum de seni, & aqua cytoniorum acetosorũ plurimæ aquæ: & aqua granatorum acetosorum, & aqua pomorum acetosorum plurimæ aquæ: & aqua alzaru: & aqua lymonis, & aqua prunorum acetosorum, & aquæ dactylorũ in primis cum incipiunt apparere expressorum: & aquæ alcori recentis, & aquæ mororum de seni, quæ non maturantur integre, & aqua chrysomelorum immaturorum, & acetosorũ: & succi agrestæ, & succi ribes, & succi præputiorum uitis, et succi rosæ persicæ: et succi nenufaris, et succi uiolarum omniũ ana tertiam partis unius: et succi acetositatis citri, et succi acetositatis citranguli ana duas tertias partis unius: succi coriandri, et lactucæ et foliorum papaueris humidi, et endiuiæ, et portulacæ ana quartam partis unius: succi foliorum salicum: foliorum malorum, et foliorum pirorum, et foliorum azarur, et foliorum rosarum, et foliorum uirgæ pastoris ana quartam partis unius: succi herbæ hircinæ: et rosarum siccarum, et nenufaris sicci: et succi berberis sicci, et seminis endiuiæ, et seminis lactucæ, et balaustiarum, et nenufaris ana medietatem decimæ partis unius. et succi menthæ humidæ sextã partis unius, et succi berberorum humidorum medietatẽ partis: aggregentur medicinæ et succi, et componãtur super ignẽ: et ponantur in eis de lentibus partes quatuor, et de hordeo excorticato partes duæ, et de sumach partes tres, et de granis granatorum partes tres, et decoquantur omnia ad ignem donec remaneat medietas: deinde dimittatur donec infrigidetur et confricetur fortiter, et coletur, et sumatur de camphora ad omne pondus .ccc. drach. pondus aur. 1. et teratur camphora, et pulnerizetur super radicem cucurbitæ, aut kimiæ, et fundatur super ea medicina cum facilitate: deinde ligetur caput eius cum re uehementis fortitudinis: deinde ponatur super prunas donec sciatur quòd forsitan seruet, et concutiatur, et ponatur in uitreata, et stringatur caput eius, ut non perdatur camphora, et lutetur: et dosis eius sit usque ad .drach. x. Et de hominibus est qui ponit in ea spicæ, et zingiberis, et seminis fœniculi, et anisi, et cyperi, et piperis partes æquales secundũ quantitatem quæ ei uidetur.

Hic describit medicinas conuenientes in principio tempore ebullitionis & patet. aqua.s. succus frigidorum fructuum, sicut pirorum, cydoniorum, & syrupus altelea.i. de piris: de zumar.i. de sorbis s͞m aliquos: sed zumar est germen siue pustulatio palmæ syluestris. secũdo canone. & syrupus alcori .i. de palmis syluestribus habet multas descriptiones dictas in antidotario tractatu quinto ubi dicitur syrupus alkedit, uel alkedic. ℞. alcorum.i. syluestrium palmarum. Est autem palma arbor dactylorum syluestrium: & omnes partes eius sunt stypticæ partes duas: sicut exempli gratia lib. ij. si autem habueris alcori.i. palmas recentes syluestres fac serrare ipsum iam siccatũ: & accipe serraturam eius: aut mole ipsum.s. diuisum in partes paruas cum molis molendini, ut fiat sicut farina. Quæ dicit in hac descriptione lõga pro maiori parte nota sunt. Aqua adog. .i. lactis acetosi. focha.i. potus factus ex hordeo & aliis rebus. & ceruisia est species eius apud Simonem, siue potus: focha est species ceruisiæ. citranguli.i. arancii. & barba hircina s͞m Aui. est planta hypoquistidos. Crater est nomen uasis. cimmen nomen alterius uasis. Descriptio huius syrupi est nota, & uirtus eius est infrigidatiua, ingrossatiua, & sedatiua ebullitionis idest nõ ponitur in ea zuccarum, neq; mel: sed ponitur succus menthæ ad stomachi confortationem: quidam homines addũt quædam calida ad remittendum frigiditatem superfluam medicinarum frigidarum, pororum apertionem, & membrorum confortationem.

Et

Et quando egrediuntur uariolæ cum complemento, et pertransit septimus, et apparet in eo maturatio, tunc necesse est ut rumpãtur cum acubus de auro, et auferatur humiditas cum coto.

In parte præsenti curat uariolas in statu: & primo aperiendo eas. secundo saliendo eas, ut exiccentur. tertio docet eas quibusdam aliis ingeniis exiccare. secunda ibi § Salitio autẽ. § tertia ibi § Et fumigatio. § In prima parte dicit quando egrediuntur uariolæ complete: & pertransit septimus ab initio apparitionis, & apparet maturatio completa: tunc necesse, idest utile est ut rumpantur cum acubus de auro. est enim præstantius quàm ferrum, ad aperiendum, & cauterizandum propter bonitatem, & proprietatem suæ complexionis, & sectio facta cum ære facilius curatur, quàm facta cum ferro. prima problematum trigesimoquarto problemate, & auferatur humiditas cum coto: utilitas apertionis est: quia non derelinquunt ita crustæ uestigium.

Salitio autem necessaria est, et cum uolueris salire: tunc elonga salitionem ab eis, quas erupisti de magis dolorosis ex propinquo: illud enim facit dolorem: immo sali illas quæ sunt præter eas, et dimitte claudens cum eo uiam orificiorum suorum: donec sugant salem suum: et non saliantur ante complementum maturationis: illud enim fortasse faciet accidere dolorem uehementem, et apostema. Et salitio quidẽ est res, quæ est necessaria postquam maturantur: et illud quidem fit cum aqua salis in qua est uirtus croci: et si aqua illa est aqua rosata tunc est melius, et aqua in qua decoquuntur tamariscus et lentes, et rosæ, deinde salitur, est ultima, et proprie si ponũtur iterum in ea camphora, et sandali. hæc enim salitio maturat, et exiccat, et facit cadere cum uelocitate.

Salitio autem qua tamen hoc tempore non utimur, est ad festinam eorum exiccationem: sed non saliendæ sunt dolorosæ: nec quæ de nouo apertæ sunt, neque immaturæ. fortasse. n. accideret dolor fortis & apostema. Sed pro salitione. ℞. aquę rosꝭ. ℥. 1. salis. ʒ. i. croci. ℈. s. dissolue simul. uel. ℞. tamarisci, lentiũ, rosꝭ. añ. ʒ. ij. aquæ li. i. bulliant simul quousq; lentes decoctæ sint: sed rosæ ponantur ad bulliendum in fine: deinde colentur. & pro unaquaq;. ℥. addatur salis. drach. i. aut minus: & hæc est ultima. & proprie si ponatur pro unaquaq;. unc. aquæ camphoræ gra. i. sandali. ℈. s. hæc enim salitio exiccat & maturat: & proprie per crocum si quid fuerit incomplete maturum: & facit uelociter cadere eas, modus autem est ut cotum in huiusmodi aqua tepida infusum uariolis applicetur: & aliquanto dimittatur tempore: & hoc aliquoties fiat: exiccat, & facit eas cadere uelociter.

Et suffumigatio cum tamarisco est iuuatiua ualde, et in hyeme oportet ut applicetur æger incensioni ex tamarisco. Et quando uariolæ sunt uehementis humiditatis: tunc necessaria est suffumigatio cum myrto, et folijs eius. Et de regimine bono apud maturitatem uariolarum paruarum, et magnum uoluntatem exiccationis earum est, ut dormiat patiẽs uariolas super farina rizi, et milij, et hordei, et fabarum, et magis conueniens est, ut ponas ipsam impletionem culcitræ quæ sit rara in qua penetret uirtus. Et folia cupresi sunt bona in hoc, et oleum malum est in hac hora, quoniam prohibet exiccationem.

Hic docet aliis ingeniis exiccare, primo suffumigiando cũ tamarisco, & applicando partes uariolatas igni ex tamarisco. Item suffumigatio cum grano myrti, lignis, & foliis eius. secundo quando non essent ex toto maturæ faciendo ægrũ dormire super farina rizi, hordei, milii, fabarum, aut aqua earum, aut impleatur culcitra rara his farinis, & iaceat super eam, & super panno subtilissimo posito immediate super farinam. & folia cupresi sub linteamine posita conferunt ad hoc. & omne oleum tempore exiccationis est uitandum, nam sua oleaginitate prohibet exiccationem.

Et quando incipiunt uariolæ exiccari: tunc oportet ut liniatur super eas ex medicinis prædictis cum uirtute croci. Et quando accidunt ex uariolis ulcera confert unguentum albũ et proprie permixtum cum aliquantulo camphoræ, et rasura radicum cannæ cum aqua rosata, aut rasura uenarum arboris salicis, aut arboris azarur. Et quandoq; confert unguẽtũ de cerussa et litargyro. Et quando sunt in naso crustæ confert ceratum factum cum oleo ros. puro cũ uirtute cerussæ, et clymiæ. Et administratio alicuius olei post exiccationẽ, et apud ulcerationem est bona: apud exiccationem quidẽ cũ eo quod facit cadere cum uelocitate, et apud ulcerationẽ, propterea quòd ipsum est materia emplastri, et unguenti. unguentum quidem rubeum bonum est ad ulcera uariolarum.

Ponit curam uariolarum quando incipiunt exiccari. d. ꝙ liniatur super eas ex medicinis prædictis. s. farina rizi, milii, & similibus cum pauco croci miscendo cum aliquo liquore, utpota oleo rosꝭ. & similibus. crocus maturat, & sedat dolorẽ. Et quando accidunt ulcera ex uariolis confert unguentum album camphorizatum. Item rasura radicum cannæ quæ uocatur arundo, cum aqua rosꝭ. Item rasura radicum arboris salicis, aut arboris azarur. & est species piri. pro ipsa accipimus radicem arboris sorbæ. Et quandoque confert unguentum de cerussa, & lithargyro. Et quando sunt in naso crustæ confert unguentum factum ex oleo ros. puro. i. facto solum ex oleo, & rosis cum uirtute cerussæ & clymiæ: quæ. s. sint solum infusæ in eo, & colatæ, & sit clymia argenti, aut plumbi. & administratio alicuius olei quando sunt exiccatæ: & quando remansit ulcus confert remolliendo, & faciendo cadere crustas ipsarum: sed ratione ulcerum confert: quia est materia unguentorum simul cum cera. & unguẽtum rubeum est bonũ ad ulcera uariolarum, uide ipsum, quinto canone, tractatu nono.

De obseruatione membrorum, & defensione eorum a nocumento uariolarum, & morbilli. Cap. XI.

Membra quæ oportet custodiri a nocumẽto uariolarũ sunt sicut guttur, & oculus, & partes superiores narium, et pulmo, et intestina: hæc enim membra sunt illa quæ ulcerantur.

In hoc capitulo defendit quædam membra a nocumento uariolarum. in sequenti remouet uestigia earum. Hoc primũ capitulum habet tres partes. In prima enumerat mẽbra quæ oportet custodiri. In secunda ponit nocumenta quæ accidũt unicuique eorum. In tertia curat. secunda ibi § Fortasse quidem. § tertia ibi § Conseruatio autem. § In prima parte dicit quòd membra custodienda a nocumento uariolarum sunt guttur, & oculus, & partes superiores narium, pulmo, & intestina. hæc enim membra ulcerantur, supple, & alia nocumenta patiuntur.

Fortasse. n. oculus destruitur, et fortasse accidit in eo albugo. In gutture uero fortasse accidit præfocatio, et fortasse accidunt ulcera quæ prohibent deglutionem in meri, et fortasse perueniunt ad hoc ut sit illic corrosio perniciosa. In superioribus uero partibus narium fortasse accidunt ulcera, quæ stringunt meatus odoratus. In pulmone uero fortasse accidit ex bothor uariolarum et morbilli, constrictio anhelitus uehemens, et fortasse faciunt cadere in phthisim cum ulcerantur. In intestinis fortasse accidit excoriatio cui succurrere est difficile.

Hic ponit nocumenta quæ incurrunt hæc membra. & habet quinq; partes. sicut quinq; sunt hæc membra quæ nocentur. partes patent. Primum membrum est oculus qui fortasse destruitur, & aliquando rumpũtur tunicæ & humores egrediuntur, & fortasse accidit in eis albugo. In gutture uero accidit præfocatio cum uariolæ fiunt in epiglotti. & aliquando fiunt uariolæ & ulcera in meri quæ prohibẽt deglutitionẽ. & aliquando ulcera illa fiunt corrosiua ducentia ad perniciem meri. In superioribus partibus narium aliquando accidunt ul-

cera supple,& uariolæ quę stringunt meatus odoratus. In pulmone uero aliquando accidit ex pustulis uariolarum, & morbillorum constrictio anhelitus uehemens, & aliquando cum ulcerantur faciunt phthisim. In intestinis accidit excoriatio cui difficile est succurrere propter ulcera derelicta ex uariolis, & propter materiam acutam fluentem per intestina ipsa excoriantem.

Conseruatio autem oculi melior est, vt fiat alcohol oculo cum almuri, & aqua coriandri: & aqua rosa. in qua iam posita sunt sumach, & camphora & proprie in primo die: & cum almuri solo: & similiter fiat alcohol cum alchol nutrito ex aqua coriandri & aqua sumach posita in ea camphora, & succus pulpæ granatorum est bonus iterum in principio. Cum vero apparent, tunc facere alcohol cum aqua rosa. & camphora est magis conueniens. Et dictum est quòd facere alcohol cum napta alba est bonum in hoc. Et oleum de fisticis est de eis quibus utuntur mulieres in regione nostra post variolas, & euentum nocumenti in oculo: & eradicat caliginem si fuerit, & rectificat oculum, & collyrium album est bonum valde apud apparitionem bothor. Conseruatio autem oris, & gutturis est sicut suctio granatorum, & suctio granorum eius in principio, & suctio mororum de seni, & gargarizatio cum rob eorum: & proprie quando conqueritur de dolore in eis, & tunc oportet vt lambatur de robeorum aliquid post aliquid. Sed superiores partes narium cum epithematione ex memithe & sandalis & rob agrestæ, & aceto. Et odorare acetum solum est vehementis iuuamenti. In conseruatione vero pulmonis non est quod sit sicut lohoc ex lentibus lene cum semine papaueris. Intestina autem plurimum quidem oportet vt conseruentur post inceptionem cum stypticis. Et cum incipit solutio ventris in fine ægritudinis curetur cum trochiscis de spodio, & ribes, & trochiscis de semine acetosæ.

Hic succurrit nocumentis horum quinque membrorum dicens: quòd conseruatio oculi, ne incurrat nocumenta uariolarum, est ut fiat collyrium cum almuri idest de hor. ut Recip. almuri de hordeo. ℈. s. aquæ coriandri. aquæ rosa. ana. ʒ. ii. in quibus posita sint in infusione sumach. ℈. s. cāphoræ gr. ii. misce & proprie in primo die ante aduentum uariolarum. Item cum almuri solo dissoluto cum aliqua ex aquis. unde Auicen. secundo cañ. cap. proprio: fit ex eo alcohol. in principio uariolarum, & prohibet bothor ab oculo. Et similiter fiat alcohol idest collyrium. cum alcohol idest puluere subtilissimo nutrito ex aqua coriandri. Hic autem puluis potest esse ex almuri exiccato postea nutrito dissoluto cum aqua coriandri. Item aqua sumach posita in ea camphora: & succus pulpæ granatorum est bonus: & iterum in principio ante apparitionem. Cum autem apparent, tunc magis conueniens est facere alcohol idest collyrium cum aquæ ros. unc. s. camphoræ gran. vi. & non cum ualde stypticis. prohibentur enim in principio ophthalmiæ & pustularum fortia styptica: & laudantur styptica non multum frigida. Sed de hoc in ophthalmia dixi quantum est opportunum: & dictum est quòd alcohol idest collyrium cum nepita alba quæ est oleum petroleum est bonum ualde: sed non in principio: immo potius in fine ad remouendum albuginem, & similia. Et oleum de fisticis est de illis quibus utuntur mulieres in regione nostra post uariolas ad euentum nocumenti in oculo, & eradicant caligiñe idest uestigium caligans oculũ, & collyrium idest sief album in oculo collyrizatum est bonũ cum apparent bothor. Conseruatio autem oris, & gutturis fit suggẽdo succũ granatorũ expressum ex toto granato. Item succũ eorũ in princ. Item suctio mororũ de seni, & gargarizatio cum rob eorum: & proprie cum conquerit̃ de dolore in eis: & bonum est ut lambat de rob eorum aliquid post aliquid. Sed superiores partes narium conseruentur cum epithematione ex memithe, & sandalis, & rob agrestę, & aceto quod epithema debet potius intus poni, quàm exterius: & odorare acetum solum est uehementis iuuamenti. In conseruatione autem pulmonis non est aliquid ita conueniens sicut succus lentium scilicet coctarum cum semine papaueris, qui potest lambendo sumi. Intestina autem debent conseruari cum stypticis sumptis, & clysterizatis: & cum incipit solutio uentris. in fine. idest in processu ægritudinis curetur cum trochiscis de spodio, de ribes, de semine acetosæ sumptis cum aliquo liquore: sedeant enim febres, & sistũt fluxum uentris: sed pro completa notitia recurre ad tertiam, quintam, nonã decimam, & decimamsextam tertii.

De eradicatione vestigiorum variolarum. Cap. XII.

IN hoc quidem loquemur vice alia cum loquemur de decoratione: nunc vero dicemus illud quod est magis conueniens, & magis pertinens. Et de eis quæ eradicant vestigia variolarum iterum sunt radices arundinum, & sarcocolla, & semen melonis, & cortices eius exiccati, & rizi abluti, et aqua hordei, et albumen oui, et creta rara, vel lutum rarum, et lithargyrum et zuccarum tabarzet, et amylum et amygdalæ dulces, et amygdalæ amaræ. Et de oleis oleum de lilio, et oleum de fisticis, et adeps asini cum oleo ros. et quæ sunt eis similia, et aqua quæ fit in vulga cameli, quæ assat est vltima. Et de illis quæ sunt fortiora est spuma maris, et lapis piperis, et costus, et ammoniacum, et thus, sapo cum baurach. et ossa vetusta adusta, et semen raphani, farina raphani exiccati, aristolochia, lupini. Et de cibis rectificantibus colorem plumbeum sunt granata dulcia, et cicer, et vinum bonum, vitelli ouorum sorbilium, ius gallinæ, et alcobugi, et alduragi impinguati. Et oportet vt aßiduet habens ea balneationem. Et de compositis est vt sumas oßium adustorum, et stercoris ouini antiqui, et ostracorum nouorum, et amyli, et seminis melonis, et rizi abluti, et ciceris omnium ana. partes. x. et granorum alben, et lupinorum, et costi et aristolochiæ longæ omnium ana partes quinque, et radices arundinis siccæ partes. xx. Fiat ex eis epithema cum aqua melonis, aut cum aqua cucumeris syluestris: aut cum aqua hordei, aut cum aqua fabarum: et liniatur cum eo membrum, et abluatur in mane cum decoctione violarum. Aliud, ostracorum nouorum, oßium antiquorum, radicis arundinis, persicæ, amyli, seminis melonis: rizi abluti, granorum granatorum, costi partes æquales. fiat ex eis gumera: Et iterum lupini, et cicer nigrum liniatur cum eis.

Primo promittit se locuturum septima huius de hac materia. secundo ponit quædam conuenientia. secunda ibi [Et de eis.] Et hæc pars diuiditur in quatuor. In prima ponit simplicia quædam debilia: deinde fortia. In secunda cibos rectificantes colorem plumbeum. In tertia regimen per balneum. In quarta medicinas compositas. secunda ibi { De cibis. } tertia ibi { Oportet. } quarta ibi { Et de compositis. } Et quæ dicit in omnibus his partibus nota sunt. Lutum rarum idest lapis piperis secundum aliquos est lapis inuentus in spongia ad similitudinem piperis: aut intellige lapillum qui diu stetit in pipere. alcobugi idest perdix, alkuragi & auragi idem sunt quod turtur: sed in uno ponitur al, qui est articulus apud arabes. gumera est medicina cum qua mulieres fricant faciem, ut se decorent. Et nota quòd hæ medicinæ communiter applicantur de nocte: sed postea in die abstergunt faciem ab his medicinis cum sacculo pleno furfuribus, & uiolis quem infundunt in aqua calida, & faciei applicant toties quòd fiat bona abstersio. Ideo dicit Auicen. prope finem capituli: & liniatur membrum cum eo scilicet in nocte. In mane uero cum decoctione uiolarum lauetur. Cura uariolarum triplex habet regimen primum debetur tempore ebullitionis antequàm appareant. secundum postquam apparuerint usque ad completam exiccationem. tertium

Triplex regimen in cura uariolarum.

tium est commune utrique. Primum regimen habet duas intentiones, prima est euacuatio. secunda est digestio sub qua comprehenditur ebullitionis sedatio. Prima intentio. s. euacuatio completur cum phlebotomia, & aliis modis sanguinē minuentibus. si ergo uirtus & ætas consentiunt fiat phlebotomia ex uena cōmuni in brachio dextero, & hauriatur quantitas sanguinis secundum exigentiam repletionis, & uirtutis tolerantiam: quæ quantitas sanguinis debet esse aliquādo multa immo usque ad syncopim exclusiue secundum Rasim. 18. continentis. Sed credo præstantius esse plethora existente magna partiri phlebotomiam. exempli gratia. primo phlebotomatur uena communis dextra. secundo sinistra: & hauriatur sanguis secundum exigentiam. Si uero non consenserit, sicut est communiter, uentosetur cum scarificatione: & sanguisugæ apponantur spatulis, aut naribus, aut prouocetur sanguis ex naribus. huic tamen euacuationi si uenter fuerit stypticus præmittatur clystere lenitiuum in communi forma magis aut minus declinans ad frigidum secundum exigentiam febris: nec in ipso ponantur solutiua eligentia.

Secunda intentio est digestio sub qua comprehenditur ebullitionis sedatio, quæ perficitur cum frigidis ingrossantibus moderate stypticis: non tñ uentrem constringentibus, sicut aqua decoctionis hor. & iuiubarum cum syrupo de granatis, aut de acetositate citri, aut lymonis, agrestæ, ribes, & similibus: aut sine his. quæ digestiua debent esse frigida magis in morbillis, quàm in uariolis. & ad humi. & siccum, aut temperiem in actiuis. Regimen secundum debitum uariolis postquàm apparuerint habet tres intentiones, prima est eductio superfluorum ad cutim, quæ sunt materia uariolarum & morbillorum usque ad earum maturationem. secunda est ipsarum maturarum apertio. tertia ipsarum exiccatio. Prima intentio completur cum calidis subtiliantibus, aperientibus oppilationes, & ducentibus materiam ad cutim. sint tamen admixta aliqua quæ confortent, & tueantur membra intrinseca a nocumento. Et nota ꝙ quamuis hæc debeāt esse calida: sint tamē in initio remisse calida & caliditas sicut remittitur febris augendo procedat. Et ex optimis quæ eligi ex Auicen. possunt est. Recip. ficuum citrinarum numero sex: lentium coctarum abiecta prima aqua. drach. iii. laccæ. drach. i. dragaganthi: fœniculi ana. ℈. ii. incidantur ficus, & cum reliquis bulliant in. ii. lib. aquę usque ad consumptionem medietatis & coletur. hic possunt aromatizari cum gran. iii. croci. secundo materia ducatur ad cutim cum debita coopertura pannorum, ita ut caleat: non tamen superflue: & si panni sint rubei trahunt exterius ratione similitudinis, & non competunt olea neque alia exterius applicita prohibentia exitum. Secunda intentio scilicet ipsarum maturarum apertio completur cum acubus de auro, & fugatur humiditas fluens cum coto: sed melius est ut remoueatur aliquid cum forpicibus de pelle, ne reclaudantur. Tertia intentio scilicet ipsarum exiccatio completur suffumigando cum tamarisco, & ex foliis myrti & eius granis. & Auicen. docet iacere super farina rizi, milii, fabarum & similium: & præcipit salitionem quæ non est in usu: sed medici nostri Veneti tangunt eas cum foliis absinthii uiridis: & hoc tempore cauendum est ab oleo, & humectantibus. Oleum tamen conuenit post eorum exiccationem ad faciendum crustas cadere: & quia est materia unguentorum.

Tertium regimen habet duas intentiones, una est correctio accidentium, altera est regimen sex rerum. Prima intentio completur subueniendo syncopi sequenti superfluam caliditatem cum spiratione aeris frigidi, & odore camphoræ & sandali, & paulatim discooperiendo eum in aere frigido. Dolor autem qui sequitur maturationem uariolarum sicut in manibus, & pedibus, sedatur infundendo loca in aqua calida: & accelerat maturationem. & eruptionem earum: & confert cum extrema infrigidantur ponere ea in aqua calida. ulcera autem subsequentia uariolas curantur cum unguento albo camphorato: sed putrefactiones extremitatum curantur cura cancrenę. Variolæ futuræ in oculo subuenitur cum aqua ro. in qua infusum sit sumach: & si est magna caliditas ponantur pro. unc. i. aquæ suprascriptæ grana. iii. camphoræ: sed inchoante pustula in oculo prima die, postea addatur his parum sief albi: & curetur cura pustulæ oculi. uestigio autem & caligini remanenti in oculo subueniatur cum zuccaro candi: & apud Auicen. cum oleo de fisticis. Sed prohibendum nocumentum oris & gutturis suctio succi granatorum expressorum cum tota substantia confert. Similiter suctio mororum, & diamoron cum aqua ros. in earum augmento, & in statu diamoron cum aqua hordei & passularum: & tueantur partes superiores narium cum aqua ros. & agresta: & pulmo cum diadraganto: & intestina cum trochis. de spodio, & clysteriis propriis in dysenteria sed uestigia uariolarum prohibentur ne fiant ligando manus pueri, aut aliter prohibendo ne scalpant: & epithemetur cum hoc unguento. recip. farinæ lentium, lupinorum, fabarum, orobi, lithargyri, cerussæ ablutæ, clymiæ ana. drach. ii. cum oleo de lilio & axungia asini fiat unguentum & linimentum. Aliud Ras. recip. lithargyri nutriti, radicis arundinis, ossium uetustorum, farinæ cicerum, farinæ rizi, se. melonum mundorum, ben, costi, ana. quantum libet, hic cū mucillagine fœnugreci. & se. lini misceantur: & ex altero eorum facies eorum epithemetur de nocte, & in mane abstergatur cum sacculo ex furfure, & uiolis infuso in aqua calida. Secunda intentio scilicet regimen sex rerum patere potest ex dictis: sed diæta debet esse infrigidans, & ingrossans aliqualiter styptica: non tamen uentrem constringens declinans ad siccum in uariolis, & in morbillis ad humidum. Et debet cauere tempore ebullitionis a carnibus, ouis, & uino. postea debet ingrossari diæta quanto magis accedit ad sanitatem: & in summa sit proportionata regimini medicinadi.

De febribus apostematum. Cap. XIII.

IAm sciuisti dispositiones febrium, quæ sequuntur apostemata apparentia: & quòd sunt secundū plurimū de genere febrium diei, cum apostemata ista secundum plurimū non perueniant ad cor, nisi cum calefactione sua absque sua putredine: & plurimum quidem horum est a causis primitiuis. Cum autem peruenit putredo eorum ad cor, propter suam magnitudinem, aut propter suam propinquitatem, fit feb. fortasse non de genere feb. diei. Et plurimum quidem similium horum nō fit nisi a causis antecedentibus corporeis, & repletionalibus crudis: & quandoque fiunt ex vlceribus, ad quæ trahuntur materiæ malignæ, retinentur in carnibus mollibus.

Primo ponit quæ febres sequantur apostemata tam intrinseca, quàm extrinseca. secundo signa. tertio curam. partes patent. Primum capitulum diuiditur in duas partes. In prima ponit quæ febres sequantur apostemata extrinseca. secundo quæ sequantur apostemata intrinseca. secunda ibi § Febris autem. § In prima parte dicit quòd tu iam sciuisti scilicet in ephemera scilicet ex apostemate cuiusmodi febres sequantur apostemata extrinseca: & quòd secundum plurimum sint de genere febrium ephemerarum, cum secundum plurimum apostemata ista non perueniant ad cor nisi cum calefactione absque putredine idest calefaciunt cor non mitten do uaporem putridum ad ipsum. secundo dicit quòd plurimum horum apostematum est ex causis primitiuis, quando faciunt feb. ephemeram. tertio dicit quòd cum fortasse idest aliquando peruenit putredo, idest putridus uapor ad cor pro pter suam magnitudinem, idest apostematis: aut propter suam propinquitatem ad cor sicut quando esset in subascellis: aut sub mamilla sinistra, non fit febr. ephemera: sed supple fit febris putrida. quarto dicit quòd plurimum horum, scilicet apostematum quæ faciunt febr. putridas non perueniunt nisi a causis antecedentibus corporeis, sicut sunt malæ complexiones oppilationes, & a causis repletionalibus crudis, idest ab humoribus replentibus indigestis. quinto dicit quòd hæc apostemata quando fiunt ex ulceribus supple, uel pustulis ad quæ ulcera attrahuntur materiæ malignæ, & retinentur in carnibus mollibus, quæ sunt in locis emunctoriis sicut post aures, propter ulcera labiorum menti, & colli, & in

subascellis propter ulcera manuum,& in inguinibus propter ulcera in uirga,aut in pedibus. Hæc tamen apostemata facta in locis emunctoriis quandoque faciunt putridas, quandoque ephemeras iuxta aphorismum, In bubonibus omnes febres malæ demptis ephemeris.

Febres autem quæ sequuntur intrinseca apostemata fortasse non fiunt ex applicatione calefactionis ad cor sine putredine.

In parte præsenti ostendit quæ febres sequuntur apostemata intrinseca. secundo ponit quasdam diuersitates febrium sequentium apostemata. In tertia ponit canones. secunda ibi § Et uehementiores. § tertia ibi § Et scias. § In prima parte dicit quòd febres quæ sequuntur apostemata intrinseca fortasse non fiunt ex applicatione caliditatis ad cor sine putredine. nam ab apostemate intrinseco facile putridus uapor peruenit ad cor propter propinquitatem ad cor, & propter uiarum rectitudinem & amplitudinem. econtra ab apostemate extrinseco. aliquando tamen accidit ab apostemate intrinseco fieri ephemeram propter sui paruitatem, & distantiam sicut a paruo apostemate existente in extremitate intestini recti: immo quædam apostemata intrinseca nullam faciunt feb. sicut glandulæ,& scrofulæ: & similes quæ non sunt calidæ nec per se,nec per accidens.

Et uehementiores quidem febres fiunt ab apostematibus intrinsecis, quando sunt ex genere erysipilæ in quibusdam uisceribus, & extenditur dolor, & sitis, & inflammatio: & significant ea significationes permixtionis choleræ plurimæ cum sanguine. Et hæc apostemata intrinseca sunt sicut apostemata cerebri, & uelaminum eius, & simach auris, & gutturis quandoque: & in uelamine quod sequitur pectus: & hepate, & rene, & uesica, & matrice, & intestinis,et quæ sunt eis similia.

In ista parte ponit diuersitates harum febrium. Habet hæc pars partes quinque, sicut quinque sunt hæ diuersitates. Prima diuersitas est quòd uehementiores febres sequuntur apostemata cholerica, sicut erysipilam, quàm apostemata ab aliis humoribus pendentia. secundo dicit quòd dolor, sitis, & inflammatio intenditur in his apostematibus cholericis. tertio dicit quòd apostemata cholerica significantur per signa permixtionis plurimæ choleræ cum sanguine. quarto dicit quòd apostemata intrinseca quæ faciunt has febres sunt sicut apostemata substantiæ cerebri, & panniculorum eius, & simach, idest botium auris, siue nerui auditiui ortum habentis a quinto pari neruorum cerebri, & apostema gutturis, & apostema uelaminis pectoris, idest pleuræ. & per pleuram intellige cæteros panniculos pectoris intrinsecos.

Item apostema renis, uesicæ, hepatis, matricis, intestinorum: & his similibus sicut stomachi, splenis, mensenterii, pulmonis, & apostema cordis in hoc excedit reliqua.

Primo notandum pro declaratione partis primæ quòd apostemata cholerica sine dubio maiorem faciunt febrem quã apostemata phlegmatica, aut melancholica: sed de sanguineis est dubium. in quo tenendum est apostema cholericum maiorem facere febrem intensiue, quàm apostema sanguineum: & econtra sanguineum maiorem facere febrem extensiue propter maiorem multitudinem uaporum eleuatorum ab apostemate sanguineo, quàm cholerico.

De dolore etiam est dubium, quis sit maior, & credo quòd in eodem membro, uel proportionali maior sit dolor sequẽs phlegmonem, quàm erysipilam. Primo quia hoc experimur sæpe in apostematibus extrinsecis, nam in phlegmone magnus dolor est, erysipila fere nullus. sic etiam debet esse interius. secundo quia dolor magis sequitur solutionem continui, quàm malam complexionem, ut docet experientia. licet hoc non placuerit Auerr. sed in phlegmone maior est solutio continui, quàm in erysipila: cum sanguis sit grossior cholera. Item, quia dolor sequens phlegmonem est extensiuus, & pulsatiuus: sed sequens erysipillam est pungitiuus, qui est minor illis. Nec Auicenn. dicit oppositum huius determinationis quamuis dicat quòd dolor intenditur, aut aliter extenditur in erysipila. non enim comparauit erysipilã phlegmoni: sed apostematibus frigidis. Si tamen textus dicat extenditur, est uerum in erysipila comparata phlegmoni in qua dolor est magis extensus in membro: cum cholera spargatur per membri superficiem: sed in phlegmone sanguis magis in uno loco colligitur: licet tamen intensior sit dolor in phlegmone.

Secundo notandum quòd signa permixtionis choleræ cũ sanguine multum sumuntur ex signis complexionum quæ uide secunda primi.

Et diuersificantur febres eorum in vehementia, et debilitate secundum propinquitatem cordis, et longitudinem.

Hæc est secunda diuersitas: quòd febres diuersificantur in magnitudine, & paruitate secundum propinquitatem, & distantiam apostematum a corde. quæ enim sunt propinquiora cæteris paribus, maiorem faciunt febrem.

Et eorum iterum febres quæ sunt in membris carnosis est feb. uehementior, et eorum fe. quæ sunt in panniculis, et eorũ similibus est debilior.

Hæc est tertia diuersitas: quòd febres quæ sequuntur apostemata existentia in membris carnosis sunt uehementiores, quàm febres quæ sequuntur apostemata in panniculis & similibus quæ sunt neruosa.

Contra. oppositum uult Auicenn. secunda primi. capitu. de signis apostematum.

Dicendum quod febres dicuntur uehementiores dupliciter: uno modo in calore, & sic febris apostematum membri carnosi dicitur uehementior: quia plus de materia aggregatur in membro carnoso, & plus calefit. fiunt enim febres pluris caloris. Alio modo dicitur feb. uehemens in accidentibus quibusdam communibus. sicut dolore, uigilia, spasmo, & similibus: & sic feb. apostematum quæ sunt in membris neruosis sunt uehementiores.

Et eorum quæ sunt in uicinitate arteriarum febris est uehementior, et eorum quæ sunt in uicinitate uenarum solum feb. est debilior.

Quarta diuersitas est: quod febr. horum apostematum quæ sunt in uicinitate arteriarum sunt uehementiores, quàm feb. apostematum quæ sunt in uicinitate uenarum solum. cuius causa est: quia magis communicant cordi per arterias, quàm per uenas cæteris paribus.

Contra. quia apostemata splenis sunt in mẽbro magis arteriosa, quã apostemata hepatis. & tamen minorem facit febrẽ.

Dicendum cætera non esse paria. est enim disparitas, quia hepar communicat cordi per uenam maximam .s. per uenam chylim immediate: non autem splen immediate cõmunicat cordi per arteriam maximam. Item est diuersitas, quia hepar est maius membrum, & nobilius quàm splen. Item hepar magis uicinatur arteriæ magnæ quàm splen. quamuis ergo splen habeat plures arterias quàm hepar, quia hepar nullam habet saltem secundum gibbum, non tamen propter causas dictas sequitur ipsum debere maiorem facere fe. quàm hepar.

Et non euacuantur istæ febres a periodis secundum materias quæ effunduntur ad apostemata eorum. periodi nanque earum sunt secundum generationem earum, et secundum motum ipsarum, et secundum attractionem caliditatis, et doloris ad ea. unicuique n. humori est periodus qui sibi cõuenit. Intrinsecæ causæ periodicationis.

Quinta diuersitas. febres apostematum habent diuersos periodos secundum diuersitatem materierum, quæ effunduntur ad apostemata ipsorum febricitantium. periodi nanque earum febr. fiunt secundum generationem materierum earum, & secundum diuersum motum ipsarum ad apostemata: quando iam sunt genita, & secundum alterationem caliditatis, &

tis,& doloris ad ea ideſt ſecundum uariam attractionem ipſarum materierum ad loca apoſtemata: quæ attractio fit a calore & dolore membri apoſtemati. unicuique enim humori ineſt periodus qui ſibi conuenit.

Pro huius partis notitia eſt ſciendum, quòd Auicenn. innuit hic omnes cauſas periodicationis intrinſecas: quarum quædam de intentione Galen. ſecundo de differentiis febri, ſumuntur ex diſpoſitionibus membrorum mittentium materias ad membrum apoſtematum, quæ materiæ continentur in ipſis membris mittentibus. Quædam ſumuntur ex diſpoſitionibus ipſorum membrorum apoſtematorum attrahentium, quæ maxime attrahunt per caliditatem,& dolorem: & hic ſe tenent ex parte membrorum, de quibus loquitur Galen. loco allegato. Quædam ſe tenent ex parte diuerſificatorum ſecundum quantitatem, modum ſubſtantiæ, & ipſorum complexionem,& formam ſubſtantialem, & proprietatem reſiſtitiuam. & hæ ponuntur a multis auctoribus: præcipue ab Auicenn. in hac prima quarti. tractatu ſecundo capit. primo. quas omnes Auicen. innuit in his paucis uerbis.

Primas ſe tenentes ex parte membrorum cum dixit. periodi nanque, ſecundas ſe tenentes ex parte humorum cum dixit. unicuique humorum ineſt periodus qui ſibi conuenit. & hic uult Galen. febr. apoſtematum periodicare propter nouum motum materiæ ad membrum apoſtematum, qui motus diuerſificatur propter diuerſitatem cauſarum ſupra ſcriptarum. ſecundum plurimum tamen phlegma periodicat quotidie. cholera de tertio in tertium. melancholia de quarto in quartum. ſanguis quotidie affligit maxime propter ſuas formas ſubſtantiales,& proprietates reſiſtitiuas. Omittit autem cauſas extrinſecas ſicut regimen ſex rerum, & influxus ſupercœleſtes, quos aſtrologi ponunt. Sed de hac materia dictum eſt ſuperius quantum eſt opportunum in quæſtione de periodicatione.

Et ſcias quòd multoties ſanatur apoſtema in pleureſi, & alijs, & remanet febris: & ſignificat tunc quòd mundificatio non accidit.

Hic ponit duos canoñ. Primus multoties ſanatur apoſtema pleuriticum,& febr. remanet. & ſimiliter accidit in aliis apoſtematibus, & hic remanentia febr. ſignificat quòd non eſt facta perfecta mundificatio, & hoc accidit quando apoſtema non eſt totalis cauſa febr. immo pars materiæ quæ facit febrem, fecit apoſtema. ſtat ergo apoſtema pendens a pauca materia terminari ante febris terminationem. Sicut me ſcribente ſuper hoc capitulo euenit magnifico equiti domino Chriſtino Franciſco de Beuilaqua Veronenſi. aliquando accidit quando apoſtema non perfecte curatur: ſed euacuatis partibus ſubtilioribus remanent quædam partes terreſtres potentes febres continuare: non tamen dolorem, tuſſim, & alia accidentia propria pleureſis facere.

Et iſtæ quidem febres quandoque prolongantur & perducunt ad hecticam,& proprie quando apoſtemata ſunt in hepate. Illæ uero quæ ſunt in uelaminibus cum confirmantur, non expectant uſque ad hecticam.

Secundus canon, Et iſtæ quidem febres cum prolongantur ducunt ad hecticam: & proprie quando apoſtemata ſunt in hepate.

Contra. quia apoſtemata pulmonis deberent magis ducere ad hecticam prohibendo cordis euentationem.

Dicendum eſt quòd hectica quæ eſt quædã tabes,& exiccatio cum pauca caliditate magis incurritur propter apoſtema hepatis, quàm pulmonis, propter defectum nutrimenti, qui defectus eſt ab hepate non a pulmone: ſed hectica quæ eſt corporis areſactio cum inflammatione magis incurritur ex apoſtemate pulmonis. ſecũdo dicit quòd illæ febres quæ conſequuntur apoſtemata in uelaminibus, cum confirmantur, apoſtematibus a quibus pendent confirmatis, non expectant uſque ad hecticam, quia moriuntur prius quàm fiant hectici. Vnde Galen. decimo therapeutic. loquens de apoſtematibus diaphragmatis dicit. Multoties uidi interficere antequam cõpletur dyſpnœa,& deſipientia: ſed in quibus tales diſpoſitiones ſunt plurimum moriuntur, antequam hectica generetur. Ex his patet quòd per apoſtema confirmatum non debes intelligere apoſtema exiſtẽs in ſtatu: quia ab hoc contingit euadere. Sed per apoſtema confirmatum intelligere maxime fixum,& in malitia confirmatum.

De ſignis earum, & ipſarum iudicijs. Cap. XIIII.

CVm febribus ex apoſtematibus intrinſecis inueniunt tres ſpecies ſignorum, & accidentium ſcilicet ſigna, & accidentia ſignificantia membrum infirmum: & ſigna, & accidentia ſignificantia materiam: & ſigna, & accidentia ſignificantia diſpoſitionem infirmi. Prima autem ſignorum ſpecies, eſt ſicut pulſus ſerrinus, & dolor pungitiuus apoſtematis in partibus pectoris: & ſimiliter tuſſis ſicca in primis, & humida in ſecundo, & quæ ſunt illis ſimilia de ſignis pleureſis, ſignificantibus apoſtema in partibus pectoris.

Primo ponit quandam diuiſionem trimembrem ſignorum & accidentium febrium apoſtematum, & ipſam declarat. ſecundo ponit quandam diuiſionem fundatam ſuper primo mẽbro diuiſionis. tertio ſubdit quædam alia ſigna febris apoſtematum intrinſecorum. ſecunda ibi § Et membra quidem occulta. § tertia ibi § Et caliditas quidem. § Prima in duas. nam in prima ponit diuiſionem prædictam. loco exempli ponit ſigna pleureſis. In ſecunda ponit ſigna quædam generalia apoſtematis intrinſeci. ſecunda ibi § Et ad ſummum. § In prima parte dicit quòd cum febribus ex apoſtematibus intrinſecis ſunt tres ſpecies ſignorum, & accidentium ſignificantium membrum apoſtematum. Prima eſt ſpecies ſignorum ſignificantium membrum infirmum. Secunda eſt ſpecies ſignorum ſignificantium materiam apoſtemantem. Tertia ſpecies eſt ſignorum, & accidentium ſignificantium diſpoſitionem infirmi, ideſt quid ſit futurum de infirmo. Et pro notitia ſignorum primorum uult te redire ad tertium canonem: & pro ſecunda ſpecie ſignorum ad tertiam quarti. & pro tertia ſpecie ipſorum ad ſecundam quarti, ubi ponuntur ſigna prognoſtica. Ideo in omni ſpecie omnium horum ſignorum hic abbreuiat: & ſolum exempli gratia dicit quædam.

Secundo declarans primam ſpeciem ſignorum dicit quòd pulſus ſerrinus, & dolor lateris pungitiuus ſunt ſigna apoſtematis in partibus pectoris, ſcilicet pleureſis, ſcilicet tuſſis ſine ſputo in primis. ſecundo cum ſputo: & ſimilia de ſignis pleureſis, ſcilicet febris continua, conſtrictio anhelitus.

Et ad ſummum dolor, & grauitas in membro: & eſt calidius reliquis membris addita calefactione non conſueta, & ſicut ſpaſmus. quoniam ipſe multoties aſſociatur apoſtematibus calidis in membris neruoſis. Species uero ſecunda eſt, ſicut ſignificatio uehementiæ febris tertianæ, & ſignificat quòd materia eſt cholerica. Accidentia uero infirmi ſunt diſpoſitiones quæ indicant eius ſalutem, aut indicant ipſius mortem.

In iſta parte dicit quòd ſigna generalia apoſtematis intrinſeci ſunt dolor. ſecundum grauitas. tertium caliditas maior in membro apoſtemato quàm in reliquis. eſt enim ſicut fornax febris undecimo therapeuti. ultimo capit. quartum quòd in reliquis membris eſt addita caliditas non conſueta. quintum eſt ſpaſmus qui frequenter ſequitur apoſtemata calida in membris neruoſis. Et tu iſtis adde duritiem, & tumorem ſi illa apoſtemata fuerint in membris, quæ ſubiacent ſenſui. & tu cum uiſitas aliquem hæc ſeptem ſigna ſemper habeas menti ne incidas in errorẽ non bene excuſabilẽ. Secũdã ſpẽs ſignorũ, eſt ſicut feb. tertiana, quæ ſignificat ꝙ materia apoſtematis eſt cholerica: & quotidiana ꝙ eſt phlegmatica: & quartana ꝙ eſt melãcholica: & cõtinua concluſa ꝙ eſt ſanguinea, licet ſint pluri-

plurimum in processu paroxysmi harum febrium confundantur. Tertia species signorum significat salutem uel mortem: & his similia uentura super ægrum.

Et membra quidem occulta diuersificantur in faciendo febr. et recipiendo eas: et per durationem earum, et ipsarum periodis secundum magnitudinem eorum in seipsis, et magnitudidem uenarum eorum, et secundum membra sua.

In parte præsenti pro declaratione primi membri diuisionis præcedentis scilicet quòd quædam signa significant membrum apostematum. Auic. primo ponit unam diuisionem. secũdo declarat eã. tertio infert quosdã canones. secũda ibi § Nã in mẽbris. § tertia ibi § Cũ aũt aggregat̃. § In prima parte dicit quòd membra intrinseca apostemata diuersificantur in faciendo febres, & recipiendo eas: quia primo fit calor in corde qui formaliter est feb. per membrum apostematum: deinde recipitur in eo, & in alijs mẽbris. hoc dicit quia dato quòd aliquod membrum habeat calorem extraneum, & ipsum alteri membro cõmunicet: ille tamen calor non dicitur feb. nec alia membra recipientia calorem ab eo dicũtur febrire, nisi calor prius fiat in corde: postea per cor aliis cõmunicetur: cum cor sit primum subiectum feb. iuxta superius determinata. Et hæc prima diuersitas concernit feb. magnitudinem, aut paruitatem, salubritatem, aut contrarium. nam quædam membra apostemata faciunt maiorem febrem, & magis mortalem sicut hepar, & pulmo. quædam minorem & magis salubrem sicut renes, & matrix. secunda diuersitas est in duratione earum, nam quædã faciunt longam sicut matrix: & quædam breuem sicut cerebrum. tertia diuersitas est in periodis earum. Aliter enim periodicant febr. apostematis hepatis: aliter feb. apostematis renum: quamuis hæ diuersitates insequantur diuersitates materierum: tamen etiam insequuntur diuersitates membrorum. hæ autem tres diuersitates fiunt secũdum magnitudinem ipsorum scilicet membrorum in seipsis, quæ magnitudo attenditur penes tria scilicet penes nobilitatem suæ operationis, penes sensibilitatem suam, & penes propinquitatem ad cor. Aliter secundum magnitudinem ipsorum scilicet apostematum in seipsis idest secundum quòd apostemata sunt magna, uel parua. Secundum aũt penes quod diuersificantur membra apostemata in faciendo febr. est secundum magnitudinem uenarum scilicet pulsatilium, & quietarum: & in hoc tangit maiorem aut minorem colligantiam cum corde. Tertium uero in quo diuersificantur membra apostemata in faciendo febrem est secũdum membra sua scilicet alia a corde quibus membris cõmunicat membrum apostematum faciens feb. exempli gratia, matrix cõmunicat capiti: ideo apostemata matricis faciunt febr. cum dolore capitis.

Nam in membris intrinsecis sunt quæ sunt propinqua cordi, & uehementis communitatis: sicut uelamen, et pulmo: et de eis sunt quæ sunt longinqua a corde, debilis comunitatis sicut renes. ipsi enim non semper faciunt propter apostemata sua febres fortes neque continuas: & multoties quidem sunt interpolatæ, & sunt de genere febrium commistarum, & febrium tertianarum, & quartanæ, & quintanæ, & sextanæ: & fiunt cum eis rigor, & horripilatio: & ambiguum fit esse earum: & significat eas grauitas in loco renum, & in partibus alkatim, & dolor, & proprietas caliditatis in membro maioris consueta.

Hic declarat prædictam diuisionem: & quamuis sua interesset ostendere quomodo membra diuersificata in magnitudine & paruitate, & diuersificata secundum uenas suas: & in summa secundum maiorem aut minorem colligantiam cum corde: & tertia diuersificata secundum membra sua alia a corde, quibus communicant faciunt febres diuersas in magnitudine & paruitate salubritate & mortalitate, & longitudine & breuitate. Item diuersitas in periodis: tamen quia hæc sunt nota ex dictis in tertio canone, solum exempli gratia ostendit quomodo membra diuersificata in longitudine & propinquitate ad cor: & in maiori & minori communitate cum corde cum apostemantur, diuersificantur in faciendo febrem. Dicit ergo quòd de mẽbris sunt aliqua quæ sunt propinqua cordi, & uehemẽtis comunicationis cum eo: sicut uelamen ideæ diaphragma & pulmo: & ista supple faciunt magnas febres, & mortales, & breues, & continuas cum apostemantur. & de eis sunt aliqua longinqua a corde, & debilis communitatis cum eo: sicut renes. ipsi enim non semper faciunt cum apostemantur febr. fortes: neque continuas: sed multoties sunt interpolatæ: & multoties nõ sunt interpolatæ: & sunt de genere febrium commixtarum, & quandoque sunt tertianæ, & quartanæ, & quintanæ, & sextanæ. & fiunt cum eis rigor, & horripilatio, & ambiguũ fit esse eorum scilicet apostematum. ignoratur enim cuius mẽbri sint apostemata ista, quæ faciunt tantas feb. diuersitates: & an sint apostemata renum. hæc tamen apostemata renum significantur per grauitatem in alchatin qui est locus renũ: & per dolorem eius loci: & quia proprie in illo loco sentitur caliditas maior consueta. Et nota quòd quamuis huiusmodi inquisitio non pertineat ad hunc locum, sed potius ad. 17. tertij ꝑ causa tantarum diuersitatum in his febribus est triplex. Prima est diuersitas materierum quæ faciunt hęc apostemata. unde ratione huius permiscentur feb. diuersæ. secunda est longinquitas huius membri a corde. unde febr. eius quandoque non sunt continuæ: neque fortes. tertia causa est diuersitas in adustione, cum apostemata hæc chronicant: sicut frequenter accidit. unde per adustionem materierum huius apostematis antecedentium, & coniunctarum fit transmutatio harum in melancholiam, unde fiunt quartanæ: quando sunt plurimæ quantitatis: & non ita per adustionem ingrossatæ. cum uero per adustionem magis paucificantur, & ingrossantur fiunt quintanæ, & eodem modo sextanæ.

Cum autem aggregatur in membro ut sit proximum principali: aut fortis communitatis cum eo, aut vehementis sensus, & neruosum: tunc cum uehementia feb. comitantiũ apostemata eius accidunt ei inquietudo magna, & spasmus.

In parte præsenti infert canon primus. quando hæc omnia aggregantur in membro aliquo. primum quòd sit proximum principali idest cordi. aut uehementis communitatis cum eo: utputa per uenas, & arterias: aut uehementis sensus: quòd sit neruosum: tunc cum uehementia feb. consequentium apostema eius accidunt inquietudo magna, & spasmus: sicut exempli gratia: in apostemate panniculorum cerebri.

Et fortaße comitantur ipsum accidentia extranea sicut apostemata matricis: associatur enim ei cum febr. soda, & dolor ceruicis.

Secundo infert quòd aliquando comitãtur apostemata mẽbri intrinseci, sicut apostema matricis, accidentia extranea fiunt in eo soda, & dolor ceruicis idest partis posterioris colli ad caput terminati. huius autem est causa: quia matris dorso alligatur: unde faciliter communicatur capiti, & collo per nucham, & uenas, & arterias quæ sunt in dorso. appellat autem hæc accidentia extranea propter magnam distantiam matricis a collo, & capite: quia matrix non est neruosa per neruos a cerebro, & nucha ortum habentes. sic enim accideret spasmus in fortibus doloribus eius. quod bene sentit Auicen. 21. tertii. cap. de anatomia matricis. & hoc est exemplum diuersitatis febrium sequentium membra apostemata diuersificata secundum membra alia a corde, quibus communicant.

Et caliditas quidem quamuis inflãmentur in his apostematibus: tamen non est ualde uehementis acuitatis: sicut est in causonide, nisi sit res magna. et causa in eo est quoniam putredo non est sparsa, neque mota ad exteriora.

Hic ponit signa apostematum intrinsecorum. primum est sumptum a caliditate. secundum a pulsu. tertium ab urina. partes patent. In prima parte dicit quòd caliditas quamuis sit intensa in his apostematibus: non tamen uehementis caliditatis scilicet exterius: sicut in causonide, nisi sit res magna idest apostema magnum ab humore multum calido. Et causa huius est, quia putredo idest uapores putridi non est sparsa ad exteriora: tum propter debilitatem uirtutis: tum propter

tum propter inobedientiam materiæ.& causa est, quia moueatur interius ad locum apostematum.

Et pulsus quidem in febribus apostematum intrinsecorum est pulsus febrium putredinis paruus in principio, ut locis cōstrictionis apud statum: deinde magnificatur, & fit uelox, & spissus secundum membrum, & materiam: & secundum quòd sciuisti: deinde erit undosus, & serrinus, & faciens secundum membrum in neruositate, & carnositate sua.

Secundum signum, pulsus in febribus apostematum intrinsecorum est sicut pulsus in fe. putridis, paruus in principio exacerbationis, & uelocis constrictionis apud statum. i. in statu, uel parum ante statum: cum maior sit necessitas mundificationis, quàm euentationis. Deinde. ly deinde notat ordinem locutionis, & non temporis ut sit sensus: deinde debes scire quòd pulsus magnificatur, & fit uelox, & spissus secundum membrū, & materiam sicut sciuisti. s. lib. primo fen secunda cap. de pulsu apostematum. & lib. tertio in propriis capitulis. nam membro apostemato existente carnoso, & arterioso, ut materia existente calida pulsus fit magnus, uelox & frequens, econtra in membro econtrario se habente, & materia frigida. Deinde. ly deinde notat ordinem locutionis, ut sit sensus. etiam debes scire quòd pulsus fit serrinus, aut undosus. secundum membrum in neruositate & carnositate sua. nam membro existente neruoso sicut panniculi fit serrinus: & existente carnoso sicut substātia cerebri, & caro hepatis, fit undosus.

Et vrina secundum plurimum est ad albedinem decliuis, & paucitatem tincturæ propter declinationem materiei ad apostema secundum quòd sciuisti.

Vltimum signum, urina quæ secundum plurimum est ad albedinem declinans. i. ad paucitatem tincturæ propter declinationem materiæ ad apostema sicut sciuisti cap. de ephe. ex apostemate, & fen secunda cap. de coloribus urinæ.

Dubitatur an ad apostemata uiscerū sequātur febres continuæ. arguitur quòd non. materia feb. continuarum est intra uenas. ut supra. c. de putredine: sed materia apostematum exiuit uenas, & in poris membri continetur. secundo continuarum proprium est non habere rigorem. primo de differentiis febr. sed quędam apostemata quorundam uiscerum ut renum faciūt febres cum rigore ut hic Auicen. In oppositum est Gal. quarto aphorismorum super illo apho, Febres quæcunque non deficientes, Dicendum quòd licet secundum plurimum fe. apostematum uiscerū sint continuæ: stat tamen ipsas esse interpolatas. primam partem huius conclusionis uoluit Galen. loco allegato, & quotidiana experientia comprobatur. secundam partem uult Auicenn. in loco præsenti. & multoties sunt interpolatæ.

Sed ad rationes in oppositum respondetur. Ad primam negetur maior uniuersaliter intellecta. Ad secundam concedetur ad quod deducitur: est tamen neganda maior uniuersaliter intellecta: immo exacerbationes continuarum aliquando incipiunt cum horrore, ut in capitulo de latica.

De cura earum. Cap. XV.

Curatio harum febrium est cura febrium acutarū post curationem apostematum. radix enim in eis est cura apostematis cum obseruatione curæ febris de infrigidatione, & humectatione. Et in his febribus non conceditur potus aquæ frigidæ, neq; introitus balnei.

Habet hoc capitulum duas partes. In prima ponit duas intentiones habendas in cura febr. apostematum: & ostendit quæ sit dignior. In secunda exempli gratia. ponit curam apostematis cholerici. secunda ibi § Et si fuerit apostema. § In prima parte dicit quòd curatio harum febrium est curatio fe. acutarum post curationem apostematum. nam radix idest fundamentum in curatione earum est cura apostematis, Hæc. n. est intentio prima, cui maxime intendendum est.

Secunda intentio est obseruatio curæ febr. cum infrigidatione, & humectatione. Notandum hic Auicenn. multum abbreuiasse curam feb. apostematum: quia si radix curæ est cura apostematum iam scita est in generali quarta primi cap. de cura apostematum: & scita est tertio canon. de cura cuiusque apostematis intrinseci. Et intentio quæ est ad febres scita est in cap. generali curationis febrium putridarum: & in capitulo curationis acutarum, & si intentio sit ad accidentia cura præcessit in hac fen. Sed contra dicta Auicen. instatur, quia cura harum febrium non semper est cura febrium acutarum: cum aliquando nec apostemata sint acuta, neque febres sequētes ea, sicut manifestum est in febribus sequentibus apostema ta frigida. Secundo aliquando cura febris est dignior quàm cura apostematis: quando feb. est corpus arefaciens. tunc quāuis obstet apostema competeret potus aquæ frigidæ: ut uoluit Auicen. in cap. generali curationis febr. & in capitulo de rebus in quarum quibusdam &c. Ad primam conceditur ad quod deducitur. Sed intentio Auicenn. fuit hic ponere curam feb. acutarum quæ sequuntur apostemata calida, quia febr. sequentes apostemata frigida parum, aut nihil uertunt ad se curam: sed quasi totaliter attenditur apostemati nisi fuerit hectica: quæ tamen raro accidit nisi post longum tempus, nisi forte fuerit apostema pulmonis, aut capsulæ cordis, & similium impedientium debitam cordis euentationem: & etiam nisi esset apostema hepatis, & stomachi quibus nutrimentum subtrahitur toti: hæc enim satis festine ducunt ad hecticam. Ad secundum conceditur similiter ad quod deducitur: sed dicta Auicen. in præsenti parte ueritatem continent ut in pluribus.

Et nota quòd ly postpositum in hoc textu, non dicit ordinē temporis, sed ordinem dignitatis. ambæ enim intentiones. s. quæ debetur apostemati, & quæ debetur febri sunt simul tempore exequendæ. Secundo dicit quòd in his febribus non conceditur potus aquæ frigidæ ne materia apostematis incrudetur: hoc tamen ut statim dixi ueritatem habet regulariter, ut dixi & ut in pluribus. neq; conceditur introitus balnei ne materia putrefacta per balneū amplius fluat ad apostema, ut. 11. therapeuticæ.

Et si fuerit apostema erysipila, licet fiat positio rerum frigidarum, & infrigidatarum actu de foris super ipsum, sicut succus lactucæ, & semperuiuæ, & portulacæ cum aliquantulo de sauich hordei albi, quæ sine cessatione infrigidentur super niuem, & permutentur: & fortasse permiscetur cum eis oleum omphacinum, aut oleum rosatum. Et si comederit lactucas infrigidatas, pertransit, & iuuatur cum eis.

Hic curat apostema cholericum dictum erysipila, & intendit repercussioni, & multæ infrigidationi ne corpus marasmetur. dicens super loco apostemato debent poni res frigidæ potentia, infrigidatæ actu sicut succus portulacæ, lactucæ, semperuiuæ frigidæ, & humidæ in secundo cum aliquantulo de farina hordei quæ incessanter infrigidentur super niuem, & permutentur. Et fortasse idest aliquando permiscetur cum eis oleum omphacinum: & istud est ex oliuis immaturis, & oleo ros. & hoc quando non esset opus tanta infrigidatione, & maioris doloris mitigatione. Auenzoar tamen primo Theysir capi. 8. timuit ungere cum oleo aliquo membrum quodcunque in quod cholera dominatur. Secundo dicit quòd si comederis lactucas ablutas infrigidatas. s. actu transit. s. loco cibi, quia erit satis subtilis diæta, & iuuatur cum eis loco medicinæ.

Sed nota quòd lactucæ non ablutæ sunt minus frigidæ, quā lactucæ ablutæ. secundo canone & proprie cum aqua calida. habent enim partem nitrosam in superficie, quæ post ablutionem remouetur. propter hoc non ablutæ magis conueniunt sanis: sed ablutæ ægris maxime patientibus erysipilam, cum opus sit uehementi infrigidatione: nec timetur de uentositate. fortis enim calor erysipilæ resoluit illam. debent autem comedi coctæ, uel crudæ secundum uigorem digerentis.

Cura febris apostematis duplex habet regimen. unum debetur febri complendum infrigidatione, & humectatione. secundum debetur apostemati quod tripartitur: quoddam debetur causæ antecedenti, quoddam causæ coniunctæ tertium utrique. Primum regimen habet tres intentiones, scilicet euacuationem, diuersionem & fluxus interceptionem. Euacuatio autem maxime complenda est phlebotomia, aut aliquo tenente locum eius. Cōpletur etiā solutione integrata minoratiuo,

digestiuo, & eradicatiuo quæ respiciant materiam peccantem, & apostematum membrum. Euacuatiua sint ita moderata ut euacuent materiam propriã, quæ est antecedens, & non agitent materiam coniunctam. Diuersio autem perficitur cũ euacuantibus iam dictis, cum clysteribus, & similibus. Item conueniunt uentosæ sine euacuatione. fluxus interceptio perficitur cum stypticis applicitis super membrum: per quod fluit materia ad membrum apostematum. Item cum ingrossantibus, & compingentibus materiam sicut syrupus de papauere, & similia. Secundum regimen debitum causæ coniunctæ habet tres intentiones scilicet repercusionem quæ debetur in principio. secundo repercusionem mistam cum resolutione, quæ debetur post principium usque ad medium status. tertio resolutionem quæ debetur deinceps: quòd si in uiam maturationis tenderet adiuuetur, & tandem erumpatur cũ motibus. Item cum cum sumptis interius: postea mundificetur, & consolidetur. Tertium autem regimen habet duplicem intentionem scilicet curam accidentium perficienda secũdum eorum exigentiam. Secunda est regimen sex rerum quod declinet in contrarium dyscrasiæ: & diæta debet esse magis tenuis in febribus apostematum, quàm in quacunque alia febre, ne apostemata augeantur.

De dispositionibus febrium compositarum. Cap. XVI.

Febres quandoque componuntur ad inuicem. Fortassè enim componuntur ex eis species ingredientes in genera elongata, sicut compositio febris hecticæ cum fe. putrida. & quandoque componuntur species ex eis in genere proximo conuenientes sicut est compositio speciernm febrium putredinis, sicut tertiana cum phlegmatica, utpote febris nominata hemitritæus: & sicut compositio febrium apostematum. Et quandoque componuntur de eis species conuenientes in specie sicut compositio duarum tertianarum, & duarum quartanarum, & trium quartanarum. Quare fiunt duæ tertianæ in apparitione dispositionis secundum paroxysmos phlegmaticæ: & tres quartanæ in paroxysmis phlegmaticæ: & quandoque componuntur tres de febribus tertianis. Si igitur fuerint secundum coalternationem erit paroxysmus in die tertia uehementior: quoniam pertinet ei periodus diei primi, & inceptio diei tertij, & similiter in quinto: & similatur hæc hemitritæo, sicut compositio duarum tertianarum similatur paroxysmus phlegmaticæ.

Hic incipit determinare de febribus compositis. & primo in generali, secundo in speciali determinat de quadam febre dicta hemitritæus. secunda incipit in principio sequentis capituli. Primum capitulum diuido in tres partes. In prima ponit diuersas compositiones feb. sumptas ex diuersitate feb. componentium. In secunda ponit canones. In tertia ponit tres diuersas compositiones feb. sumptas ex tẽpore compositionis. secunda ibi§Et propter.§tertia ibi§Et species.§Quę dicit in prima parte nota sunt pro maiori parte: & sicut compositio feb. apostematum intellexit quòd feb. sequens apostema est secundum plurimum composita ex diuersis speciebus febr. quæ conueninnt in genere humoralium: & hoc quia apostema utplurimum fit de diuersis humoribus primo de accidenti & morbo, ultimo cap. & tertia quarti. cap. primo. Et quandoque componuntur tres de febribus tertianis. si ergo fuerint secundum coalternationem erit paroxysmus in die tertio uehementior: quoniam coniungitur primus paroxysmus tertiæ tertianæ cum secundo primæ tertianæ: & ita per dies impares coniungentur duo paroxysmi. Sed nota quòd dato quòd paroxysmi non coalternent: immo coniungerentur per uiam introitus, aut cõitatis: tamen paroxysmus in diebus imparibus esset uehementior: sed exemplificauit de paroxysmis coalternantib⁹: quia illa cõpositio est manifestior: reliqua uero nota sunt.

Hic cadunt duo dubia. Primum utrum ephemera posit coniungi cum alijs generibus febrium: & hoc per me terminatum fuit in cap. de febribus ephe. Secundum utrum putrida posset coniungi cum hectica. In quo dubio tenendum est quòd hectica posset coniungi com putrida, & hectica præcedente, & putrida præcedente: & ambabus a causa una. uel diuersa pendentibus.

Et propter huiusmodi non oportet ut tota occupatione occupetur cum paroxysmis: immo oportet ut occupetur cum accidentibus.

In parte pręsenti ponit canones, & diuiditur in quatuor partes secundum quòd quatuor sunt canones. Primus canon propter huiusmodi conditiones oportet ut medicus non confidat in solis paroxysmis ad cognoscendum febr. immo oportet ut consideret accidentia febr. per quæ deueniat in earum notitiam.

Et quandoque accidit si fuerint feb. istæ tertianæ puræ ut festinent paroxysmi earum ad contentam idest ad illam quæ fortior est: ita ut destruatur debilior earum prius.

Secũdus canon quandoque accidit si fuerint febres istę tertianæ puræ scilicet duæ aut plures ut festinent idest anticipent paroxysmi ad contentam idest ad illam quæ fortior est secundum expositionem traductoris, quæ merito dicitur contenta: quia tenetur a causis magis fortibus, quàm febres minus fortes: ideo paroxysmi anticipant: cum forte aliarum paroxysmi: quia pendent a pauciori materia, & minus irritante uirtutem: ideo subdit quòd destruitur debilior ea in primis, & remanet fortior posterius. Et notanter dixit si fuerint istæ tertianæ purę: quia si essent impuræ, aut fortæ una earum impura, staret quòd debilior minus molestans, & cuius paroxysmi postponerent, remaneret posterius: quia pendet a materia grosiori, & minus calida. Et omitto alias expositiones quas ponit Gentilis, & alij: quia hæc est de intentione traductoris, & consona textui Auicen. & multiplicatio expositionum est confusio.

Et quandoque significat compositionem reditio horripilationis post quietem.

Tertius canon reditio horripilationis post quietem eius significat compositionem scilicet si per notabile tempus redit postq̃ quieuit: immo hoc est de signis hemitritæi ut uidebitur.

Et turpe quidem est medico scienti significationes cuiusq; febr. & accidentia eius ut non percipiat compositionem a primo die, aut secundo.

Quartus canon turpe est medico scienti idest qui scire debet signa cuiuscunque febris, & accidentia eius ut non cognoscat compositionem earum a primo die, uel a secundo. Notandum quòd compositio harum feb. quæ debet cognosci a primo die: uel secundo non est cõpositio ephemerę cum hectica, uel putrida: quia iuxta superius determinata hæc compositio non potest fieri saltem per notabile tempus. hectica etiam raro reperitur a principio. hæc ergo compositio erit humoraliũ adinuicem, quæ si coniungantur per uiam communicationis cognoscuntur: quia non apparent accidentia unius solius materiæ: neque unius solius paroxysmi: id tamen est ualde difficile nisi apud medicos ualde doctos, & exercitatos. Si autem componantur secundum uiam introitus, id est minus difficile: sed oportet medicum continue asistere, ut comprehendat coarctationem pulsus secũdam, post primam. Si uero componantur secundum uiam coalternationis idest satis facile. Gal. tamen secundo de crisi mitius locutus est dicens: quòd si non cognoscis prima, uel secunda die cognosces tertia, uel quarta. Sed nota quòd aliud est cognoscere hoc generale scilicet ꝙ plures febr. sint compositæ adinuicem: & aliud est cognoscere distinctæ febr. cõponentes. Prima notitia est satis facilis quam medicus potest cognoscere prima die, uel secunda. sed secunda est difficilis, de qua loquitur Gale. secundo de crisi.

Et compositio febr. hecticæ cum febr. putredinis est ex illis quæ ualde ambigua sunt: quoniam ipsi uident interpolationes & inceptiones rigoris, & horripilationis: & reditiones sudoris si fuerint, & horas particulares: quare existimant quòd sint illic febr. putredinis tantum inseparabiles, aut compositæ ex continua, & interpolata.

Hic.

Hic eſt quintus canon. & eſt de compoſitione hecticæ cum humoralibus, ꝙ compoſitio hecticæ cum febribus putredinis eſt de illis quæ ſunt ualde ambigua: quoniam medici uident interpolationes ideſt remiſsiones, & inceptiones rigoris, & horripilationis, & reditiones ſudoris poſt ſudorem præcedentem ſi in illa febre fuerit rigor: & uident horas particulares paroxyſmorum: quare exiſtimant ꝙ ſint febres putredinis tantū continuæ, aut compoſitæ ex continua & interpolata: & nō exiſtimant ibi eſſe hecticam, cum in hectica non ſint excreſcentię neq; typi, neq; ſudores, & apparet ſibi ꝙ omnia accidentia reduci poſsint in ſolas febres humorales. Notādum ꝙ multi medici ſecundum Gentilem credentes ſe eſſe magnos iudicatores, cum uident unam continuam quæ exiccauit corpus, & uident aliquàm urinæ groſsitiem, & telam unctuoſam in ſuperficie urinæ ſtatim iudicant eſſe complicatam hecticam cum putrida: cum tamen nō ſit. nam omnia hæc accidentia in pluribus putridis coniungi poſſunt. Nota tamen ꝙ malum eſt iudicare ægritudinem maiorem, quàm minorem multis ex cauſis quæ tibi notæ eſſe debent.

Et quandoque continuatur compoſitio ita, vt appareat fe. vna continua ſimilis, quæ ſimilatur ſynocho: & tunc quidem non eſt excuſatio reditionis ad ſignificationes. Et ſi fuerint paroxyſmi breues, non conſequitur eorum cōtinuatio, niſi propter rem magnam de multitudine numeri eorum proprie. & fortaſſe vides interpolationes harum febrium longas.

Sextus canon, quandoq; componuntur feb. adinuicem, ut appareat febris una continua ſimilis ideſt uniformis, quæ ſimilatur ſynocho ideſt febri concluſæ: & pro cognitione compoſitionis earum oportet redire ad ſigna, ſcilicet notandum coarctationes pulſus, quæ erunt quando paroxyſmi ſubingrediuntur alter alterum: & ſi paroxyſmi erunt breues, non poterit ſaluari illa uniformitas, niſi ſint multi: & tunc uidebis frequentes coarctationes pulſus, & fortaſſe quando ſunt breues, & non multi, tu uidebis interpolationes longas inter unum paroxyſmum, & alterum: ita ut non ſeruetur feb. uniformitas. Si uerò ſunt longi, & pauci tu uidebis pauciores coarctationes pulſus & erit difficile quòd ſeruetur uniformitas fe. cum oporteat paroxyſmos procedere per tempora ſua, quæ a medico facile comprehenduntur. Si uero ſunt multi, & longi ſenties frequentes coarctationes pulſus, & fe. augēdo procedit. coarctatio itaque pulſus eſt efficax ſignum ſubingreſsionis paroxyſmi aut ꝙ noua materia moueatur.

Et quando componuntur febres diuerſæ, ſicut hemitritæus eradicatur poſtrema eorum, & remanet chronica pura, ſiue ſint duæ interpolatæ, aut duæ continuæ, aut interpolata, & continua.

Septimus canon quandoque componuntur feb. diuerſæ ſicut hemitritæus qui componitur ex cholerica, & phlegmatica & eradicatur poſtrema ideſt cholerica quæ eſt poſtrema in paroxyſmando cum paroyſmet de tertio in tertium, phlegmatica quotidie, & remanet chronica pura ſcilicet phlegmatica, & hoc eſt uerum ut plurimum ſiue ſint duæ interpolatæ, aut continuæ aut interpolata, & continua: dico ut plurimum cum poſſet eſſe phlegmatica breuior certa cholerica.

Et quandoque componitur cum hemitritæo alia tertiana, & phlegmatica, & melancholica. nam ſi eſt cum tertiana, eradicatur tertiana, & purus fit hemitritæus: & ſi eſt cum phlegmatica aut melancholica, eradicatur hemitritæus, & depuratur phlegmatica, & ſimiliter melancholia.

Octauus canon. & quandoque componuntur cum hemitritæo tertiana alia, & phlegmatica, & melancholica: & ſi cōponitur eradicatur tertiana, & remanet hemitritæus purus. Si cū phlegmatica, aut melancholica eradicatur hemitritæus, & remanet pura phlegmatica aut melancholica. Contra quia æque cito debet eradicari cholerica, quæ componit hemitritæum, ſicut cholerica addita hemitrithæo, & æque cito debet eradicari phlegmatica hemitritæo addita ſicut phlegmatica componens hemitritæum: cum non uideatur cauſa diuerſitatis.

Reſpondetur ꝙ cauſa diuerſitatis, phlegma admixtum cum cholera ſicut eſt in hemitritæo retardat motū cholerę, & eius reſolutionem, ſimiliter cholera accelerat motum phlegmatis & eius reſolutionem non ita eſt quando phlegma, & cholera ſunt diuerſis mineris.

Et quandoque accidit compoſitio in eis ſecundum alium modum, & eſt, vt componantur interpolata & continua diuerſi generis, aut conuenientes ambæ in eo: aut conuenientes in ſpecie ſicut tertiana periodica, cum tertiana inſeparabili: & ſicut componuntur duæ interpolatæ ſimiliter componuntur duæ continuæ.

Hic ponit nonum canonem. ſecundo reprobat opinionem quorundam. ſecunda ibi [Quidam autem.] In hoc nouo canone ponit plures compoſitiones duarum feb. ſimul. nam quandoq; componuntur continua & interpolata diuerſi generis: ut puta humoralis interpolata, & continua hectica aut cōuenientes ambæ in uno genere: ut puta ĩterpolata cholerica, & phlegmatica continua uel econtra. aut conuenientes in ſpecie ſicut tertiana interpolata, cum tertiana continua. Et ſimiliter ſicut componuntur duæ interpolatæ eiuſdem ſpeciei: ſicut duæ tertianæ interpolatæ, ſic componuntur duæ continuæ eiuſdē ſpeciei, ſicut duæ continuæ tertianæ.

Quidam autem exiſtimauerunt, quòd duæ continuæ non cōponuntur, ſicut duæ tertianæ: quoniam quando materia eſt intra venas non eſt poſsibile vt diuerſificetur illud in quo accidit: putredo enim eſt procedens in toto.

In hac parte ponit opinionem quorundam circa compoſitionem duarum continuarum eiuſdem ſpeciei, ſiue eiuſdem humoris. ſecundo reprobat illam. ſecunda ibi [Et hæc quidē.] In prima parte dicit ꝙ quidam exiſtimauerunt ꝙ duæ cōtinuæ ſcilicet eiuſdem humoris non componuntur adinuicem: ſicut duæ tertianæ continuæ non componuntur adinuicem: quoniā quādo materia, exempli gratia, cholerica eſt intra uenas illud, ſcilicet locus in quo accidit putredo ſcilicet unius partis choleræ facientis unam tertianam, nō poteſt diuerſificari a loco in quo altera continetur, faciens alterā tertianam. putredo enim accenſa in una parte choleræ eſt procedēs in tota cholera, quę in illo corpore continetur: eo ꝙ uenæ illius corporis ſunt continuæ. ſimiliter cholera in illis uenis contenta eſt continua. ergo ex illa cholera non poſſunt fieri duæ febres. aliter ſequeretur ꝙ quælibet feb. eſſent duæ: immo plures q̃ duæ: cum humor faciens febrem ſit diuiſibilis in duas partes, aut plures: quarū quælibet ſufficeret facere feb. relinquitur ergo ꝙ ſi debent eſſe duæ feb. eiuſdē ſpeciei, ut puta duę tertianę: ꝙ materia unius debet eſſe diſtincta a materia alterius loco. Hoc autem non poteſt eſſe ad intra uenas propter cauſam dictam: ſed bene ad extra: cum pori membrorum non ſint adinuicem continui. poſſunt itaq; duæ interpolatæ eiuſdem ſpeciei adinuicem componi. non autem duæ continuæ eiuſdem ſpeciei.

Et hæc ſententia non eſt de illis, quæ neceſſaria ſunt proculdubio apud me: quoniam putredo incipit proculdubio ex loco deinde ſpargitur, deinde currunt indicia vehementiæ, & interpolationis ſecundum gradationem putredinis primæ, & ſecundum eam ſunt ei motus. non ergo elongatur quin accidat putredo, cui ſit dominium aliquod incipiens in parte materierum: cui non ſit dominium ſequendi aliud: immo aggregatur in ea ut incipiat, & vt ſequatur ſimul, quare erit ei gradatio teporis, qua experitur.

In præſenti parte remouet horum opinionē, & fundamentum ſuum. Sed pro huius textus difficilis declaratione: ut habeatur mens Auic. præmitto ꝙ ad hoc ut duæ continuæ eiuſdē ſpeciei. ut puta duæ tertianæ componantur, requiritur ꝙ cholerę putrentes, uel multum diſpoſitæ ad hoc ut putreāt, facientes iſtas duas tertianas, ſint diſcontinuæ ut utriuſq; tam cauſa antecedens, quàm coniuncta ſit diſcontinua a cauſa antecedente, & coniuncta alterius. aliter ſequeretur ſicut dictum fuit ꝙ quælibet feb. pendens a materia ſufficiente pro duabus febribus

Quod duę febres cōtinuæ cōponantur

bus essent duæ feb. quod tamen est absurdum. Hoc præmisso pono casum Gen. ꝙ una portio choleræ parata putredini contineatur in uenis ortum habentibus a parte uenæ chylis descẽdentem infra emulgentem sinistram, quę uenæ ramificãtur per totum eius sinistrum. Similiter altera portio choleræ parata putredini contineatur in uenis orientibus a parte uenę chylis ascendentibus ramificantibus per brachium dextrum: & cholera existens in omnibus aliis partibus sit bene disposita non parata putredini. Et pono die lunæ hora duodecima partem choleræ quæ continetur in uenis cruris sinistri putrere, & facere exacerbationem unam, quæ sit remissa & parum affligens: sed die martis hora decimaoctaua putreat una pars choleræ existentis in uenis brachii dextri, & faciat exacerbationem fortem & multum affligentem. postea die mercurii hora duodecima putreat altera portio choleræ quæ est in prima minera, & faciat exacerbationem secũdam primæ similem in intensione, & accidentibus: sed die Iouis putreat altera portio secũdæ mineræ hora. 18. faciens exacerbationem intensam, & ęquã similem alteri quæ incepit die martis: & sic deinceps, & tandẽ leuior feb. primo terminetur remanente secunda per aliquot dies: tunc manifestum est has duas feb. tertianas continuas simul componi, & sunt ueræ duæ, cum materia antecedẽs unius & coniuncta sit loco distincta a materia alterius. Et tunc ad formam argumenti primæ opinionis respondet Auice. negando consequentiam hanc. uenæ sunt continuæ. ergo cholera cõtenta in uenis est continua: immo forte nullus humor est continuus nisi sanguis. Secundo negetur hæc consequentia. cholera est continua in uenis. ergo non possunt fieri duæ febres cõtinuæ a duabus portionibus choleræ putrẽtibus ad intra uenas. Et sicut dictum est de cholera, ita dicendum est de aliis humoribus ꝙ a quocunq; possunt fieri duæ febres continuæ. His pręmissis facilis est expositio textus. Et hæc quidẽ sententia non est de illis quę apud me ꝓculdubio sunt necessaria: immo sup. non est uera. quoniam proculdubio putredo idest calor putredinalis incepit ex loco idest in parte materiæ quæ in loco determinato continetur: deinde putredo spargitur per partem materię sufficientis pro uno paroxysmo: deinde currunt iudicia uehementiæ idest excrescentiæ & interpolationes inter unam excrescentiam, & alteram secundum gradationem putredinis primæ idest secundum ꝙ putredo idest calor putredinalis accensus in prima parte materiæ egreditur ad reliquas partes: & secundum eam gradationẽ fiunt ei motus quibus periodicat: & hæc dicta hucusq; pertinent ad unam fe. continuã. non ergo elongatur quin accidat putredo idest calor putredinalis, in alia materia eiusdẽ speciei distincta loco a prima cui putredini sit dominium incipiens in parte materiei illius: cui scilicet putredini non sit dominium sequendi aliud idest aliam materiã loco ab hac diuersam: immo aggregat̃ in ea. s. putredine ut incipiat in hac. s. materia secunda: & ut sequatur simul. s. ĩ eadẽ materia putrefaciẽdo partẽ post partẽ, & faciẽdo nouas exacerbationes: quare erit ei scilicet putredini gradatio partis inter unam excresentiam & alteram: qua experitur hanc esse febrem distinctam a priori: & hæc pertinent ad secundã feb.

An duæ synochæ componi simul possint.

Sed dubitatur. Vtrum duæ continuę de sanguine quæ synochæ appellantur possint componi. In quo dubio tenendum est ꝙ duæ uerę synochæ sine putredine non possint componi adinuicem saltem pro tempore notabili, ꝙ sit de cõsideratione medici. nam cum sanguis sit in uenis continuis: & propter aliquam causam primitiuam ipsum inflammantem incipiat ebullire: ebullitio in toto faciliter procedet. Similiter si propter superfluam quantitatem ipsius oppilãtem, & prohibentem euentationem ebulliat sine putredine. Secundo dicendum est, ꝙ duæ aut plures synochæ putridę pendẽtes a sanguine malignato propter alterius humoris mixtionem possunt adinuicẽ componi: ut puta si sanguis a furcula supra malignaretur, & putrefieret propter alterius humoris admixtionem, similiter ab inguinibus infra reliquo sanguine non existente malignato. Tertio dicendum est: quòd synocha sine putredine põtest componi cum synocha putrida pendente ab aliqua putredine alicuius sanguinis in aliqua parte corporis malignati propter alicuius humoris admixtionem ipsum putrefacientis. nam quanuis propter causam primitiuam totus sanguis ebulliat: stat tamen unã partem putrefieri, & alteram non putrefieri propter diuersam sanguinis dispositionem.

Et species quidem compositionis febrium sunt tres: intrans et coalternata, et communicans. Et intrans est vt ingrediatur vna earum super alteram. Et coalternata vt ingrediatur post eradicationem eius: et communicans est vt incipiat cum ea.

Tres species compositionis febrium.

In ista parte ponit diuersitates cõpositionis febris sumptas ex tempore compositionis. d. ꝙ sunt tres, intrans, coalternans & communicãs. Intrans est ut una ingrediatur super alteram. Coalternans est ut ingrediatur una earum post eradicationem alterius. Communicans est ut una incipiat cum alia.

Sed ad illa duo dubia quibus uult Gen. excitare intellectus solertes facilis est responsio. Ad primum quærens in quo differunt duę feb. simul incipientes ab una pendente a tanta materia, quanta est materia ambarum. Respondetur ꝙ ille calor qui est in corde exstistens unus numero pendens a duabus materiebus loco distinctis est duæ febres. alter uero omnino similis illi pendens ab una materia existente in uno colo, quæ est ęqualis duabus materiis feb. duarum se communicantium est solum una feb. Sed hęc difficultas, & similes determinatę sunt in expositione primi capituli huius fen. Ad secundum dubiũ quęrens in quo differt paroxysmus unius phlegmaticę in quo postquam incepit calor post frigus iterum incipit frigus, postea calor, ut aliquando accidit iuxta superius dicta in capitulo de phlegmatica a paroxysmis duobus duarum phlegmaticarũ qui componantur secundum semitã introitus. Respondetur ꝙ in prĩcipio casu calor qui est in corde est unus paroxysmus. In secundo casu calor unus existens in corde est duo paroxysmi: quia pendent a duabus materiis loco distinctis.

Et cum videris feb. conclusam, & est in ea rigor, & non sudor: & fortasse accidit in rigoribus pluribus sudor vnus: tũc testifica compositionem in ea.

Hic ponit duos canones. Primus cum uideris febrem conclusam idest fortem, & uniformẽ siue pendeat a cholera siue a sanguine: & est in ea rigor, & non sudor: quia forte materia licet putreat extra uenas & faciat rigorem: & non tamen est sudatiua: & fortasse accidit in rigoribus pluribus sudor unus: q̃a forte tantum materia unius feb. erit sudatiua, & reliqua non: quamuis putreat extra uenas; tunc testifica cõpositionem. Est enim manifestum in conclusa non accidere rigorem nisi tempore crisis iuxta aphorismum. A causone habito rigore.

Et similiter cum videris in conclusa superfluitatem in frigore extremitatum & rigore: sed parum de ambobus: tunc fortasse est in conclusa.

Secundus canon. similiter cum uideris in conclusa superfluitatem in frigore extremitatum, & rigore testifica compositionem: sed parum de ambobus scilicet frigore & rigore fortasse est in conclusa, absq; ꝙ sit alia feb. secum composita. Ex his ergo infertur quod in feb. cholerica continua cui non sit admixta alia feb. potest esse parum frigoris, & rigoris. uel quia uenę habent obtusum sensum in earum concauitate: uel quia aliquis uapor cholericus acutus in principio exacerbationis motus extra posset aliquem rigorem facere: aut tertio. quia propter suffocationem caloris innati aut aliud nocumentum intrinsecum calor naturalis fugit interius, sicut in latica. hi tamen typi in continuis parti sunt. Nota, cura feb. compositarũ multũ pendet ex notitia curationis feb. simplicium componentium. Item ex canonibus traditis superius in capitulis generalibus. Sed hic attende quòd feb. compositę, aut sunt similes, aut aliquo modo contrarię, si similes eodem regimine regendę sunt. si uero contrarię magis attendendum est ei quę magis infestat & sine cuius curatione altera curari non potest: altera tamen non neglecta. propterea sanum consilium est ut in morbis contrariis compositis medicinæ contrariæ misceantur, quæ non sint fermentatæ, ut natura sagax posit dirigere unamquamq; contra suum contrarium corrumpendum. Vel primo cura illã quæ periculosior est, & minores dat inducias, deinde reliquã. Vel tertio elige medicinas medias inter utrumque contrariũ. nam medium contrariatur extremis: & est aptum utrumque corrumpere cum auxilio naturæ: cum remissum semper remittat intensum.

De

De hemitritæo. Cap. XVII.

Hemitritæus eſt febris compoſita ex duabus febribus: quarum una eſt tertiana:et altera eſt phlegmatica.

Primo notificat hemitritæum ponens diuerſitates, & cauſas. ſecundo ſigna eius. tertio ponit curam. ſecunda ibi § Magis proprium ſignorum eſt. § tertia ibi § Neceſſarium. § Primum capitulum diuido in tres partes. In prima deſcribit hemitritęũ. In ſecunda ponit quaſdam diuerſitates eius. In tertia ponit can. prognoſticos: ſecũda ibi § Et fit in die uno. § Tertia ibi § Et fortaſſe extenditur. § In prima parte dicit quòd hemitritæus eſt fe. compoſita ex duabus febribus: quarum una eſt tertiana, & altera phlegmatica. In qua deſcriptione ponitur fe. loco generis. Ex quo aperte intelligere poſſumus hemitritæum quãuis componatur ex duabus febr. eſſe febr. unicam cuius unitas ſeruatur in minera una. nam in hemitritæo phlegma & cholera facientes duas feb. ſunt in una minera, ut etiam clarius uidebitur ſtatim. Ex quo infertur quòd ſi duæ feb. componerentur una phlegmatica, & altera cholerica quarum mineræ eſſent diſtinctæ loco, illæ fe. non eſſent hemitritæus: quia non ſeruaretur unitas in minera.

Et fit in die uno paroxyſmus tertianæ, et quotidianæ ſimul: aut ſecundum ſemitam communitatis, et inuentionis: aut ſecundum ſemitam coalternationis, et uicinitatis, aut ſecundũ ſemitam introitus. Et de diuiſionibus difficilior ad cognoſcendum eſt prima, deinde ſecunda.

In hac parte ponit diuerſitates quæ ſunt quatuor. prima ꝙ in hemitritæo fit in una die paroxyſmus tertianæ & quotidianæ ſimul, & ſecundum ſemitam communitatis, & inuentionis quia paroxyſmi ambo ſimul incipiunt: aut ſecundum ſemitam coalternationis & uicinitatis quia finito uno alter incipit: aut ſecundum ſemitam introitus: quia ſecũdus ſubingreditur poſt inchoationem primi, & ante finem eius. ſecundo dicit quòd de his diuiſionibus. i. membris diuiſionis difficilior ad cognoſcendum eſt prima, deinde ſecunda. Notandum ſecundum Gen. quòd ſecunda non accipitur hic ut diſtinguitur contra tertiam. eſſet enim ſermo falſus. nam intelligeretur ex hoc ꝙ hemitritæa compoſita ſecundum ſemitam coalternationis, & uicinitatis eſſet difficilior ad cognoſcendum quàm hemitritæa compoſita ſecundum ſemitam introitus: ſed hoc eſt falſum quia paroxyſmi quanto magis diſtincti inuadunt, tanto eſt minor confuſio, & maior certitudo, ſed diſtinctius inuadunt quãdo compoſitio eſt ſecundum ſemitam coalternationis. ergo hemitritæus talis compoſitionis eſt facilioris cognitionis: & illa quæ eſt ſecundum ſemitam communitatis: eſt difficilioris cognitionis. illa autem quæ eſt ſecundum ſemitam introitus medio modo ſe habet. Accipitur ergo hic ſecunda ꝓ ſecunda, & tertia. & eſt ſermo Gal. 1. de differ. fe. ubi præmiſit quòd duplex eſt differentia fe. hemitritæi complicationum, quandoq; quidem inuadentibus paroxyſmis eadem hora ſimul, quandoque ſecundum diuerſa tempora. ſubdit quòd hemitritæi ſecundum diuerſa tempora inuadentes ſunt facilis cognitionis. ſ. reſpectu eius hemitritæi: cuius paroxyſmi eadem hora inuadunt hoc Gal. ſed cum poſtea ſubdiuiditur certum eſt quòd ea cuius paroxyſmi coalterant, eſt facilior ad cognoſcendum, quàm illa cuius paroxyſmi ſubintrant.

Et quandoq; ſunt febres duæ continuæ, quoniam duæ putredines ſunt intrinſecæ, et quando duæ ſunt periodicæ eradicantur, quoniam duæ putredines ſunt extrinſecæ, et quandoque eſt continua cholerica. quia eius putredo eſt intrinſeca, et phlegmatica eſt econtrario, et quandoq; eſt econtrario.

Hæc eſt ſecunda diuiſio quadrimembris: & eſt nota: quàm poſuit Gal. ſecundo de differentiis fe. quòd quandoq; ſunt ambæ continuæ: quandoq; ambæ interpolatæ, quandoq; eſt continua cholerica phlegmatica econuerſo: quandoq; econtra.

Et quidam poſuerunt hemitritæum purum febrem compoſitam, quæ fit ex tertiana extrinſeca, et phlegmatica intrinſeca, et illam quæ eſt præter eam nominant non puram. Et non eſt illud de illis in quibus ſuperflua occupatio ſit habenda.

Tertia diuiſio fe. hemitritæa, quandoque eſt pura. i. uera, & eſt ſecundum medicos. ſ. Gal. ſecundo de differentiis fe. & Halyabatem. 8. theoricæ, & Ioan. Serap. 6. ſuæ prac. Compoſita ex tertiana interpolata & phlegmatica continua: & alias tres ponunt non ueras. ſecundo dicit quòd hoc non eſt de illis in quibus ſuperflua occupatio ſit habenda, cum non ſit quæſtio niſi de nomine. Hic nota ſecundum Genti. antequam libri Gal. & Au. ad nos uenirent. in ſcientia hemitritææ multa erat uarietas. Nam Salernitani diuiſerunt hemitritæum in maiorem, minorem, & medium. Et dixerunt, quòd maior hemitritæus eſt quando cholera putret intus, & melancholia extra. minor quãdo cholera intus putret, & phlegma extra: media quãdo phlegma putret intus, & cholera extra. Aliqui dixerunt ſicut Paſsionarius quòd maior hemitritæus eſt cõiunctus quartanæ: ita quòd præter phlegmaticam & cholericam coniũcta ſit una quartana. Minor hemitritęus eſt coniunctus uni quotidianæ: media tertianæ. Sed hæc eſt ocioſa contentio: & qui uult uidere has diuerſitates: legat Gilbertum Anglicum.

Et fortaſſe antecedens ad putredinem eſt cholerica, et fortaſſe antecedens ad putredinem eſt phlegmatica, et fortaſſe ueniunt ſimul.

Quarta diuiſio, aliquando antecedens ad putredinem eſt cholerica: quia prima die paroxyſmus eius incipiat. & ſecunda die paroxyſmus phlegmatis. & tertia die ambo paroxyſmi: & ſic ſemper duo componentur paroxyſmi in diebus imparibus. Si autem erit econtra quòd prima die incipiet paroxyſmus phlegmaticæ, & ſecũda die paroxyſmus cholericæ in diebus paribus concurrent ambo paroxyſmi, & fortaſſe ſimul uenient, quia ambo paroxyſmi in prima die ſimul incipient, & tunc fiet afflictio maior per impares. Aliter poſſet exponi: ꝙ quando fient ambo paroxyſmi in eadem die: aliquando prius incipiet paroxyſmus cholericæ, aliquando prius paroxyſmi phlegmaticæ: & aliquando ſimul uenient ſecundum ſemitam communitatis.

Et iterum quandoq; eſt materia faciens febr. phlegmaticã magis dominans, et quandoq; eſt materia faciens feb. cholericam magis dominans, et quomodocunqne ſit materia phlegmaticæ ponit paroxyſmos cholericæ longiores, et tardioris criſis, et materia cholericæ ponit paroxyſmos phlegmaticæ econuerſo.

Quinta diuiſio. quòd quandoq; materia phlegmatica eſt magis dominans, quandoq; cholerica: & tu ſupple quòd quãdoq; ſunt æquales, uel quo ad molem, uel quo ad uirtutem. ſed rariſſime quo ad molem cholerica æquatur, & dominatur phlegmati. ſecundo dicit quòd quomodocunq; ſit materia phlegmaticæ ponit paroxyſmos cholericæ longioris & tardioris criſis: & materia cholericæ ponit paroxyſmos phlegmaticæ econtra. ſ. breuioris & uelocioris criſis. Ex quibus infertur id quod dictum fuit ſuperius: quòd cholera & phlegma facientes has duas febres ſunt in eadem minera: aliter non poſſent agere & pati adinuicem.

Et fortaſſe extenditur hemitritæus longo tempore. ſ. uſq; ad ſeptem menſes, et ſupra, et quandoque fit ex hemitritæo ægritudo acuta.

Hic ponit canones. Primus quòd quandoq; extenditur hemitritæus uſq; ad ſeptem menſes: & eſt ſupple propter diuerſitates materierum, quibus natura nequit faciliter dominari: & quandoque fit ex hemitritæo ægritudo acuta: quando forte materia eſt pauca, & propinqua uiis ductuum. Vel forte fit aliquando ægritudo acuta: quia permutatur ad aliquod membrum nobile, & cito interficit.

Et quandoque eſt hemitritæus de febribus magis interficientibus: quoniam perducit ad hecticam, et ægritudines chronicas, & difficiles.

Secundus can. quòd quandoque eſt de febribus magis interficientibus: quoniam perducũt ad hecticam: & ad egritudines chronicas ideſt in quibus fit error digeſtiuæ: ſicut eſt hydropiſis maxime propter longitudinem eius.

De ſignis hemitritæi. Cap. XVIII.

MAgis proprium ſignorum eius, & primum eorum: licet neceſſario ſint cōparia alia, eſt ut ſit ſpatiū huius febris in uno duorum dierum lōgius ſpatio tertianæ, & magis quieta: deinde fit in die alio leuioris paroxyſmi, & pauciorum accidentium.

Hoc capitulum ſex habet partes. In prima ponit ſigna hemitritæi abſolute. In ſecunda ſigna eius diuerſificante ſecundum tempora. tertio ſigna ſumpta ex parte dierum. quarto aggregat ſigna diuerſorum modorum. quinto ponit ſigna dominij uel æqualitatis. ſexto ponit ſigna hemitritæi ſumpta ex parte componentium. ſecunda ibi [Et quandoque fiunt.} tertia ibi{Et in hac febre.} quarta ibi{Et quandoque accidit ſignificatio.} quinta ibi{Et non expectetur.} ſexta ibi {Et quandoq; compoſitio.} In prima parte ponit tria ſigna. Primum quod eſt magis proprium cæteris: quia ſumitur ex natura humorū: licet ſint neceſſaria alia comparia ideſt pariter cum hoc ſignificantia: & eſt ut ſpatium huius febris ſit in uno duorum dierum ſcilicet in quo inuadunt ambo paroxyſmi longius ſpatio tertianę puræ, & magis quieta quo ad accidentia ſequentia impreſsionem materiæ ſcilicet ſitim, inſtantiam uigiliarum, inflāmationem, & ſimilia. Deinde fit in alia die ſcilicet in qua eſt ſolum paroxyſmus phlegmatis leuioris paroxyſmi, & pauciorum accidentium quàm altera, & uerificatur hoc primum ſignum. Dixit autem licet ſint neceſſaria alia comparia: quia poſſent eſſe duæ tertianæ nothæ: quarum una eſſet longior, & uehementiorum accidentium quàm altera: & uerificatur hoc primum ſignum.

Et quandoque iteratur in ea horripilatio ſecundum plurimum aliquoties propter illud quod accidit de pugna duarum materierum: aut introitu unius earum ſuper alteram. Et fortaſſe accidit hæc iteratio tribus uicibus aut quatuor: & iam calefiunt membra aliqua horripilatione fixa adhuc.

Secundum ſignum quòd horripilatio quæ eſt diſpoſitio in qua homo ſentit diuerſitatem in frigore cum punctione in cute, & in lacertis iteratur multoties in hemitriteo ſcilicet ī die in quo ambo ueniunt paroxyſmi ſecūdum ſemitam communitatis: aut introitus: ideo dicit propter illud quod accidit de pugna duarum materierum: aut introitu unius earum ſuper alteram. Et fortaſſe accidit hæc iteratio tribus uicibus: aut quatuor: & iam calefiunt membra aliqua horripilatione exiſtente adhuc fixa in aliquibus membris propter diuerſitatem materierum, quarum una iam calefacta calefacit aliqua membra, altera uero nuper mota infrigidat aliqua. Pro huius partis declaratione nota quòd hæc uarietas ex horripilatione ad calorem iterata toties: & ſimiliter diuerſitas in calefactione quorundam membrorum, & eorum horripilatione ſequitur pugnam phlegmatis, & choleræ, qui humores ſunt aliquo modo contrarij: & proprie quando ſunt quaſi æque potentes. nā cholera pungit membra: & infrigidat faciendo calorem retrahi: & ſimiliter phlegma ſuffocando calorem ſi putret intra, infrigidat, ſi putret extra, cum primo uenit ad membra ſenſibilia infrigidat: deinde poſtea cholera calefacta calefacit membra. poſtea phlegma motum infrigidat dictis modis: ſed non multum infrigidat propter contraoperantiam choleræ: nec cholera facit rigorem purum propter contraoperantiā phlegmatis; ſit ergo diſpoſitio media ſcilicet horripilatio quæ multoties iteratur ex cauſis dictis. propterea hæc iteratio non fit quando humores ambo putrent intra uenas: nec quando cholera putret intra, & phlegma extra: quia ſic non fieret horripilatio ſed frigus: ſed fit phlegma quando putret intra, & cholera extra: aut quando ambo putrent extra.

Et ex hac quidem quæ eſt hemitritæus, corpus non mundificatur integre.

Tertium ſignum, quòd ex hemitritæa corpus non mundificatur integre. nam ſi ambæ ſunt continuæ, aut una eſt continua res eſt clara. ſi uero ambæ interpolatæ: adhuc propter phlegmaticam remanent quædam reliquiæ caloris a quibus corpus non integre mundatur.

Et quandoque ſiunt principium eius, & augmentum ipſius uehementis commotionis: & proprie quando fuerit communicatio: aut fuerit introitus in huius hora: tunc enim fiunt horripilationi reditiones: & eſt ſtatus longinquus: & cum exiſtimatur quòd corpus iam calefactum eſt: & febris habet ſtatum inuenis horripilationem redeuntem: & iſta accidentia ſunt propter pugnam humorum. Et ſtatus quidem huius ægritudinis in horis particularibus, & uniuerſalibus eſt ante ſtatum phlegmaticæ, & uelociter ſtatu eius, & tardior ſtatu cholericæ: quoniam caliditas non expanditur niſi cum labore, & proprie in primis: et fit fortis eius acuitas apud ſtatum: & ſimiliter fit declinatio longa propter illud quod accidit de ſtationibus quas efficit reluctatio unius duarum materierum cum alia: & parum quidem tepeſcit cum ſudore.

In hac parte ponit ſigna hemitritæi diuerſificari ſecundum tempora. & primo ſecundum principium, & augmentum. ſecundo penes ſtatum. tertio penes declinationem. partes patent. Dicit ergo quòd quandoque fiunt principium, & augmentum ſcilicet particulare uehementis commotionis, & alterationis: & proprie quando fuerit communicatio: aut introitus huius paroxyſmi in alterum in huiuſmodi hora: tunc enim horripilatio redit pluries: ſicut dictum eſt in parte præcedenti: & eſt ſtatus ſcilicet particularis longinquus, & cum æſtimatur quòd corpus iam calefactum eſt, & eſt feb. in ſtatu ſcilicet particulari inuenis horripilationem redeuntem: & ita accidentia ſunt propter pugnam humoris: ut dictum eſt in parte præcedenti. Si enim finita paroxyſmatione unius humoris alter humor coalterna inuaſione moueatur, non fit pugna: & ſtatus quidem huius ægritudinis in horis particularibus & uniuerſalibus eſt ante ſtatum phlegmaticæ: & uelocior ſtatu eius: quia cholera uelocitat ſtatum phlegmatis, & tardior ſtatu cholericæ: quoniam caliditas non expanditur niſi cum labore phlegmate tardante: & proprie in primis quando materia eſt cruda. Vnde Gal. ſecundo de differentijs febrium. Cholerici uelocitatem detinet humor phlegmatis: phlegmatici uero tarditatem & pigritiā cholericus colligit: & fit eius acuitas apud ſtatum ambobus humoribus iam notabiliter calefactis: & ſimiliter fit declinatio longa ſcilicet uniuerſalis, & particularis propter id quod accidit de ſtationibus: quia licet inceperit declinare: nō tamen declinat uniformiter: quas ſcilicet ſtationes efficit reluctatio ideſt pugna unius duarum materierum cum alia. cholera enim uelocitat declinationem, phlegma retardat. & propter hanc reluctationem accidunt ſtationes: & parum quidem tepeſcit ideſt declinat cum ſudore phlegmate prohibente. Et eſt credendum quòd ſecundum plurimum minus accidit ſudor in hemitritæo quàm in cholerica: & magis quàm in phlegmatica propter cauſas ab Auic. ſæpe dictas.

Et in hac febre dies tertius de diebus eius eſt ſimilis primo, & quartus ſecundo.

In hac tertia parte ponit tertium genus ſignorum ſumptorum ex parte dierum dicens: quòd in hemitritæo tertius dies eſt ſimilis primo, & quartus ſecundo: & ſic in toto proceſſu dies impares ſimilantur inter ſe: & pares ſimiliter ſimilantur inter ſe; ſed impares diſsimilantur paribus, cauſa nota eſt.

Et quandoque cadit ſignificatio ſuper hemitræum ex modis diuerſis, nam quandoque accidit ex conſuetudinibus: & quandoque accidit ex accidentibus.

In hac quarta parte ponit quatuor modos ſignorum. ſecundo proſequitur. ſecunda ibi [Et caſus.} In prima parte dicit quòd ſuper hemitritæis cadit ſignificatio ex modis diuerſis. nā quandoque ſignificamus ſuper hemitritæis ex cōſuetudinibus: quandoq; ex accidentibus. quid ſit utrumq; ſtatim patebit.

Et caſus conſuetudinum eſt, ſicut non in corpore hominis multiplicetur cholera et putredo eius: deinde utatur delitijs, & dimittat exercitia, & utatur cibis de ſpeciebus regiminis gentrantibus phlegma: aut multiplicetur in corpore hominis phlegma: et putredo eius: deinde exercitetur plurimum et utatur eo quod generat cholerā de ſpeciebus regiminis: ſi fecerit neceſſarium ætas illud in eo: ita ut fiat adoleſcens poſt pueritiam,

ritiam, et dominium humiditatis: aut fiat senex post iuuentutem, et acuitatem complexionis.

Hic ponit signa sumpta ex consuetudinibus. secundo ex accidentibus. secũda ibi § Et accidentibus uero. § In prima parte dicit quòd casus consuetudinum est sicut si in aliquo multiplicetur cholera & putredo eius, quod forte erit merito complexionis, aut regiminis: deinde utatur delitiis sicut somno multo multitudine ciborum, & dimittat exercitia, & utatur regiminibus generantibus phlegma: sicut accidit clericis impinguantibus per adeptionem pinguium beneficiorum cum fuerint pauperes, & multum uilgilassent, & laborassent ut consequerentur finem optatum: qui propter choleram priori tempore multiplicatam: & propter phlegma multiplicatum postquam facti sunt pingues incurrunt iusto dei iudicio hemitritæum ex quo frequenter moriuntur. Similiter accidit econtra si in aliquo multiplicetur phlegma merito regiminis, aut complexionis, deinde in eo multiplicetur cholera per exercitium, & uigilias, & regimen ipsorum multiplicans incurrit hemitritæum ambobus humoribus simul peccantibus. Similiter accidit merito ætatis, ut si quis fiat iuuenis post pueritiam in iuuentute incurrit hemitritæum propter phlegma reseruatum ex pueritia, & choleram multiplicatam in iuuentute. Similiter accidit: si aliquis fiat senex post iuuentutem, & acuitatem complexionis in senectute incurrit hemitritæũ ex similibus causis. hæc autem dicuntur cõsuetudines: quia consuetum est hos humores secundum exigentiam regiminis, & ętatis multiplicari: ex quibus simul multiplicatis est aptus sequi hemitritæus.

Ex accidentibus vero sicut est pulsus, & vrina, & processio eius quod procedit ex vomitu, & egestione, & dispositione digestionis, & signa eius: & dispositio sitis: et dispositio tactus & dispositio horripilationis, & rigoris, & dispositiones horarum, & paroxysmorum.

Hic ponit signa hemitritæi sumpta ex accidentibus. & primo enumerat ea. secundo declarat. secũda ibi § Pulsus autẽ. § Dicit in prima parte quòd accidentia quibus cognoscitur hemitritæus sunt pulsus, urina exiens cum uomitu, & egestione: dispositione egestionis, & signa quibus ipsa significatur: sicut tactus, horripilatio, rigor. Item dispositiones horarum, & paroxysmorum.

Pulsus autem fit in ea minoris magnitudinis, & velocitatis, & frequentiæ quàm illæ qui est in tertiana, & contrariæ earum sunt minores, quàm illæ quæ sunt in phlegmatica.

Hic declarat signa sumpta ex pulsu dicens, quòd pulsus in hemitritæo est minor, tardior, & rarior quàm in tertiana: & econtra maior, uelocior, & frequentior quàm in phlegmatica. Cuius causa est: quia in hemitritæo est minor necessitas euentandi quàm in tertiana, & maior quàm in phlegmatica. Sed contra pulsus phlegmaticæ est frequentior pulsu tertianæ: sicut dictum est in capitulo de phlegmatica. ergo etiam est frequentior pulsu hemitritæi. Soluantur sicut solutum fuit superius in capitulo de phlegmatica.

Vrina vero est tardæ digestionis.

Intelligo respectu urinæ tertianæ, & non est tantæ tincturæ quanta est in tertiana.

Et vomitus est permixtus ex cholera, & phlegmate: & egestio est permixta ex cholera, & phlegmate.

Et uomitus est permixtus ex cholera, & phlematæ, & similiter egestio: nam talis est materia quæ dominatur. Hinc accipe quòd uomitus in quo phlegma est permixtum cholerę est aliquando peior quàm uomitus choleræ purioris: quia uomitus permixtus ex cholera, & phlegmate cadit in signis tertianę puræ, quę feb. est salubrior quàm hemitritęa.

De dispositione autem calefactionis, & frigoris, & sitis, & horripilationis, & horarum, & paroxysmorum iam locuti fuimus quod oportuit.

Hic succincte loquens de cæteris signis comprehensis: sub hoc quarto genere signorum: dicit quòd de dispositione calefactionis, & frigoris quæ accidunt in paroxysmis hemitritæi iam locutus est quod oportuit. Et iam similiter de siti cum superius dixit: quòd est paucorum accidentium: & similiter de horripilatione cum dixit quòd multoties iteratur: similiter de dispositione horarum scilicet uniuersalium, & paroxysmorum cum comparauit in hoc capitulo eam phlegmaticæ, & cholericæ: dicens quòd status huius ægritudinis in horis particularibus, & uniuersalibus est ante statum phlegmaticæ, & tardior statu cholericæ.

Et non expectatur statio super dominãtem duorum humorum nisi per vincentem ex significationibus. nam si dominatur phlegma sunt paroxysmi longiores, & horripilatio minor, & coarctatio, & proprie in pulsu fortior: & extremitates sunt velociores ad suscipiendum frigus in principijs ægritudinis, & tardioris mundificationis a suo frigore: & sitis est minor: & vomitus choleræ minor, & vrina vehementioris albedinis, & cruditatis, & sudor minor, & ætas: pueritia aut senectus, & complexio corporis significat eam: & similiter consuetudo, & quæ currunt cũ ea. Et si dominatur cholera sunt paroxysmi breuiores, et extremitates velociores ad calefactionem, et sitis, et vomitus choleræ plus, et sudor magis exuberãs et fortasse declinat ad horripilationem quæ est sicut rigor: et fit vrina vehementius tincta: et ætas iuuentus: et complexio corporis quandoq; significat eam: et similiter consuetudo, et quæ currunt cum ea. Et quando æquantur duo humores frequentantur significationes, et est horripilatio pura completa, non rigor, et non perueniens ad rigorem.

Hic ponit signa dominii humoris, aut æqualitatis, & primo ponit signa quando phlegma dominatur. secundo quando cholera dominatur. tertio quando æquantur. In prima parte dicit quòd non expectetur statio idest firma indicatio humoris peccantis siue dominantis nisi per uincentem ex significationibus idest nisi quando signa unius humoris uincunt signa alterius. Nam si dominatur phlegma sunt paroxysmi longiores, & horripilatio est minor: quare accedit plus ad frigiditatem, & coarctatio in pulsu fortior, & extremitates ad suspiciendum frigus in principiis particularibus ægritudinis: & quòd tardius mundificantur a frigore, & sitis minor, & uomitus choleræ minor, urina magis alba & cruda: & sudor minor, & ætas pueritiæ & & senectutis: quia in his magis multiplicatur phlegma quàm in iuuentute, & complexio corporis scilicet phlegmatica significat eam: & similiter consuetudo patiendi phlegmaticam, & consuetudo in cibis multiplicantibus phlegma: & quæ currunt cum ea scilicet ars, & sexus. Et quando dominatur cholera sunt signa his contraria, quæ patent ex dictis: & quando æquantur duo humores frequentantur significationes scilicet utriusque, & est horripilatio pura idest uera: & completa idest fortis, non rigor, & non perueniens ad rigorem: quia significatur dominium choleræ: & tu supple nec perueniens ad infrigidationem: quia significaret dominium phlegmatis: sed est media: & sic est multa mediorum signorum apparitio.

Et quando compositio est manifestior in periodica, et continua quamplures hominum appropriant nomine hemitritæi puri: et est continua ipsa phlegmatica, est rigor debilior, quoniam materia extrinseca est cholerica: et non est contrarium ei ex parte phlegmatis extrinseci cum ea, in eo quòd necessarium est de rigore: sed est debilior. et fortasse iteratur in ea frigus, et horripilatio ita vt faciat errare in statu sicut scis. et multiplicatur in ea caliditas viscerum, et ventris cum frigore extremitatum: et fit pulsus vehementioris paruitatis, et raritatis. Si autem continua est ipsa cholerica non fit rigor, neque magna horripilatio: et fit pulsus maior et velocior, et angustia vehementior: et si componuntur duæ continuæ non erit rigor omnino: et accidit tertianæ continuæ vt alleuietur ante alleuiationem phlegmaticæ: licet non redeat ante eius redditionem.

Hic

Hic ponit signa hemitritæi.& primo ueri cõpositi ex phlegmatica continua,& cholerica interpolata.secundo hemitritæi compositi ex cholerica continua,& phlegmatica interpolata. tertio quando ambæ sunt continuæ. In prima parte dicit quòd quando hemitriteus componitur ex phlegmatica continua,& cholerica interpolata quæ plures appellant hemitritæum purum idest uerum est rigor: quoniam materia cholerica est exterius quæ est apta facere rigorem,& non habet phlegma extrinsecum impediens rigorem faciendo frigus: sed illæ rigor est debilior propter phlegma fuisse mixtum cum cholera,quã do erat sub forma causæ antecedentis, quòd fregit acuitatem eius. Et fortasse multiplicatur in ea frigus & horripilatio propter fugam caloris interius & punctionem factam a cholera: ita ut faciat errare in statu ut scis scilicet ex dictis in primo genere signorum:quia quandoque corpus calefit, & apparet principium recessisse: & postea redeunte frigore & horripilatione constat ipsum non recessisse,& multiplicatur in ea caliditas scilicet uiscerum cum frigiditate extremitatum: caliditate fugata interius propter nocumentum maximę a phlegmate interius putrente tantum.& fit pulsus uehementer paruus propter phlegma intrinsecum suffocans calorem:fit etiam uehementer rarus in comparatione ad hemitritæũ in quo ambæ materię putrent intra uenas: & etiam in comparatione ad illum in quo cholera putret intra & phlegma extra. Si autem continua est ipsa cholerica non fit rigor,neque magna horripilatio: quia materia acuta non peruenit ad membra sensibilia: sed supple fit frigus propter phlegma petens membra extrinseca: & fit pulsus maior,& uelocior propter maiorem necessitatem,supple,& frequẽtior & angustia uehementior propter magnam caliditatem spiritualium. Et si componantur duæ continuæ non fit rigor omnino: quia nulla materia petit mẽbra extrinseca sensibilia.& accidit tertianæ continuæ ut alleuietur scilicet ex illa exacerbatione ante alleuiationem phlegmaticæ: licet non redeat ante eius redditionem:quia citius redit phlegmatica cum redeat omni die. & cholerica de tertio in tertium. Considerandum quòd omittit signa hemitritæi compositi ex phlegmatica & cholerica interpolatis: quia sunt ex dictis intellecta:& proprie ibi cum dixit. Et quando æquantur:& etiam cum dixit de reditu horripilationis.in hac enim est apta horripilatio frequenter iterari maxime cum ambæ cõponuntur secundum semitam introitus.

De cura hemitritæi. Cap. XIX.

Necessarium est in hemitritæo, ut uehementem habeas solicitudinem in euacuando materiam secundum species euacuationis ex solutione uentris, et uomitu, et prouocatione,et sudatione plus quàm uehementia,quæ est per extinctiua.

Post theoricam hemitritæi ponit curam eius. secundo quia feb.compositæ & proprie hemitritæus est recidiualis: ponit canones in cura reciduæ.secunda ibi.in principio sequentis capituli[Recidiuatio.] Primum capitulum in tres partes diuiditur. In prima ponit generalem in cura hemitritæi. In secunda prosequitur & declarat illum canonem.tertio ponit medicinas conuenientes in cura eius.secunda ibi [Et cum soluti uis.]tertia ibi [Medicinæ uero.] In prima parte dicit esse necessarium in hemitritæo ut multum sis solicitus in euacuando secundum species euacuationis in hoc casu opportunas scilicet solutione uentris,uomitu,prouocatione urinę,& sudoris, & multo magis quàm in extinguendo caliditatem febrilem. Huius autem canonis causa est,quia hemitritæus est multum repletionalis,sed non est multum inflammatiuus.

Sed hic cadit dubium discusione dignum:cum hemitritæus sit multum repletionalis, & repletioni maxime opponatur phlebotomia: quare Auic.hic præcipit phlebotomiam. Amplius si phlebotomia præcipitur in tertiana,& phlegmatica:ut patet in capitulis præcedentibus: quare non præcipitur in hemitritæo,ex utrisque composito. Dicendum quòd phlebotomia secundum plurimum competit in hemitritæo, & multo magis quàm in tertiana,& phlegmatica cũ sit magis repletionalis. Præterea. Sicut detur statim timetur in eo permutatio ad apostema intrinsecum a quo maxime præseruat phlebotomia. Auicen.tamen omittit loqui de phlebotomia breuitati indulgens: & quia satis datur intelligi eius cõuenientia per ea quæ dicta sunt in cap.generali curationis feb. putridarum: necnon per dicta in cura tertianæ,& phlegmaticæ.

Et cum solutiuis oportet ut conueniat digestio,nisi sint ex genere quæ leniunt naturam,& soluunt, & non inquietant, sicut aqua lubleb cum geleniabin,si fuerit illud quod superat phlegma: & sicut tereniabin,& siracost,& infusio tamarindi,& syrupus de uiolis,si dominans fuerit cholera, & sicut quod componitur ex istis si fuerint duo humores quasi pares: & post apparitionem digestionis, si euacuatio fiat humoribus, cum fortibus pertransit.

In præsenti parte prosequitur canonẽ iam dictum in euacuatione: & primo per solutiua.secundo per uomitiua.tertio per prouocatiua urinę & sudoris.secunda ibi [Et uomitus iterũ.] tertia ibi [Et prouocatio.] In prima parte dicit quòd oportet ut cum solutiuis conueniat digestio idest quòd oportet ut materia solutione euacuanda sit prædigesta, nisi illa solutiua sint ex genere eorum,quæ leniunt naturam sicut aqua hordei, & passularum,& parum casiæ.& nisi sint de genere eorũ quæ soluunt etiam electiue: sed non inquietant idest agitant materiam sicut aqua decoctionis lubleb. unc. iij.cum duabus unc. mellis rosa.dominante phlegmate,& sicut tereniabin. Et ut.℞. mannæ,syrupi uiolati ana.unc.i.aquæ infusionis tamarindorũ unc.ij.misce dominante cholera. Et sicut quod componitur ex istis si duo humores fuerint quasi pares.Recip. lubleb. unc. iij.mannæ.unc.i.mellis rosa.syrupi uiolati ana.unc. s. moderni tamen communiter darent.drach.iiij. floris casiæ cum aqua decoctionis prunorum,& passularum.

Sed pro notitia dictorum sciendum quòd aliqua solutiua, sunt solum lenitiua sicut passulæ & ficus,& earum decoctio in ra pinguia. Aliqua uero cum hoc quòd sunt lenitiua sunt etiã solutiua electiue sicut casia,& manna: & hæc si dentur in pauca quantitate solum leniunt,& non eligunt: & in multa uero eligunt,& leniunt: & hęc ambo possunt exhiberi non pręmissis digestiuis:sed de speciebus solutiuorum,& quot modis fiat solutiuo dictum est opportune in capitulo generali curationis feb.putridarum.secundo dicit quòd post apparitionem digestionis si euacuatio fiat cum fortibus sicut turbit,scamonea,& similibus non pertransit quin magis iuuat minorando, quàm noceat agitando.oportet enim sicut dictum est in capitulo de phlegmatica: in his morbis repletionalibus paulatim digerere,& paulatim euacuare. Sed quando esset completa digestio non diceret pertransit: sed diceret quòd est regimen conueniens: quia illa euacuatio iuuaret absque nocumento notabili: sed apparente digestione & non completa aliqualiter nocet agitando: maius tamen est iuuamentum nocumento. ideo dixit pertransit.

Et uomitus oportet ut sit iterum secundum humorem dominantem, aut ex aqua raphani cum syrupo acetoso calido, aut syrupo acetoso cum aqua calida.

In hac parte ponit uomitiua dicens quòd uomitus fiat secũdum humorem dominantẽ: ut est succi raphani.unc.iij.phlegmate dominãte:& cum syrupi acetosi.unc.ij.aut.iij.cum aqua tepida cholera dominante: & potest esse syrupus acetosus zuccarinus,aut mellinus secundum exigentiam completionis humoris & temporis anni.

Et prouocatio oportet ut fiat cum eis in quibus est æqualitas: & cum festinatur in potando decoctiones ante digestionem,timetur sirsen.

Hic ponit canonem in euacuatione per urinam, & sudorẽ. Et primo ostendit qualia debent esse. secundo tempus, usus illorum,quando sunt fortia. secunda ibi [Et cum fortia festinatur.] In prima parte dicit quòd prouocatiua urinę & sudoris quibus utimur nondum completa digestione debent esse æqualia idest non fortia,sed mediocria.lenia uero debent esse illa quibus utimur in principio sicut dictũ fuit in capitulo generali. Et causam addens dicit quòd cum festinatur in potando decoctiones scilicet fortes ante digestionem scilicet completam timetur sirsen idest apostema cerebri. Notandum quod medicinæ prouocatiuæ urinæ, & sudoris sunt calidæ subtilis

substantiæ:

substantiæ: & quanto sunt fortiores sunt calidiores, & magis subtilis substantiæ: & triplices. quædam leues ut aqua hordei, & decoctio se. frigidorum: & hoc conceditur in principio nondum apparente digestione: quædam mediocres sunt sicut aqua decoctionis radicum apii, fœniculi, petroselini, & hæc conceduntur apparente digestione. quædam fortes, & hæc cõceduntur completa digestione sicut decoctio assari, rubeæ, milij solis, & similium. Et hic dicit Gentilis quòd rudes expositores intelligunt per decoctiones medicinas solutiuas. Et quòd sic intelligentes dupliciter errant, primo quia iam de solutiuis dixit canones completos. secundo quia deficeret scientia Auicennæ in canone de tempore usus prouocantium: quapropter dicit per decoctiones Auicen. intelligit decoctiones prouocatiuas urinæ, & sudoris. Conuenientes enim medicinæ prouocatiuę urinæ & sudoris dantur in forma decoctionis ut fluat in uenis: medicinæ autem solutiuæ quarum parum euacuat parum ex malo, & plurimum euacuat plurimum ex malo conuenientius dantur in substantia quàm in decoctione: ut supra dixi in capitulo de tertiana non pura. Cum ergo istæ medicinæ prouocatiuæ habentes fortitudinem aliquã dantur ante digestionem, timetur sirsen idest apostema cerebri. agitant enim materias & faciũt eas fluere ad caput, uel ad pectus, uel ad alias partes corporis: sed solum dixit de partibus superioribus: quia ista prouocatiua inflammant, & agitant materias quæ ascendentes faciunt sirsen. Ego autem credo hunc textum accommodari, & ampliari ad medicinas exoluentes, quæ exhibitæ ante digestionem inducunt apostema agitando materias, & faciendo eas fluere ad locum debiliorem sicut frequenter uidi accidisse: & proprie in febribus repletionalibus: medicinæ itaque soluentes leniendo, & non eligendo, aut quæ licet eligant, non tamen inquietant, possunt dari in principio, ante digestionem, sed eligentes non tamen exoluentes aut leniter exoluentes dantur apparente digestione: fortiter autem exoluentes non dantur nisi completa digestione. Memor esto tamen semper quòd est melius infra subsistere quàm exquisitissime euacuare: & ita dico de medicinis prouocãtibus.

Medicinæ uero iuuatiuæ in uia perueniente ad statum, ad rectificandum materiam, & maturandum ipsam, & succurrẽdum nocumentis eius. Ex singularibus est absinthium, uerũ post septimum, & apparitionem digestionis, ita ut sit Romanum, quod ex ipso bonum est: & cum tu festinas cum eo mouet humores, & non euacuat eos: cumque sumitur facit accidere angustiam, & tristitiam, & nauseam: deinde reuertitur super eos cum sua caliditate, & exiccat eos, & cum sua stypticitate facit eos pigros.

Hic ponit aliquas medicinas. & primo ponit medicinam unam simplicem scilicet absinthium. secundo medicinam Gal. tertio quasdam medicinas compositas. secunda ibi {Et Gale.} tertia ibi {Composita uero} In prima parte dicit quòd medicinę iuuatiuæ in uia perueniente ad statum idest in augmento ad rectificandum materiam scilicet minorando materiam, & maturando ipsam scilicet æquando substantiam eius, & succurrendo nocumentis eius quæ sunt horripilatio, & membrorum debilitas. Ex simplicibus est absinthium maxime Romanum bene conditionatum: & quanto uis ipsum magis solutiuum, & aperitiuum elige quod est magis amarum. secundo dicit quòd absinthium debet administrari post septimum, & apparitionẽ digestionis. non enim conceditur nisi apparente digestione, quæ communiter post septimum consueuit apparere: propterea inter alios dies maxime nominauit septimum. Et causam reddẽs dicit quòd cum administras ipsum ante apparitionem digestionis, mouet humores, & non euacuat eos: & facit accidere angustiam propter nocumentum in spiritualibus: & tristitiam propter nocumentum stomachi, & nauseam, humoribus qui sunt in stomacho commotis, & non eductis: deinde remanens cum humoribus exiccat eos sua caliditate & stypticitate: & facit ipsos pigros & ineptos euacuationi.

Dubitatur utrum digestione apparente competat absinthiũ in hemitritæo: & arguitur quòd nõ, quia non euacuatur phlegma: cuius maxime necessaria est euacuatio. secundo apparente digestione aliqua eius pars non est digesta. ergo illam mouebit, & non euacuabit: & similiter illam exiccabit, & faciet pigram. In contrarium est Auic, & cæteri doctores.

Pro solutione sciẽdum quòd absinthium calidum est in primo, & siccum in secundo, sed succus eius & flos eius est calidior accedens ad secundum, & per substantiam suam calidam est aperitiuum oppilationum, & solutiuum choleræ & phlegmatis aquosi: & per substantiam terream est membrorum cõfortatiuum, & partium laxarum sua stypticitate congregatiuũ & confert feb. longi temporis, & feb. oppilationum: mirabilem est appetitum faciens. Secundo notandum quòd possumus uti succo eius, & aqua decoctionis, & distillationis eius. Item sua substantia puluerizata, & trochiscata: aliquando damus ipsum uiride solum cum alijs rebus permixtum sicut passulis: & alijs secundum diuersas necessitates.

His præmissis sit hæc prima conclusio. Absinthium nõ conuenit in principio ante apparitionem digestionis, quia multa nocumenta facit, agitando materiam, & non educendo. Item quia remanens cum materia exiccat, & facit ipsam ineptam euacuationi, sicut dictum fuit in textu. Item quia styptica nõ conueniunt ante digestionem: sicut de intentione Auicen. declaratũ fuit in capitulo generali curationis febriũ putridarũ.

Secunda conclusio. apparente digestione succus eius conuenit, & aqua decoctionis & distillationis eius, euacuat namque choleram, & aquosum phlegma proprię succus, & aqua decoctionis & distillationis eius: & cum hoc aperit, prouocat, & membra confortat, & non facit sua stypticitate materiam ineptam euacuationi, cum iam semidigesta sit. Tertia conclusio. completa digestione multo magis conuenit tam in decoctionibus, quàm in sua substantia exhibitum: cum materia sit paratissima euacuationi, & membra indigeant confortatione. Sed superest respondere ad rationes adductas in contrarium huius determinationis. Ad primum dicitur quòd, quamuis non euacuet phlegma uiscosum, tamen iuuat multum euacuando choleram, & phlegma aquosum: Ad secundum negetur consequentia, nam euacuat partem paratam euacuationi, & cum illa extra corpus educetur: unde non poterit exiccare residuum materiæ: nec poterit ipsam facere pigram sua stypticitate: & si forte faceret aliquid nocumenti, erit multo maius iuuamenti.

Et Gal. quidem, & qui ante eum fuerunt, curauit eos cum aqua hordei in qua est uirtus piperis.

In parte præsenti ponit medicinam Gal. secundo ponit redargutionem Alexandri contra Ga, tertio ponit errorem Alexandri: & redarguit ipsum. secunda ibi {Et dixit quidam.} tertia ibi {Ipsæ quidem.} In prima parte dicit. quòd Gale. & qui fuerunt ante ipsum scilicet Hipp. & alij curauit scilicet in therapeutica ad Glauconem patientes hemitritæum cũ aqua hor. in qua est uirtus piperis ut ℞. hor. mundi. unc. i. piperis. ʒ. s. aquæ. unc. xx. bulliant ad apertionem hordei.

Et dixit quidam primorum medicorum quòd Gal. trãsgressus est in alienatione, & stetit: ubi oportet ut miretur de eo: & non sciuit quòd piper inflammat feb. & aqua hor. pigram efficit materiam.

Ponit Auicenn. dicta Alexandri uituperantis Galę. dixit namque iste quòd Gale. alienat & stetit, sicut illi qui erant, & loquuntur: & nesciunt quid dicant, unde mirandum est de eo: & loquens interrogatiuę dicit. non scimus quòd piper inflammat febr. & aqua hordei infrigidando pigram materiam, supple phlegmaticam?

Et iste quidem contradictor errauit errore, qui non approprianit in hac intentione: immo canon datus in adiutorio naturæ, quando præparatur ad resistendum huiusmodi materijs est cum medicinis compositis ex infrigidantibus, et calefaciẽtibus, ut discernat natura inter duas uirtutes, quare occupatur infrigidatiuum cum febr. & partibus cordis: & calefactiuum cum materia: & quis est, qui curet hemitritæum absq; hoc?

Hic remouet opinionem Alexandri. primo ostẽdens quòd eius error est generalis, & confutat quoddam eius motiuum uituperando eum. secundo in speciali remouet quendam errorem eius redarguens eum ex dictis suis tertio ad laudem Gal. miratur de quodam dicto huius contradictionis. secunda ibi

[Et

§Et iste quidem.§tertia ibi.§Amplius mirabile.§In prima parte dicit quòd error non est solum in cura hemitritæi: immo supple in cura cuiuscumque morbi in quo exiguntur intentiones contrariæ: in illis enim miscemus medicinas contrarias confidentes quòd natura discernat. ideo subdit immo canon datus est in adiutorio naturæ quando præparatur ad resistendũ huiusmodi scilicet contrariis materiis, ut cum medicinis compositis ex infrigidantibus & calefacientibus: ut discernat natura inter duas contrarias uirtutes qualiter occupatur infrigidatiuum cum feb.& partibus cordis, supple &; cum materia cholerica: & calefactiuum cum materia phlegmatica: & interrogatiue loquens dicit: & quis est qui curet hemitritæum absque hoc?

Et si natura non est fortis ad discurrendum: tunc non prodest curatio quocunque modo fiat: et errauit in alijs modis: in allatione quorum non est necesse nos incedere via prolongantium.

Hic remouet dubium: posset enim cõtradictor dicere, quòd natura non est potens ad discernendum inter hæc contraria. Respondet quòd si natura non est fortis ad discernendum: tũc non prodest curatio quocunque modo fiat, siue fiat cum medicinis mixtis ex contrariis secundum opinionem Gal. siue fiat secundum modum Alexãdri, qui statim ponetur. Nam ut sæpe dictum est cum deficit uirtus, non ualet curatio. Vltimo dicit quòd ille contradictor errat aliis modis. qnos non est necessarium nobis afferre in medium, ne sermo prolongetur.

Et iste quidẽ contradictior dixit, quòd oportet vt administrentur subtiliantia, quibus nõ est fortis calefactio, sicut apiũ et anethum: et non sciuit quòd possibile est vt piper infrigidetur minoratione sui: ad hoc vt frangatur eius calefactio, et non abbreuietur eius subtiliatio a subtiliatione apij plurimi: et sit aqua hor. adiuuans ipsum in faciendo peruenire virtutẽ eius, et destruendo superfluitatẽ eius: et faciendo cadere materias ad ipsum, vt alleuietur penetratio virtutis eius in eis.

In parte præsenti ponit opinionem Alexandri in cura hemitritæi. Secũdo ex dictis suis probat opinionem G. esse bonam. secunda ibi. [Et non sciuit.] In prima parte dicit quòd iste contradictor in cura hemitritæi dixit debere administrari subtiliantia, in quibus non est fortis calefactio: sicut apium, & anethum faciendo ex eis decoctionem. secundo ex his uerificat opinionem. G. interrogatiue. d. Non sciuit iste contradictor, quod possibile est ut piper infrigidetur minoratione sui: ad hoc ut frangatur eius calefactio. & non abbreuiatur eius subtiliatio a subtiliatione apii plurimi: idest quòd piper potest in tãta quantitate minorari, quod parũ calefaciet: & tamen ita subtiliet, sicut apium in quantitate multa.

Et ex his patet quòd medicina calida quarti gradus, sicut piper per minorationem sui potest calefacere præcise in secundo gradu: quia tunc non administratur in debita dosi, secundũ quòd est ab auctoribus graduatum: & fit aqua hordei adiuuans ipsum piper & faciendo peruenire uirtutem eius ad partes distantes: & in destruendo superfluitatem, scilicet caliditatis eius, & tertio in faciendo currere materias ad ipsum, ut alleuietur penetratio uirtutis eius in eis in humectãdo materias, & in faciendo eas fluxibiles: ut facile patiantur a pipere: & penetret eius uirtus ad eas: ubi forte usus est hypallage in faciendo currere materias ad ipsum. i. ipsum currere ad materias.

Et ex his patet responsio ad rationes Alexan. negat enim Auicen. quòd piper inflammat feb. sed natura dirigit piper ad materiam phlegmaticam, & negat quòd aqua hordei facit materiam pigram, quia natura dirigit illam ad partes cordis ad infrigidandum ipsum. Et si aqua hordei agit in materiam ipsam præparat ut facile patiatur a pipere: & facit alia duo iuuamenta quæ dixit.

Amplius mirabile fuit, quòd ipse posuit Gal. de illis qui ignorant, quòd piper inflammat febrem, et nominat ipsum de illis qui obliuiscuntur ab hoc, ubi iudicat de hoc.

Hic Auicenna laudat Gale. in practica huius scientiæ summis laudibus. d. quod mirabile fuit quod iste posuerit Galen. in numero illorum qui ignorant quod piper inflammat feb. quasi dicat quòd bene piper est calidum in quarto: & mirabile est quod ipse nominet ipsum inter illos qui obliuiscantur alicuius rei particularis, circa quam fert iudicium: ideo dixit ubi iudicet de hoc idest de aliqua re particulari quasi dicat ipse fuit doctissimus in practica, & in rebus particularibus sicut sibi bene imponit Auer. dicens quod multa nouit in ramis, pauca in radice.

Composita uero de medicinis quibus oportet in hac hora vti sunt sicut trochisci de absinthio, et trochisci de rosis. Trochisci leues boni ad hemitritæum. Recip. rosarum, radicum liquiritiæ amborum ana. drach. iiij. tereniabin. drac. iij. spicæ, succi absinthij, spodij omnium ana. pondus. drach. ij. fiant ex eis trochisci. Trochisci alij ad inflammationem. Recip. rosarũ drach. vi. seminis acetosæ. gummi omnium ana. drach. iiij. amyli pondus. drach. iij. berberis, spodij; semi. portulacæ omnium ana pondus. drach. ij. dragaganthi, croci, spice, reubarbari omnium ana. drac. i. camphoræ pondus tertiæ. drach. i. fiant trochisci. Trochisci alij boni habentibus hanc febrem: et proprie quando conqueruntur cum hoc de solutione ventris, et tussi. Recip. spicæ aromaticæ, xyloaloes, croci, berberis, et succi eius omnium ana. drach. iij. reubarbari. drach. iiij spodij, rosarum cum capitibus suis, laccæ, gummi torrefacti, karabæ, omnium ana. drach. v. seminis acetosæ torrefacti. drach. vi. cretæ Romanæ drach. vij. fiant trochisci. Descriptio alia bona. recip. Rosarum rubearum. drach. vi. berberis, gummi, seminis acetosæ omnium ana. drach. iiij. spicæ, eupatorij, spodij, amyli, seminis portulacæ: granorum cucumeris omnium ana. drach. ij. seminis endiuiæ, seminis cuscutæ omnium ana. drach. i. s. succi liquiritiæ. drach. i. laccæ, reubarbari amborum ana. drach. s. aggregentur illa, et fiant trochisci. Pilulæ bonæ ad hanc ægritudinem, et omnes chronicas, et febres lædentes viscera: et proprie quando materia phlegmatica est magis uincens. Recip. aloes, masticis, myrabolanorum citrinorum, reubarbari, succi eupatorij, succi absinthij, rosarum rubearum omnium ana. partes æquales, croci partem mediam fiant pilulæ cum aqua endiuiæ. Et sit dosis. drac. ij. cum syrupo acetoso. Descriptio bona conueniens prope, uel post digestionem. Recip. aloes, masticis, succi absinthij, ros. omniũ æqualiter, croci. drac. s. informentur pilulæ cum aqua endiuiæ: et sit dosis. drach. ij. cum syrupo acetoso.

Hic Auicen. primo nominat quasdam medicinas compositas. secundo describit quasdam: & nulla istarum cõuenit a principio: sed postquam apparuit digestio illarum: quas describit primæ quatuor sunt trochisci digerentes, & confortantes: secũdæ duæ sunt pilulæ solutiuæ & cũ hoc confortatiuæ: & simplicia has componentia secundum plurimum sunt nota ad inflammatum, idest in qua cholera dominatur. reu. idest. rheubarbarum in tertia descriptione quam dicit conferre in hac febre quando coniungitur cum tussi & solutione uentris multa ponuntur conferentia solutioni uentris: sed ad tussim solum ponitur crocus, & gummi. Creta Romana est sicut nostra: sed loco illius melius est uti bolo arme, aut terra sigillata.

A prima recepta pilularum posset argui aloem soluere magis phlegma, quàm choleram. In ultima descriptione dicit prope digestionem, scilicet completam, ideo tex. qui est in margine est melior. Sed hic nota secundum Gentilem quòd omnes hi trochisci, & pilulæ conuenientiores sunt perfecta digestione, & factis aliquibus euacuationibus, quam in aliquo alio tempore: licet in augmento postquam digestio apparuit possint cõpetere: & causa nota est ex præcedẽtibus.

Cura hemitritæi decem exigit intentiones. Prima ordinat regimen sex rerum. secũda lenit uentrem. tertia phlebotomat. quarta digerit. quinta euacuat materiam phlegmaticam: & hæ duæ debent iterari secundum exigentiam. sexta est prouocatio uomitus: maxime natura tentante. septima prouocatio urinę. octaua prouocatio sudoris. nona membrorum confortatio.

fortatio.decima accidentium correctio. Regimen sex rerum debet ad humidum & frigidum declinare maxime dominante cholera: & debet in principio diæta attenuari saltem per tres dies, quia est morbus repletionalis: postea ingrossari,& quanto magis accedit ad statum debet magis attenuari. Vnde in principio uniuersali subtrahendum est uinum regulariter: cui non obstet consuetudo.cibi sui debent esse mixti cum calidis, & frigidis sicut medicinæ digestiuæ: aut debent esse circa temperiem potius leuiter ad frigidum, & humidum declinantes: & debent esse boni, & copiosi nutrimenti: post primos tres dies cum ægritudo sit chronica reliquum regimen potest esse notum ex regimine tertianæ non puræ.

Pro secunda intentione Auicenna uariat lenitiua, secundũ quod magis phlegma,aut cholera dominatur intendens forte ad aliqualem materiæ propriæ minorationem absque agitatione: & cassia cum decoctione fructuũ est propria: in processu teneatur uenter lenis cum clysteribus. Tertia intentio phlebotomia, quæ secundum plurimum est necessaria secundum ꝙ dictum fuit,cum sit morbus repletionalis: & fiat communiter ex basilica, aut cõmuni,aut ex saphenis: si in causa esset retentio menstruorum, aut hæmorrhoidarum. Pro quarta intentione sint digestiua mixta: quædam contra choleram: quædã contra phlegma non fermentata: debent esse in principio incisiua,& abstersiua,& parũ aperitiua,postea magis aperitiua.

Pro quinta intentione etiam solutiua sint mixta euacuantia cholerã,& phlegma non fermentata: aut eligatur unum simplex euacuans utrumq; humorem: & sæpe iteranda est digestio,& euacuatio: sicut in phlegmatica, & tertiana nota: & non est properandum ad solutiua fortia. Prouocetur autem uomitus iuxta sextam intentionem maxime natura inuitante in principio cum leuioribus, in processu cũ fortioribus, quæ accommodentur utrique humori secundum exigentiam. Septima intentio,scilicet prouocatio urinæ perficitur cum decoctione radicum apij,fœniculi, & seminum communium, & si opus sit fortioribus addantur in decoctione radices asparagi: & ponantur magis calida aut minus secundum exigentiam humoris dominantis. Prouocatio autem sudoris iuxta octauam intentionem perficitur cum aqua hordei,cui parum uini subtilis addi potest:& sumatur calidum infirmo bene pannis cooperto. Membrorum autem confortatio iuxta nonam intentionem perficitur cum trochiscis in textu descriptis. Item cum aromatico ros. diarodon abbatis secundum dominium humoris dominantis.

Corrigantur autem accidentia iuxta decimam intentionẽ secundum ipsorum exigentiam: sed inter cætera succuratur casui appetitus maxime cum ægritudo est longa.

De recidiuatione. Cap. XX.

REciduatio est deterior radice.

Primo ponit iudicium.secundo dat cautelam in curatione. secunda ibi[Et consilium.] In prima parte dicit quòd recidiua est deterior radice sua:cuius causa est: quia inuenit uirtutem debilem.

Et consilium quidem est,ut in ea non fiat inceptio ad curandum,donec manifestus sit modus ægritudinis· nam secundum plurimum est sæua.

Hic dicit, quòd consilium est, quòd medicus non incipiat curare ipsam nisi primo sit manifestus modus ægritudinis, id est nisi primo sit nota causa recidiuæ:& quæ ægritudo,& quanta sit in comparatione ad uirtutem.nam sm̃ plurimum est sæua & proprie cum est a causa intrinseca cum uerisimiliter causa illa intrinseca sit fortis,& inueniat uirtutem debilem. Et nota quòd licet hoc consilium sit generale non solum in recidiua sed in quacunque febre: immo in quacunque ægritudine iuxta Auicenn.in capitulo generali curationis feb. cum inquit. Et scias quòd non est tibi possibile ut cures feb.nisi postquã cognoueris eam:attamen proprie seruandum est in recidiua, in qua ex præcedẽti ægritudine uirtus est facta debilis: & quia aliquando in principio licet recidiua appareat leuis, est tamẽ praua occulta paruitate. Si igitur multiplicas remedia & proprie notanda,sicut medicinam solutiuam,detegitur malitia,& moritur infirmus,& tu eris infamatus absque tui culpa:procede igitur cum lenibus,sicut cum clysteribus,si opus est euacuatione:& attenua diætam donec manifesta sit tibi ægritudo, & causa eius.nam quæ pendet a causa extrinseca est leuis:quæ uero a causa intrinseca est fortis secundum plurimum.

Hic omitto solutionem quæstionis an recidiua,& sua radix sit una ægritudo: quia de hac dixi quantum est opportunum in quæstione de maioritate morbi: & eius solutio magis pertinet parti theoricæ. Cura recidiuæ est eadem secundũ plurimum cum cura suæ radicis:uerum oportet nos esse magis sollicitos de uirtute cum sit debilior: & laborare ut recidiuæ causa amoueatur.

Et in hoc finitur expositio fen.primæ quarti canonis Auicen. edita per dominum magistrum Ioannem Herculanum Veronensem doctorem famosissimum.

Herculeo Arnulphus genitus sacra saxa Ioanni
Hæc statuit merita pro pietate patri.
Ille vir Hippocratem medicans & Appollina vicit,
Atque fuit nostro tempore verus apis.
Doctrinæ præclaræ suæ monumenta reliquit:
Multaq; per doctos scripta Ioannis eunt.
Codicibus febres,pestes,cunctosq; nocentes,
Corporibus morbos scripsit in orbe tribus.
Pulchra salutifero Verona exultat alumno.
Huius enim medicam mundus adorat opem.
Sub duce quem Borso clarum Ferraria vidit.
Fataq; corpus habent: cætera cuncta Deus.

FINIS.


VIN CENT

Octauij Carrenarij Phil. et med. Gen.